STEPHANI VINANDI PIGHIJ ... ANNALES ROMANORUM; QUI...

Stephanus Vinandus Pighius, ...

Digitized by Google

M.S.

37
27 E
14

STEPHANI VINANDI PIGHII

V. R. ET CL.

ANNALES ROMANORVM;

QVI

COMMENTARII vicem ſupplent in omnes veteres HISTORIAE ROMANAE Scriptores;

TRIBVS TOMIS DISTINCTI:

E quibus duo poſteriores POSTVMI, nunc primùm in lucem exeunt, recenſiti, aucti, & illuſtrati operâ & ſtudio ANDREAE SCHOTTI Antuerp. è Societate IESV.

Cum FASTIS CAPITOLINIS *à* PIGHIO *ſuppletis*, FASTIS SICVLIS *à* SCHOTTO *emendatis, &* INDICIBVS *in tres* ANNALIVM *Tomos, ſummâ induſtriâ concinnatis.*



ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA PLANTINIANA,

Apud Viduam & Filios Ioannis Moreti.

M. DC. XV.

37.17 E 14

ANNALES

MAGISTRATVVM·ET·PROVINCIAR·

S. P. Q. R.

B AB·VRBE·CONDITA· A

INCOMPARABILI·LABORE·ET INDVSTRIA·
EX·AVCTORVM·ANTIQVITATVMQ·VARIEIS·
MONIMENTEIS·SVPPLETI·PER·STEPHANVM·
VINANDVM·PIGHIVM·CAMPENSEM·

IN·QVEIS·
REIPVBLICAE·MVTATIONES·POTESTATVM·
AC·IMPERIORVM·SVCCESSIONES·ACTA·
LEGES·BELLA·CLADES·VICTORIAE·MANIBIAE·
ATQ. TRIVMPHI·NEC·NON·INLVSTRIA·
STEMMATA·FAMILIARVMQ·PROPAGINES·
AD·ANNOS·ET·TEMPORA·SVA·REDVCVNTVR·

Opus non ſolùm Hiſtoriæ Rom. Artiumq;
liberalium ſed etiam omnis humani Iuris
& antiqui Politeumatis ſtudioſis
vtiliſsimum.

LABORE ET CONSTANTIA

ANTVERPIAE
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.
M. D. XCIX.

Pighi
Annales
Romanorum
Tom. 1.

STEPHANI. VINANDI. PIGHII.

IN. ANNALES. ROMANOS.

PRÆFATIO. PROSPHONETICA,

AD

PHILIPPVM. II. HISPANIARVM

INDIARVMQ. ETC. POTENTISS.

REGEM. CATHOLICVM.

SOLENT olim, Philippe Rex Catholice maxime, Romani orbis monarchæ Cæſares Auguſti Fortunæ ſimulachrũ aureum, non ſine graui cauſa, ſemper in cubiculo ad extremũ vſque diem ſuũ ſeruare; morituriqúe ſuum ad ſucceſſorem cum imperij honore, atque onere tranſmittere.

Fortuna aurea Cæſarum Romanorum.

Quo, nimirum, memores in primis eſſent ſortis atque conditionis tam ſuæ, quàm creditę ſibi reipublicæ quarumcunque mutationum procellis ſemper obnoxiæ: ſeduloque propterea curarent, vti fortunam reuerenter haberent, eademq́, moderatè, nec non prudenter vterentur; cùm velut organum quoddam ipſa ſit, per quod Deus res humanas ritè diſpenſat, iuſtitiamq́; ſuam abſtruſis, ac à noſtro ingenio non ſemper intelligendis conſilijs ſuis adminiſtrat.

Organum iuſtitiæ diuinæ ſeruatum fortuna.

Quis autẽ eius moris primus auctor fuerit, ſcriptis proditum non inuenio. Liquet ſanè, rationiq́; conſentaneum eſt, ex eorum numero principum non fuiſſe; qui, vt poëta dixit, ad generum Cereris non ſicca, ſed cruenta morte deſcendêre. Verùm opinari poſſumus, è claſſe citiùs probatiſſimorum, atque ſapientum principum fuiſſe; quorum orbi terrarũ ſalutare fuit imperium.

Fortuna aurea bonorum principum, non tyrannorum.

Ex arcanis enim antiquiſſimæ philoſophiæ ſacræ fontibus hauſta eſt hæc cæremonia, vt ex ſequentibus conſtabit. E diuis (vti tum appellabantur) Cæſaribus primis Auguſtum, vel Claudiũ, duóſve Veſpaſianos, aut patrem, aut filium Titum; nec etiam ex optimis horũ ſucceſſoribus vel Neruam, vel Traianũ, Hadrianúmve tale quid religionis inſtituiſſe, quiſpiam auctorũ an memoriæ mandarit, ignoro.

Diui Cæſares.

Vſu tamẽ tum quoque receptum fuiſſe Iulius Capitolinus hiſtoricus inſinuare videtur: qui Antoninum Pium Auguſtum moribundum hoc officij genero ſuo M. Aurelio Antonino, quem ſucceſſorem ſibi deſignauerat, præſtitiſſe ſcribit, his verbis: „ Tertia die cùm ſe grauari videret, M. Antonino rempublicam & filiam præſentibus præfectis commẽdauit: „ Fortunamq́; auream, quæ in cubiculo principum poni ſolebat, transferri ad eum iuſſit, ſignumq́; tribuno, AEQVANIMITAS, dedit, atque ita

Antoninus Pius Aug. M. Aurelius Aug.

conuerſus quaſi dormiret ſpiritum reddidit. Idem repetit in M. Aurelij Antonini vita. Ob hoc, inquit, Antoninus Pius cùm ſibi adeſſe " finem vitæ videret, vocatis amicis & præfectis, cum vti ſucceſſorē im- " perij omnibus commendauit; ſtatimq; ſigno, AEQVANIMITAS. tribu- " no dato, Fortunam aureā quæ in cubiculo ſolebat eſſe, ad Marci cu- " biculum tranſire iuſſit. Hæc ille. Si tunc temporis, vt ſcribit, Fortuna aurea circumferri, poniq; in principis cubiculo ſolebat, non videtur Antoninus Pius hunc morē primus induxiſſe; ſed priores etiam alios Imperatores quoſdam morte ſubitanea non præuentos idem obſeruaſſe, poſſumus opinari. Quandoquidem & alios Cæſares Antoninorum dictorum ſucceſſores morem iſtum minime neglexiſſe nobis conſtat. Legimus enim apud Ælium Spartianum, quòd L. Septimius Seuerus Imperator ſuum aureę Fortunæ ſimulachrum ante mortem geminare decreuerat: vt duobus filijs M. & P. Antoninis Baſſiano & Getæ, quos æquo iure ſucceſſores ſibi deſtinauerat, vnicuique ſuum relinquere poſſet. Sed, Eboraci in Britannia morte præuentus, quod animo conceperat, non peregit. De qua re ſic Spartianus in eiuſdem

Fortuna Regia.

L. Seueri vita ſcribit, vbi alio cognomine Regiam Fortunam eleganter item appellat. Vltima, inquit, verba eius dicuntur hæc fuiſſe: Turbatam rempublicam vbique accepi, pacatam etiam Britannis relin- " quo ſenex, & pedibus æger. Firmum imperium Antoninis meis re- " linquo, ſi boni erunt: imbecillum, ſi mali. Iuſſit deinde tribuno ſig- " num dari, LABOREMVS. quia Pertinax, quando in imperium adſcitus " eſt, ſignum dederat MILITEMVS. Fortunam deinde Regiam, quæ co- " mitari principes, & in cubiculis poni ſolebat, geminare ſtatuerat; vt " ſacratiſſimum ſimulachrum vtrique relinqueret filiorum. Sed cùm " videret ſe perurgeri, ſub horam mortis iuſſiſſe fertur, vt alternis die- " bus apud filios Imperatores in cubiculis Fortuna poneretur. Quod " Baſſianus priùs contempſit, quàm faceret paricidium. Sic Spartianus " recte, vereq;.

Antonini Baſſiani parricidium.

Non enim adeò diu poſtea Romæ Baſſianus impius ille fratrem ſuum minorem P. Getam in Palatio, manu propria, in ſinu matris ſubitò trucidauit, vt Herodianus memoriæ prodidit. Ceterùm dicti iam ſimulachri myſteria benè penitus introſpicerę videtur operæprecium. Nec pigeat M.^{tem} tuam, ſupplico, paululum aures præbere ſerenas; forſan intelliget quædam non minùs iucunda, quàm rebus

Aurea Fortuna cur regia.

proſpiciendis vtilia. Regia quidem appellabatur hæc Fortuna, non tam quòd Regum & principum hæc eſſet propria, peculiariſque: quàm quòd eius ductu & auſpicijs ſummi imperij, terminq; momenta ſingula regi debeant, cùm prouidentiæ ſummæ myſterium cōplectatur. Quamobrē cùm eius gubernaculo globus ſit ſuppoſitus, per-

Cur aurea nuncupata.

ſonam rectricis orbis terrarum repræſentat. Auream vero vocabant Romani non ſolùm à materia, verùm etiam à ſignificatione metalli

Aurū ſymbolū.

nobiliſſimi, ex quo ſimulachrum hoc fabrefactum erat. Aurum etenim vbique gentiū apud antiquos habebatur ſymbolū pulcherrimum teſſeraq; fortunatiſſima. Quin etiam nunc quicquid precio-

Sapientia aurum optimum.

ſum atque charum nobis eſt, aureum lubenter appellamus. In primis igitur inter alia multa notat virtutum omniū radicem Sapiētiam, id eſt, men-

eſt,mentis ſanitatem,animiq; prudentiam diuini ſpiritus amore ſcintillantem. Vt enim aurum ex igne mundius, & pulchrius ſemper exit; ſic & egregia mentis illa virtus in aduerſitatibus ſolidatur magis, atque inuicta florētior exurgit. Sacroſanctæ quidē religionis noſtræ vates etiam antiquiſſimi ſæpe per aurum diuinæ ſapientiæ præſtantiam & æternitatem ſignârūt in ſuis oraculis: vt doctiſſimi eorū interpretes magno conſenſu docent. Apertiſſime quidem Prouerbiorum ſcriptor Salomon inquit cap. VIII. Accipite prudentiam ſicut argentum, & ſapientiam ſicut
" aurum probatum. Eodem modo per aurum Arabiæ, quod optimum ac nobiliſſimum eſt D. Auguſtinus Pſalmum enarrans LXXI. vult intelligi ſapientiam, id eſt, diuini iuris ſcientiam, quæ ita excellit inter doctrinas, vt aurum inter metalla. Apud Ezechielem verò per aurū ſacrę ſcripturæ puritatem D. Hieronymus vult intelligi: & quādo deprauatur illud aurum ab hęreticis, & eius gratiam maligna ingenia detorquendo vitiant, tunc in idola conuerti vociferatur Propheta. Rurſus in Iſaiam ſcribens, Prophetam per aurum mentis prouidentiam ac induſtriam, ingenijq; vim & acumen; per argentum verò ſplēdorem ac venuſtatem eloquentiæ tradit intelligere Ex iſtis ſacrorum Vatum venis profani item poëtæ veteres, ac philoſophi celeberrimi videntur eruiſſe myſtica ſua metalla. His enim aurū animi ſumma bona quęque, mētis ſcilicet ſanę vigorem, ſummi Dei cognitionem, prudentiā, omnemq; virtutē allegoricè ſignificat. Sic naſcentibus, aiunt, alijs aurum, alijs argentū, multis æs, pleriſq; ferrum cælitus affundi: intelligentes varias animis hominum à Deo datas dotes. Cuius & Ariſtoteles in Politicis meminit. Longus eſſe, & vel longioris epiſtolę modum excedere cogor, ſi exponendū ſigillatim mihi erit, quid Socratis illud aurum micantiſſimū apud Platonem in Phædro ab amiciſſimo ſibi Pane deo flagitatum. Cur Hercules aureo ſcyphò iuſſus Oceanum nauigare, tēpeſtates, atque procellas tranſmittere, ad Heſperidum aurea mala conquirenda. Quid Iupiter imber aureus, æream Acriſij turrim penetrans, incluſamq; Danaën impregnans. Quid cetera eius generis cōmenta, quæ poëtarum ac philoſophorum ingenia fabularum tegminibus incluſêre, quo minùs vulgò trita forent: vt aurea Mineruæ phiala doctorum hominū in conuiuijs propinanda: Virga Mercurij rectrix animarum aurea, eiuſdemq; talaria, quibus cælum, terras, ac tartara trāſmeat. Hæc ſimiliaq; multa priſcæ theologiæ ſapidiſſimam licet medullam contineant, & huic argumento non parum lucis adferre poſſent, nunc à nobis in aliam occaſionem reijcienda ſunt: ne Ma^tis tuæ benignas aures prolixitatis nimię tædio grauemus. Prętermittere tamen nequeo, quin obiter addā REGIAE. FORTVNAE. AVREAE Cæſarum VELLERIS. AVREI myſteriū prudentiſſimū argumento, ſenſuq; pulchrè congruere mihi videri: quod tuus atauus Dux Burgūdiæ Philippus, vt cognomento Bonus, ſic virtutum excellētia princeps optimus, teſſeram inclytam, ac inſigne voluit eſſe ſacri commilitij, vel ſodalitatis ordini celeberrimo; quem ipſe primus inter generoſiſſimos, virtutumq; nobilitate præfulgidos proceres inſtituit. Cuius ordinis collegium mox Imperatorum, Regum, ac Principum orbis Chriſtiani maximorū conſortio, quibus inaugurari huic placuit, in tantam creuit amplitudinem & æſtimationem,

Socratis aurum. — *Herculis aureus ſcyphus.* — *Iupiter Imber aureus.* — *Mineruæ phiala aurea.* — *Mercurij virga aurea & talaria.* — *Velleris aurei ſignificata.*

tionem, vt nullum gloria & honoribus ſublimius hoc ſæculo reperiatur. Nomen ordini datum eſt ab ipſa teſſera. Quæ principis viri in pectore pendens, hunc ſedulò inuitat, ad veræ ſapientiæ ſtudium, & immortalis gloriæ torquē auream, aut coronā. Monet enim innocui gregis ducem, defenſoremq́; magnanimum vt ſe præbeat. Virtutū anſato nexu paſſionum obſtacula dura cōterat, ocijq́; ſegnis tenebras illuſtri labore diſpellat. Rurſus ex fidei Catholicæ ſynceræ petra ſolida charitatis flammas operibus excitet: atque legū fœderumq́. inuiolabili obſeruātia iuſtitiam colat: quò pacis fructibus gregem ſuū feliciter paſcat, & Fortunam auream ſibi reipublicęq́; ſuę ex torqui, vellereq́; ſuo fabricet. Quapropter magno (me Deus amet) ingenio teſſera hæc excogitata mihi videtur, quam vno Sibulla folio non explicauerit. Multiplicia nāque figurarum ac metallorum varietate profert oracula, quæ latiùs alias (ſi fauentibus ſuperis ſtudiorū ocium felicius, maiorq́. facultas mihi dabitur) enucleare in animo eſt. Nunc igitur, ne latiùs euagemur, auream Cæſarum Fortunā, vt exorſus ſum, quàm potero breuiſſimis deliniabo verbis. Effingebatur apud Romanos hæc, ſicut ex Imperatorum antiquis nummis, & marmorum ſcalpturis colligimus, mulieris adultæ figura, in habitu Romano matronali compta, vel ſtans, vel ſedēs in cathedra: vti firmam, ſtabilē, tranquillam & ſedatam eſſe reprę́ſentaretur. Frons illi diademate latiore decora videtur: quo reginam humanę conditionis agnoſceres. Dextra manu tenet nauis temonem, ſubiacenti globo impoſitam: quo rerum in orbe volubilium ac fortuitarum omniū regimen penes ipſam eſſe ſignatur. Siniſtro in brachio Copiæ, vel Amalthęę cornu, fructuum, quibus vita ſuſtentatur, omni genere plenū ſuſtinet: demonſtrans diuitiarum ac felicitatū ſortes per ipſam diſpenſari. Eius generis idolū ex ipſis Romanorū monumentis deliniatum tuæ Ma^tis oculis hoc loco ſubijcere non abs re videtur, vt hæc mea deſciptio faciliùs intelligi poſſit.

Aries.

Igniaria cum pyrite.

Fortunæ aurea deſcriptio.



Varia vt eſt Fortuna ſicut vero depingitur.

Itaque Principum bonorum domeſticà familiaris, imò cōcubina, cùm debet eſſe Fortuna, in hunc modū compta procedit. Non vt a pleriſque deſcribitur pernici motu, pennis ſublimis, vagabūda, atque in talaribus

tripudians: Non vt cæca ſtupidorum plumbea, vel inſana tyrannorum ferrea, clauſis oculis temerè batuēs: Non denique volubili in pila ſemet circumuoluens, anceps & lubrica, tam abſens quàm præſens, vt eſt illa vitrea dubia plebeculæ: ſed poſitis alis & talaribus, abiectaq; inſtabili plantas fallēte pila, matronali inceſſu Palatium ingreſſa ſellam auream occupat, tanquā conſtanter permanſura. Vbi reuerenter obſeruata, non dubiam ſe, peregrinámve demonſtrat; nec geminū, vt Pindarus cecinit, per incerta temonem obliquè verſat: verùm vt benè cōſulta rerum domina recto clauo ſecurè per tempeſtates nauem traducit, atque feliciſſimum illud ſuum cornu, non pomorū fructuúmve exuberātium dumtaxat, ſed omnium etiam bonorū, quæ terra, mare, portus, flumina, metallorumq; venæ proferunt, copia plenum largiter profundit. Hanc igitur ſuam perſonā gerens quàm rectiſſimè filia Prouidentiæ, & ſoror appellatur Eunomiæ: id eſt, æquitatis, & rectæ diſpenſationis: item Suadæ, ſolius rationis ſacrificio cultæ. Non enim aliud Suadelæ ſacrum quàm recta ratio: quemadmodum veteres Græci dixêre: οὐκ ἔςι πειθοῦς ἱερὸν ἄλλο, πλὴν λόγος. In hunc autem modū generoſiſſimæ Fortunæ genus Alcmanum Meſſenium poëtam antiquiſſimum deduxiſſe Plutarchus auctor eſt. Ex Dei ergo ſummi voluntate hanc naſci dicendum erit: quæ maxima eſt Prouidentia recta ratione cuncta producens, optimeq; diſpēſans. Quod cùm extra controuerſiā ſit, bona ſemper & ſalutaris eſſe Fortuna debet: ex optima nimirum parēte nata, ex qua nil niſi bonū: quamuis aliquando nobis dura, damnoſa, & iniqua videatur: cùm tamen propter cauſſas ſecretas, & nobis incognitas ſit propitia, vtilis, & planè iuſta. Accuſamus igitur immeritò Fortunam, & in ipſa Prouidentiā diuinam. Porrò videmus indies, aiunt quidā, in vita rebusq; noſtris ſummos errores: improborum potētiam & dominatus, bonorum iniurias, impunita ſcelera, iuſtitiæ legumq; contemptum. Denique præclarè ſæpius cogitata cōſilia triſtiſſimos exitus ſortiri, vt parū vbique loci eſſe Prouidentiæ videatur: & Talthybij Græcorum ante Troiam pręconis ſcrupulos animo concipere nonnunquam cogamur. Qui apud Euripidē Hecubæ reginæ captiuæ conditionem miſerā & afflictam conſiderans, de Iouis rerum humanarū cura, deorumq; omnium genere dubitat, cùm caſu, fortunave omnia tunc regi viderentur. Atque vtinam præcones, è plebeq; minuta ſimplices tantùm; nec plures alij rerū maximarum gubernacula tenētes reperirentur, qui conſiliorū ſuorum temonem, non ad Prouidentiæ, vti oportet, cynoſuram dirigunt; ſed quò venti impellunt vela dant, veteris tragœdi didymum vulgò decantatum ſenarium factis comprobantes.

Vitam regit Fortuna, non ſapientia.

His profectò non aurea eſt, ſed alia perſona fallens, cacodæmonis inſtar præcipitiū parat. Verùm hæc tā temeraria, cæcaq; vitæ ratio prorſus homine eſt indigna. Quinetiā, multi fluxum & ambiguū vitæ ſtatum videntes, credere & aſſerere ſunt auſi, Deo tantùm curæ naturā & res permanentes eſſe; nec eius prouidētiam vlterius ad res ſingulorū ſingulas à natura non dependentes euagari, ſed has temerè collidi fortuitoq; fluctuari. Verùm enimuero iſti videntur mihi ignorare veram vim diuinæ Prouidentiæ, tum etiā animę in primis immortalitatē non credere; cùm huius

Duplex Fortuna, dubia & gubernatrix.

Fortunæ aurea Prouidentiæ filia, Eunomiæ & Suadæ ſoror.

Suada, recta ratio.

Voluntas Dei, quæ ſumma Prouidentia, Fortunæ mater.

Obiectionum occurſus.

Talthybius præco.

Falſa quorundam de Dei Prouidentia opinio.

huius vitæ terminis omnem felicitatem, infelicitatemq́; metiantur, animæ verò bona quæ perpetua ſunt nihili ducāt. Quaſi verò Deus res humanas ſolùm ex his quæ ſenſibus occurrunt, ac nō etiam ex ſua pręcognitione gubernet: cui futura tanquam præſentia vbique ſunt, quiq́; ſolus nouit, cur expediat Turcam aliquando vincere, impios ac improbos triumphare, bonos atque fideles ſuos humiliari. Quare tales cùm rerum venientiū, inuicemq́; ſibi ſuccedentium cauſſas non cōſiderant, ea tantùm quæ inſtāt, præ oculiſq́; ſunt ſpectātes, ſiniſtrè profectò de Dei prouidentia in rebus humanis iudicant. Quos equidem, ne longior hîc ſim, theologis meliùs inſtituendos relinquo. Nobis autem, pijſq́; perſuaſum omnibus eſt, Deum omniū creatorem, cōſeruatoremq́; non minùs ſingula, quàm vniuerſa procurare: & per indiuidua quæque rerū omnium ſpecies & genera tueri. Cùm verò viſum illi erit naturā, hancq́; mundi machinam diſſoluere, tum ab indiuiduis ſubtracta Prouidentia ſua, ſpecierum ac generū ſimul internecionem inchoaturū. Quòd verò multa nobis videantur perperā, & iniquè in rebus humanis adminiſtrari: nulla alia quàm noſtræ cæcitatis & ignorantiæ culpa eſt, qui proni terram tantùm reſpicimus, nec ſublimes ad cęlum vultus attollimus. Quinimò prauæ noſtræ voluntati, noſtriſq́; peccatis ſiniſtros ſucceſſus plurimos imputemus oportet; qui multa temerè vel malignè cōmittimus ipſi pręter expectationem nobis malè cedentia. Etenim animus humanus felicitatis vel infelicitatis ſibi in multis auctor ipſe poteſt eſſe, cui Deus boni Regis, ac reuerà patris inſtar, vt Arrianus Epictetus de Prouidentia pulchrè diſſerit, multa ſubiecit, & liberū voluntatis arbitriū, magnaſq́; facultates dedit: vt harum beneficio fortunā ſibi formaret ipſe, & quemlibet euentū ineuitabilem non confractè, non deiectè ſuſtineret. Huius pręſtantiſſimam puriſſimamq́; partē, qua ratiocinamur & intelligimus, diſciplinarum atque artiū inuentricem mentem, prouidētiæ ac rationis capacem, qua nos ad imaginē ſui Deus fecit, antiquiſſimæ philoſophiæ principes apud Chaldæos, Perſas, & Ægyptios numē habere quoddam perſuaſum habebant. Quos & Gręcorū celeberrimi quique, tam poëtæ, quàm philoſophi ſequuti ſunt, qui mentem hominis δαίμονα quaſi δαήμονα, hoc eſt, ſcientē atque prudentem vocārūt. Ex horum igitur monumentis animaduertere eſt, mētis ex virtute, prouidentiaq́; εὐδαιμονίαν, id eſt, fortunam bonam: ex vitio & temeritate malam & aduerſam, vel κακοδαιμονίαν naſci. Ideoq́; mentem & fortunā eodem nomine δαίμονα rectè nūcupari, quia rectricis ac operatricis hæc tantùm euentus, hæc effectus eſt, mens autem cauſſa. Quæ verò nonnunquā extrinſecus ingruunt homini pręter operam expectationemq́; ſuam fortuita, quorū cauſſam ignorat, diuinæ voluntatis, vel Prouidentię ſunt, vt antè diximus. Heſiodus autem aurei ſęculi homines δαίμονας appellauit, quaſi ſapientes & virtute ſumma præditos. Hinc ex eodē Socrates in Timæo Platonis declarat, humanum animum non ſolùm vita functum, ſed etiam in corporis carcere detentum, ſi ex aureo, inquit, eſt illo genere: hoc eſt, bonus & prudens, lingua Græca veteri rectè dæmona vocari: cùm maiores, quam ſecundùm hominem, actiones edit inſtinctu quodā diuino. Quapropter mēte prouidus, & rerum gnarus homo, qui caſus & euentus quoſcunque regere & moderari

Dei prouidentia regi ac ſubſiſtere cuncta.

Aduerſitatum cauſſa.

Animi humani vis.

Mens animi pars præſtantiſſima Dei imago.

Cur dæmon Græcis mens dicta.

Fortuna cùm mentis eſt operatricis euentus dæmon à Græcis appellata.

Homo ſapiens dæmon olim dictus.

moderari poteſt, tam ſibi quàm alijs Dæmon & Fortuna poteſt eſſe: vel benè, vel malè merendo, bonus, aut malus. Cui ſententiæ Græcũ vetus adagium aſtipulatur HOMO. HOMINI. DAEMON. Ex his itaque manifeſtum eſt, quàm laudata ſit illa poëtæ ſententia vetus, non ſine theatri magno plauſu quondam excepta. SVI. CVIQVE. MORES. FINGVNT. FORTVNAM. *Quiſque fortunæ ſuæ figulus.* Nimirum illius qui mẽtis imperio, cui & Fortuna cedit, cõſilia & actiones ſuas ducit. Citat poëtæ, quem Sapientem vocat, verſum M. Tullius in Paradoxis. At Cornelius Nepos T. Põponij Attici ſui mores & vitam deſcribens, quam per continuas ferè ciuilium tumultuum tempeſtates, ſumma crebraq; pericula ſæpe declinando prudẽter & feliciter ſine graui offenſione traduxerat, Atticum dicit præſtitiſſe vt verè dictum videa-
» tur, Sui cuique mores fingunt fortunam. Neque tamẽ, inquit, priùs for-
» tunam, quàm ſe ipſe finxit, qui cauit, ne qua in re iure * plecteretur. Animus igitur bene natus, & inſtitutus mores ſibi fingit non improbos: ac refrenans deſideria paſſionesq; ſuas, nihil dolens, nihil inuitus faciens, in rectum dirigit conſilia ſua, nec non fortunæ dominatur vbique. Aſſuefactus enim bonis diſciplinis, à Deo datæ rationis beneficio recta lubẽs ſequetur. Sed hoc ſummũ cæleſte donum vbi negligitur, prauiſq; cupiditatibus vincitur, & obteritur: tum punit Deus hominum ingratitudinem calamitatibus, non fortuna vel caſus. Hæc cùm ita ſe habeãt, agnoſcere infirmitatem quiſque ſuæ debet conditionis, & remedia fortuitorum quærere ex diſciplinis & philoſophia, quæ nobis diuinæ prouidentiæ vires & effectus detegunt: & in hiſtorijs felicitatum ac calamitatum cauſſas apertiſſimè demonſtrant exẽplis, quæ multò faciliùs animos hominum pelliciunt, & ad perſuaſionem trahunt, quàm diſciplinarum regulæ, vel philoſophiæ præcepta, legúmve pandectæ. Hinc igitur apud Ciceronem M. Antonius orator hiſtoriam quàm aptiſſimè lucẽ veritatis, ac memorię vitam non ſolùm, ſed & ipſius vitæ magiſtram prędicat. Addamus & artium diſciplinarumq; fontem eſſe, quas nobis præterita ſæcula reliquêre, nec procul à vero aberrabimus. Etenim niſi veterum hiſtoricorum diligentia, fides, atque prudentia nobis rerum origines, artium inuentores, gradus, & incremẽta per manus tradidiſſent, quænam eſſent tenebræ in vita noſtra? quæ barbaries? vix ſanè nobis vel de Deo, de mundo, de rerum ac veræ religionis initijs, ordine temporum, ac imperiorum mutatione quicquam conſtaret: immo vix pręſentia rectè paterent. Nam ſi tẽporum ſeries neſciretur, nihilo meliùs retrò cogitare, & ad cauſſas mente recurrere poſſemus, quàm pecudes in diem viuentes. Harum igitur tantarũ rerum monumenta, non ſine ſumma prouidẽtia Deus nobis tradidit, & cõſeruauit: vt ſcilicet ſuam inexplicabilẽ potentiam, ac perpetuam rerum humanarũ curam nobis in his declararet, & varietate caſuum, quibus ſemper nos obnoxios eſſe monſtrant, cautiùs viuere, noſtramq; prudentiam eius ſubijcere prouidentiæ doceret. Nec malè hæc Cyrus ille maior Rex potentiſſimus intellexit, qui apud Xenophontem filijs hiſtoricã doctrinam commendans, eam optimam eſſe dixit; quòd diuinare doceat. Maximi itaque principes, & qui rerũpublicarum gubernacula tenent, hanc in primis colere & amplecti debent, & hiſtoriarum ſcripta tãquam magni precij depoſitum atque theſaurum cuſtodi-

Margin notes:
** Melius fortè percelleretur.*
Vnde fortuitorum remedia quærenda.
Hiſtoriæ vis & vtilitas.
Hiſtoria diuinare docet.

cuſtodire, ac ad poſteros trāſmittere: cùm ex ijs virtutum fructus, vitiorumq́; peſtes facilè diſci, & tanquam ex largo penuario animorum pabula, públicorumq́ue malorum remedia depromi poſſint. Agitur enim in hoc mundi peramplo theatro ferè ſemper eadem, vt ita dicam, felicitatum aut calamitatum comœdia tragœdiave, mutatis dumtaxat perſonis & actionum formis. Quapropter eo potiſſimum cōſilio conſideranda eſt hiſtoria, vt ex pręteritis præſentia iudicare, & futura ſagaciter proſpicere poſſimus. Inter orbis terrarum populos qui imperio potentiaq́; claruêre, cùm Romanus amplitudine & diuturnitate monarchiæ, nec non rerum geſtarū magnitudine & gloria cęteros longè ſuperârit (quod antiquiſſimorum auctorum ſcripta non ſolùm, ſed etiam nunc temporis vbiuis gentium reliqua Romanorum operū monumenta teſtantur) ſanè conſtat nullam hiſtoriam caſuum rariorum varietate, domi militiæque præclariſſimorum hominum geſtis rebus, & conſiliorum omnis generis excellentia fœcundiorem eſſe Romana, propter ſcriptorum eius ſummam eruditionem & diligentiam quorum inſignia quidem opera niſi tēporum barbaries & iniuria, bellorumq́; clades nobis eripuiſſent, maior proculdubio foret nobis artium, atque rerum ciuilium omnium cognitio & induſtria. Iam verò cùm fatali temporum mutatione maxima clades literis, ac veterum monumentis ſit illata: cogimur ex ingenti naufragio qualiacunque fragmēta colligere, & in vſum publicū, vti poſſumus, reſarcire, & conſeruare: ne tantorum operum eximij fructus internecioni penitus dentur. In quo diligentiam induſtriamq́; ſuam plures ingenio atque doctrina præclari viri non ſine ſumma gloria hoc ſæculo noſtro impendunt. Equidē ab adoleſcentia Romanæ hiſtoriæ dulcedine captus, vt primùm ſtudiorum cauſſa in Italiam ingreſſus erā, ab antiquitatum Romanarum admiratione genium meum retrahere nunquam potui: ſed earum intelligendarum incredibili cupiditate flagrās, ad huius ingenuæ liberalisq́; doctrinæ me ſtudium (meæ fortunę tenuitas quantum patiebatur) applicare non deſtiti. In quo cùm progreſſus haud pœnitendos feciſſem, neſcio cuiuſnam meę ſortis ductu in perplexum valde labyrinthū protractus fui, vt Romanæ ciuitatis ab vrbis exordio non ſolùm bella, triumphos atque res geſtas; verùm etiam magiſtratus ordinarios, & eorum acta, leges, plebiſcita, cenſus, & alia notatu digna redigerem in annales. Propulit deinde me, cùm eius operis partem vidiſſet, in eius penitiora penetralia multò vlterius Ill^mus Antonius Perrenotus Cardinalis Granuellanus patronus quondam meus, voluitq. vt & prouinciarū ſucceſſiones, & quænam in ſingulis res ſunt geſtæ ſimul adijcerem: vt non ſolùm Romani populi incremēta quæ domi, quæq́ue in Italia fuerint, ſed etiam vt gradatim per prouincias exteras arma proferendo, monarchiæ ſuæ potentiam terrarum, ac Oceani finibus terminârint, ſtudioſi ex meis annalibus colligere poſſent: & à nobis perfectior quædam imago iſtius imperij maximi, quàm ab alijs hactenus expreſſa fuit, repræſentaretur. Audacis quidem eſſe mox cōperi, rem adeo difficilem aggredi: ſed audacioris fuiſſet non obedire tanto Mœcenati. Cuius vt expectationi ſatisfacerem, quid laboris, vigiliarum, atque tēporis impenderim hactenus lōgum eſſet hic explicare. Ipſi prima fronte patebit

Hiſtoriæ Romanæ præſtantia.

Annales magiſtratuum populi Romani quo modo conſcribere ſit aggreſſus.

Antonius Perrenotus Cardinalis Granuellanus.

Prouinciarum acceſſio

æquo Lectori, cui illud in manus ſumere, ac perluſtrare non pigebit. Quàm multiplex eius vſus ſit, & quem fructum ex eo ſtudioſi referre poſſint; præfationes & argumenta docebunt. Verùm enimuero tanti huius operis immanitas & difficultas, atrociaque hæc noſtra tempora; nec non, Deo ſic volente, mearum rerum mutationes quædam vt plurimùm aduerſæ fuerunt obſtaculo, quo minùs ad vnguem abſoluere totum; nec animum ipſe inducere ad eius editionem accelerandam potuerim hactenus. Nec ceſſant interim plures virtute & doctrina non minùs, quàm auctoritate præſtantes amici me ſollicitare, ne diutiùs pergam ſtudioſorum expectationem fallere, niſi velim denique publica doctis fieri fabula. Nam ſi quid humanitus mihi in hac decliui ætate contingat, vt hiſce meis ſudoribus more bombycum ſine meo fructu immoriar: fore, vt vel mei labores pereant, vel alios forſan immeritos, & indignos mea tela veſtiam, meiſque plumis exornem. Hortantur igitur vt opus quanto citiùs, ſi vniuerſum ſimul edere non adeò ſit facile, per partes ad minus in lucem proferam. Venturum, vt prodeat hoc ſæculo ſtudioſis expectatiſſimum, quo felicia & nobilia quęque ingenia magno feruntur ardore ad reconditam, hactenuſque neglectam Romanarum artium, atque diſciplinarum antiquitatem rectè percipiendam. Horum igitur ex ſententia longæ prægnationis fœtus, fauente Lucina, Solis radios ſemel intueri debet, ſecumque multa in lucem producere, quæ hactenus alta temporum priorum caligine iacuêre ſepulta: cùm ſingula ferè memoratu digna, quæ rerum Romanarum apud veteres auctores reperiuntur, cum magiſtratuum atque prouinciarum ſucceſſionibus ad annos temporaque ſua redigant annales iſti, ſicut in præfatione ad lectorem latiùs declaraui. Cùm igitur diu ac multum circumquaque curioſè diſpicerem, cuiuſnam potiſſimùm patroni auſpicijs feliciter prodire poſſent: ex depreſſa meæ humilitatis valle, rationum inſignium aliquot pennis ſubnixus, ſubleuor animo ad Ma^tis^ tuæ celſiſſimum faſtigium. Inuitant me in primis præclaræ, prorſuſque regiæ virtutes, humaniſſima tua comitas, & in literas arteſque liberales affectio ſingularis: amor ſincerus, conſtanſque fides erga tuos ſubditos, fidoſque miniſtros: quæ ex aliorum relatu non tantùm cognoui, ſed manifeſtis indiciis ipſemet didici, cùm ante tuum è Belgio diſceſſum ſpontaneus conuiua tui miniſtri Atrebatum epiſcopi Antonij Perrenoti (cuius tum inter familiares menſæ tuæ fercula ſubminiſtrabam) eſſe volebas: vt eius bibliothecam inſtructiſſimã, antiquitatum, ac artium variarum raram ſuppellectilem exactiùs perluſtrares. Quàm ſerenus ille dies tuę Ma^tis^ ſereniſſima præſentia Granuellanæ domui illuxerit meminimus, & meminiſſe ſemper iuuabit: quamuis propter eundẽ poſtea graues inuidorum procellas, iniquiſſimaſque tempeſtates pertulerit. Interim, Deo volente, tuis auſpiciis Sol veritatis atque iuſtitiæ denuò exoriens, illos typhonum tortuoſos atroſque turbines, atque malignos impetus facilè diſiecit: tuaque fide, ac conſtantia declaratum orbi vniuerſo, neque tuo parenti Carolo V. Imperatori, vt potentiſſimo, ſic prudentiſſimo; neque tibi in diligendis conſiliorum & rerum adminiſtrandarum auxiliis iudicium, nec in ijs ab iniuria tuendis animum defuiſſe. Effectus igitur

Quare per partes edere ſuos annales cogatur.

Tres affert cauſas præcipuas, cur Philippo Regi Catholico hos annales dedicarit.

(vt

(vt D. Auguſtini verbis dicam) probauit virtutem tuam, multipliciterque te patris, patruique, nec non maiorum tuorum gloriæ adæquauit; è quorum limpidiſſimis fontibus illa in ingenium indolemque tuam defluxit. Huius dum recordor, & tuam in tuos clementiam perpetuam, conſtantemque fidem conſidero; non poſſum non extolli fidentia quadam, non graue peccatum fore, ſi pauperis agelli mei fructus ſupplices, libamento quo poterunt, tuæ Ma^tis gratiam ac patrocinium conciliare ſibi conentur: non ignarus ſuperos animum magis, quàm ipſa dona ſupplicum reſpicere: ſimulque fretus haud dubiè, tui nominis auctoritate pollenti potentique terrarum vbique hos à vitiligijs, calumnijsque barbarorum hominum quàm maximè tutos fore. Altera me impellit ratio, iubetq; me non procul à tuis ſignis diſcedere; cùm in tua prouincia natus Campis tranſiſulanis quindena iam antè ſtipendia meruerim in tuis Palatinis caſtris, ſub iam dicto tuæ Ma^tis legato à conſilijs primo Antonio Perrenoto Granuellano, qui mea eſt vſus opera in literarijs ſtudijs, & conſcribendis epiſtolis ſuis Latinis. Cùm igitur, vt Platonis ac omnium bonorum eſt ſententia, nobis tantùm non ſimus nati, ſed in primis Deo, patriæ, ac proximo: cui priùs poſt Deum debemus ocij negocijque noſtri fructus, quam patriæ Principi noſtro hæreditario? cui noſtra ſalus curæ eſſe debet, & vt benè, beateque viuamus vſque ſatagere? Cuius aurea Fortuna viciſſim vbere cornu felicitatum copiam nobis largiter profundere poteſt. Qui nec ſibi tantùm vni impenſum cupit quod multis prodeſſe poteſt: ſed Solis inſtar virtutum fructus, fauoris ſui radijs multiplicatos, citra inuidiam cunctis libenter communicari ſinit. Poſtulat denique mei operis iſtius argumentum, vt maximi quod orbis terrarum vnquam habuit imperij breuiarium maximo, potentiſſimoque noſtri temporis monarchæ conſecrem: in quem diſpenſatrix regnorum diuina Prouidentia congerere imperia, transferre diademata, ſceptraque videtur, vti ſub eius ſeptemplice peramplo clypeo Eccleſia Catholica Romana continuis inimicorum inſultibus feſſa tandem tutiſſimè quieſcens vigeat, creſcat, & floreat. Sic augeat imperium tuum Deus vſque, Rex inuictiſſime, & augeat felices annos, animumque Catholicum: vti profligatis impiorum conatibus, errorumque tenebris, pacem orbi Chriſtiano gentium vbique beatam reſtituere; virtutem & recta ſtudia liberaliter amplexari, quàm diutiſſimeque prouehere in diuini nominis gloriam, tuamq; veram laudem poſſis. Sanctis è Traiana colonia x. Kal. Septemb. anno Sal. noſtr. ∞ D. XCVII.

Nō nobis tantum nati ſimus.

Prouidentia diuina diſpenſatrix regnorum.

Euſtica concluſio præfationis.

PRÆFATIO IN ANNALES MAGISTRATVVM, AD LECTOREM.

Exoidium ab operis diffi-cultate varijs calumnijs obnoxij.

AVGVRABAT *non ſemel animus, candide & amice Lector, cùm de his componendis Annalibus cogitare cœpiſſem, fore, vt noſter hic labor in varias repræhenſiones incideret, multipliceſque pateretur ab Ariſtarchis noſtri ſæculi virgas cenſorias: cùm ſcilicet tot indies exoriantur noui ſcriptores, qui diligentem curam in antiquitatibus eruendis, & reſtituendis veterum auctorum monumentis impendere non ceſſant, & alijs nil reliqui facere videntur. Multis item perſuaſum eſſe, neſcio quàm opinione cæca, videmus; literas, artes, atque ingenia iam ad tantum excellentiæ culmen perueniſſe, vt altiùs ſcandere nequeant. Eandem igitur me ſubiturum ſortem mox exiſtimaui cum illis, qui ſecus viam ſtructuræ ingentis molem ædificant, & prætereuntium quorumuis notas expectare coguntur. At hi tamen ex moleſtia atque incommodo commodum haud mediocre (ſi ſapiunt) referunt: quod ex aliorum vel ſanis, vel inſanis iudicijs ſuum corrigere, exacuereque pronum ipſis, ac facilè ſit. Non puduit profectò pictorum omnium præſtantiſſimum illum Apellem Coum opera ſua quæuis in pergula tranſeuntibus ſpectanda proponere, vt ipſe populi cenſuras non procul inde latitans audiret: acutiores multorum oculos, vulgumque ſe dilegentiorem iudicem autumans, nec etiam ſutoris ſupercilium recuſans, modò quid diſcere poſſet. Quapropter operæpretium facturus mihi videbar, ſi non ſtatim præ metu manum ferulæ ſubducerem, vt pueri ſolent: ſed potiùs, quemadmodum Timocles in Marathonijs apud Athenæum ait libro* XIII.

Falſa quorundam opinio.

Vulgi cēſura commodum ex incommodo.

Apellis pictoris laudata ſolertia.

Manus ferulæ non ſubtrahenda.

Πληγὰς λαβεῖν ἁπαλαῖσι χερσὶν ἡδύ γε.

Scilicet, vt iucundè plagas tenellis palmis acciperem diſcendi ſtudio, omniumque præceptorum imperia expectarem. Sed abſint literarum obliuiones Orbilij; atque acuti nimium Perſei, quales etiam magiſtros & cenſores doctiſſimi Poëtæ Lucilius, & Horatius olim fugiebant. Vt vt tamen erit, Momos qualeſcumque feram patienter: agnoſcant modò, labores iſtos immenſos veteris diſciplinæ, reique literariæ promouendæ ſtudio à me ſuſceptos eſſe: atque in eo me verſari opere, quod ciuitatibus, Principibuſque, ſimul & omni vitæ mortalium inſignem ac perpetuam adferat vtilitatem, quodque vnius ætas hominis ad vnguem nunquam expedire poterit. Nam vt in apum ciuitate, vel in agro vernante ſemper ſeſe contemplantium oculis offert aliquid prius non viſum, quodque miretur, & inquirat ſpectator vlterius: ſic & in Romanæ reipublicæ floridiſſimo campo, peramplóve potius mundo conſiderando, nunquam deerit ſtudioſis diſcendi materia, nunquam doctis labor & negotium, ſi diligentius cuncta perluſtrare, eius proſtratæ iam reliquias perſcrutari, fragmina colligere, & reſarcire voluerint. Neſtora verò talem quempiam nunc optare citius, quàm inuenire licet, qui vrbis, atque imperij iſtius, quod per nongentos amplius annos etiam cladibus ſæpe ſuis creſcere non deſtitit, ſtatum & potentiam diſertè exprimere, vel exactè ſcriptis vnus mandare poterit: in tanta, nimirum, veteris hiſtoriæ inopia iam à multis ſæculis inuecta ab eius, ſcilicet, ruinæ exordio, cùm hoſtes barbari deuotis animis ad vrbis, imperijque exitium, & ad abolendam Romani nominis memoriam coniurare cœpiſſent. His etenim victoribus, cum imperiorum ac morum mutatione pedetentim quaſi priſcæ literæ, artes, inſtituta, linguæ ac diſciplinæ degenerârunt: cùm maximè bellicis cladibus, varijsq; caſibus bibliothecæ vaſtarentur, monumentaque veterum artium quæuis pulcherrima obliuionis caligine preſſa perirent. Si nunc extaret T. Liuius, ſi plures alij reipublicæ, vel hiſtoriæ Romanæ ſcriptores antiqui ſupereſſent: haud exiguam ſanè mereretur laudem, qui magiſtratuum annuorum faſtos nobis ex ijs ſuccinctè concinnaret, lucem enim tenebris antiquitatis inferret quàm maximam. Habentur quidem in precio M. Aurelius

Deprecatur nimis ignara & nimis ingenioſa iudicia.

Captatio beneuolentiæ ab operis vtilitate, & amplitudine.

A ſimili.

Ab impoſſibili.

Artium atq; diſciplinarū occaſus.

Annalium, atq. hiſtoriarum reſtauratio quàm laudabilis.

 Caſſiodorus,

Caſſiodorus, Proſper Aquitanicus, Marcellinus Comes, aliјque ſimiles, quamuis infelicioris ſæculi ſcriptores, & non immeritò: quod nimirum, Chronologijs ſuis non tantùm Regum, ac Imperatorum ſucceſsiones ordine prodiderint, ſed etiam conſulum nomina, quibus anni & tempora notabantur, ſimul cum annorum ſerie diligenter expreſſerint, Liuium hiſtoriæ Romanæ principem, aliosque vetuſtiſſimos imitati.

Temporum diſtinctio quàm vtilis.

Annorum enim ac temporum exacta diſtinctio quantum luminis cognitioni rerum geſtarum adferat, non eſt quod latiùs hîc explicemus. Nam huius ſine glomi ductu cæcus & inexplicabilis eſt labyrinthus antiqua quæuis narratio, vel hiſtoria;

A ſimili.

nec diſſimilis nocturnæ cuidam peregrinationi, in qua viator perampla prouinciarum ſpacia, quaſi per ſomnium, percurrit, atque vix quippiam ſe vidiſſe certò referre poteſt.

Faſtorũ vtilitas.

Eius generis igitur faſti & chronologiæ certam ſucceſſuum viam demonſtrant, ordineque ſuo dubia tollunt, & memoriam firmant, ex præterlapſis conſilia ſuggerunt, quibus rectè proſpici futuris poſſit. Quare non minus ſunt vſui, ac neceſſarij doctis, rerumque publicarum columinibus; quàm magnetum pixides naucleris ignotum mare obſcura ac intempeſta nocte nauigantibus.

Faſtorũ Capitolinorum laudes.

Quod ipſum quidem reapſe demonſtrant indies magis vel illa ſola, licet admodum mutila, florentis attamen imperij Romani tempore correctiſſimè ſculpta faſtorum fragmenta marmorea, ante annos plus minus quadraginta primum e fori Romani ruinis eruta, quaſi noſtris, fato neſcio quali, reſeruata temporibus. Vt ſcilicet, facem in Romana hiſtoria verſantibus præferrent ad diſpellendum ignorantiæ noſtræ tenebras, inopiamque detegerent noſtram: quo cognoſcamus clarè, quid in principe Liuio, ceteriſque Romanæ rei tam Græcis, quàm Latinis ſcriptoribus deſideretur hiſtoriarum; quanto diſtemus adhuc interuallo ab illa cana priſcaque ex vetuſtatis commemoratione ſcientia,

Cur Græcos ſemper pueros dixerit Aegyptius ſacerdos.

ſine qua Solonem & Græcos ſemper pueros eſſe ſenex ille ſacerdos Ægyptius apud Platonem in Timæo dicit. Denique quàm inſigniter item cæcutiant, & fallantur; qui ſcientias ac artes noſtro ſæculo ad ſupremum excellentiæ cacumen euaſiſſe putant.

Narrat diffuſius occaſiones, & cauſas huius ſuſcepti operis per dialogiſmum.

Et iam dicta quidem faſtorum marmora cùm adoleſcens Romam veniens viderem tabularum, vti fuerant, forma reparari, & columellis quatuor quadris (quæ faſtos triumphales exactiſſimè cum annorum & dierum, quibus acti ſunt, notis exſculptos ſeparatim continent) includi Alexandri Farneſij Cardinalis auſpicijs, ac impenſis, vt in Capitolio poſtea publicarentur:

Faſti triumphales.

Cogitationes animorum oculi.

Triplices heróum imagines.

in tantum me rapuit ſui in admirationem eius antiquitatis veneranda maieſtas, vt oculis animi mei obuerſarentur quotidie tot heróum triplices imagines, quot in iſtis monumentis dictatorum, conſulum, atque cenſorum nomina, vel triumphos legiſſem. Quid enim pulchrius, quàm ex vnius nomine ſimul patrem, auumque cognoſcere? Atque vtinam reſiduas faſtorum illorum reliquias quæ bona ſors adhuc è ruinis, aut tenebris extraheret; ô quàm eximiam ſuppeditarent ſtudioſis materiam, ac occaſionem indagandi nobilium quarumcumque familiarum à prima ſtirpe ſtemmata, & propagines.

Nobilium familiarum ſtemmata & propagines.

Non potui non igitur illud omne literarium ocium, quod mihi meæ fortunæ tenuitas tunc Romæ impartiebatur, in ijs fragmentis graphicè delineandis, delineataque diligenter conferendis, & corrigendis impendere. Quæ vbi comparare T. Liuio, Dionyſio Halicarnaſſæo, Plutarcho vel alijs ſcriptoribus claſſicis cœpi, facilè mox intellexi, quantum veri luminis hiſtoriæ Romanæ hæc laudis atque auctoritatis antiquiſſimæ fragmenta poſſent adferre: ſi horum ductu in auctoribus nominum propriorum, temporum atque annorum notæ corrigerentur, quæ maiorum noſtrorum ignorantia, librariorumque neglegentia nuſquam non in voluminibus occurrunt deprauatiſſimæ. Quapropter incredibile dictu eſt, quantis votis optârim faſtorum illorum integritatem, quanta mihi mox inceſſerit cupido tentandi, num veterum ſcriptorum aliorum auſpicijs, & auxilio in ſuum ordinem genuinum illa fragmina dirigere; atque ſuppletis (quoad in tanta materiæ coæuæ inopia fieri poſſet) eorum lacunis, in priſcæ formæ tabulas concinnare poſſem.

Michaël Angelus Bonarotus pictor, ſculptor & architectus ſui temporis primus.

Quales olim ipſas fuiſſe peritiſſimus ille Michaël Angelus Bonarotus architectonica ratione collegerat ex fragmentis ipſis, & diſtinctas columnis ſuis triumphalibus in Capitolio poſuerat. In quo ſtadio cùm indefeſſo labore iam aliquamdiu cucurriſſem, video me præuentum eſſe à doctiſsimo, totiusque Romanæ hiſtoriæ peritiſſimo viro Carolo Sigonio,

Carolus Sigonius.

qui illa recens inuenta fragmenta tam magiſtratuum, quàm triumphorum

phorum ſuis factis Romanis non infeliciter inſeruerat, vt ea quaſi ſuppleuiſſe videretur. Manſi igitur diu dubius ac anxius, an ſiſtere curſum, & præuentori palmam relinquere deberem. Sed durum videbatur tot incaſſum labores à me ſuſceptos eſſe. Quid igitur agerem? Quid? Potiùs viſum fuit nil perdere, ſed aliorum etiam probatiſſimorum auctorum exemplo de rebus iiſdem alio modo dicere: præſertim cùm viderem Carolum in libri, commentariorumque formam compoſuiſſe, mihique propoſitum eſſet, tabulas Capitolinas tantùm ſupplere, atque prorſus imitari. Cùm igitur ſpacium iſtius mei curriculi iam ferè confeciſſem, res meæ me ex Italia porrò in Belgium, atque in patriam reuocârunt: vbi per ocium ſuppletas mea manu diligenter delineaui, maiuſculiſque, vti ſunt, literis correctè deſcripſi. Et cùm denique propter mea quædam negocia Bruxellam profectus per occaſionem eas oſtendiſſem Antonio Perrenoto tunc Atrebatenſium epiſcopo: is, vt erat antiquitatum, atq; omnis eruditionis amator, & patronus, mihi mox auctor eſt factus, vt eas ſtudioſorum in gratiam à Chriſtophoro Plantino typis euulgari permitterem. Qui cùm non diu poſt Antonij Morillonij mortem vltrò me inter ſuos cooptaſſet, vt illi eſſem ab epiſtolis Latinis, & à bibliotheca: non deſtitit deinceps impellere, vt mea quæcunque collectanea, in quibus T. Liuij, auctorumque veterum plurimorum, qui magiſtratus & res Romanas attingunt, loca faſtis iſtis contuleram, atque infinitos librariorum errores deprehenſos notâram, in annales redigerem exactiores. His tabulas iſtas ab vrbis initio diffuſiùs explicarem, earumque collatione viciſſim auctores alios, & in iis vitiata corrigerem. Quòd ſi magiſtratus annuos alios, per quos à primo quæſturæ gradu ad imperia ſumma, maximoſque magiſtratus in tabulis expreſſos ſcandebatur, prouinciarumque ſucceſſiones adiicere poſſem: pulcherrimam profectò me per varias illas reipub. Romanæ mutationes, per progreſſus & incrementa totius imperij Rom. ſciagraphicam quandam imaginem è tenebris extracturum, quæ temporum vetuſtate, barbarorumq; iniuria cum priſcæ hiſtoriæ ſcriptoribus magna ex parte deſideratur. Rem valde difficilem mihi à tanto viro propoſitam pudore ſuffuſus arbitrabar. Nec tamen auſus omnino refragari, recuſaréve labores; me vehementer dubitare dixi, an hoc noſtro ſæculo reperiatur quiſpiam inter tot doctos, & ſtudioſos, qui tantæ molis opus aggredi non vereretur. Carolo Sigonio ſatis, inquam, fuit, faſtorum Romanorum illa nuper reperta fragmenta ſupplere, & commentariis illuſtrare, nec eorum limites excedere. Onuphrius Paneuinius quid amplius præſtare voluit, vt eſt laborioſiſſimus: cuius faſti nuper Venetiis prodiere, quos ab vrbis exordio vſque ad noſtra deduxit tempora. Nec ſolùm his illa Romana fragmenta ſub Verrij Flacci, neſcio quàm rectè, titulo: ſed & Aurelium Caſſiodorum, & alios quos reperire potuit veteres chronologos intexuit. Addidit Olympiades, ac annos à natali Seruatoris noſtri IESV CHRISTI, *nec non indictiones, duplices imperiorum Orientis, & Occidentis ſucceſſiones, duplicemq; annorum ab vrbe condita ſupputationem. Nec vlla in re diligentior fuit, quàm in temporum calculis. In peramplis tamen ſuis commentariis, ſi excipias prolixa prolegomena, nil aliud exequitur ferè, quàm Regum, Conſulum, Cenſorum, Dictatorum, ac Imperatorum nomina, ac titulos: res geſtas verò, bella, victorias, & triumphos carptim percurrens. Aliquoties etiam, tanquam labore fatigatus, aut faſtidio quodam pulſus admodum perfunctoriè de anno in annum tranſilit, vt galli gallinacei per prunas ſolent: nil aliud adferens, quàm auctorum nuda nomina, quos ad faſtos ſuos probandos putat conducere. In eum inſuper finem ingeſſit infinitos marmorum, atque nummorum antiquorum titulos, quos vndiq; corradere potuit. Hinc eſt quod docti in eius illa rapſodia deſiderent delectum accuratiorem, ordinemque conciniorem: in qua tamen, vt ingenuè dicam, multiplex ad ſtructuræ perfectioris opus abſoluendum materia reperitur. Ad hæc Perrenotus. Eius igitur imprimis laudanda eſt diligentia, promptaque ad inſeruiendum rei literariæ voluntas. Præſtitit itaque quod potuit, &, vt ais ipſe, quid amplius quàm priores. Tu ſequere, & eius exemplo quid item amplius præſta. Te ſi non fruſtra laboraſſe videbunt ſtudioſi; non deerunt fortaſſe, qui per tua veſtigia progredi vlterius item volent. Qua ratione ſpero futurum, vt multorum labore & induſtria tandem ingens illa ciuitatis Romanæ machina magna ex parte in perfectiorem*

Antonius Perrenotus epiſcopus Atrebatẽſis, poſtea Cardinalis Granuellanus.

Sciagraphia reipub. & imperij Romani imago.

Faſti Sigoniani. Faſti Onuphriani.

Vt galli per prunas. In feſtinantes prouerbium.

Operis immenſa materia.

quandam formam paulatim reducatur. Et cæco ſanè perſpicuum eſt, non vnius, vel etiam Herculis, eſſe, tanti laboris circulum omnino abſoluere, & colophonem dignum imponere. Etenim ſi monarchias à mundi exordio, ſi populorum aut ciuitatum quæ toto orbe terrarum floruerunt, res atque facta literarum monumentis mandata mente reuoluamus; interque ſe collata conſideremus: vrbe Roma nil grandius, nil imperio potentiaque diuturnius, nil rebus domi belliq́ue geſtis præclarius vſquam inueniemus. Maximo quidem argumento eſt, quod per tot ætates, rerumq́ue mutationes, per tot clades quibus Romana potentia conquaſſata fuit; imperij nomen, iuris ac reipublicæ forma penitus aboleri non potuerit. Ad cuius ſanè iuris exemplum victores ipſi Gothi, Longobardi & Franci, licet barbari, ſua regna conſtituere, ciuitatibus ac populis leges præſcribere non dubitârunt: quemadmodum optima quæque nos ſeligere, & amplecti ratio lexq́ue naturæ iubet. Imò conſtat plures orbis Christiani prouincias, præcipuasq́ue ciuitates adhuc vti iure Romano, magiſtratus ac poteſtates aliquatenus imitari, normamq́ue priſcam illam gubernationis magna ex parte conſeruare. Sitimus igitur admodum eius vnici fontis, è quo tot ſcientiarum ac artium, tot legum & diſciplinarum flumina promanârunt, limpidas ſcatebras; hoc eſt, cupimus vt Romanæ ciuitatis initia, progreſſus, atque mutationes ordine per annales nobis vtcunque deſcribantur. Quàm enim nobis iſtius vera cognitio ſit neceſſaria, tu facilè perſpicis, & indies magis palam fit ſtudioſis omnibus. Nec puto poſſe clarius reipublicæ iſtius virtutes & vitia ſcriptis repræſentari, quàm ſi faſtorum ductu magiſtratuum gradus, prouinciarum ſucceſſiones, & quicquid apud veteres auctores, aut in alijs antiquorum monumentis ad hiſtoriam Romanam pertinens reperiri poterit, annorum ac temporum ordo diſtinguat. Nunc enim, quod eius eſt reliquum, vel hiſtoricorum fragmenta ſunt, vel caſu ab auctoribus alijs ſparſim adducta, quæ Dei prouidentia cum ceteris antiquitatum reliquijs ab interitu ſeruauit; & adhuc, tanquam ingentis alicuius naufragij tabulæ per vaſtum pelagus, vel informia quædam rerum variarum elementa, per cæcum quoddam noſtræ ignorantiæ chaos fluctuari temerè videntur. Iam ſi membratim in concinnum aliquod corpus illa coaleſcere inciperent, continua fortaſſis exurgeret ex ijs fragmentis hiſtoria, & temporum ordine certior: dum annuatim nimirum occurrant non ſolùm res geſtæ, ſed earum ſimul occaſiones; per quos item viros, quibus artibus inſtitutisq́ue partum, & auctum ingens illud imperium fuerit: quibus denique vitijs labente diſciplina, legibusq́ue contemptis, præceps abierit. Et in ipſo quidem opere, modò diligenter & accuratè ſingula velis excutere, ac in ordinem ſuum reducere: multa ne per ſomnium quidem hactenus animaduerſa ſperarem haud dubiè è tenebris extrahi poſſe. Aſtipulor, inquam, opinioni tuæ, patrone digniſſime. Non ſemel enim expertus ſum ipſe, dum rem quamque geſtam ad antiquitatis ſuæ calculos reuoco, atque exempla auctorum quorumcumque ſcriptis mandata ad annorum ſuorum lapidem Lydium exploro, plurimum lucis his accedere ex rerum aliarum eiuſdem temporis circumſtantijs: & interim video commiſſos negligentia vel imperitia ſcriptorum errores in auctorum libris clariſſimè detegi. Quapropter veteres non ineptè Veritatem deam Temporis, vel Saturni filiam dixêre: quæ (ſicuti etiam pulchrè Democritus fabulatur) ab ipſo Tempore ex ignorantiæ tenebroſo puteo in lucem protracta vitam accipit. Laboris tædium hæc ſola tunc aufert, & ſudores meos dulciter abſtergit: dum quid prius non animaduerſum oſtendit, & agellum meum nouo quopiam flore, fructuq́ue fœcundat. Quo fit vt animus inquies labore ſuo ſemper paſcatur. Age, Perrenotus ait; Iam te video deguſtaſſe ſuauiſſimum illud ſtudij, atque doctrinæ pabulum, quo nihil animo iucundius. Quare non dubito, quin tibi calcar idipſum adijciat ad labores. Crebro ſtimulat, dixi. Sed res eſt ardua (vt C. Plinij dicam verbis) vetuſtis nouitatem bonam dare, nouis auctoritatem, obſcuris lucem, atque dubijs fidem. Vbi nunc Vitruuius quiſpiam inuenietur, qui nobis Romam antiquam ex parte maxima vaſtis ſuis in ruinis latentem, deficiente materia, ſolis è ruderibus in florentem ſtatum, atque nitorem ſuum priſtinum reſtaurare volet? Vt reor, non inuenietur. Sic multò minùs, qui ciuitatis illius imperatricis populorum omnium inſtituta, iura, leges, magiſtratus, atq; res geſtas dignè ſcriptis complectetur, in tanta

Romæ, atq; imperij Romani præcellentia.

Romanę gubernationis imaginem quandã plures orbis Christiani ciuitates adhuc aliquatenus retinere.

Romanę antiquitatis quæ ſuperſunt reliquiæ, & quomodo in vnũ corp' redigi poſſint.

Annalium vtilitas.

Temporum ordinem obſcura multa detegere.

Veritas Tẽporis vel Saturni filia.

Eius dulces fructus.

Pabulũ animi.

Explicat operis difficultates. A ſimili.

Totã remp. Romanam plenè deſcribi nõ poſſe.

in tanta priſcæ hiſtoriæ inopia. An ne potius tale quid ſibi perſuadere volentes Andabatæ, vel Gigantes propter audaciam, temeritatemque Promethei pœnis digni viderentur, vt, ſcilicet, ab inſatiatis vulturibus ipſorum iecinora perpetuò tonderentur? hoc eſt, vt criticorum aculeis vlceroſa pectora ſemper haberent? Pœna digniſſimi profectò forent, Perrenotus reſpondit, ſi qui Romam vrbem nunc nobis in tabula depingere ſe poſſe præſumerent, qualem marmoream ſe D. Auguſtus pro lateritia reliquiſſe quondam iactauit: vel operoſis ad miraculum ædificijs triumphantem, ſicut Traianus, Hadrianus, atque Antonini ſucceſſoribus illam tradidére. Nec minorem arrogantiæ, temeritatiſque culpam incurſuros autumo, ſi qui totam & perfectam eius quæ quondam fuit reip. Romanæ imaginem repræſentare ſe nunc poſſe putarent: qualem M. Tullius olim illam in ſuis dialogis, aut T. Pomponius Atticus in ſuis annalibus expreßére. Ingenij tamen atque induſtriæ ſibi comparárunt haud mediocrem laudem Pyrrhus Ligorius, & poſt eum Stephanus Duperacus architecti celebres, qui Romæ antiquæ, ædificiorumque eius picturam pulcherrimam nobis prodidére: non ſolùm ex P. Victore, & Sex. Rufo, verùm etiam ex ipſis fundamentorum veſtigijs, ruinarum parietinis, marmorum, nummorum figuris, aliarumque antiquitatum reliquijs illam ſummo labore colligentes. Quorum idcirco tabulæ venuſtatem ac maieſtatem eximiam præ ſe ferunt, & ad veterum auctorum intelligentiam magnopere conducunt. Poſſe ſic etiam autumo per magiſtratuum, atque prouinciarum populi Rom. ſucceſſiones quandam reip. veteris ſpeciem ex Liuio, Dionyſio, Plutarcho, Dione, Appiano, ceteriſque qui nobis reliqui ſunt hiſtoricis: item ex M. Tullio, Valerio Maximo, & alijs qui Romanæ ciuitatis res præclare geſtas memorant, formari: & ſi non omnino perfectam, ad minus talem, quæ nobis rerum ordinem atque ſucceſſum magna ex parte demonſtrare poterit. Quamuis etiam in operis tanta mole propter materiæ defectum, & priora damna maneant areæ patentes, loca quædam vacua, partes imperfectæ: ſpes tamen eſt ſuppleri aliquando poſſe ſtudioſorum induſtria. Nam, vt Flaccus ait, Multa renaſcentur quæ nunc cecidére. Multa præter expectationē longa dies, aut fortuitæ quæpiam occaſiones producunt. Quod experimur indies, cùm ex antiquitatis caligine in lucem prodire veterum libros antè neglectos non ſolùm videmus: ſed & alia nobilia monumenta multa, quæ iam à ſæculis multis perierant maiorum inſcitia nullius æſtimata. Hæc quidem vt primùm inuenta ſunt, ſua raritate noua prouocant animos, excitantque præclara quæque ingenia: quæ nunc demum priſcæ ſcientiæ præſtantiam ex priſcis auctoribus ipſis, ac antiquitatum veris reliquijs deguſtare, ſummoque ſtudio propter vtilitatem prius incognitam inquirere incipiunt. Itaque multis iam curæ paſſim eſt, vt perdita recuperentur, antiquatæ pulcherrimarum diſciplinarum, & artium memoriæ renouentur. Et immortali laurea digni non immeritò cenſentur, qui, cùm tantæ cladis literariæ ruinas reſtaurare prorſus nequeant; reliquias tamen omnes, ex quibus quid diſci poteſt, corradere non ceſſant, & in lucem ne malè pereant proferre conantur. Conſtat enim inſignia monumenta & opera in vſum publicum elaborata, non ſolùm nobilitare ſuos primos auctores: verùm etiam alios omnes, qui in ipſis promouendis & abſoluendis vel ſumptus, vel curam, aut induſtriam ſuam impenderunt. Sed ne longior ſim, vel ſola ſint exemplo nunc eximia illa faſtorum fragmenta nuper in Capitolio poſita. Anne reſtauratoribus ſuis famam nomenque fecére? Fatemur non inuiti, feciſſe: ſimul etiam innoteſcere cunctis indies magis, quam gratiam apud ſtudioſos iſti veſtri labores inire debeant: cùm plurimum lucis hiſtoriæ Romanæ ſubminiſtrent, & vitiorum plurimas maculas ex auctorum veterum libris tollant. Iam ſi forte bona quapiam in præſens denuò faſtorum eiuſdem generis, vel operis alia fragmenta è ruinis alicunde prodirent, quæ à veſtris ſupplementis non nihil diſcreparent: an hoc vobis vitio vertendum eſſe quiſpiam candidus cenſeret? Minimè quidem. Sed potiùs librorum veterum inopiæ, ac hiſtoriarum, antiquitatiſque caligini, qua premimur hactenus. Ad hæc mox ego. Non tamen deerunt vnquam, mi domine, vitilitigatores: qui liuidorum vulturū inſtar opera quæuis bona nō ſua carpere, atque alieno ſe ſudore, tanquam miſeri Promethei iecore cupient ſaginare. Tum Perrenotus. Sanè fateri neceſſe eſt, magnis ſublimium ingeniorum conatibus inuidiam ſemper ad-

Promethei fabula obiter explicata.

Pyrrhus Ligorius. & Stephanus Duperacus pictores & architecti.

Romæ antiquæ tabulæ pictæ.

Ciuitatis atque imperij Rom. ſpeciē per annales deſcribi magna ex parte poſſe.

Temporis circulus ſecū omnia voluens, ac mutans.

Priſcæ ſcientiæ ſtudium reſurgens.

Opera nobilitant auctores ſuos.

Candor.

Inuidiæ & calumniæ malum.

*uerſam eſſe: atque etiam in ipſo gentium exordio hanc in orbe terrarum inter mortales vi-
guiſſe docent non ſolùm ſacræ noſtræ hiſtoriæ duobus primis fratribus, ſed etiam antiquiſſi-*

Promethei fabulam ex parte declarat.

*ma, ad quam alludis Promethei fabula, quæ nobis eius mali typum inter cetera videtur ex-
primere. Ceterùm quàm immeritò pœnas dederit propter immenſa dijs hominibusque præ-
ſtita beneficia, conqueritur & declarat apud Æſchylum poëtam; & Lucianum ſophiſtam
multis verbis ipſe. Cui nullum maius in pœnis, nec efficacius remedium fuit, quàm recti con-
ſcientia, quàm memoria, & commemoratio benefactorum ſuorum, quæ triſtem animum im-*

Promethei iecur.

mortalis gloriæ ſolatio ſemper paſcebat. Virtutis igitur cura rediuiuum illud iecur ſit, cui

Vireſcit vulnere virtus.

*ſingulare fomentum eſt, ſine noxa vapulare ſermonibus ingratorum. Nec ceſſat calumnijs
improborum vireſcere immortaliter, & vegetari in magnanimo pectore minus, quàm fa-
buloſum Promethei iecur quotidiano liuidi vulturis roſtro tonſum. Ergo ſecurus ſis opor-*

M. Catonis vitilitigatores. Vide eius verba ex cōmentarijs de re militari apud Pliniū in præfatione naturalis hiſtoriæ.

*tet, &, vt M. Cato tuus, vitilitigatorum orationes præterfluere tu ſine: qui nil aliud,
quàm litigant, aut vitioſas lites quærunt. Nec cede futilibus hiſce terriculis. Sed contra
potiùs audentior ito, magis operis amore, publicíque commodi ſtudio incenſus, quàm incom-
modi priuati tædio perculſus. Aderit virtutis conatibus diuinum auxilium, & candido-
rum hominum fauor applaudere nonquam non poterit. Huiuſmodi, candide lector, incita-
mentis ac ſtimulis crebris impulſus ab illo ſæculi noſtri primario viro, qui tum temporis*

Antonij Perenoti laudes

*ſub Carulo V. Imp. Aug. eiuſdemque filio Philippo Hiſpaniarum Rege principales rerum cu-
ras vnus ferè moderabatur, atque ſtudiorum artiumque ingenuarum præcipuus erat Mæ-*

Declarat operis difficultatem.

*cenas, in Herculeos profectò labores quoſdam me incidiſſe mox comperio: prouinciæ mihi im-
poſitæ multiplices difficultates, & obſcuros eius labyrinthos conſiderans. Nam cùm pri-*

A ſimili, ad imitationem Liuij in præfationē belli Macedonici.

*ma quæque perficiendo minui debere ſperarem opus, longius progrediendo ſemper creſcere
idipſum experior: nec me magis ſecurum ac ocioſum fore vidi, quàm qui mare pedibus in-
greſſi à littore tentantes vlteriora vada, venientesque in vaſtiorem altitudinem, vel flu-
ctuare, vel natare coguntur. Quare dum patroni maximi ſatisfacere expectationi laboro,
cogor magnanimum illum Iulium ſecundum, aliòſque Pontifices Maximos imitari: qui præ-*

Baſilica D. Petri Vaticana.

*claram atque ingentem Vaticanæ baſilicæ molem dum moliuntur, ſuis ſucceſſoribus, cùm
fato decedunt, negocij non parum hactenus relinquunt. Quod etiam me facturum in hac*

A magnitudine.

*mea qualicumque molitione (ſed cur non ingenuè fatear?) præuideo. Etenim inæſtimabilis
illa, nimirum, nec dum penitus perſcrutata Romanæ reipublicæ ſubſtructio, quæ terrarum
orbis miracula quæuis exuperat, ex ſuis ruinis excitare vlterius, aut altius euehere nemo
(ni fallor) poterit: quàm quouſque vel eius reliquiæ patiuntur, vel idonea reparandi ma-
teria reperiatur. Cuius vtriuſque quæ ſit inopia, ex iam antè dictis manifeſtum eſt, &
opus ipſum oſtendit. Quod quantum & quale fuerit, eius reliquiæ, licet minutæ, non mi-*

A defectu & damnis acceptis.

*nus, quàm vngues vaſtum & robuſtum leonem produnt. Ad huius enim malè ſarta tecta,
nudatos ac rimoſos parietes, coronaria & ornamenta detracta, ſolutas teſtudines, tabulata
rupta, nec non perſpicua perforatáque culmina ſpectator non barbarus ingemiſcere debet:
cognoſcens ex deflendis ruinis quid damni bonis diſciplinis atque artibus ingenuis quibuſ-*

Vnde clades literarum atque artium.

cumque Gothica rabies, atque eius gregales ſtupor & ignorantia intulerint, quæ poſt victo-

Excuſat operis imperfectionem.

*riam gentium vbique multis ſæculis dominabantur. Itaque non miraberis ſpero, lector,
iſtius ruinæ miſellam ac ieiunam reſtaurationem, quam temporum neceſſitas, atque rerum
anguſtia in magnis etiam publicis operibus frequenter excuſat. Nam vbi ad culmina tegen-
da marmoreæ, vel æneæ, quæ priùs fuerant, laminæ deficiunt; foramina atque lacunas ſcan-
dulis vel palea obturare cogimur: pro columnis item tibicines fornicibus ſæpe ſupponere. Sic
item vias vetuſtate vel tempeſtatibus interruptas nonnunquam faſcibus, aut arboribus
temerè congeſtis continuamus vt peruiæ maneant: donec lapidibus adductis tandem ſoli-
diore materia reparentur. In hoc igitur opere tam multiplici, ſed pluribus indigo, defectoque,
ſi non omnium expectationi votiſque reſpondeat labor noſter; veniam des, precor, & pro
errore inuento propenſæ voluntatis ardorem amplectere. Sunt etenim multa in quibus &
ipſi deſideramus non parum. Quæ tamen non exiſtimauimus omnino ſilentio prætereunda
eſſe, tametſi quæ ſuper his apud auctores reperire potuimus, non vſquequaq; ſatisfaciant:*

attamen

attamen in hoc adferre viſum fuit, vt alijs indagandi diligentius daremus occaſionem, quibus felicius eſt ingenium maiorque eruditio: vel quibus vberior antiquitatum, ac librorum copia in promptu eſt. Ipſi interim comicum illud muſſitabimus, οὐχ᾽ ὡς θιλόμεθα, ἀλλ᾽ ὡς δυνάμεθα, dum hæc muſeiamur, quò pluribus horis viuamus: vt M. Varronis idipſum verbis dicam, & obiter C. Plinij locum corrigam.

Vita nõ fert ocium.

Me quidem conſolatur candidorum illa præclara ſententia, IN MAGNIS VOLVISSE SAT EST. *Atque idcirco conſtat probam, & pulchram in prouehendis ſtudijs cauſſam eorum eſſe, qui publicam vtilitatem cuiuis commodo, vel gratiæ placendi priuatæ præferunt. Iam vt ordinem & ſcopum huius noſtri laboris intelligas lector, propoſuimus Faſtorum Capitolinorum ductu Romanos Annales ab Vrbis exordio in aliquot volumina redigere: atque primùm ſeptem regum, qui tantæ vrbis ac imperij fundamenta iecère, res ſuccinctè (quemadmodum alios feciſſe comperimus) non ſingulorum annorum, ſed temporum dumtaxat ordine complecti. Sic enim iubet neceſſitas. Quia nec T. Liuius, nec quiſquam veterum hiſtoricorum, ex his qui nobis reſidui, quod ſciam, ſunt, per ſingulos annos regum Romanorum acta deſcripſit. Annotabimus tamen rerum geſtarum tempora ſparſim, ſicut à varijs auctoribus per occaſionem aliquando expreſſa reperimus.*

Explicat ordinem & ſcopum totius operis.

De ſeptem regum actis.

Poſt reges exactos à primis conſulibus ſingulorum annorum magiſtratus ordine perſequemur ſequentibus libris: & apud primos quoſque, de cuiuſque exordio, iure, ac poteſtate latius diſſeram; ſicut in primo libro de rege, & regia poteſtate lectorem inſtruximus. Quod neceſſarium fore putaui, quo facilius quiſque diſcernere poſſet, quid rectè vel perperam pro poteſtate ſua quilibet magiſtratus geſſerit. Igitur annalis vnuſquiſque (ſic etenim anni vnius hiſtoriam cum Tullio vocare poſſumus) à conſulibus ſuis incipiet, & per aliorum magiſtratuum annuorũ, qui tum fuère, collegia gradatim ad quæſturam vſque deſcendet, interimque paſſim quicquid offeretur memorabile, breuiter recenſebit. Denique poſt quæſtores, & eorum ſortes ſubtexentur prouinciæ, ſimul cum triumphis actis, cùm occurrent.

De magiſtratuũ ordine.

Singulis annis conſulum, ceterorumque magiſtratuum nomina, ſicut diuerſimodè citantur ab auctoribus, ſingulatim adducimus: &, ſi quo loco mendosè leguntur, corrigenda docemus. In quo non parum perplexitatis frequenter occurrit. Nam cùm triplicia ferè ſint Romanorum propria nomina, & auctores illa breuitatis cauſſa non ſemper plenè proferant; ſed aliquando tantùm gentis, vel familiæ nomen, addita dumtaxat horum alteri prænominis nota quapiam, aut etiam omiſſa nonnunquam: fit vt non parum obſcuritatis adferat in auctoribus illa nominum varietas. Adde quod ſcriptorum neglegentia reperiantur in exemplaribus vbique locorum miris modis vitiata. In his itaque reconciliandis & corrigendis diligentiæ plurimum impendimus.

De nominũ propriorum correctione.

Lanam caprinam explicare nos fortaſſe dicent quidam: ſed illi tantùm, ni fallor, qui auctores neglegenter percurrũt, & ipſam veritatem intelligere penſi non habent. Sed veritatis, ac ſcientiæ cupidum, curioſumque lectorem ſæpe diſtrahit, & anxium reddit illa nominum in eodem homine multiplicitas incognita; vt diuerſos aliquando putet, qui ijdem ſunt; & quæ eiuſdem anni ſunt acta, non vnius exiſtimet. Attamen quantum luminis adferat, & quàm crebros detegat in auctoribus errores iſta diligens nominum diſtinctio, candido lectori conſtabit facilè ex his annalibus. Magni enim intereſt ad veram rerum geſtarum cognitionem adipiſcendam, certò ſcire, quo quis nomine affectus fuerit.

Occurrit obiectioni.

Et quia perſonas ſolis prænominibus Romani ſingulatim diſtinguebant, non profectò paruì eſt negocij nunc in auctorum ſcriptis, atque exemplaribus corruptis ſine hiſtoriarum & antiquitatis exacta peritia patrem à filio, fratrem à fratre, patruelem à germano rectè diſcernere. Quod admodum eleganter atque breuiter Romanos veteres vel ſolis prænominum notis feciſſe & obſeruaſſe religioſiſſimè, non ſolùm Capitolinæ faſtorum tabulæ, verùm etiam quæuis alia marmorum atque nummorum antiqua monumenta nobis oſtendunt. Vix equidem dubito, quin & Cicero, & Liuius, Valerius Maximus, Tacitus, alijque ſcriptores Latini veteres multò accuratius notis ſuis proprias perſonas diſtinxerint, quàm nunc in eorum libris factum reperimus. Sed poſterior ætas per ignauiam prolapſa ſenſim in barbariem atque inſcitiam, multa eius generis non intellecta, tanquàm ocioſa minimeque neceſſaria prætermiſiſſe videtur. Quo factum vt

Prænomina perſonas diſtinguere.

 librarij

Scriptorum imperitia propriorum nominū notas plurimas in auctorum libris periiſſe, vel viciatas eſſe.

librarij ſcriptores notarum veterum imperitia ſparſim vbique truncârint, & corruperint libros, & obſcuritatem haud exiguam veterum ſcriptis introduxerint. Quapropter non malè mereri de literis opinor, qui nomina propria diligenter corrigendo, adiectis etiam prænominum notis perſonas, vbi neceſſe eſt, diſcernendo, non parum luminis auctorum ſcriptis adferunt: maximè, ſi veterum faſtorum auxilio correcta, notiſque ſuis diſtincta nomina locis auctorum adiungere voluerint.

Magiſtratuū omnia collegia ſingulis annis ſuppleri nō poſſe.

Omnia quidem magiſtratuum collegia ſingulis annis ſuppleri non poſſe, nemo non nouit: quando non extant eius generis antiqui faſti, vel annales, in quibus plenè recenſentur. Soli conſulum faſti nobis reliqui ſunt, ab Aurelio Caſſiodoro, & alijs poſteriorum temporum auctoribus collecti.

Faſtorū Capitolinorum præcellentia.

At Capitolini faſti, vt antiquiores, & florentiſſimi ſanè temporis: ita præclariores ſunt, & maximo in precio habendi, quòd non ſolùm conſules, verùm & alios maximos magiſtratus, cenſores ſcilicet, & dictatores cum ſuis equitum magiſtris proferant, magiſtratuumque ſingulorum perſonas patris, auique prænominibus exactè diſcernant, vt ex ſimilitudine nominum naſci confuſio, vel obſcuritas nequeat. Hæc quidem eximia, cedroque perenni digna videntur. Vtinam ſimiles item faſti reperirentur prætorum, ædilium, tribunorum plebis, atque quæſtorum: viua profectò reipub. Romanæ ex his quædam depingi imago, atque per honorum gradus illuſtrium virorum, omniſque nobilitatis à ſtirpe ſua propagines, & ſtemmata deduci in annales, ac in lucem proferri poſſent. Ceterùm cùm T. Liuius, & alij hiſtoriarum, rerumque Romanarum ſciptores magiſtratus omnes ordine non deſcribant, ſed tantùm cùm occaſio narrationis poſtulat, eos nominent: non mirum eſt magiſtratuum nomina multa deſiderari in annalibus noſtris, plurimaque ſubſellia in tam ampla ſenatus curia reperiri vacua. Igitur ne prorſus hiulcum, ac patulum vbique maneret tantæ molis opus, ex varia multiplicique veterum monumentorum, & antiquitatum conſarcinatione, quantum potui illud ſolidare conatus ſum, & vndequaque conquiſitam materiam foraminibus infarcire.

Cur, & quomodo magiſtratuū collegia ſuppleuerit.

Vt annis itaque ſingulis plena exhiberem magiſtratuum collegia, familiarum nobilium inſuper ſucceſſiones continuaremus, quàm diu in reipub. adminiſtratione ex his quempiam fuiſſe ſit veriſimile: profectò nomina intermortua licet, immò iam dudum ſepulta, quamuis nullius ferè ſint auctoritatis, in lucem reuocare neceſſe fuit. Quæ quidem ita ſubiunximus vacuis magiſtratuum ſubſellijs, vt facilè diſcerni, & cognoſci queant, & nihilominus ſua loca certis, & legitimis nominibus, ſi fortè poſtea reperiantur, aperta maneant.

Vetera nomina non ſemper mala.

Vetera quidem nomina non ſemper eſſe mala, nec reijcienda prorſus eſſe, rerum experientia ſæpe docuit. Quid autem obſtat eorum adferre nomina, quorum memoria celebris ad poſteros peruenit, quoſque veriſimile eſt rempub. attigiſſe? De quibus ſi præterea nihil, ad minus hoc diſcimus, quo tempore vixerint, & magiſtratus gerere potuerint. Supplebunt idcircò multa magiſtratuum minorum vacua ſubſellia cenſorij, conſulares, atque prætorij: quando ferè conſtet ipſos à quæſtura per illos honorum

Honor honorē trahit.

gradus aſcendiſſe ad ſumma magiſtratuum dicta culmina. Supplebunt item ſimilium illuſtrium hominum fratres, patres, auique, nec non nobilium familiarum ſoboles: quas ex Capitolinorum faſtorum fragmentis, & alijs antiquitatum reliquijs elicere potuimus.

Claritudini generis aptior eſt ad honores via.

His etenim ob generis claritudinem facilior, ac promptior ad honores omnes erat acceſſus, quàm obſcuris, & abiectæ ſortis hominibus. Ægrè namque vel ab initio pop. Rom. nouis ac ignobilibus magiſtratus dare ſolet, ſed eorum quàm maximè ſemper habere rationem, quorum patres auoſque conſules viderant, beneque de republ. meritos eſſe nouerant. Quod ex ipſa hiſtoria, & T. Liuij varijs locis manifeſtum eſt.

Leges primæ de ambitu cur latæ.

Hinc primùm natæ plebis inuidia tribunitiæ leges de ambitu aduerſus patriciorum togas candidas, eò quòd humilium hominum ſordes populus ſpernere, & præterire videbatur.

Nobilitatis atq. imaginū ius vnde.

Iam verò cùm more Romano vetuſtiſſimo ius nobilitatis atque imaginum ad poſteritatis memoriam populus ſimul cum curuli magiſtratu dederit tam plebeijs, poſt conſulatum plebi communicatum, quàm patricijs:

Nobiliores qui.

ſanè nobiliores dici cœperunt, qui plures domi imagines oſtendere, plures magiſtratus

maiorum curules è faſtis memorare, & in titulis ſuis ſimul patris, & aui nobilia nomina adſcribere, & ciere poterant. Hinc tria nomina nobiliorum eſſe, poëta Auſonius in Grypho ternarij numeri cecinit; non ſolùm quod prænomine, nomine, & cognomine vocarentur, hoc enim omnibus plerumque Romanis fuit commune: verùm etiam quia cum ſuo patris auiq. prænomina ciere nobilitatis teſtandæ cauſſa poſſent. Addidere quidam & proaui prænomen. Quod inter alios L. Munatius Plancus orator fecit, qui C. Cæſaris, & Auguſti temporibus clarus fuit. Hoc enim teſtatur elogium ipſius inſcriptũ Mauſolæo marmoreo Caietæ in promontorio adhuc extante. Item Romæ titulus ex æde Saturni reliquus, quam de manubijs Gallicis idem Plancus fecerat. Quemadmodum antiquiſſimus, ſic & celeberrimus fuit mos ille citandi in titulis patres, auosque. Nimirum gentilitatem quiſque ſuam, ſimulque per patris auique prænomina nobilitatem ſuam in hunc modum prodere ſolebat. Sic enim apud Liuium lib. x. pulchrè P. Decius Mus, qui bis conſul fuerat, cùm legem de ſacerdotijs plebi communicandis ſuaderet anno vrbis CDLIII. *Qui vt probaret ſe non minus nobilem eſſe, quàm patricius quiſpiam, ſic tantummodo dictus, quia patrem ciere poteſt: cùm ſine honoribus alijs non vltra quam ingenuus ſit; addit in oratione ſua contra legis diſſuaſorem Ap. Claudium hæc verba. Conſulem iam patrem ciere poſſum, patrem auumque iam poterit filius meus. Et rectè; iam enim pater ante annos* XL. *Cos. ſe deuouerat, ipſe cùm hæc diceret bis conſul, cenſor, & magiſter equitum fuerat: & eius filius poſtea Cos. in prælio contra Pyrrhum regem cecidit bello Tarentino, ſicut apertius demonſtrabunt Annales. Quapropter non adeò videtur abſurdum patres, & auos in faſtis Capitolinis, alijsve publicis monumentis citatos, oportunis annis ad alios magiſtratus vacuos prouehere, quo videlicet gentium ac familiarum illuſtrium ſtemmata atque propagines vtcumq. continuemus. Prorſus igitur mihi curæ fuit, vt ipſa ciuitas & reipub. ſpecies ordine procedat, hiſtoriæque temporum reſpondeat: vtique pro anni cuiuſque ſtatu magiſtratuum collegia, de quibus auctores nullos reperimus, plena tamen* καθ' ὅσον ἐφικτὸν ἐςὶ, *ex familiarum ſucceſſione diſtribuantur. Vt autem, lector, in tanta collectaneorum varietate ſingula commodè poſſis diſcernere, & dijudicare; quæ maiuſculis antiqua forma literis excuſa ſunt, certa fide digna cenſeto. Nam vel ex antiquis faſtorum Capitolinorum marmoribus vel alijs antiquitatum monumentis, qua fieri potuit cum diligentia, produximus: cetera ex probatis auctoribus, quorum etiam nomina plerumque ſuis locis, ne quis dubitare poſſit, adiunximus. Quorum autem magiſtratuum nomina ſemicirculis incluſa talibus [ ] inuenies, ex ſola ſtirpis propagine deſumpta ſcito, & ad eos annos ratione temporis conducta. Quæ verò duos inter aſteriſcos * * collocata videbis, vt dubia relinquito. Nolim enim Sibullæ foliorum inſtar eſſe, quæ tantùm ex veriſimilibus coniecturis ita diſponere coactus ſui, quarum rationes tamen aliquoties ſuis locis adieci. Sat ſcio coniecturam nihil decernere, fidemque non facere. Hactenus tamen prodeſſe, fateri neceſſe eſt, quod excitet ingenia non ſocordia ſtudioſorum, ad rem diligentius perquirendam. Quare melius eſt coniecturas aliquando, quàm nihil (vt ocioſi faciunt) omnino perſequi. Non opus eſſet cõiecturis, vel tot ſuppoſititijs magiſtratuum nominibus: quinimò ſuperfluus, ac inutilis eſſet hic meus labor totus, ſi quis bonus Genius è tenebris in lucem nobis reuocaret celeberrimos illos T. Pomponij Attici magiſtratuum annales, quorum M. Tullius non ſemel, & Cornelius Nepos in Attici vita non ſine laude meminerunt, ſicut nos in annali primò mox diffuſius exponemus. Nunc autem in magno materiæ defectu, rerumque inopia tanta cogimur, vbi certa nobis deeſt auctoritas, imitari rhetores vel cauſidicos: qui cùm teſtibus rem probare nequeunt, argumentantur à caſu ſimili per exempla, & hoc modo ſæpius fidem faciunt. Quàm aptè, quàm feſtiuè fabulas ſuas poëtæ proferunt? anne perſonis, & verbis effictis res veras, morum, atque vitæ communis expreſſam imaginem repræſentant non ſine ingenij atque inuentionis laude? Et ad rem ſanè nihil intereſt, quo quid nomine, modò ad ſcopum, & ad vſum aliquem proferatur. Quinetiam Coſmographis licitum eſſe videmus in regionum orbis ſitu deſcribendo, loca ad quorum cognitionem peruenire non poſſunt, fabuloſa*

quapiam

Tria nomina nobiliorum.

L. Munacius Plancus orator.

Mos ciendi patres & auos in titulis.

Patricij vnde dicti.

Stemmatum continuatio.

Quatenus poſſibile eſt.

Qua ratione diſcerni, & dijudicari hæc collectanea debeant.

Coniecturæ in quem finẽ adferantur.

Annales magiſtratuum T. Pomponij Attici.

A ſimili. Rhetores & cauſidici.

Poëtæ.

Coſmographi.

quapiam deſcriptione contegere: atque in tabulis ſuis vel paludes imperuias, ac ſaltus ſyluasve non penetrabiles, vaſtas arenas, vel montes etiam inexuperabiles, ac ſimilia depingere, quæ nec ipſos, nec quempiam mortalium penetraſſe ſciunt. Hæc aliaque me reuoluentem animo, doctorum ac ſtudioſorum hominum candor, qui literas, ac ingenuas artes comitari ſolet, inprimis conſolatur: cùm fore ſperem haud dubiè, quòd illi, qui qualecumque virtutis ſtudium ſyncerum probabunt, in noſtram ſententiam, ſic vt nos etiam laudent, ſint venturi. Qui verò conatus hoſce noſtros improbabunt, quamuis in alia quidem prorſus eant omnia: errare humanum eſſe nihilominus dicent, & venia nos dignos, quod prodeſſe voluimus, cenſebunt. Omnes denique nos id agere putabunt, ne fruſtra nati videamur: & cum diſcendi, remque literariam prouehendi amore per inuia & ſalebroſa greſſum promouentes quandoque ceſpitamus & labimur: fauore & auxilio nos potius, quàm ludibrio dignos iudicabunt. In quorum albo, candide lector, vt eſſe ſemper velis; precor & obteſtor. Vale.

Triplicem ſpem ſuam perorando declarat.

SEPTIMONTIVM SEPTIZONIVMVE ROMANVM. LIBER I. ANNALIVM P.R. PER STEPHANVM VINANDVM PIGHIVM CAMPENSEM.



MARTIA ROMA HVMILI ET TENEBROSO NATA LVCAEO,
MOX ROMVLI ET REGVM SEPTENO VERTICE SVRGENS,
ORBIS IMPERIVM FVNDAT VI, LEGIBVS, ARMIS.

ARGVMENTVM LIBRI PRIMI.

SEPTIMONTIVM, ſeu Liber primus continet annorum CCXLIII. hiſtoriam; incipitque per prolegomena quædam de bono rege & optima regni forma. Explicat Romani imperij initia, & cur à regno inceperit; quis reip. ſtatus ſub regibus fuerit, quid ſinguli imperio adiecerint. Septem deinde regum acta ſequuntur. Romulus vrbem condit, ciuitatem in ordines diſtribuit, tribus & curias facit, ſacra conſtituit, legesque

Romulus.

legeſque primus tulit. Matrimonia quoque vi raptis Sabinis vſu capit, bella hinc orta gerit, & rege Cæninenſium Acrone occiſo Ioui Feretrio prima ſpolia opima dedicat: Cum Sabinis T. Tatio rege in regni ſocietatem accepto pacem facit, & tribus ex bellis feliciter geſtis cùm ter triumphaſſet, moritur, diuorumq. numero adſcribitur. Interregni annui ratio, modúsve qualis fuerit deinde narratur. Cùm rex vnus denuò placeret, Numa Pompilius è Curibus Sabinis euocatur ad regnum, philoſophia, & pacis virtutibus inſignis. Populum ab armis auocat, religionis ac iuſtitiæ ſtudium inducit, omnemque diuinum cultum docet. Sacerdotiorum genera, & ſacra plurima inſtituit. Leges tulit, & pace cum finitimis ab initio regni facta, Ianum primus clauſit, nullaque bella geſſit. Sequitur Tullus Hoſtilius qui arma reſumpſit, & cum Albanis primum bellum geſſit, eoſque Tergeminorum Horatiorum victoria in poteſtatem redegit, cumque ijs fœdere facto triumphat. Secundum bellum cum Fidenatibus geſſit, eoſque ingenti prœlio victos, vrbe obſeſſa ad deditionem compulit. Metium Suffetium proditorem cum Albanis auxiliarijs in acie deficientem quadrigis dilaniatum puniit. Albam, ciuibus Romam tranſlatis, diruit: & de Fidenatibus alterum triumphum egit. Cum Sabinis deinde ad Eretum ingenti prœlio conflixit, caſtriſque hoſtium captis tertiò triumphauit. Cumque diſciplinam militarem formaſſet, vrbem ampliaſſet, incendio cum regia abſumptus eſt. Succeſſit Ancus Marcius Numæ ex filia nepos. Ius Fœcialium inſtituit, leges tulit, vrbem ædificijs, ac aquæductibus adornatam, pomerio prolato ampliauit. Septem bella geſſit. De Sabinis & Veientibus triumphauit. Tarquinius Priſcus peregrinæ originis, tutor liberorum Anci regis, ambitiosè regnum adeptus eſt. Is imperij maieſtatem regijs inſignibus, ſenatus & equitum numero adaucto, prouexit. Vrbem cloacis, circo, templis, areaque Capitolina adornare cœpit. Tres ampliſſimos triumphos duxit de Latinis, Etruſcis & Sabinis. Demum inſidijs liberorum Anci regis occiſus, Seruium Tullium generum obſcura origine è ſerua natum ſucceſſorem habuit, euectum aſtu Tanaquildis ſocrus. Qui proſcriptis populi iudicio Anci regis liberis, regnum obtinuit, cenſum ac luſtrum, rem ſaluberrimam tanto futuro imperio, centuriataque comitia, populo in claſſes & centurias diſtributo, inſtituit primus, & leges plurimas tulit. Etruſcos diuturno bello ſubegit, atque de ijs ter triumphauit. Tandem à L. Tarquinio genero Priſci filio occiſus eſt: qui regum ſeptimus, & vltimus, regnum paricidio partum tyrannicè adminiſtrans Superbi cognomen à moribus adipiſcitur. Nam cædibus exhauſto ſenatu, tributo & operibus ſubacta plebe, ſublatis legibus ac maiorum inſtitutis, omnia ex libidine ſine patrum conſilio, ſine populi iuſſu geſſit. At hæc præclarè. Ferias Latinas inſtituit, libros Sibullinos Reip. comparauit, Capitolinum templum, cloacas, circum maximum paterna opera inchoata extruxit. Sabinos & Volſcos vicit, biſque triumphauit. Poſtea ob Sex. filij ſui ſtuprum honeſtiſſimæ matronæ Lucretiæ illatum, cum omni ſtirpe regno pulſus, & in exilium actus eſt, atque libertas populi Romani L. Bruto duce aſſerta eſt anno poſt Romam conditam CCXLIIII.

Numa Pompilius.

Tullus Hoſtilius.

Ancus Marcius.

Tarquinius Priſcus.

Seruius Tullius.

L. Tarquinius Superbus.

HÆC

HÆC EX AVCTORIBVS.

BIbliorum ſacrorum, Platone, Xenophonte, Iſocrate, Homero, M.Tullio Cicerone, D.Aurelio Auguſtino, D.Hieronymo, C.Suetonio Tranquillo, M.Varrone, Plutarcho, Aelio Spartiano, Io.Bapt.Egnatio Veneto, Horatio Flacco poëta, Io.Stobæo, Diotogene Pythagorico, Heſiodo, Euſthatio commentatore, Aeſchylo poëta, Pompeio Trogo, Herodoto, Dionyſio Halicarnaſſæo, Platone philoſopho, P.Ouidio Naſone, T. Liuio Patauino, Speuſippo, Demoſthene, Xenophane, Tyrtæo poëta, Val.Maximo, L.Iulio Floro, Faſtorum tabulis Capitolinis, Eratoſthene Cyrenæo, Apollodoro, M.Catone, Q. Catulo, Polybio Megapolitano hiſtorico, Arriano Epicteto, C.Sempronio, Theophilo Antiocheno, Corn.Nepote, Pindaro poëta, C.Iulio Solino, Ariſtotele Stagirite, Timæo Siculo, Agathocle Siculo, Cephalone, Callia, L.Cincio Alimento, Q.Fabio Pictore, Verrio Flacco grammatico, Sex.Pompeio Feſto. A.Gellio, T.Pomponio Attico, C.Plinio maiore, M.Meſſalla, Macrobio, Aſconio Pædiano, Corn.Tacito, Propertio poëta, L.Tarrutio Firmano mathematico, Panætio, Pindaro poëta, Pomponio iuriſcoſ. Iunio Gracchano, Auſonio poëta, Appiano Alexandrino, Carulo Sigonio, Hippodamo Pythagoræo, Maſſurio Sabino, Vlpiano iuriſcos. Auctore de viris illuſtribus, Euſebio Cæſarienſi, Q.Scæuola pontifice, P.Terentio comico, Seruio Sulpicio iuriſcos. Athenæo, Alcimo Siculo, Pandectis, Inſtitutionibus Iuſtiniani, Cod. Cōſtitutionum Auguſtalium, Corn.Strabone, Columnis triumphalibus Capitolinis, Pythagora, Orpheo, Anaxarcho ſophiſta, Iulio Capitolino, Ammiano Marcellino, Pauſania, Iuſtino, Sophocle, Cn. Gellio hiſtorico, P. Virgilio Marone poëta, Stephano Buzantio grammatico, Io.Zonara, Eutropio, Tertulliano, Iulio Capitolino, Flauio Vopiſco, Pontificum annalibus, Suida, Sex. Rufo, Ennio poëta, C. Probo, Lucano poëta, Numæ commentarijs, Faſtis pontificum, Caſſio Hemina, Cenſorino, Caio iuriſcos. Regum commentarijs, XII. tabulis, Caſſiodoro, L. Piſone, Iornande, L. Cælio Lactantio Firmiano, Ser. grammatico, Myrſilo Lesbio, Annio Viterbienſi, Pomponio Mela, Iulio Paullo, Aelio Tuberone, Salluſtio hiſtorico, Vennonio, Remæo, Sex.Victore, Paullo Oroſio.

PRAE-

PRÆFATIO IN LIBRVM PRIMVM STEPHANI VINANDI PIGHII:

AD SIDERVM NATALIVMQVE SPLENDORE DIVINO SERENISSIMVM ATQVE FELICISSIMVM IVVENTVTIS PRINCIPEM PHILIPPVM AVSTRIVM, PHILIPPI II.

Regis Catholici F. Hiſpaniarum, Indiarum, multarúmque Prouinciarum hæredem.

Exordium cum captatione beneuolentiæ à munuſculi qualitate.

DVPLICARE, Principum ſereniſſime, gratiam ſibi ſolent oportuna quæuis munuſcula, ſint vilia licet & exilia: modò tam aptè, tempeſtiueque dentur, vt vel vſui eſſe, vel delectare poſſint. Poma, nuces, crepundia, & pupæ puſiones atque puellulas exhilarant, flentibus mox gaudium & riſus excitant. Sic Apollinis & Muſarum pueros lyræ, libríque; Martios ſpiritus Enyus alumnos operoſæ phaleræ, ac armillæ, necnon equi nobiles, & arma quàm affabrè facta capiunt. Quid animoſiſſimus ille Græcorum Achilles? Qui in Scyro latitans inter regias filias, veſte muliebri in fœminam ferè transformatus adoleſcebat obſcurus, & incognitus. Anne, cùm inter oblata virginibus apta xenia reperiret item Martia viris digna, mox indolem detexit? & bellicum tubę cantum audiens, longa ſtola reiecta, pro calatho clypeum, & haſtam pro colu rapuit? Militari deinde geſtu circumactus, ſtolatum anne virum ſe, non virginem Vlyſſi, ceteriſque præſentibus imprudens prodidit? In hunc modum, vt verè poëta cecinit,

Achilles in Scyro latitans.

Munerum vis & efficacia.

Munera, crede mihi, capiunt hominesque deosque.

Adeò ſua quemque voluptas vel inuitum quandoque trahit. Vetus & laudatum eſt Græcorum prouerbium, Ξείνων δέ τι θυμὸς ἄριστος, docens animum munerum optimum eſſe. Secundùm quod Xerxes rex potentiſſimus ruſtici cauis manibus oblatam aquam, animum eius reſpiciens, gratam habuit: Chriſtus regum Rex viduæ pauperculæ terunciolos, propter animum, totis gazophilacij theſauris prætulit. Sed quantò ſunt ære, vel aqua, vel quibuſuis Fortunæ bonis precioſiora fructuum ingenij, animique munera: tantò gratiora meritò debent eſſe, præſertim ſi ex deuoti pectoris ſcrinio deprompta præſententur. Hæc profectò principem adoleſcentem, quem Deus ſupra plebis conditionem euehit ad monarchiam, apprimè decent, quæ virtutibus ipſum opulentiorem facere forſan poterunt. Eius namque maieſtatem ac amplitudinem multò pulchriùs exornabunt, quàm aurum, gemmæ vel purpura: multò prouehent altiùs, quàm aulicorum turba, vel quæuis alia fortunæ pompa: multò denique certiùs, atque ſecuriùs ipſum tuebuntur, quàm quæuis panoplia, vel barbarorum ſatellitum cohortes miliariæ plures. Animi quidem munera non malè, ni fallor, appellamus virtutum fructus, & rerum expetendarum, aut fugiendarum cognitionem, doctrina, vel vſu longo partam. Doctrinam verò per literas & diſciplinas ſtudioſè ſectamur, quia facilior eſt quædam, atque ſecurior ad prudentiam introductio, multiſq; paraſangis compendioſior, quàm

Magnos reges magna decet comitas.

Animi ac ingenij munera cunctis præferenda.

Animi munera quæ.

Vſus atq; doctrinæ ſynergeia. *Sapiẽtia regnorum fidiſſima cuſtos.* *Benè gubernandi ars, vt difficillima, ſic pulcherrima eſt.*

vſus aut experientia. Si tamen pari paſſu ſimul vſus atque doctrina virtutis ductu via recta pergant, principes generoſos diſcipulos ſuos ad verę Sapientiæ cathedram ſiſtere ſolent: vt ab ipſa regnorum fidiſſima cuſtode ſine vi ſceptra tenere; & ad æterni numinis regulã ſubditos gubernare diſcãt. Cùm autem artium & diſciplinarũ pulcherrima quæque ſit plerumque difficillima, ſummoque labore paranda: inter omnes tamẽ, vt Ariſtoteles opinatur, nulla neq; pulchrior neque difficilior, quàm benè regnandi, id eſt, quæ docet ſalutarem agere principem. Cuius excellentiã quo penitius introſpicimus, eò magis in ſapiẽtiſſimi Platonis, & doctiſſimi Xenophõtis ſententiam pedibus ire cogimur: qui pronunciârunt quiddam homine maius, planeque diuinum eſſe, liberis hominibus, nec inuitis imperare. Huius autem artis peritiam ſola Sapientia docet, quam aſſequi nemo niſi virtutum dotibus, animique bonis poteſt: ſit licet ditiſſimus, principúmve potentiſſimus. Eius artis, vt vult Iſocrates, præcipua ſunt capita, reip. felicitatem tueri, & propagare, mala quæuis auertere. Verùm enimuerò vt in his rectè quiſpiam ſatisfaciat, ſi multum indiget eruditionis, & ſedulitatis bonus medicus in vno corpore regendo; ſi plurimum prudentiæ nec non vigilantiæ probus paterfamilias in vna domo conſeruanda: quantum, quæſo, doctrinæ, conſilij, atque prouidentiæ ſibi comparet oportet princeps, cui multorum populorum ſalus à Deo commiſſa eſt? Integras dormire noctes an huic decorum? Nequaquam. Quinimo Somnium à Ioue veniẽs in caſtris ante Troiam apud Homerum deterret à tanta ſocordia regem Agamemnona, vt principem prudentem, & conſiliarium virum. Proinde quo potentior imperio, regniſque princeps eſt: eò virtutum ac artium adminiculis ad gubernandum neceſſarijs inſtructior eſſe debet. Quæ quidem omnia ſuppeditabuntur abundè, ſi indoles ſit principe digna, & à puero recta quadam inſtitutione tenellus eius animus ſenſim imbuatur regijs atque rectiſſimis opinionibus: vti Deum ac pietatem ante omnia colat, virtutem ac eruditionem in ſumma gloria & honore ponat, vitia, & ignorantiam pro flagitio, & dedecore reprobet, artes ingenuas magni faciat. Quod compendio præſtari poterit ſalubribus præceptis atque conſilijs: item honeſta in primis conuerſatione doctorum hominum, iudicio, prudentia, vitæq. integritate præſtantium: nec non exemplis ex hiſtoria petitis, quæ docent ſine tædio, atque efficaciſſimè generoſos ſpiritus mouent, & accendunt. Quocirca decorum valdè, nec minùs vtile eſt habitum etiam antiquiſſimis temporibus, animi potiùs, quàm Fortunæ arbitrio ſubiectis muneribus honorare principem: quorum auxilio Fortunam ipſam, rerum humanarum, vt plerique putârũt, dominam atque reginam regere, ſibique morigeram facere poterit. Non igitur adeò ineptum fore munuſculum, nec abſurdè me facturum arbitror (quandoquidem maximæ terrarum Monarchiæ Romanæ magiſtratus, prouincias, reſque geſtas à me temporum ordine deſcriptas orbis Chriſtiani maximo potentiſſimoq. Regi dedicaui) ſi deinceps verbis auſpicatis SEPTIMONTIVM. SEPTIZONIVMVE. ROMANVM. hoc à me qualitercumque concinnatum, conſecrem ipſius inclyto germini, id eſt, filio ad multa regna nato. Veſtibulum etenim videtur eſſe quoddam ampliſſimæ, quæ fuit vnquam, monarchiæ, ſeptem columinibus impoſitum: quod in aditu primo tam per legum, ac iuſticiæ, quàm per expeditionum atque victoriarum gradus viam varijs exemplis monſtrat ad magna quæuis imperia, quæ à bono Rege, regnoque legitimo ſolent exordium incrementumque ſumere. Quapropter à ſeptenarij numeri myſterijs arcanis non infauſtum, nec ineptum libro nomen imponere placuit, qui perfecti Regis virtute ſua Dei beneficia inter homines diſtribuentis imaginem quandam per ſeptem regum acta breuiter exprimit. Siquidem Rex bonus in terris ac ciuitate

Non pauca requiri ad artis dictæ perfectionẽ.

Animus regius ac principe dignus, qui rectis imbutus opinionibus eſt.

Quomodo erudiendus.

Cur ab antiquo ingeniorum opera principibus offerri ſolẽt.

Annales maxima monarchia cur maximo Regi; Septimõtiũ cur eius filio dedicârit.

Rationẽ nominis incipit explicare, cur Septimontiũ liber vocetur.

ſua

ſua ſummi Dei eſt imitator: dum eius opera, ac virtutes, quantum poteſt, ſequitur. Quocirca tam huic, quàm Deo conuenit ſeptenarius numerus, & vtriuſque quædam eſt nota, ſeu hieroglyphicum quoddam apud Platonem, & Pythagoricos propter cauſas non futiles, ſed graues: cùm ex impari toto ternario, & pari toto quaternario ſit compoſitus ſeptenarius, in ambabus ſuis partibus vim obtinens geminam vinciendi. Ternarij namque vinculum inter monadem triademque media dyas eſt: quaternarij verò inter monadem atque tetractyn mediæ dyas & trias. Quæ vincula coniuncta tanquam funiculo triplici denuo ſeptenarium colligunt, & conſtituunt. Hunc numerũ itaque M. Tullius libro de rep. VI. non ineptè rerum omnium ferè nodum dixit. Pythagorici συζυγίας καὶ νόμον appellârunt: coniugium, ſcilicet, ac legem numeris, proportione, temperaturaque ſua conſeruantem omnia; qua Deus mundum, Rex ciuitatem gubernat, atque regit. Quare continet perfectionis perfectiſſimæ plenitudinem, qua mundus conditus, ac homo formatus eſt. Rurſus vniuerſitatem notat, omneque tempus in ſe complectitur, ſeptem dierum continuo circuitu menſes, annos, ac ſæcula generans, eademque opera corporum animatorum naturas immutans. Nec diſcrepant ab hiſce philoſophorum opinionibus antiqua noſtræ religionis vaticinia, ſicut vno conſenſu docent eorum fide digniſſimi interpretes. Sed horũ argumenta & rationes epiſtolæ breuitas cùm nõ capiat, in aliam oportunitatem vt ea reſeruemus, neceſſe eſt. Sed illud præterire nequeo, diuini ſpiritus vim & efficaciam ſeptenario contineri; cuius præcipua chariſmata ſiue dona numero ſeptem ab Eſaia vate, & Diuo Paullo nominantur. Et quia mentem hominis hæc diuiniorem reddunt, nec non virtutibus ſupra ſortem mortalitatis extollunt: oracula vatum myſtica voce, montes, ſæpius appellârunt hiſce diuini ſpiritus donis præditos. Itaque montes Dei aliquando vocantur ſancti eius, vt Diuo placet Auguſtino. Ad virtutum enim excelſa perueniens quiſque mons rectè dicitur, quemadmodum D. Hieronymus Eſaiæ, Ioëlis, & aliorum vaticinia vult interpretari. Eodem ſenſu montes excelſi dicuntur Reges, & Principes non adeò propter dignitatis excellentiam, vel propter faſtum & potentiam, quos montes Deus aliquando concutit, & transfert in cor maris: ſed illi præcipuè, qui vt conditione ſublimiores ſunt, ita naturæ bonitate, virtutum ſuarum fructus deriuant in ſuos ſubditos. Tunc enim mella ſudare montes, & ſtillare lactis dulcedinem perhibentur in ſacris oraculis. In quibus etiam Rex regum Chriſtus, cuius imperium ſuper omnia, quàm rectiſſimè mons montium nuncupatur: è cuius cacumine ſpiritus Domini cunctarum virtutum fons atque principium ſeptemplici riuo ſeſe diffundit per colles & valles, per agros, paſcua, & plantaria in ſitientium ſalutem. Sine quo monte in vertice montium poſito, atque eius fonte; hoc eſt, abſque Chriſto, ſicut D. Hieronymus ait, nec ſapiens quis, nec intelligens: nec conſiliarius, nec fortis: nec eruditus, nec pius: nec plenus eſt timoris Dei. Atque hæc quidem de myſtico SEPTIMONTII mei titulo, Sereniſſime principum, clariùs intellexiſſe ſpero non pigebit. Quod nomen ab antiquiſſimis Vrbis temporibus auſpicatum, ac celebre quondam fuit apud Romanos annuo die feſto, quem Suetonius in Domitiano Septimontialem ſacrorum diem appellat. Eodemque, vt auctor eſt M. Varro, ſeptem in Vrbis locis ſacrum fiebat: quia tum Seruius Tullius rex ſeptimum Vrbi montem addidiſſet. Quo quidem feſto die per Romam vehiculis vehi nefas ac criminoſum habebatur. Cauſſam Plutarchus in problematis ſuis quærit; ſed præcipua fuiſſe videtur, quod cenſebant Romani Martium animal equum bellatorem eo die feriari, ac iugo liberum eſſe in Vrbe libera debere, qui Romæ Martiæ gentium domitrici ſacer eſſet. Iam verò quòd liber altero titulo SEPTIZONIVM

Septenarius numerus cur Dei ac Regis ſit ſymbolũ.

Rerum omnium nodus ſeptenarius.

Hebdomas vniuerſi tẽporis circuitus.

Sept. S. Spiritus dona mentem hominis in mõtem excelſum verti.

Montes Dei.

Montes excelſi.

Mons montium.

Fons ſpiritus Domini ſeptifluus.

Septimontiale ſacrum Romæ.

Cur Septimõtiali die feſto vehiculis per vrbẽ vehi nõ licitum fuit.

Septizoniũ cur vocetur liber.

vocetur, mirum fortaſſe videbitur; à ſcopo tamen noſtro non aberrat hoc nomen Romanis antiquis non incognitum. Erat enim famoſum ac inſigne ſubſtructionis vel ædificij genus; quod ſeptem marmoreis zonis, ſiue pluteis plures columnarum ordines in altum euehebat, & tanquam diadematibus

Septizonia Romæ duo. Aelij Spartiani locus animaduerſione dignus.

vel coronis totidem opus per ambitum exornabat. Qualia, ni fallor, duo Romæ ſumptu ambitioſo L. Septimium Seuerum Imp. extruxiſſe ex Aelij Spartiani hiſtoria duobus in locis, quamuis admodùm mutilatis, & mendoſis, colligi poteſt. Vnum enim ſepulchri, vel Mauſolæi in vſum fecit in Appia via euntibus ad portam dextrùm: in quo, Seuero iam mortuo, filius eius minor P. Geta à fratre Baſſiano occiſus, fuit ſepultus. Alterum in Vrbe fieri curauit, vel potiùs, vt opinor, in ampliorem formam excitauit, quod multò priùs in Vrbis x. regione iuxta Palatini montis radices extiterat: quemadmodum conſtat ex tabulis regionum vrbis Romæ P. Victoris titulo extantibus. In quarum antiquiſſimo exemplari characteribus Romanis maiuſculis exarato, quod Romæ vidi, & exſcripſi, Septizonium vetus appellatur: Prope quod T. Veſpaſianum Cæſarem natum teſtatur Suetonius. Meminit eiuſdem Ammianus Marcellinus hiſtoriarum lib. xv. Hoc autem opus, vt ex Spartiani verbis apparet, Seuerus abſens, per Vrbis præfectum Modium abſoluit, vt obiter nomen præfecti reſtituam, quod in exemplaribus Spartiani ſcriptorum culpa perijt, ac in (medium) tranſijt. Extant autem huius Septizonij ad radices Palatini montis adhuc temporis viſendæ reliquiæ quædam, minimè ad ſepulchri formam factæ non procul à circo maximo: ſed miſerum in modum à barbaris deformatæ. Quod profectò non dextrum, ſed ſiniſtrum eſt euntibus ad portam Capenam, quà in Appiam viam exitur. Ex hoc quidem Seuerus Auguſtus atrium regium, per quod ab ea parte montis aditus eſſet ad Palatinas ædes, imperij Romani tunc ſedem, facere decreuerat, ſicut eiuſdem Spartiani reſidua truncæ hiſtoriæ verba volunt apertè ſatis innuere: quæ corrector Io. Bapt. Egnatius Venetus non penitiùs conſiderans corrupit magis, quàm emendauit. Vt ad rem porrò redeamus, meum hoc Septizonium, Princeps Sereniſſime, dabit gradatim

Vſus præſentis Septizonij.

aditum ad ſummæ monarchiæ ſedem, tranquillamque poſſeſſionem, via, licet non adeò ſtructuris ſplendida, multò tamen ſolidiore, certioreque: quæ non pedum labore, ſed ingenij induſtria exuperanda eſt. Hanc in eo libro monſtrabunt ſeptem regum auſpicijs exurgentis Romæ leges, & inſtituta, populi mores, ſtudia, & labores, regum bella, victoriæ, atque triumphi. E quorum omnium euentu inſignia reipublicæ gubernandæ exempla, tanquam regulæ quædam conſiliorum & actionum inſtituendarum ſaluberrimæ depromi po-

Septizonij myſtica ſignificatio. Zona quid.

terunt. Repræſentat inſuper Septizonium noſtrum arcano ſuo nomine, non ſolùm prudentis, atque perfecti Regis, verùm etiam fortis & bellicoſi Imperatoris imaginem. De ſeptenarij virtute perfecta ſatis antè dictum: de Zona quidem ex multis hoc tantùm addemus, ſignificare Græcis atque Latinis tam medij corporis infirmiorem partem, quàm eius tegmen & armaturam; non è chalybe, vel ferro loricam: ſed in primis medium corporis cinctum, vel faſciam latam, Marti deorum furioſiſſimo peculiarem. Hinc eſt quòd Homerus Agomemnona regem depingens, eum capite, atque oculis Ioui fulminatori, Zona Marti, & pectore Neptuno ſimilem eſſe cecinit. Martis igitur

Martis ſtatuam veteres vt formârunt, cur eius lumbos lata Zona cinxerint.

ſtatuam antiqui toto corpore nudam formârunt, cuius tantùm caput galea, pedes caligulis curtis, & lumbi lata zona tecti muniebantur. Videmus eius in hunc modum elegantiſſimè ſculpta ſigna in gemmis, & nummis antiquis. Martis porrò numen, animi flagrantem impetum perturbationibus varijs obnoxium inter alia ſignificabat, qui niſi moderationis zona ſtringatur, nil aliud quàm furor erit. Hic igitur zonæ cinctus animi generoſi, & temperati, nec

rati, nec non inter pericula fortis prouidum iudicium deſignat: cuius vinculo paſſionum & appetituum impetus retineri, & fluxæ cupiditates coërceri poſſunt, non ſecus ac zona renes, lumbos, ac præcordia ſtringit. In his enim vt animæ ſentientis, ita & perturbationum fomes eſt. In iecore ſcilicet cupiditatum, curarum & amoris, in pulmone faſtus & ſuperbiæ: in lumbis ac renibus luxuriæ, atque libidinis. Sic iraſcimur felle, ſplene ridemus, ſolo corde nonnumquam ſapimus, vt volunt Phyſici: in quo rectoris animi ſedes eſſe creditur, quia purioris ſanguinis, atque ſpirituum ſereniorum fontem continet. Itaque mos receptiſſimus fuit apud antiquos, hæc imbecillia corporis vitalia cinctu cuſtodire, validaque zona compeſcere. Cuius ſignificatio per anagogen tranſlata frequenter ad animi continentiam vſu loquendi referebant. Hinc inſtitutum etiam diſciplinæ militaris Romana lege, militem timidum, ac ignauum, moribus fluxum, ac vita diſſolutum zona militari ſpoliare, diſcinctumque per ignominiam deſtituere. Deſpiciebatur enim miles ſine zona malè cinctus, eratque ludibrio, tanquam vilis, ac nihili. E contrà diligenter & induſtriè cinctus magni fiebat, vt prudens, ſtrenuus, fortis, ac generoſus. Quales olim antiquitas Cinctutos appellabat, Horatio poëta teſte, quaſi cinctu tutos aduerſus Fortunæ vitiorumque pericula, quia virtutum zona muniti erant. Hos autem εὐζώνους Græci dixere. Quapropter hæc animi zona ſoleis, & præcipuæ nobilitatis erat, & ad egregia virum inflammabat facinora: ſic plurimos etiam ſortis infimæ per gradus honorum ſæpiùs ad ſummum imperium euexit. Cuius ſeptemplice diuini ſpiritus cinctu Rex aut Imperator pectus armet ſuum neceſſe eſt, quiſquis ad immortalis gloriæ culmen ſcandere cupit. Tibi charum ſit igitur, generoſiſſime Principum, tale Septizonium, ſupplico, totidemque virtutum heroicis diadematibus feliciter caput exornet precor, ad quot regnorum prouinciarumque gubernacula te potentiſſimus Rex pater tuus, pro ſua pietate ſumma diligenter enutrit, & inſtitui curat. Nam quod imperio genuit, præſtare quoque imperio dignum cupit: ſolidamque virtutum columnam erigere, in illa ſua baſi, inquam, non ſolùm vrbs Roma, verùm etiam vniuerſus orbis Chriſtianus ſpes expectationesque ſuas tutò reclinare poterit. O quàm ſapienter optimus ille Princeps, præſentibus non tantùm rebus, ſed & futuris conſulendum eſſe, ſibi perſuaſit. Nec ſufficere imperium benè gerere, verùm in primis curandum eſſe, ne tot regna, totque prouincias relinquat deteriori: ſed vt filius ſucceſſor patris ſublati deſiderium regijs virtutibus potiùs leniat, ac minuat, quàm vitijs tyrannicis augeat: patris gloriam, ſi fieri poterit, præclarè factis pluribus obſcuret magis, quàm malè factis illuſtret. Quantoperè hoc illi curæ ſit, reapſe declarat, quòd inſtitutionis filij ſui ſæpiùs obſeruator & promotor ipſe velit eſſe: rariſſimo ſanè nunc temporis exemplo, quod vtinam plures Principes imitarentur. Equidem autumo non ſine ſummi numinis (cuius in manu corda Regum ſunt) nutu, ac prouidentia ſingulari hæc fieri: Qui poſt Romanum Imperium ſocordia, & impietate Principum in Occidente iam diu collapſum noua denuò maximæ monarchiæ ſecura fundamenta ſubſtruere in hoc angulari, ad normam rectè expolito lapide decreuit: cuius potentia Catholicam fidem Romanam, iuſtitiam, pacemque ſuam per orbem terrarum omnem denique propagare, atque Eccleſiæ ſuæ per multa ſæcula militanti auream quadrigam ad triumphum, peramplam ac indiſſolubilem parare volet. Cuius quidem decreti magna hoc æuo noſtro indicia, atque præclara rei præparamenta videmus. Optant igitur boni votis ſupplicibus, Chriſtianos Principes omnes

Animæ ſentientis, & perturbationum fomes vbi.

Corde ſapimus.

Cinctus allegorica ſignificatio

Diſcinctus miles ignauus.

Cinctutus, εὔζωνος, egregius, fortis, induſtrius.

Septizonium Principis.

Regis Philippi patris in filium laudatiſſima pietas.

Pax & religionis vnitas aurea Eccleſiæ quadriga triumphalis.

in hunc finem animorum conſenſu conglutinatos, atque diuini ſpiritus zona pulchrè cinctutos: nimirum numeris virtutum omnibus ad vnguem factos, qui hanc auream Eccleſiæ Dei quadrigam, vt eius operarij diligentes, gnauiter fabricare incipiant. Inter quos, ô Sereniſſime Principum, quemadmodum idem ſummus opifex te ſuper omnes alios euehit imperij magnitudine, & prouinciarum per præcipuos orbis habitabilis tractus amplitudine: ſic mentem indolemque generoſiſſimam tuam ſui ſpiritus gratia fouet & excitat, vt ſub integerrimis doctiſſimiſque tuis inſtitutoribus lubenter operam nauare velis, quò virtutibus animi non minùs alios antecellas, quàm regijs ſceptris & diadematibus. Spes igitur effulget nobis à tua Serenitate lætiſſima, quod maximi patris auſpicijs, & exquiſitiſſima ſuorum cura publicam expectationem haud dubiè ſuperabit. Quod vt auguſto vaticinem augurio, vates non profanus, faxit Deus Opt. Max. cuius vnius nutu regna ſub ſole cuncta cadunt, & exurgunt. Porrò iam tempus & ordo poſtulat, vt quædam ſcitu digna, nec non ad operis inſtitutum neceſſaria, præformemus.

Potius præfationis concluſio.

DE REGE IVSTIQVE REGNI ORIGINE.

MAGNA, Sereniſſime Principum, vis humani eſt ingenij ratione vegeti, qua ſola maiorum noſtrorum maior pars ante multa ſæcula, necdum vllo Chriſtianæ doctrinæ lumine illuſtrata cauſarum cauſam, & mouentium motorem vnum Deum eſſe cognouit. Nam vigor & ſolertia rationis rerum ordinem contemplantibus facilè perſuaſit, omnia quæ ſunt & mouentur; quæque vel ſenſui vel intelligentiæ ſubijciuntur, ad vnam efficientem & mouentem cauſam referri debere: Ne, ſi non conſiderationis curſui ponatur terminus, neque apprehendatur extremum vnum aliquod per ſe exiſtens & immobile, cuncta tamen mouens; perpetuum, & à nullo creatum, creans ipſum tamen vniuerſa: in infinitum quid omnia deſtruens procedatur, quod nos vagos incertosque, & rationis ac numeri expertes reddit, ſicut pulchrè in Platonis Philebo Socrates diſputat. Ab vno itaque principio petêda ſunt omnia, nempe ab auctore & moderatore vniuerſi ſummo Deo; à quo perenni ſonte virtutes rerum promanant, diffunduntúrque per totam hanc mundi machinam. Qui vt Hierarchiam ſuam in cælis conſtituit, ita & in terris rectè atque ordine ſuo vniuerſa diſponit. Atque vt Imperator ſupremus in exercitu officia ac miniſteria vnicuique ſua attribuens, alios præfectos, alios tribunos, centuriones alios quidem conſtituit; ſummam tamen imperij ſibi ipſe reſeruat: ſic & vniuerſi corpus, velut vnam aciem ipſe regit, atque æterna mente gubernat. Non ineptè verò diſſerit apud Stobæum Diotogenes Pythagoricus ex eius ſectæ doctrina conſtituens rerum felicem ſtatum in numeris, proportione, & harmonia quadam. Siquidem inter præſtantiſſima totius vniuerſi Deum excellere dicit; inter terrena atque humana, Regem. Nempe vt Deus ad mundum, ita ſe Rex ad ciuitatem habet; & vt ciuitas ad mundum, ita ſe Rex ad Deum. Ciuitas enim ex varia multitudine concinnata, mundi ſtructuram & harmoniam imitari debet; in qua Rex vnus imperium habens nulli obnoxium; & lex viua exiſtens Dei quandam imaginem repræſentat. Hæc, vt alia multa pulchrè Diotogenes. Vt igitur Regum in poteſtate ſunt homines, ita Regum ac principum corda in manu ſunt Dei, & è nutu eius dependent. Nec diſſentiunt veteres poëtæ, quos Plato duces ſapientiæ appellat. Homerus enim regibus Iouem σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας, id eſt, ſceptrum & conſilia dare ſcribit. Quid Heſiodus? Regésne Iouis filios iudicat, in Theogonia ſua ex Ioue Reges naſci canens? Idem Minoa regem legiſlatorem à Ioue ſceptrum accepiſſe dicit. Quod nil aliud eſſe vult Plato, quàm Iouis doctrinam, hoc eſt, æqui atque iuſti regulam ac rationem à Deo acceptam, qua Cretenſem rempublicam feliciſſimè inſtituit, ac rexit. Quapropter diuinæ intelligentiæ oculus ſceptro ſuperpoſitus eſt: quo rectè cuncta perpendere, ad amuſſim perſpicere, ac dijudicare Rex debet. Is itaque Minos Iouis familiaris & diſcipulus appellatur ab Homero, qui Iouis ipſius alumnos Reges eſſe fingit, Iliados β. dum canit:

Ab vno principio petêda omnia eſſe.
A Deo petenda omnia eſſe.
Hierarchia cæleſti politia terreſtris debet eſſe ſimilis.
A ſimili.
Dei & Regis comparatio.
Regum corda in manu Dei ſunt.
Poetæ duces ſapientiæ.
Sceptra Regum à Ioue.
Sceptrum regium quid.
Minos Iouis familiaris & diſcipulus.

Θυμὸς γὰρ μέγας ἐστὶ διοτρεφέων βασιλήων.

Reges igitur, vt Homerici commentatoris hæc dicam verbis, Ὡς μαθηταὶ τοῦ Διός, καὶ ὑπ᾽ αὐτοῦ παιδευόμενοι τὴν βασιλικὴν παιδείαν (τρέφειν γὰρ ἐνταῦθα τὸ παιδεύειν, καὶ τροφὴ ἡ παιδεία τῆς ψυχῆς) id eſt, tanquam Iouis diſcipuli, & ab ipſo inſtituti regia doctrina (nutrire namque hic eſt erudire, & animæ nutrimentum ipſa eſt diſciplina) nutui & arbitrio diuino ſubiecti parêre debent. Qua in ſententia videmus etiam Flaccum eſſe, cùm canit,

Reges Iouis alumni & diſcipuli.
Diſciplina nutrimentum animæ.

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Iouis.

Creauit autem hominem in primis Deus ad imaginem ſuam, eumdemque, vt omnibus in mundo creatis vi rationis dominaretur, in terris principem conſtituit, & hominum cœtibus multiplicatis, vti patresfamilias domibus, ſic Reges quoſdam diuiniores homines ſapientia atque iuſtitia conſpicuos populis præfecit; ſeruans in humanis etiam rebus hierarchiæ ſuæ cæleſtis quoddam exemplum, vti vnus imperio omnibus præeſſet, quem ποιμένα λαῶν Homerus appellat, ſicut item Æſchilus, & Plato, & Xenephon, Homerum imitati; vt ille non ineptè pecudum gregibus hominum cœtus aſſimilârit, quibus ſemper paſtor adeſſe debet. Nec minùs Regem bonum reipublicæ ſuæ felicitate, diuitijs; quàm paſtorem ſalute ac vbertate gregis ſui gaudere ac frui decet, quemadmodum Cyrus cenſet apud Xenophontem. Plato autem inter reipublicæ formas regnum legitimum vt rem diuinam, ac ſummum inter mortales bonum effert; quod ad naturam diuinam propiùs accedat, & cæleſtem

Reges ab initio mundi in terris fuiſſe.
Adam primus Rex.
Rex paſtor populi.
Regni laus ab excellentia & antiquitate.

cæleſtem vim maximè attingat. Nec vllam politiæ formam in orbe terrarum antiquiorem nobiliorémve exiſtimant auctorum præcipui. Nam principio gentium nationumque (vt Pompei Trogi verbis dicam) imperium penes Reges erat; quos ad faſtigium huius maieſtatis non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio prouehebat. Populus nullis legibus tenebatur, arbitria Principum pro legibus erant. Fines imperij tueri magis quàm proferre mos erat. Intra ſuam cuique patriam regna finiebantur. Sed hi mores aureo illo Saturni ſæculo vigebant in terris. Non ſolùm igitur apud Medos, Herodoto, & Dionyſio Halicarnaſſæo teſtibus, verùm etiam apud omnes gentes iuſtitiæ fruendæ cauſa benè morati Reges primùm conſtituti ſunt; quia, vt Ariſtoteles opinatur, tam difficile erat in paruis illis ciuitatibus plures inueniri, quibus rectè rerum gubernacula committerentur. Creſcente tamen hominum multitudine, cùm plures pari prudentia & æquitate præſtantes reperirentur, qui concordi conſilio rempub. regere poſſent, ab vnius dominatione ſæpius ob Regum vitia, vel faſtidium, gubernacula ciuitatum ad optimates ſunt tranſlata. His etiam aliquando, vt nihil in terris eſt perpetuum, per luxum atque opes in diſcordiam & vitia prolapſis, populus ipſe frequenter deſtitutis optimatibus rempub. capeſcere cœpit, atque omnia ſuis ſuffragijs adminiſtrare. Plebe verò deinceps nimia libertatis dulcedine inſolentiùs inconſultiusque imperio vtente, ſpretisq; legibus patrijs omnia per factiones ſeditionesque (vt fieri ſolet) peſſum dante: ad vnius denuo dominatum neceſſariò ſæpe reſpub. relabitur. Atque hæc fatalis illa imperiorũ rota eſt, quæ ob imperfectionem humani generis rerumpublicarum omnium ſtatus ac formas aſſiduè permutat, ſicut ex Græcorum ac Romanorum populorumq; aliorum hiſtorijs eſt manifeſtũ. Quemadmodum igitur, vt iam ſatis demonſtratum eſt, ciuitates præclaræ, & potentiſſima quæque imperia plerumque à monarchia exordium ſumpſere; ſic & vrbs Roma recèns condita Regibus ab initio paruit. Qui tantæ futuræ reip. non ſolùm vtilis, verùm etiam propemodum neceſſarius eſſe videbatur regiminis modus. Neque enim paſtorum, exulum, conuenarumque incondita multitudo aliter contineri potuiſſet, cùm adhuc nec coniugum, nec liberorum pignora, nec ipſius ſoli (cui longo tempore quis primùm aſſueſcit) charitas animos eorum conſociaſſet: niſi ad nutum vnius abſoluti imperij ab initio fuiſſet coacta reſpicere. Nam ſoluta metu ſupremæ poteſtatis popularibus protinus ſeditionibus (vti poſt exactos Reges non ſemel contigit) agitari in diuerſum cœpiſſet, atque ſumma cum reip. pernicie, certoque periculo, ciuili cum patribus contentione decertaſſet. Non ſecus ac contigiſſe ferunt in ſtupenti, & bruta illa prima materia, atque indigeſta, formæ ſcilicet legiſque experte, elementorum congerie: quam poëtæ Chaos appellârunt, in qua ſemper, vt Ouidij verbis dicam,

Qui veri Reges.

Cur initia imperiorum & monarchiæ.

Mutatio regni in Ariſtocratiam.

Mutatio Ariſtocratiæ in Democratiam.

Mutatio Democratiæ in Monarchiam ſeu regnum.

Rota imperiorum fatalis.

Romana reſp. à regno cur inceperit.

Nimia libertas radix ſeditionis.

Comparatio.

Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis;
Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus.
Hanc Deus, & melior litem natura diremit.

Vt igitur non ſine vnius ſummi Dei numine, ac prouidentia, immenſa atque pulcherrima hæc mundi machina formari potuiſſet; ita nec cuiuſcunque ſtabilis reipub. quæ mundi quandam imaginem repræſentat, initia vel fundamenta rectè conſtitui poſſe putamus, niſi ab vno bono Principe legiſlatore,

Deus vnus Chaos in mundum conuertit.

Ab vno Rege ciuitatem rectè conſtitui.

Heſiod Theog.

Quem populi aſpiciunt reddentem iura benignè
Iudicijs rectis.

Iam verò cùm ſemel plebs illa rudis Romana primùm vnius ſubiecerit imperio, ex cuius arbitrio ciuitas omnis pendebat; nullis diſtracta diſſidijs, faciliùs accreuit. Et quamdiu ſub Regibus tranquilla legum temperatione fota coaleſcebat, altas tantæ potentiæ radices agere, certaque futuri imperij fundamenta iacere potuit. Neque ambigitur, vt Liuius adſtipulatur, quin L. Brutus, idem, qui tantum poſtea gloriæ, Tarquinio Superbo rege exacto, meruit, peſſimo id publico facturus fuerit, ſi libertatis immaturæ cupidine priorum Regum alicui regnum extorſiſſet. Senſit mox idipſum prudens ſenatus poſt Romuli exceſſum, annuo interregno nimium imbecilles nec dum adultæ libertatis vires expertus: nec ad robur dominationis regiæ vltro redire dubitauit, quamuis non contemnenda Regis incommoda paulo antè ſenſiſſet. Quis porrò reip. Romanæ ſtatus ille primus fuerit, breuiter hoc loco declarandum nobis erit, antequam ad ſingulorum Regum acta perueniamus. Romulus Vrbis conditor non vltro vſurpatum, non hæreditarium; ſed à populo ipſo conceſſum, & auſpicio confirmatum accepit imperium. Legitimus igitur Rex dici potuit, Platone, Xenophonte, Speuſippo, Diotogene Pythagorico, alijſque magnis auctoribus ſuffragantibus, quando volentem, & non inuitum populum ſecundùm leges rexerit, imperio, vt monſtraui, oportuno, & etiam neceſſario. Nullus enim felicitatis bonorumque omnium, quæ Dij, vt Demoſthenes ait, largiuntur, in ciuitate fructus aut vſus eſt ſine iure,

Quæ generatio Imperij Rom.

L. Brutus primus aſſertor Romanæ libertatis.

Interregnum.

Romanæ reip. ſtatus ſub Regibus.

Tria requiri ad ciuitatis felicitatem.

„iure, lege, aut bono Principe. Ius finis eſt legis, Principis opus lex, Princeps bonus lex viua, & imago Dei cuncta rectè adminiſtrantis: qui præſertim ad cæleſtis hierarchiæ, vt diximus, imitationem, cum monarchia imperióve ſuo abſoluto, ex Solonis ſententia, decora atque virtutes ariſtocratiæ temperat, & coniungit; non ſibi ſoli omnia quæ poſſet vſurpans, ſed optimatum ſeniorumq́ue conſilio plurimum attribuens. Quique democratiæ ſuum quoque locum relinquit, plebi conuenientem ac vtilem libertatem concedens, felicitati publicæ, vitæque commodis neceſſariam: huic inſuper magiſtratuum quædam ornamenta, ac iura comitiorum indulgens. Atque hæc quidem moderatio ac temperatura ſanitatem reipub. conſeruat: cui nihil, teſte Xenophane, mali poterit innaſci, ſi Rex imperij fundamenta iecerit abſtinentiam ac moderationem. Quapropter omni laude digniſſimum eſt Lycurgi legiſlatoris regis apud Lacedæmonios primum ac præcipuum inſtitutum, quo ciuitatis quieti ac ſaluti valdè conſuluit. Suſpenſa namque & vacillante ſæpiùs rep. nunc per Reges in tyrannidem, nunc impetu populari in nimiam democratiam; tumeſcenti, vt ait Plato, Regum imperio, atque plebeiæ licentiæ interpoſuit velut tutiſſimum munimen quietis, & certum pacis æquilibrium, viginti octo ſeniorum concilium; tot enim fuiſſe refert Ariſtoteles. Horum erat populi iura ac libertatem contra Regum (quos Achargetas appellabant) nimiam vim defendere: & rurſus Regum auctoritatem à plebis licentia inuiolatam reddere. Iam verò cùm poſt annos centum triginta ſeniores iſti, regiæ potentiæ nimium addicti plebem opprimere, & effrenem validamque Oligarchiam inuaſiſſe viderentur; à moderatiſſimo Rege Theopompo, contra Regum ſeniorumq́ue potentiam, Ephororum nouus è plebe magiſtratus in rempub. inductus, qui plebis libertatem tueretur. Is enim primus legem de Ephororum poteſtate latam, Lycurgæis legibus, quas ῥήτρας, vel vaticinia Delphica vocabant, curauit adſcribi: quod ipſum ſuum decretum Apollinis item oraculum eſſe ciuitati perſuaſit. Refertur autem illud à Tyrtæo poëta his verſibus:

Princeps bonus lex viua, & imago Dei.
Harmonia politica.
Monarchia miſcendam eſſe ariſtocratiam, & democratiã.
Sanitas reipub. in ordinum temperatura.
Lycurgi inſtitutum apud Lacedæmonios.
Seniores XXVIII. apud Lacedæmonios.
Achargetæ.
Theopompi inſtitutum.
Ephororũ magiſtratus è plebe.
Ῥῆτραι Spartanorum.

Φοίβου ἀκούσαντες πυθωνόθεν, οἳ τάδ' ἐνικᾶν
Μαντείας τε θεοῦ καὶ τελέα τ' ἔπεα.
Ἄρχειν μὲν βουλῆς θεοτιμήτους βασιλῆας
Οἷσι μέλει σπάρτας ἱμερόεσσα πόλις·
Πρεσβύτας τε γέροντας, ἔπειτα δὲ δημότας ἄνδρας
Εὐθείαις ῥήτραις, ἀνταπαμειβομένους.

Quos Lapus interpres non malè ſic Latinè vertit:

Pythius hac loquutur, ſunt hac oracula Phœbi,
Diſcite veridici Delphica verba dei.
Conſilij teneant Reges & iura habenas;
Queis cura eſt Spartæ conſpicienda domus.
Grandæuiq́; ſenes, & qui de plebe creati,
Sanctarum legum ciuibus inſtar erunt.

Hoc autem pacto Theopompus ciuitatis ſtatum, addita noua poteſtate, ad Lycurgæam miſturam ac temperamentum denuò reduxit; & tamquam bonus & doctus muſicus lyræ ſuæ, quo certiùs dulciuſque concreparet, nouam chordam induxit. Cui cum vxor obijceret, quòd humilius regnum filijs eſſet relicturus, quàm accepiſſet: Immo maius, inquit, & diuturnius. Laudandus igitur Theopompus, qui, vt Valerius Max. ait, legitimis regnum ſuum vinculis conſtringendo, quo longiùs à licentia retraxit, hoc propiùs ad beneuolentiam ciuium admouit. Prudens enim Princeps non alia conditione ſe præfectum regno, ac cœtui humano exiſtimabit, quàm qua Deus animam rationalem in vertice humani corporis præpoſuit; penes quam quidem eſſet regimen & arbitrium totius: ita tamen vt ſenſuum interiorum organis, membriſque ceteris omnibus, quamdiu rationis rectæ regulam non excedunt, ſua habere commoda, ſuaque obire munera permittat. Sic enim iubet ordo naturæ à Deo conſtitutus, à quo nunquam diſcedere bonum Principem decet, qui rempublicam ſaluam, regnumq́ue ſibi diuturnum cupit. Pereat enim inedia ac tabe corpus neceſſe eſt, ſi mentis vitio ac rationis defectu contingat cerebrum, cor, epar, ſtomachum, aliáſve nobiliores eius partes opprimi, ac múnere non fungi ſuo; futurum namque mox, vt etiam exteriora membra, oculi, aures, manus, pedes ab officio quæque ſuo deſtituantur. Intereat item reſpub. oportet, ſi Princeps ſibi tantùm ſapere, atque ingenij, vel educationis peruerſitate non ſenatus, non optimatum conſilio, atque opera vti: non hos curare, non in ſtatu locóve ſuo ſeruare: ſed opprimere & vilipendere velit; plebem denique ipſam acerbis tributis vltra modum exhaurire, ad paupertatem extremam reducere, grauibuſque ſeruitutis compedibus vincire ſtudeat. Tunc enim primùm multorum capitum illa belua incipit efferueſcere, vires ſuas pertentare, ac demum non ſine certo Principis periculo, ſummaque reip. pernicie, legum vincula, imperijque frenos ſenſim immiſſos vno im-

Theopompi dictum præclarũ.
Princeps in ciuitate eſt quod anima rationalis in corpore humano.
Ordo naturæ.
Corporis morbus exitialis.
Reip. morbus extremus.
Plebs belua multorum capitum.

vno impetu dirumpere; atque in libertatem ſeſe vindicare. Quapropter ſi rempub. ſuamque ſalutem, atque omnia imperij ſui decora diligat Princeps, ſummoperè ſibi aduigilandum eſſe exiſtimet, ne in tantam ruinam, mentis cæcitate ſemet præcipitet, atque illud no-

Imperiũ violẽtum inſtabile atq; iniuſtum.

ſte dieque cogitet, habeatque perſuaſum, nullum iuſtum, vel diuturnũ eſſe imperium quod ſola metus vi mordicus tenetur. Quod ipſum hiſtoriæ ab initio orbis omnes, & magiſtratuum omnium acta memoriæ prodita, abundè demonſtrant. Proinde Principem opor-

Principis boni officium.

tet, vt Diotogenes ait, inſtar lyræ rempub. benè gubernandam conſtituere, & concordare; vbi priùs in ſeipſo iuſtiſſimum terminum vel tonum, ac legum ordinem poſuerit: ſciens quòd populi concinnitas atque concentus, cuius curam à Deo acceperit, ad Dei aures accommodari debeat. Itaque in primis neceſſe eſt, felicitatis ac gloriæ ſuæ fundamentum,

Homericus princeps. Iliados β.

non in metu, ſed amore, & concordia ciuium ponere; atque Homericum illum principem imitari, qui, ex magnanimorum ſenum conſilio neminem iniuria afficiens, inſtar clementis eſt patris erga ſubditos populos, vt decet diuinum Regem. Illud autem ipſi haud diffi-

Themis Regũ regina.

cile futurum erit, ſi Themidem regum reginã domi foriſq; ſedulò obſeruet, ex eius vnius oraculis, æquum bonumque docentibus, ſeipſum, ciuitatemque gubernet: leges ex conſilio ſenatus, bonorumque conſenſu præſcribat, lites æquè dirimat; &, bonos defendendo,

Iuſtitiæ laus.

noxas & crimina vindicet; rurſum, malos deprimendo, iniurias depellat. Et procul dubio nihil tam eximium tamq. regium: immo nihil tam diuinũ in terris eſſe videtur, quàm iuſtitiæ exercitium, quod ſolum Reges dijs ſimiles facit: ſubditosq. felices ac beatos, qui talium imperio pàrent, quorũ æquitate virtutes dignis afficiuntur honoribus, ac præmijs remune-

Imperij Romani genitura.

rantur; vitia ècõtrario pœnis coërcentur. Ex his etiã initijs Vrbs imperiumq. Romanum, quod in orbe terrarum maximum fuit, genituram atque incrementum cœpit. Romulum

Ciuilis & moderata regni forma apud Romanos.

quippe conditorem Vrbis ciuilem ac moderatam inſtituiſſe regni formam: Numam deinde, Regesque, præter Tarquinium vltimum, ceteros temperatam iſtam regendi rationem ſequutos eſſe, non autem plenum ac abſolutum, ideoque ingratum imperium in ciues pro

Quibus conditionibus Romæ regnatũ fuerit.

libidine ſibi vſurpaſſe, tam reip. ſucceſſus, quàm ipſa hiſtoria declarabit. Manifeſtum eſt etenim certis eos legibus gubernacula accepiſſe, vti ſcilicet ex ſenatus conſilio, & populi

Regum Romanorum officia.

conſenſu rerum ſummam adminiſtrarent. Nam Regum præcipuè hæc munia fuiſſe ex Liuio, Dionyſio, Plutarcho, alijsque res Romanas memorantibus colligere eſt. Vt diuinos

Pythagorici tria Regũ officia faciunt: Deos colere, Iudicare, Imperare. Quæ tria, ius Papirianum complectebatur etiam apud Romanos.

cultus promouerent, ſacra facerent; legum, morumque patriæ regimen tenerent: bella ex ſenatus auctoritate & populi iuſſu indicerent, & gererent, pacem & fœdera facerent, pecunias publicas diſpenſarent, in caſtris vitæque necisque ius imperiumque ſummum haberent. Leges nouas ex ſenatus auctoritate & populi ſuffragio ferrent, magiſtratus & ſacerdotes crearent. Senatum cùm vellent cogerent, populique comitia haberent; huius ſcita, illiusque conſulta ritè exequerentur. Ius, adiuncto ſibi ex ſenatu concilio iudicum, dicerent, ac ſecundùm leges crimina vindicarent. Cognoſcimus igitur ex iam dictis, Reges ipſos gubernationis partem haud exiguam ciuibus ſuis communicaſſe, ne tyrannidis ſu-

Ius regium Papirianum.

ſpicionem, inuidiamque ſubditorum omnia ſibi vindicando incurrerent. Quare ius illud Romanum primùm ex regijs inſtitutis ac legibus ab initio natum (quod Papirianum veteres iuriſcos. appellarunt) quando plurimum æquitatis ac libertatis in ſe continuerit, non tam exactis Regibus penitus abolitum fuiſſe ſit veriſimile, quàm iuri ciuili, ſublatis libertatis publicæ, per nouas leges, obſtaculis, poſtea inſinuatum atque inſertum eſſe. Huiuſmodi autem adminiſtrationis tam temperatæ vtilitatem Romani per ducentos ampliùs annos experimento didicere. Quod temporis ſpatium L. Florus primam ætatem, atque in-

Infantia pop. Romani.

fantiam pop. Rom. non illepidè appellat; qui tum circa ipſam matrem ſuam cum finitimis eſt luctatus: atque ob immaturæ ætatis imbecillitatem Rege aliquo ſemper, ceu nutritore vel pædagogo quodam indiguit. Et quia greſſum per ſe minimè ſiſtere potuit, ſceptro

Septizoniũ cur liber hic ſit dictus.

inniti regio neceſſum habuit. Nobis verò ſpatium illud SEPTIZONIVM appellare placuit; quòd Regum ſeptem zonis ſiue diadematibus, tanquam faſcijs quibuſdam, tenerum illud infantiæ Romanæ corpus, vt rectè coaleſceret, conſtringi & muniri debuit. Aut po-

Septimontium cur.

tiùs SEPTIMONTIVM augurato fauſtoque Romanis antiquis nomine, quòd vrbs Roma ſeptem Regum tempore per montes ſeptem extenſa maximi imperij ſui fundamenta iecerit, quemadmodum anteà latiùs expoſuimus. At hi quidem Reges ſimul (ſi eius temporis ſtatum, atque illa initia rectè conſideremus) perfecti monarchæ, ac Regis planè Pla-

Rex Platonicus.

tonici imaginem nobis expreſſiſſe videntur; quando quilibet horum, vitia, ſi quæ habebat, excellenti atque efficaci aliqua virtute obſcurârit, excepto vltimo Tarquinio. Eius tamen

Cephaleonia de ſeptẽ Regibus ex L. Floro ferè, quodquiſq; profuerit Imperio Romano. Romulus.

intolerabilis ſuperbia & iniquitas prorſus ſaluti Romanæ reip. fuere; ſicut aliquando ex poſtrema pernicie, ſumma vtilitas enaſci ſolet diuina quadam prouidentia, cuius ex ſolo incomprehenſibili nutu dependent omnia. Age nunc Regum ſingulorum dotes conſideremus, quibus remp. quiſque prouexit; manifeſtum ſic fiet fatali quadam felicitate pop. Romanum incrementa ſua cepiſſe. Nam quid Romulo ardentius atque audacius? Sed

tali con-

tali conditore fuit opus,vt tolleretur tyrannus Amulius, nouum regnum exurgeret: ciuitas inſtitueretur, coniugia negata quærerentur. Audaces enim fortunam iuuare conſtat, molemq́ue ingentem non extrui ſine alicuius incommodo poſſe. Quid Numa religioſius, *Numa Pompilius.* & continentius? Talem tunc res quoque popoſcit, vti rudis ac ferox populus metu deorum formaretur & mitigaretur. Is enim ex intemperantia & feruore Martio ciues ad pacem & modeſtiam traduxit: vt vi & iniuria partum imperium iuſtitia, & religione gubernaretur. Quapropter non ineptè Plutarchus Numam ac Lycurgum legiſlatores Reges citthariſtis, vel muſicis artificibus comparauit: *Numæ Pompilij & Lycurgi comparatio. Harmonia politica.* ſed diuerſam vtrumque reformandæ ciuitatis rationem ſequutum eſſe dicit. Numa namque vehementiam Romæ bellicam, nimiumq́ue intenſos neruos remiſit. Lycurgus autem delicijs deditam, & diſſolutam opibus & luxu Spartam intendit. Auctor enim fuit vti relictis theatris ac cænaculis, in palæſtra atque armis ſeſe exercitaret populus Spartanus, depoſitoq́; auro & argento, thoraces indueret, ferrum ac enſes tractaret. E contrà Numæ ſucceſſor, Tullus tertius ille Regum, artifex militiæ, *Tullus Hoſtilius.* imperijq́ue & Vrbis amplificator Lycurgum imitatus liræ ſuæ neruos intendere rurſus non dubitauit. Sed bellatrici Romæ atque imperaturæ quàm fuit vtilis ac neceſſarius? Is enim longa pace ſegnem populum denuo ad arma reuocauit, diſciplinamq́ue militarē formauit; vt acueret ratione virtutem. Duplicauit idem imperij fines, Alba vicina ſublata, conſanguineoque populo intra corpus ciuitatis recepto. Deinde quid ædificator *Ancus Marcius.* Ancus? Vrbem muro tutiorem reddidit, ponte iunxit, ſalinis inſtruxit, & colonia ad mare extendit. Iam verò Tarquinius Priſcus *Tarquinius Priſcus.* quantam principi populo maieſtatem addidit, ſenatus ac equeſtris ordinis incremento? quantam ex ipſo habitu dignitatem? faſces, inſigniaque imperij atque ornamenta triumphi à domitis Etruſcis auferendo? Inſtitutus autem à Seruio cenſus quid effecit, niſi vt ipſa ſe noſceret reſpublica, ſuaque vitia reprimere *Ser. Tullius.* ſemper poſſet? Poſtremò Superbi illius importuna dominatio non parum profuit. Hæc *Tarquinius Superbus.* enim in cauſa fuit, vt agitatus iniurijs populus cupiditate libertatis incenderetur. Itaque nullus Regum iſtorum fuit, qui non ſuis auſpicijs remp. promouerit; nullus qui non ex aliqua parte fuerit vſui. Atque hæc in vniuerſum de regni forma, imperijq́ue Romani prima origine, altiùs, ab ipſis ſcilicet incunabulis principio ſumpto, iam dicta ſufficiunt. Itaque promoto nunc pede, ad ſingulorum Regum acta ſecundùm ordinem ſuppletæ Capitolinæ tabulæ properemus: cuius verba ſic habent.

ROMVLVS. REX. PRIMVS.

Romulus. rex. Vrbem. condidit. anno. primo. Olympiadis. vii. Qua. vicit. in. ſtadio. Daicles. Meſſenius. regnante. Athenis. Charope. a. d. xi. Kal. Maias.

VRBS. ROMA. gentium terrarumq́ue victrix quo primùm anno fuerit condita, variæ ſunt etiam antiquiſſimorum opiniones. *Roma quando condita.* Quibus breuitatis cauſa prætermiſſis, quum ab alijs diligenter & exactè ſatis eas enarratas ſciam, probatiori, magiſque receptæ aſſentiri, atque inhærere viſum fuit: quæ Olympiadis ſeptimæ anno circiter primo conditam tenet. Eius autem aſſertores habemus Eratoſthenem Cyrenæum, Apollodorum, M. Catonem, Q. Catulum: & qui hos ferè ſequuti ſunt Polybium Megapolitanum, Dionyſium Halicarnaſſæum, C. Sempronium, Theophilum Antiochenum, Cornelium Nepotem, & C. Iulium Solinum, vt alios plures prætermittam. Horum enim plerique recitatis ac refutatis aliorum opinionibus ſuam hanc ſententiam firmis rationibus rectè probare, tuerique videntur. Qui verò ab hac Eratoſthenis *Eratoſthenis inuicta regula.* inuicta, vt aiunt, regula multis annis diſſentiunt, fabuloſam potiùs, quàm veram ac receptam vrbis Romæ originem ſunt amplexi: vti Ariſtoteles Stagirites, Timæus, & Agathocles, Siculi; Cephalon, Callias, pluresque Græci, quos Plutarchus in Romulo, & Dionyſius Halicarnaſſæus recenſent. His adde Latinos L. Cincium Alimentum, & Q. Fabium Pictorem. Iam qui in vno vel altero, tertióve tantùm variant anno, parum profectò, vel ferè nihil diſcrepare videntur in reliqua temporum ſerie. Quod fortè contigit vel *Cur in annis vrbis Romæ notandis aliquot ſcriptores diſcordent.* propter varium anni exordium, diuerſis temporibus obſeruatum: vel quòd hiſtorici quidam duos vel tres annos ampliùs, quàm ceteri, Latinorum ac Albanorum Regibus: alij rurſus ſeptem Romanis Regibus ſimul annos CCXLI. vel CCXLIII. vel CCXLIV. adſcribant. Quo factum videtur vt in hiſtoria vetuſta Romana incerta quædam annorum ſupputatio, vel vſque ad bellum Punicum primum ferè reperiatur, vt ex annalibus noſtris conſtare poterit. Sunt tamen vbique in numerorum notis librariorum culpa inuectæ difficultates

cultates in auctorum omnium libris, non parum obſcuritatis adferentes. Quæ profectò ſtudioſorum diligentia corrigi tandem ad faſtorum atque annalium fidem debent. Quiſquis autem eſt auctor ille faſtorum Capitolinorum antiquitatis ac hiſtoriæ veteris peritiſſimus, quem operis elegantia ſæculi omnino florentis fuiſſe demonſtrat, eundem Eratoſthenis calculum cum multis alijs, vt approbatiſſimum, ſequi videtur, ſicut eius ex fragmentis, quæ meis hiſce annalibus inſerere propoſui, colligere poſſumus. Sed quónam ipſum nomine proprio celebrare poterimus, adhuc obſcurum nobis eſt. Equidem temerè non crediderim, fuiſſe Verrium Flaccum Grammaticum libertinum, qui nepotes Auguſti Caium, & Lucium Romæ in Palatio docuit; quod ex vno loco libelli veteris de claris grammaticis Latinis, Suetonij Tranquilli ſub titulo nunc extantis, quidam conijcere voluerunt. Cuius hæc ſunt verba de Verrio, vbi loquitur: » Statuam habet Præneſte in inferiore fori parte, contra hemicyclum; in quo faſtos à ſe ordinatos, & marmoreo parieti inciſos publicârat. » Sed quàm procul hic locus à foro Romano, vbi faſtorum marmora inuenta fuere? Viſum eſt igitur noua metamorphoſi quadam accommodare locum, & vt ipſorum opinioni magis ſuffragaretur, immutare contra fidem exemplarium non nihil nomen, & pro Præneſte, propè Veſtæ, vel pro Veſtæ legendum ibi eſſe, cenſere: quo Palatinus ille grammaticus ſtatuam habuiſſe in foro Romano, faſtosq́; ſuos ibidem publicaſſe videatur. Egregia, me Hercule, foret, & ingenioſa correctio: ſi faſtorum appellatione ſolùm intelligerentur illæ magiſtratuum Rom. tabulæ, quæ Romæ in foro publicantur, & ſi eorum opinioni ſimul auctoris cetera verba congruerent. Verùm in his ferè nihil ad farinam, niſi quod prodant, Verrium faſtos ordinaſſe, & publicaſſe marmoreo parieti inciſos. Quales tamen fuerint non explicant. Si ſacri, de Capitolinis profectò faſtis intelligi verba nequeunt. Si ciuiles, adhuc dubium eſt, an de vrbicis Romanorum magiſtratuum, an de municipalibus loquantur: quod quidem apertè videntur adſerere, cùm municipium ipſum nominent. Haud dubium quidem eſt, quin municipia & coloniæ alicuius nominis ſuos annuos magiſtratus, ſuaque ſacra habentes, faſtos etiam ſuos habuerint. Quorum nonnullæ reperiuntur adhuc tēporis per Italiàm reliquiæ. Ceterùm Præneſte non paruum municipium fuiſſe, ſed vt antiquiſſimum, ſic amplitudine celeberrimum; cùm ipſæ ruinæ, tum auctorum plurima loca teſtari poterunt, quæ huc ſingulatim adferre longum eſſet. Sufficit vnum hoc, quòd L. Florus Præneſte nominet inter Italiæ municipia ſplēdidiſſima, quæ dominante, proſcribenteque L. Sulla dictatore, ſub haſta veniêre cum Spoletio, Interamnio, atque Florentia. Sex. Pompeius Feſtus Præneſtinos recenſet inter eos Italiæ popu- » los, qui ad ciuitatem ita venerunt, vti & * municipia eſſent ſua cuiuſque ciuitatis & colo- » niæ: hoc eſt, vt A. Gellius opinari videtur, qui cùm ciues eſſent Romani, ſui tamen iuris erant, ſuiſque vtebantur legibus; muneris tantùm honorarij cum pop. Romano participes, vt ciues Romani dicerentur, & in legione tanquam ciues militarent. Itaque Ser. filius » aiebat, hos ea conditione ciues Romanos factos, vt ſemper temp. ſeparatim à pop. Rom. » haberent. Quod ſi ita eſt, vti ſacra, iura, leges, magiſtratuſque ſuos habuerint Præneſtini; faſtos etiam peculiares tàm ſacros quàm ciuiles habuiſſe, ex quorum ordine temp. adminiſtrarent, omnino putandum erit. Ouidius poëta quidem plures municipiorum Italiæ faſtos peregrinos, & à Romanis diuerſos recenſet faſtorum libro tertio, & libro denique ſexto Præneſtinos diſertè nominat, vbi Iuno dea ſic loquitur:

Auctor faſtorū Capitolinorum incertus.

Verrius Flaccus.

Sacri, & ciuiles faſti.

Municipales faſti.

Præneſte municipiū ciuium Romanorum.

** Municipes eſſent ſuæ ferè legendum.*

Præneſtinorum faſti.

Inſpice quos habeat nemoralis Aricia faſtos,
*Et populus Laurens * Lanuuiumq́; meum.*
Eſt illic menſis Iunonius. Aſpice Tibur,
Et Præneſtina mœnia ſacra deæ,
Iunonale leges tempus: nec Romulus illas
Condidit, at noſtri Roma nepotis erat.

** Sic veteres. Nam ibi Iuno Soſpita colebatur. Lauinij verò Penates. In vulgatis malè Lauinium.*

Intelligantur hæc licet de ſacris dierum ac menſium faſtis. Quis idcirco docere poterit, ciuiles magiſtratuum faſtos his municipijs aut colonijs non fuiſſe? cùm ſimilium reliquiæ nunc temporis etiam reperiantur: vt in annalibus ſuo loco conſtabit. Iam verò qua ratione cetera dicti auctoris de Verrio adducta verba ipſorum opinionem confirment non video. Nulla enim Verrij Flacci ſtatua, nec eius vllæ partes Romæ apud Capitolina marmora in foro, vel iuxta forum inuentæ ſunt; nec hemicycli vlla veſtigia, in quo Verrium faſtos ſuos publicaſſe legimus, ibidem apparuere. Quin & marmorum ipſa fragmina in Capitolium tranſlata ſi benè cōſideres, non hemicycli, ſed plani potiùs parietis formā inter ſe collata repræſentant. Igitur ex iam dictis, opinor, liquet, quàm non ſolidè coniecturas ſuas fundârunt, qui ex illo de claris grammaticis libello Verrium Flaccum auctorem eſſe Capitolinorum faſtorum aſſerunt, & eius opinionis ob cauſſam vulgati libelli verbum quoddam, vt vitiatum, immutare volunt. Veritatem in ignorantiæ puteo, vel vetuſtatis caligine latentem per veſtigia & cōiecturas inquirere fas quidem eſſe puto: modò fiat ſine bonorum

auctorum

auctorum incommodo vel iniuria. Equidem cùm Capitolinorum faſtorum marmora no-
Capitolinorum faſtorum ingenioſiſsimum contextum.
bis reſidua ſæpiùs ipſe contemplarer, atque maiore ſemper cum admiratione ſummã ope-
ris illius elegantiam, atq; ordinis pulcherrimum filum & contextum, telæque tam nobili
atque eximiæ intertextas artificioſiſſimè familiarum illuſtrium ſucceſſiones, animo per-
penderem: ſæpiùs etiam opinari coactus fui, non tam Verrium Flaccum, quàm T. Pom-
T. Pomponius Atticus.
ponium Atticum iſtiùs ſtructuræ incomparabilis magiſtrum vel architectum eſſe. Quis
enim inter veteres hiſtoricos tam Latinos, quàm Græcos, quorum memoria ad nos per-
uenit, quæſo, reperietur, qui Capitolinorum ordine modoque ſic magiſtratus Romanos
annis ac temporibus ſuis accommodauit, vt ſimul cognationum ſucceſſiones, per ſin-
gulas perſonarum appellationes, conrinuarit, quemadmodum in Capitolinis illis mar-
moribus factum videmus? Legimus apud Plinium libro xxxv. cap. 11. M. Valerium
M. Meſſalla orator de familijs Romanis.
Meſsàllam ſenem de Romanis familijs ſcripſiſſe volumina. Et apud Cornelium Nepotem,
à iam dicto T. Pomponio quorundam illuſtrium virorum rogatu quaſdam familias gen-
tium Romanarum à prima ſtirpe ſeriatim ad ſua tempora ſingulis libris fuiſſe deſcriptas:
ſed qui magiſtratus Rom. eorumque præclara geſta, temporum & annorum ordine de-
ſcribendo ſuum cuique genus ad proauos, vel abauos vſque attexuerit, præter hunc ip-
ſum Pomponium inuenio neminem. Qui hoc in annalibus ſuis præſtitit, mirum in mo-
dum à M. Cicerone laudatis in Bruto, propter temporum ordinem explicatiſſimum &
rerum Romanarum memoriam breui et in ijs comprehenſam. Quos ipſos in annorum
calculis ſe ſequi profitetur ibidem. Familias autem Romanas ſimul in eodem opere
fuiſſe declaratas, pulchrè nobis oſtendit Cornelius Nepos: qui non diu poſt Attici mor-
tem admodum accuratè vitam eius deſcripſit. Nam vbi ſtudia, eruditionem, ac illius
,, ſcripta receníet, de iam dictis annalibus ſic verba facit. Moris etiam maiorum ſummus
,, imitator fuit, antiquitatiſque amator: quam adeò diligenter habuit cognitam, vt eam to-
,, tam in eo volumine expoſuerit, quo magiſtratus * ordinauit. Nulla enim lex, neque pax,
** ornauit alias.*
,, neque bellum, neque res illuſtris pop. Rom. quę non in eo ſuo tempore ſit notata. Et quod
,, difficillimum fuit, ſic familiarum originem ſubtexuit, vt ex eo clarorum virorum propa-
,, gines poſſimus cognoſcere. Anne nobis hoc idem præſtant Capitolini faſti? Me hercle, ni
fallor, prorſus idem. Et quamuis annales volumen illud non appellet Nepos, ex argumen-
,, to tamen cõſtat annales fuiſſe. Quod etiam ex Cicerone colligimus, nam in exordio Bruti
,, fingit elegãter; ſe iſto Pomponij libro admonitum eſſe, vt ab ipſo ſumeret aliquid ad ſe re-
,, ficiendum, eumque remunerandum, ſi non pari, at grato tamen munere. Quibus ſanè ver-
bis viderur indicare, ſe de claris oratoribus ordine temporum Pomponij ſui exemplo, vel
etiam ex eius annalibus differere velle, ſicut ipſum feciſſe liber illius oſtendit. Rurſus ibi
,, deinde Pomponium ad iſta reſpondentem inducit, fatetur idem: ſe poſt editos Ciceronis
,, de rep. libros, non minùs impulſum atque incenſum fuiſſe ad veterum annaliũ memoriam
,, comprehendendam. Quo, ſcilicet, per temporum gradus, vt opinor, ciuitatis Romanæ ſta-
tum omnem perluſtrando, meliùs de optimo iudicare poſſet. Nam libris illis ſex ſuis Cice-
ro temp. ciuitatis optimam, non more Platonico qualis eſſe deberet, & nuſquam reperitur,
deſcripſit: ſed qualis erat à maioribus in optimo ſtatu Romæ conſtituta. Quemadmodum
Macrobius in Scipionis ſomnium commentando teſtatur. Quapropter ex iam dictis ap-
paret haud dubium eſſe, quin Attici volumen illud annales fuerint: qui veterũ annalium
populi Romani res omnes breuiter memoriæ cauſsà cõplectebantur. Quin ipſe Tullius ad
Atticum ſcribens, &, vti ſolet, de rerum tempore & annis ipſum conſulens epiſtolarum
,, lib. xii. annalem eius hoc volumen appellat, vbi ſic ait: Quibus Coſs. Carneades, & ea le-
,, gatio Romam venerit ſcriptum eſt in tuo annali. Hæc nunc quæro, quæ cauſa fuerit. Quin
etiam teſtem habemus Aſconium Pædianum, qui annales Attici citat non ſemel: vt, pro
Corn. & in Piſonem. Vt denique finem faciam, & ab hoc diuellar argumento; cùm tantæ
fuerit auctoritatis Attici volumen illud, in quo tam accuratè ſuccinctèque magiſtratuum
Romanorum ſucceſſiones, & illuſtrium hominum genus, & tempora perſequutus eſt: non
poſſum profectò non aliquando dubitare, cum faſtos Capitolinos eiuſdem genij, ordinis,
& antiquitatis quaſi eſſe videam, num Atticus horum auctor eſſe poſſit. Quod palàm aſſe-
rere cùm difficile ſit, quia Corn. Nepos faſtorum inter eius ſcripta non meminit: impellor
tamen ad minus ſuſpicari, quempiam alium doctum hiſtoricum poſtea ex dictis Attici an-
nalibus maiorum magiſtratuum faſtos ordinaſſe populo Romano publicandos: quemad-
modum & M. Tullius claros oratores ſuos ex iiſdem excerpſerat, & digeſſerat. Iuuat ſuſpi-
cionem hanc meam Corn. Tacitus lib. hiſtoriarum quarto ſcribens, poſt Vitellium occi-
Faſti quando Romæ renouati, & correcti.
ſum ciuili bello ſublato, rerumque ſummam adepto Veſpaſiano, poſt Romam conditam
anno DCCCXXII. ipſo iterum, & Tito eius filio Coſs. faſtos Romæ renouatos fuiſſe. Tum
,, enim, vt Tacitus refert, è patribus anni initio ſorte ducti, per quos redderẽtur bello rapta;
,, quique æra legum vetuſtate delapſa noſcerẽt, figerentque, & faſtos adulatione temporum
,, fœdatos exonerarent, modumque publicis impenſis facerent. Quod decretum eſt factum

T. Pomponius Atticus quando mortuus.

anno centeſimo primo poſt Attici mortem: qui, vt Corn. Nepos auctor eſt, Cn. Domitio, C. Soſio Coſs. deceſſit, anno Vrbis DCCXXI. Non adeo mirum itaque videri poterit, ſi quis opinari velit, Attici annalium imitatorem quempiam, ex iiſdem maiorum magiſtratuum, triumphorumq; faſtos ordinaſſe, diu poſt Verrij Flacci tempora; quando palàm eſt, vlterius etiam multò productos fuiſſe, & inter marmorum fragmenta reperiatur vnum, in quo ludi ſæculares, à Domitiano Augusto facti, fuere inſculpti, ſicut ex veſtigiis, & anno Vrbis adſcripto clarè cognoſcimus. Ceterùm in hiſce, quæ ſola coniectura nituntur, cuique liberum ſit iudicium. Mihi quidem faſti Capitolini vel ἀνώνυμοι καὶ ἀδέσποτοι manebunt, vel Pomponiani, tanquam in aliam inde domum adoptati æſtimabuntur, donec quid certius de illorum auctore ex antiquitatis tenebris eruatur.

Faſti Pomponiani.

Iam ante diem XI. Kal. Maias pomœrium Vrbis à Romulo ductum fuiſſe conſentiunt quàm plurimi auctores, qui dies Parilia dictus eſt, ab Iliæ Veſtalis partu; vel Palilia, quod eodem à paſtoribus ſacra Pales deæ iam olim obirentur, quo ſimul vrbis Romæ natalem celebrabant poſtea Romani. Hinc ita Propertius in Tarpeiæ fabula lib. IV. cecinit.

Parilia vel Palilia.

Vrbi feſtus erit, dixere Palilia patres,
Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies,

Suffragatur item Cicero de diuinatione. L. Tarrutius Firmanus, inquit, Chaldaicis ſermonibus eruditus vrbis Romæ natalem diem repetebat ab his Parilibus, queis eam conditam accepimus. Ex eodem autem L. Tarrutio mathematico ſignorum cæleſtium concurſum, hoc eſt, eius temporis horoſcopum collegêre, M. Varro, C. Sempronius, & Solinus, quo Romulus fauſtiſſimis auſpiciis tantæ Vrbis atque imperij fundamenta iecit. Sed vide Liuium lib. primo, Dionyſium Halicarnaſſæum ſecundo, & Plutarchum in Romulo.

Horoſcopus vrbis Romæ.

IdemQ. populum. diſtribuit. Senatus. equitum. ac. plebis. ordines. legit. tribus. et. curias. conſtituit. atQ. ciuitati. ſacra. legesQ. dedit.

ROMVLVS Vrbis iactis fundamentis, ductoq; pomœrio, non tam illius reip. cuſtodiam atque ſalutem in altis muris, latis & validis propugnaculis, amplis, profundiſve foſſis poſitam eſſe iudicauit; quàm beneuolentia, & concordia ciuium. Eam verò vti adipiſceretur & conſeruaret, opus eſſe in primis cognouit religione patria ſimplici, ordinũ temperata quadã diuiſione; legum ac iuſtitię æquitate; laboris atq; negocij aſſiduitate. Religione quidem certa ac ſimplici, ne opinionũ diuerſitas diſtraheret ciuium animos, morumq; diſcrepantiã induceret. Siquidem religio eſt virtutũ omnium, & in primis concordiæ fundamentum, ac validiſſimũ animorum frenum; quo ſolo facillimè populus ducitur atque in obedientia continetur. Ideoq; Alexander vel falſam religionem, ſuperſtitionémve ſolebat cõmendare, quòd facilè per illã omne conceptum in animos hominũ illaberetur, & commodè vulgus ad quiduis impelleretur. Ordinum autem temperatam diuiſionem poſtulari conſtabat, vti quiſq; conditionẽ atq; officium noſceret, ſeruaretq; ſuũ: cuius vel ignoratio, vel obliuio turbas, diſcordias ac rerum confuſionem generat. Nam vt affirmat ex Panætio Tullius, „nulla vitæ pars neque publicis, neque priuatis, neque forenſibus, neque domeſticis in rebus: neque ſi tecum agas quid, neque ſi cum altero cõtrahas, vacare officio poteſt: in eoque colendo ſita vitæ eſt honeſtas & ſecuritas omnis, in negligendo turpitudo ac diffidentia. Legum verò ac iuſtitiæ æquitatem requiri videbat, qua ſibi benè conſtaret ciuitatis corpus, ex conuenarum diuerſa & diſcordi congerie conflatum. Hæc enim ſocietatem tuetur humanam, commercia conſeruat, ciuitates adauget, omneſq; adfert cõmoditates, quæ ad humanam vitam ſuſtentandam ſunt neceſſariæ. Officiorum enim magiſtra legum æquitas eſt ac veluti ciuitatis anima, Demoſthene oratore teſte; qua ablata, velut exanime corpus, concidat illa & pereat oportet: maximè ſi animæ rationalis vi nobiliore deſtituatur, cuius inſtar in ciuitate legum æquitatis executor princeps, vel magiſtratus eſt. Denique in labore, induſtria, ac negociis continuis exercendam ciuitatem exiſtimauit, quæ virtutes exacuunt, ignauiæ atque ocij vitia tollunt, dulcia, ſed cæca malorum ſcelerumq; ſemina: ex quibus ſuperbia & luxus, moxq; diſcordiarum origines, temeritas & contumelia, enaſcuntur: vti pulcherrimè Pindarus Solonem atque Pythagoram ſequutus cecinit.

Vrbium vera ſalus & recta tutela. Quæ requirantur ad concordiam ciuitatis conſeruandam. Religio. Ordinum diſtributio. Legum æquitas. Ciuitatis anima. Occupatio & labor.

Itaque Romulus ne regnum occupaſſe, vel contra alicuius voluntatem obtinere videretur, ex aui Numitoris auctoritate & conſilio multitudine omni in concionem vocata, populum rogauit, an vnius, an plurium imperio ſubeſſe mallet, ipſeque communicato conſilio diſcerneret, quod ſibi ac reipub. vtilius videretur. Populus communi ſuffragio vnum Regem, ac Romulum ſe velle declarauit: Qui regia poteſtate inſtructus, & ſumptis extemplò auſpiciis confirmatus, rempub. ordinare cœpit, cũ priùs augendæ multitudinis cauſſa in Capitolio aſylum aduenis omnibus aperuiſſet. Quem locum inter duos lucos conſecrauerat tutelæ ac libertati aduenarum: quò qui confugiſſent liberi, an ſerui religionis priuilegio mox æquo cum aliis omnibus iure in ciuitatem Romanam reciperentur.

Prima comitia, & lex de regio imperio. Romulus rex declaratus an ſpiciis; confirmatur. Aſylum.

Vetus in hoc conſilium condentium vrbes ſequutus, ac ſæpiùs antè ab alijs vſurpatum, *Vetus mos condentium vrbes.* qui religionis ac libertatis prætexru obſcuram, pauperem ac humilem ad ſe conciēdo turbam; naſci è terra ſibi prolem mentiri, vicinarum ciuitatum vires carpere, ſuas adaugere ſolebant. Quod ſibi tum quoque oportunum videbat Romulus eſſe, cùm multæ per Italiam vrbes vel tyrannide, vel paucorum factionibus opprimerentur. Ingentem igitur breui *Prima populi diſtributio per tribus & curias.* ſpatio omnis generis hominum multitudinem congregauit, & cùm iam virium haud pœniteret, primò vniuerſum populum in tres æquales partes diuiſit, quas tribus appellauit; & vnamquamque tribum in decem curias, & has iterum in decurias: quibus omnibus duces ſuos præfecit, decuriones, curiones, & tribunos vocatos. Ex tribubus autem Ramnenſium *Ramnenſes.* prima, à Romulo dicta eſt, in qua Albani omnes erant ad tria millia peditū, & equites trecentos, qui cum Romulo Romam coloniam condiderunt. Duæ reliquæ ex populo aduentitio conſtabant, Tatienſium vna ex Sabinis, vt multi exiſtimant; Lucerum altera, vel ex Etruſcis, qui cum Lucomone, vel ex Ardeatibus, qui cum Lucero Romam tùm temporis *Tatienſes. Luceres.* commigrarant; vel mixtim ex omnibus qui in lucum Aſylum confugerant. Curijs autem *Curiæ XXX.* triginta vt Dionyſius, Plutarchus alijque, qui M. Varronem ſequuntur, volunt, partim locorum, partim virorum nomina ſunt indita. Liuius tamen & hunc ſequuti Pædianus & Sex. Pompeius Sabinarum raptarum nomina his deinde impoſita fuiſſe tradūt. Nihilominus ipſa vetuſta, quæ adhuc apud quoſdam auctores ſunt reſidua curiarum nomina pauca Liuium redarguere aliquantulum videntur, quod ex Sex. Pompeio maximè cognoſcitur.

„ Nouæ curiæ, inquit, proximè compitum Fabricium ædificatæ ſunt; quòd parum amplæ *Curiæ nouæ.* „ erant veteres à Romulo factæ, vbi is populum & ſacra in partes triginta diſtribuerat, vt in „ ijs ea ſacra curarent. Quæ quando ex veteribus in nouas euocabantur, quatuor curiarum *Curiæ veteres.* „ per religiones euocari non potuerunt. Itaque Forienſis, Raptæ, Velienſis, Velitiæ res diui- „ næ fiunt in veteribus curijs. Idem Sex. Pompeius affirmat alio loco Titiam curiā à T. Tatio rege vocatam eſſe; & Tifatam à loco, veteres enim Tiſata iliceta dixiſſe ibidem indicat. Sic Forienſis à Foro, Velienſis, & Velitia videntur à Velia nuncupatæ, qui tractus ad forum erat in radice Palatini montis. Sauciam verò curiam, cuius Liuius lib. IX. meminit, & Raptam, quam recenſet inter alias Sex. Pompeius, ex Sabinarum caſu & fortuna veriſimile eſt nomen traxiſſe. Iam Calabram curiam vbi tantùm ratio ſacrorum gerebatur, Sex. Pompeio teſte, à calando vocatam eſſe Macrobius docet Saturn. lib. primo. Atque eo modo Romulus vrbem agrumque Romanum ſingulis tribubus, curijſque æqualiter diuiſit, exceptis tamen partibus quas publico, & quas templis ac curiarum ſacellis conſtruendis, ſacriſque muneribus obeundis addixit. Etenim, vt ex iam dictis cōſtat, ſingulis curijs ſuas ædes, deos colendos, ſuaque ſacra curanda attribuit: Vniuerſis autem comitiorum ſuffra- *Comitia curiata* giorumque iura, atque totius ferè reip. arbitrium permiſit. Vnde Curiarum appellatio- *Cur dictæ Curia.* nem Pomponius de origine iuris prodijſſe arbitratur. Poſtea, inquit, aucta ad aliquem mo- „ dum ciuitate, ipſe Romulus traditur populum in triginta partes diuiſiſſe, quas partes Cu- „ rias appellauit propterea quòd tunc reip. curam per ſententias earum partium expediebat.

Non ſolùm enim Reges, ſacerdotes, ac magiſtratus creatos, verùm etiam leges omnes ad Ser. Tullij regis tempora vſque comitijs curiatis perlatas eſſe cōſtat: hoc eſt, per curias diuiſo populo, cùm ſuffragia ferenda eſſent. At Ser. Tullius primùm in centurias populum diſtribuit ſecundùm cenſus, & comitia centuriata inuenit, vt poſtea ſuo loco dicetur. Rur- *Centuriata comitia.* ſus vt conſilium reipub. pararet, ordinum dignitatumque gradus ſecerneret, aliam deinde *Altera populi diſtributio in patricios & plebeios.* populi vniuerſi diuiſionem fecit, ab humili ac paupere multitudine illuſtrioribus ſegregatis, qui genere, opibus, ætate ac virtutibus præcellebant: E quibus centum creat ſenatores, ex ſeniorum prudentiorumque numero, qui patres ab ætate & honore, eorumque progenies patricij appellati. Atque hic primus ordinum gradus, & ſupremum in ciuitate conſi- *Senatus.* lium fuit, ad quod de ſumma reip. referretur, & quorum auctoritate agerentur omnia quæ publicè ſuſcipienda erant. His autem plebis tutelam ac patrocinium cōmendauit, tenuio- *Patroni. Clientes.* ribus ciuibus in ditiorum ac patriciorum tutelam diſtributis; vti quælibet nobilis ac patricia domus plures haberet è plebe familias, quas auctoritate ac patrocinio ſuo ab aduerſariorum iniurijs defenderet, filias egenas clientium dotaret. Quæ maxima laus familiarum nobilium, quamplurimas habere, vel hæreditarias, vel virtute partas pauperum clientelas: ideoque religio item erat alteris in alteros teſtimonium dicere. Atque hoc vinculum in nouo populo ad concordiam ſeruandum conſtat fuiſſe maximum. Familiæ verò *Familiæ patriciæ maiorum gentium.* nobiliſſimæ quæ ab his primis ſenatoribus promanârunt, patriciæ maiorum gentium appellatæ ſunt, è quibus iſtas fuiſſe comperio.

HOSTILIA.	POTITIA.	PINARIA.
FABIA.	HORATIA.	ANTONIA.
QVINCTILIA.	ROMILIA.	TARPEIA.

Senatores autem hac ratione legiſſe Romulum tradit Dionyſius. Iuſſit vnamquamque tri- *Senatorum lectio.*

 bum tres

bum tres omnium præſtantiſſimos è ſuo corpore creare, atque his nouem lectis, vnamquamque deinde curiam tres item ſimili modo renunciare; atque ita nonaginta nouem pop. ſuffragio creatis, ipſe centeſimum declarauit, cui & adminiſtrationem rerum vrbanarum ſe abſente, cum foris exercitum duceret, committere ſolebat; qui idcirco præfectus vrbis eſt appellatus. *Præfectus vrbis.* Alteram porro lectionem fecit ex nobiliore iuuentute, è qua tres equitum centurias conſcribi iuſſit, ex ſingulis tribubus ſingulas; *Equitum lectio.* vnde & nomina ipſa tribuum centurijs remansêre, vti Ramnenſes, Tatienſes & Luceres appellarentur. His autem militaris exercitationis cauſa cuſtodiam corporis ſui commiſit, Celeres primùm dictis; *Celeres.* vel à celeritatis officio, vel, vt Valerius Antias prodidit, à Fabio Celere primo eorum Præfecto. Sed audiamus Sex. Pompeium de his diſſerentem. Celeres, inquit, antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus; à Celere interfectore Remi, qui initio à Romulo ijs præpoſitus fuit; qui primitus electi fuerunt ex ſingulis curijs deni, ideoque omnino trecenti fuêre. Et alibi ſic dicit. *Troſſuli.* Troſſuli equites dicti, quòd oppidum Tuſcorum Troſſulum ſine opera peditum ceperint. De eadem re diffuſiùs etiam Plinius lib. XXXIII. cap. II. ſcribit in hunc modum. Quin etiam ipſum equitum nomen ſæpe variatum eſt, in ijs quoque, qui ad equitatum trahebantur. *Flexumines.* Celeres ſub Romulo Regibuſque appellati ſunt, deinde Flexumines, poſtea Troſſuli, cùm oppidum in Tuſcis, citra Volſinios paſſuum nouem millia ſine vllo peditum adiumento, cepiſſent eius vocabuli. Idque durauit vltra C. Gracchum. Iunius certè qui ab eius amicitia Gracchanus appellatus eſt, ſcriptum reliquit his verbis. Quod ad equeſtrem ordinem attinet, antea Troſſulos vocabant, nunc equites vocant: ideo qui non intelligunt Troſſulos nomen quid valeat, multos pudet eo nomine appellari; & cauſſam quæ ſuprà indicata eſt exponit: inuitoſque etiamnum Troſſulos vocari. Hæc ibi Plinius, ſed cur Flexumines appellentur non declarat. *Plinij locus declaratus.* Quidam tamen ibi legere malunt Flexanimos; quæ ſi vera lectio eſt, ratio nominis haud dubia eſt, eos quippe ſic vocatos ab eloquentiæ ſtudio, cui hic ordo præclaram operam nauare ſolebat. Quemadmodum Cicero de oratore lib. III. ex vetuſto poëta quodam orationem flexaniınam appellat, quæ animos flectere poſſet. Et quamuis Romuli ſucceſſor Numa, teſte Plutarcho Celerum miniſterio ad cuſtodiam corporis non ſit vſus; alios tamen Reges eoſdem reſumpſiſſe, & numerum eorum adauxiſſe ex ſequentibus conſtabit. Ab his initijs ordo poſt ſenatorium ſecundus equitum Romanorum promanauit; nam tertius atque infimus reliquæ multitudinis fuit, *Plebeius ordo.* plebeius exinde dictus, quòd vrbanam atque ruſticam plebem omnem complecteretur, propter obſcuritatem vel paupertatem excluſam à ſuperioribus ordinibus. Itaque Auſonius poëta Romam triplicem facit, in grypho ternario ſic canens:

Martia Roma triplex equitatu, plebe, ſenatu.

Verùm medius equeſter ordo inter ſenatum & plebem erat interiectus, vt ex Appiano, Liuio, Valerio, Plinio alijſque auctoribus eſt manifeſtum. Atque hæc de ordinum gradibus antiquaque pop. Rom. diſtributione iſto loco dicta ſufficiant: quãdoquidem vir vndecunque doctiſſimus, & in antiquitate Romana verſatiſſimus Carolus Sigonius hæc adeò exactè atque eruditè, in libris ſuis de iure ciuium Romanorum, eſt executus, vt alijs nihil ferè reliqui ad ſcribendum fecerit. Neque longè diſſimilem reip. formam nobis deſcribit Pythagoræus Hippodamus apud Stobæum, è quo ſtudioſus lector abundè poterit de ordinum iſtorum vſu & differentia inſtrui, ſi eandem cum hiſtoria Romana conferre non piguerit. *Religionis confirmatio.* Iam de religione, quantum ijs initijs ſatis erat, Romulus quædam noua conſtituit, nam *Conſus deus.* Conſum conſecrauit, & Conſualia, *Conſualia.* aliaque publica curiarum, priuataq. familiarum ſacra cæremoniáſve vel inſtituit, vel ab alijs accepit. Adſciuit ab Albanis ſuis eoſdem ferè quos *Dij Romanorum.* Græci habebãt deos, Iouem, Iunonem, Ianum, Saturnum, Martem, Palladem, Mercurium, Apollinem, alioſque, probroſis tamen Græcorum fabulis, vt Dionyſius ait, repudiatis. *Hercules.* A vicinis autem Arcadibus, qui Palantiũ condiderant Herculis in foro Boario ſacra Græco ritu ab Euandro inſtituta; item Saturni ſacra ab Hercule ibi relicta ad aram cliui Capitolini. *Ceres, Pan.* Cerealia quoque, & Panis Lycæi ſiue Fauni Lupercalia antiquiſſima ſacra recepit, vt à Liuio, Dionyſio & alijs memoriæ proditum eſt. Cum Sabinis deinde pace facta & *Sangus, Cloacina.* communicata repub. Sangus & Cloacina, Sabinorumque antiqua quædam ſacra admiſſa ſunt: creuitque ſimul cum imperio & rep. religio ſucceſſu temporis in immenſum: quam tamen totam ſuis legibus ac ritibus formauerat Numa Pompilius, iuris diuini conditor apud Romanos. *Annus Romuli.* Annum quoque Romulus ordinare non neglexit, quem decem menſium fecit, & Martium primum à patre Marte vocauit: qui tamen Albanis antea tertius menſis fuerat, vt pulchrè declarat Ouidius lib. III. Faſtorum. *Sacerdotum collegia ex patricijs.* Sacerdotum inſuper collegia plura Romulus ex ſenioribus & nobilioribus patricijs inſtituit, nempe augurum, aruſpicum, curionum, fratrum arualium, vt latè Dionyſius ex Varrone, & Gellius ex Maſſurio Sabino referunt. *Flamines.* Creaſſe item duos Flamines Dialem & Martialem Plutarchus auctor eſt: Liuius tamen & Dionyſius à Numa rege flaminum collegium inſtitutum eſſe tradunt.

Nunc

Leges primæ à Romulo latæ.

Nunc porrò præcipuæ à Romulo latæ leges, quibus reip. naſcentis ſtatum firmauit, recenſendæ ſunt, quas veriſimile eſt non admodum multas fuiſſe: nimirum in ciuitate infrequenti, & prima illa rep. legum multitudinem parum neceſſariam eſſe, quilibet iudicabit, in qua præſertim iuſſa Regum pro legibus habentur.

Regia lex de imperio prima.

Legem de imperio ſuo tulit. Populum enim, vt dixi, ex aui ſui Numitoris conſilio rogauit, VTRVM. *vnius. an. plurium. imperio. gubernari. mallet. &. cui. quibúſve. ius. omne, poteſtatémque. in. ſe. regiam. dare. vellet. Populus. vnum. ſciuit. ius. regium. poteſtatémque. in. ſe. omnem. Romulum. habere. cum. imperio. ducere. exercitus. bella. gerere. pecuniam. publicam. per. quæſtores. ſuos. tractare. iuſſit.* Vide Dionyſium lib. ſecundo, & Plutarchum in vita Romuli. Regiam vocat hanc legem Vlpianus Iuriſcos. qua Regis ſumma poteſtas à populo confirmatur, fitque publico conſenſu legitima. Meminit eiuſdem Tacitus annalium lib. xi. & hanc Curiatam appellat, qua populus ceteris etiam deinde Regibus, excepto poſtremo Tarquinio dediſſe imperium videtur, & hanc oſtendere dicit, quæſtores Regibus etiam imperantibus in republica fuiſſe, eandemque L. Brutum Regibus exactis cùm primùm Conſul eſſet factus, de ſuo, collegæque imperio repetijſſe.

Perduellionis crimen vnà cũ ciuitate natum.

Legem de perduellione, atque Vrbis ſuæ maieſtate tulit. NE. *quis. niſi. per. portas. ingrederetur. egrederetúrve. mœnia. ſacroſancta. eſſent. Qui. contrà. feciſſet. foſſam. vel. vallum. tranſiliſſet. tanquam. perduellis. impunè. mactaretur.* Hanc primàm pomœrio ducto legem à Romulo latam volunt multi, occaſione diſſidij inter ipſum & Remum fratrem eius exorti; qua lege & hunc primum cecidiſſe tradunt Liuius & Dionyſius. Ante Vrbem munitam, & mœnia extructa latam fuiſſe demonſtrat auctor, qui de viris illuſtribus ſcripſit, ſiue is Plinius ſecundus ſit, vti vulgò inſcribitur, ſiue Cornelius Nepos, Suetoniúſve, vt quidam autumant, Aureliúſve Victor, cuius breuiario hanc vitarum epitomen in antiquis codicibus manuſcriptis inſertam inueni. Itaque de nomine adhuc inter doctos controuerſia eſt: quo fit, vt veluti anonymum libellum citent plures. Is igitur in primo capite ſeu Romuli vita apertiùs hoc exprimit his verbis. Ipſi fratres paſtoribus coadunatis ciuitatem condiderunt, quam Romulus augurio victor, quòd ipſe XII. Remus VI. vultures viderat, Romam vocauit. Et, vt eam prius legibus quàm mœnibus muniret, edixit: Ne quis vallum tranſiliret. Quod Remus irridens, tranſiliuit, & à Fabio Celere centurione raſtro fertur occiſus. Et Ouidius Faſtorum lib. IIII. legem eandem aptè depingit hoc diſticho:

Libellus de viris illuſtribus incerti auctoris.

Neue quis aut muros, aut factam vomere foſſam
Tranſeat: audentem talia dede neci.

Ciceronis iudicium de lege prima perduellionis.

Quam tamen legem honeſtatis ex fonte nequaquam veì debebat fluxiſſe Cicero Officiorum lib. III. cenſet, cùm potiùs priuatæ vtilitatis, atque ambitionis cauſſa videatur eſſe lata. At in eo Rege, inquit, qui Vrbem condidit non item vtilitas valuit propter honeſtatem. Species enim vtilitatis animũ pepulit eius: cui cùm viſum eſſet vtilius ſolum, quàm cum altero regnare, fratrem interemit. Omiſit hic & pietatem & humanitatem, vt id quod vtile videbatur, neque erat, aſſequi poſſet; & tamen muri cauſſam oppoſuit ſpeciem honeſtatis neque probabilem, neque ſatis idoneam. Peccauit igitur, pace vel Quirini, vel Romuli dixerim. Atque hæc eſt Tullij ſententia de prima perduellionis lege, ex quo tam impuro fonte, maieſtatis imminutæ arbitrarium iudicium, immenſa & cæca crudelitatis ac auaritiæ vorago, in remp. promanauit ad eius poſteros.

Lex de auſpicijs.

Legem de auſpicijs tulit. NE. *quis. niſi. auſpicatò. regnum. imperiúmve. aſſumeret. ſacerdotium. magiſtratúmve. iniret. leges. ferret. immo. ne. quid. publicè. inauguratò. gereretur.* Legis formulam ſimilem adfert Cicero de legibus tertio: In publicis inſtitutis ac legibus auſpicia ſeruanto. Auguri publico parento. Et in lib. III. de nat. deorum hanc legem laudat apprimè, ab eaque profluxiſſe imperij magnitudinem ſignificat. Mihique, inquiens, ita perſuaſi Romulum auſpicijs; Numam ſacris conſtitutis, fundamenta ieciſſe noſtræ ciuitatis: quæ nunquam profectò ſine ſumma placatione deorum immortalium tantá eſſe potuiſſent. Et rectè quidem Tullius. Nam, vt & M. Varro exiſtimat, nulla ratione facilius, quàm metu diuini numinis iniecto, populus ſubijci legibus poterit. Atque ideo primam legiſlatorum curam Plato ſcribit eſſe debere, vti religione obſtringant ciuium animos; vti ſancto & diuino cultu pios ac iuſtos faciant: quoniam qui pietatem exercet, iuſtitiam violare non poteſt. Quapropter ab Vrbis exordio, falſæ licet, ac ſuperſtitioſæ religionis hoc vinculum iniectum ciuitatem ſemper in officio continuit, vt non comitia haberentur, non leges ferrentur; non magiſtratus, ſacerdotia, aut imperia darentur ſine augurum auctoritate; nil publicè domi militiæve niſi auſpicatò gereretur; comitia, concilia, prœlia, ſummæque rerum omnes, vbi aues non addixiſſent, ſignúmve de cælo infauſtum obueniſſet, impedirentur. Quod latiſſimè etiam probant Cicero, Dionyſius, & alij.

Religionis vis.

Auſpiciorum ius ſummum.

Lex de deorum cultu.

Legem de deorum cultu ſimplici tulit. NE. *quis. Romanus. deos. peregrinos. præter. Faunum.*

Faunum. coleret. ſacrificiáve. externa. faceret. ne quid iuris diuini, negligendo patrios ritus, peregrinosque adſciſcendo, turbaretur: maximè cùm ex diſparitate religionis animorum quoque diſparitas oriatur, & ex ea odia & ſeditiones prouenīāt. Meminit legis Dionyſius lib. II. Itaque Cicero in ſecundo de legibus ſcribit, deos neque nouos poſtea, neque alienigenos, niſi publicè atque ex S.C. à Romanis adſcitos eſſe; veluti Æſculapius ex Epidauro ad auertendam peſtem: Mater deûm ex Phrygia victoriæ cauſſa, vt poſtea patebit. Sanxit

Lex de deorum fabulis.

item. NE. *quis. fabuloſa. de. iis. figmenta. crederet. cùm. illa, contemptum religionis. ac. licentiam. inducant*; vt diſertè Dionyſius explicat, & meminit Euſebius de præparatione Euangelica Item M. Varro antiquitatum diuinarum, humanarumque in libris, ex Romanorum veteri diſciplina, Theologiam partitur in fabuloſam, naturalem, & ciuilem. Fabuloſam mendaciſſimam atque turpiſſimam eſſe dicit. Phyſicam verò à plebe remotam ac parietibus incluſam. Tertiam politicam ac popularem eſſe à maioribus inſtitutam. Primam pertinere ad theatra, ſecundam ad mundum, tertiam ad vrbes atque ſacerdotes; qua ciuitas in diſciplina continetur Eadem ferè tradit Q. Scæuula Pontifex Romani iuris periti ſſimus, quæ latiùs habes apud D. Auguſtinum de ciuitate Dei lib. IV.

Theologia Romanorum triplex antiquitus

Lex de ſacrificijs.

Legem de ſacrificiorum ritu caſto & frugali tulit. NE. *in. templis. nocturnæ. vigiliæ. haberentur. néve. coitiones. clanculariæ. fierent aut. quid. per. noctem. minùs. caſtè. religionis. ſpecie. committeretur.* Quam legem vſque ad ſua tempora Dionyſius perduraſſe tradit, & corruptis iam moribus ſæpe ſe miratum dicit, in vrbe maxima, atque in immenſo peregrinarum nationum confluxu, quibus neceſſitas incumbat patrios deos domeſtico ritu colere, vt etiam ferè ipſis permiſſum erat; nuſquam tamen inter ingenuos ciues Romanos vel cœtus clancularios, aut occulta Græcorum myſteria, nuſquam promiſcua peruigilia, peregrináve barbarorum ſacra publicè fuiſſe vel permiſſa, vel recepta Eandem verò legem Cicero ſic obiter memorat inter alias religionis Romanæ, libro ſecundo de legibus. » *Nocturna. mulierum. ſacrificia. ne. ſunto. præter. illa. quæ. pro. populo. ritè. fiant: néve. initiantor.* Sanxit item. *vti. frugalia. eſſent. ſacrificia. &. omni. moroſa. curioſitate. carerent.* » Auctor Dionyſius.

Abſtinentia laudabilis à religione peregrina.

Frugalitas in ſacrificijs.

Lex de ſacerdotijs.

Legem de ſacerdotijs tulit. VTI. *è. ſingulis. curijs. ſacerdotes. bini. legerentur. annum. egreßi. quinquageſimum. qui. virtute. &. genere. inter. patricios. excellerent. Cenſum. haberent. ſufficientem. integróque. eſſent. corpore. Vtique. ea. lectio. rata. foret. ſi. comprobata. eſſet. ab. auguribus. Vtique. honorem. ſacerdotij. tota. vita. gererent. ſacra. legéſque. curarent. ſeruarentque. immunes. eſſent. propter. ætatem. à. militia. &. propter. ſacerdotij. priuilegium. ab. vrbanis. negocijs.* Igitur tunc penes ſacerdotes, qui omnes patricij erant, ſacrorum ac iuris erat cognitio & interpretatio: vt Vlpianus non malè ſacerdotes primos fuiſſe Iuriſcos. dicat, l. prima. ff. de iuſt & iure. Quapropter ab initio reipub. ſacerdotum erat maxima auctoritas, apud quos ſolos diuini humaniq; iuris prudentia & interpretatio manebat: à quibus etiam dies agendi lege petere neceſſe, priuſquam a Cn Flauio ſcriba faſti erant populo publicati. Quemadmodum pulchrè Cicero in oratione pro Murena ad Ser. Sulpicium Iuriſcos. dicit his verbis. Deinde etiam ſi quid fuit apud maiores noſtros in iu- » ris ſtudio admirationis, id enunciatis veſtris myſterijs totum eſt contemptū & abiectum. » Poſſet agi lege nec ne, pauci quondam ſciebant. Faſtos enim vulgo non habebant, in ma- » gna erant potentia qui conſulebantur: à quibus etiam dies, tanquam a Chaldæis petebantur. » Inuentus eſt ſcriba quidam Cn. Flauius, qui cornicum oculos confixerit, & ab ipſis iu- » riſcos. eorum ſapientiam compilarit. Sanxit item Romulus. VTI. *quæ. ſacra. mulieres.* » *puerósve. patrimos. matrimósque. obire. oportet. oportebit. ea. ſacerdotum. vxores. liberiq. obire. deberent.* Auctor Dionyſius libro II.

Sacerdotiorum iura.

Primi iuriſcos. ſacerdotes.

Faſti promulgati.

Lex de muliebrium ſacro.

Lex de ſenatorum officio.

Legem de ſenatorum patriciorumque officio tulit, VTI. *ſacra. curarent. auſpicia. haberent. reip. conſulerent. magiſtratus. gererent. iudices. eſſent. &. patrocinia. pauperum. ſuſciperent.* Auctores ſunt Dionyſius, Liuius, Plutarchus, & Cicero varijs locis. Libro autem III. de leg. iſtius legis formulam ex parte talem fuiſſe docet. SENATVS. *decreta. ra-* » *ta. ſunto. ac. ni. poteſtas. par. maiórve. prohibet. S.C. præſcripta. ſeruāto. Is. ordo. vitio. vacato. ce-* » *teris. ſpecimen. eſto. Populi. iuſſa. vetitáve. cùm. ſenatus. ſuffragio. quum. ſciſcentur. optima-* » *tibus. nota. plebi. libera. ſunto. Senatori. qui. nec. aderit. aut. cauſſa. aut. culpa. eſto. Loco. ſena-* » *tor. &. modo. orator cauſſas. populi. teneto.* »

Senatorem vitio carere debere.

Lex de populi poteſtate.

Legem de populi poteſtate tulit. VTI. *magiſtratus. crearet. leges. ſanciret. bella. pacem. &. fœdera. iuberet.* Qua lege creati primùm à pop. II viri, qui perduellionem iudicarent, Tribunus celerum, qui equitibus præeſſet, primi item quæſtores, quemadmodum Iunius Gracchanus auctor eſt. Vlpiani tamen aliorumque diuerſa eſt ſententia, vt ſuo loco dicemus. Vide Pomponium de origine iuris, & Dionyſium lib. II. & lib. VI. in ſeceſſione plebis antiquam legem ab Vrbe condita dicit eſſe.

Lex de plebis officio & exercitio.

Legem de plebis officio exercitioque tulit. VTI. *ciues. ingenui. omnes. artem. militarem.*

tarem. atq̃ue. rem. ruſticam. colerent. Vti. ſellularias. ac. ſordidas. artes. corporibus. animiſ-
que. tractantium. noxias. &. turpibus. ſeruientes. voluptatibus. libertini. duntaxat. pere-
grini. ac. ſerui. exercerent. Auctores Dionyſius & Plutarchus. Qua quidem lege plebs
Romana in duas partes diuidi cœpit, in ruſticam nempe & vrbanam: quarum illa, vt ſim-
plicior, ita integrior atque laudabilior ſemper eſt habita, vel M. Catone teſte, qui in proë-
» mio librorum de re ruſtica ſic ſcribit. Ex agricolis & viri fortiſſimi, & milites ſtrenuiſſimi
» gignuntur, maximeq́ue pius quæſtus, ſtabiliſſimusq́ue conſequitur, minimeq́ue inuidio-
» ſus: minimeq́ue malè cogitantes ſunt qui in eo ſtudio occupati ſunt. Altera verò vrbana Plebs vrbana
pars, vt moribus corruptior atque inconſtantior; ita libertinorum humiliorumq́ue opifi-
cum fæce ſordidior & inquinatior erat. Atque idcircò contemptior vſque fuit, maximè ob
multitudinem quam comprehendebat vilium hominum, quorum artes ſordidæ atque il-
liberales æſtimabantur. Quemadmodum pulchrè declarat Cicero officiorum libro primo,
» quem ipſum audire differentem non inutile erit. Primùm, inquit, improbantur ij quæſtus,
» qui in odia hominum incurrunt: vt portitorum, & fœneratorum. Illiberales autem & ſor-
» didi quæſtus mercenariorum, omniumq́ue quorum operæ, non quorum artes emuntur.
» Eſt enim in illis ipſa merces auctoramentum ſeruitutis. Sordidi etiam putantur, à merca-
» toribus qui mercantur, quod ſtatim vendant. Nihil enim proficiunt niſi admodum men-
» tiantur: nec verò quicquam eſt turpius vanitate. Opificesq́ue omnes in ſordida arte ver-
» ſantur, nec enim quicquam ingenuum poteſt habere officina; minimeq́ue artes hæ pro-
» bandæ, quæ miniſtræ ſunt voluptatum, cetarij, lanij, coqui, fartores, piſcatores, vt ait Te-
» rentius: adde huc ſi placet vnguentarios, ſaltatores, totumq́ue ludum talarium. His verbis
Tullius ſordidas artes vrbanæ multitudinis ferè omnes obiter perſtrinxit, à quarum exer-
citio ciues ingenuos remouendos eſſe Romulus cenſuit.

Legem de coniugijs tulit. VTI. *vxor. in. mariti. eſſet. manu. mancupióq́ue. eidem-* Lex de coniu-
que. ſacrorum. pecuniarum. rerúmque. omnium. eſſet. ſocia. &. particeps. eidémque. ſi. vel. gijs.
orbus. vel. inteſtatus. diem. obyſſet. ex. aſſe. hæres. eſſet. ſi. filios. reliquiſſet. ex. ſemiſſe. Con-
tra. maritum. huic. querelæ. diuortiíque. vel. adulterij. cauſſa. ius. nullum. eſſet. Si. ipſa. de-
linqueret. maritus. cum. propinquis. iudicaret. Impudicam. veneficámve. in. liberos. aut. te-
mulentam. cauſſa. cum. propinquis. cognita. morte. multaret. vel. ſi. mallet. diuortium. fa-
ceret. Quòd. ſi. quis. alia. de. cauſſa. vxori. nuncium. remiſiſſet. dotem. bonorúmque. partem.
redderet. partem. Cereri. ſacraret. atque. deos. inferos. ritè. placaret. Qua lege cum Romu- Romanarum
lus vxores maritorum arbitrio atque poteſtati ſubieciſſet, ita probas & obſequentes effe- matronarum
cit, vt per annos DXX. nullum in Vrbe diuortium fuerit, Dionyſio, Plutarcho, Gellio, Val. probitas.
Maximo, alijsque magnis auctoribus conſentientibus. Primus enim tum, vt in eo Vrbis Primũ diuor-
annali latiùs dicemus, Sp. Caruilius Ruga ob ſterilitatem vxori nuncium dicitur remiſiſſe: tium in Vrbe.
nec anteà cautiones rei vxoriæ cauſſa Romæ neceſſarias eſſe viſas tradit Ser. Sulpicius Iu- Cautiones rei
riſcos. in libro quem de dotibus compoſuit. Ceterum multa pulchrè de his Gellius lib. x. vxoriæ cauſſa
cap. XXIII. ex M. Catonis oratione de dote, & mulierum veterum victu & moribus. Me- quando primũ
minit etiam Athenæus Polybium, & Alcymum Siculum auctores adferens, quem lib. x. inuentæ.
cap. XIII. vidiſſe non pœnitebit.

Legem de patrum iure ac poteſtate in liberos tulit. VTI. *omnis. verberum. vinculo-* Lex de patria
rúmque. vitæ. necíſque. arbitrium. &. poteſtas. ter. inſuper. venum. dandi. ius. patri. in. ſuos. poteſtate.
filios. eſſet. Auctores ſunt Plutarchus & Dionyſius, qui hanc poſtea inter XII. tabularũ le-
ges relatam eſſe dicit; ſed, vt autumo, temperatã à Numa rege, vt ſuo loco dicemus. Atque
ſingulare ac proprium ius Quiritium in veteribus iuriſconſultorum libris reperitur, quod Ius Quiritium.
maius ac violentius patri in liberos, quàm domino in ſeruos vel mancipia datum eſt: vt ff.
de his qui ſui vel alieni iuris ſunt. l. Item in poteſtate. Hinc inſtitutionum Iuſtiniani lib. I.
» Iuriſcos. ita loquitur. Ius poteſtatis quod habemus in liberos, proprium eſt ciuium Ro-
» manorum; nulli enim ſunt homines, qui talem in liberos habent poteſtatem, qualem nos
» habemus. Nec aberrat à vero Iuriſcos. Serui enim erat melior conditio, quàm filijfamilias:
Ille enim ſemel venditus, deinde libertatem adeptus, in poſterum ſui iuris fit: hic autem à
patre venditus, ſi liber reddatur, iterum ac tertiò in poteſtatem patris redit. Eam verò le-
gem diu in rep. remanſiſſe conſtat, cùm eius in Balbiana meminerit Cicero. Imperatorum
tamen tempore ſublatam fuiſſe docent Diocletianus & Maximinianus Augg. manifeſti
iuris eſſe pronunciantes, non licere parentibus vendere liberos; vt Cod. de patrib. l. prima.
Rurſus verò Conſtantinus Aug. propter ſummam paupertatem patribus idem ius indul-
ſiſſe videtur ſub certis conditionibus. Quod extat decretum Cod. eod. l. ſecunda.

Legem de parricidio tulit. VTI. *partus. monſtroſi. v. virûm. vicinorum. ex. ſenten-* Lex de parri-
tia. impunè. poſſent. necari. vel. exponi. Qui. alioquin. hominem. liberum. non. perduel- cidio.
lem. occidiſſet. parricida. eſſet. Auctor Dionyſius lib. II. qui eadem lege neceſſitatem non
ſolùm Vrbi, verùm etiam colonijs omnibus impoſitam ſcribit, educandi quicquid eſſet
maſculum,

maſculum,& è filiabus maximè primogenitas: idque ciuitatis augendæ, atque multitudinis conſeruandæ cauſa. Hanc quoque legem à Numa renouatam dicemus ſuo loco.

Lex de colonijs.

Legem de colonijs tulit. V T I. *in. vrbes. agróſque. ab. hoſte. captos. coloni. ex. plebe. Romana. deducerentur. Ne. quis. hoſtem. inermem. captum. dedititiúmque. occideret. venúmve. daret. ceterùm. ex. ſenatus. auctoritate. pax. fœdus iúſque. libertatis pro. merito. cuiuſque. victu. concederetur.* Quæ lex imperij Romani ſeminarium ingens, atque libertatis firmiſſimum fundamentum fuit, Dionyſio teſte, vt verè ſcripſiſſe Gellium cognoſcamus colonias eſſe ciuitates ex ciuitate Romana quodammodo propagatas. Quas ſucceſſu temporis idoneis locis contra ſuſpiciones periculorum, veluti propugnacula imperij, paſſim maiores collocaſſe adfirmat Tullius in agraria ſecunda. His enim ex lege deducendis non vno modo conſulebant reipub. Propagabant enim tuebanturque limites imperij; rebelliones, ſeditioneſque coërcebant; ſtirpem ciuium augebant, ſuperfluam, ac oneroſam ex vrbe Roma plebis multitudinem exhauriebant: ac poſtremò veteranos milites, agris bello captis aſſignatis, poſt emerita ſtipendia remunerabant.

Coloniæ.

Quàm auxerit ciuitatem Romanã Romulus.

His ferè inſtitutis ac legibus Romulus conditor, reipub. initijs optimè conſtitutis, vrbem Romam ex parua & imbecilli breui tempore magnam ac potentem fecit. Nam ſecum qui ex Alba, ad ampliſſimi iſtius imperij fundamenta iacienda, vix trecentos equites, & pedites paullò vltra bis mille adduxerat, idem moriens, teſte Dionyſio, reip. reliquit peditum ſex & quadraginta millia, & equites non multò minùs mille. Iam quid de vrbis agrique Romani primis terminis dicam? Vrbem primam Romulus, Plutarcho teſte, mille tantùm domuum ſtatuit, ad vnius exigui collis Palatini radices pomœrio circumducto: quam paullò pòſt tribus alijs vicinis collibus munitis, interiectiſque campis occupatis, tutiorem, ac triplo ferè maiorem reddidit. Et qui ab auo Numitore agri modicum in Latio acceperat, quòd paruo popello ſufficeret, quodque vix ſex millibus paſſuum ab vrbe, quâ longiſſimè aberat, Strabone teſte, ſeſe extendebat, mox, Sabinis adiunctis; multiſque populis deuictis, agri Romani terminos vndequaque, & vltra Tiberim latiſſimè protulit, atque colonijs Cæninam, Medulliam, Fidenas, Cruſtumeriam, Cameriam, Antemnas deductis, imperij ramos ampliſſimè propagauit. Cuius veſtigia ceteri Reges, ac deinde Conſules ſequuti, vrbem, agrum, imperiumque Romanum in orbe terrarum maximum, & potentiſſimum fecêre, quemadmodum ex annaliũ noſtrorum ductu manifeſtum fiet. Nunc verò cùm regni conſtitutionem, & res à Romulo domi geſtas ſatis dilucidè perſtrinxerim: vt ordinem à nobis inſtitutum ſeruemus, res etiam militiæ geſtas; bella, ſcilicet, victorias, atque triumphos ductu Capitolinorum faſtorum perſequemur; vti diſcat ex ipſa hiſtoria lector, quibus virtutibus, & qua induſtria ad tantam imperij amplitudinem Romana reſpublica peruenerit.

Vrbs Roma mille domuũ. Pomœrium primum. Quis primus agri Romani terminus. Coloniæ ſub Romulo deductæ.

DE. IVRE. BELLI. VICTORIAE. ATQ. TRIVMPHI.

Hoc loco candide lector, mox ſpecioſa quædam philoſophorũ diatribe latiſſimum nobis aperit diſſerendi campum de iure belli atque militiæ, quo ſibi Romanus ſummam potentiam, orbiſque terrarum dominium vindicauit: an illud ex iuris naturæ limpidiſſimo fonte profluat, quemadmodum primæ claſſis auctores quoſque probatiſſimos opinari video. Qui volunt Deum mundi conditorem omni naturæ certam legem præſcripſiſſe, quæ corporum animatorum ſenſus ad ſui conſeruationem ducit; hominum verò mentes rationis auxilio ad excelſam quandam virtutem erigit, vt Dei creatoris ſui gloriam atque gratiam ſemper rebus omnibus præferant, & ſponte ſua bonum quærant, malum vitent & auertant. Cùm verò genus animatorum omne ſolitudini naturaliter aduerſetur, & genus humanum ſine ſocietate diu feliciter viuere non poſſit: iubet item dicta lex diuina ſui generis conſortium & amicitiam vnumquemque quærere, ſe non magis quàm proximum diligere, & publicum commodum ſemper & vbique priuato præponere, quò pax & tranquillitas in communi vita maneat. Non enim amicitia vel ſocietas foret vlla, ſi quiſque ſibi dumtaxat viuere, & conſulere vellet: nec domus, aut ciuitas feliciter coaleſceret vnquam, ſine mutua commodi atque vtilis communione, quam ſola iuſtè tranquilleque diſpenſat æquitas. Hinc non abſurdè veteres poëtæ Eunomiam, id eſt, æquitatem, Dicen, & Irenen, id eſt, iuſtitiam & pacem Iouis & Themidis nymphæ cæleſtis tres filias finxere. Cuius deæ numen nil aliud eſt, quàm à ſummo Deo præſcriptum animæ viuenti fas, licitum & honeſtum, iuris optimi, iniuriam omnem excludentis, fons & origo. Æquitas enim legibus bonum temperanter fouet, & firmat Iuſtitia legum executione malum fortiter repellit & punit. Pax ſororum indiuidua comes, boni legibus conſeruati fructus humano generi benignè largitur, & diſtribuit. Sed memini me ante annos ferè viginti quatuor Themin hanc deam cum filiabus, omniaque fabulæ iſtius myſteria latiore dialogo Antonij Perenotti Cardinalis Grauellani in gratiam explicaſſe & diuulgaſſe. Quare de his nil amplius hic

Lex diuina.

Aequitas.

Themis.

pliùs hîc à me, lector, eſt quod expectes. Inde verò, vel à philoſophis petas oportet, ſi quid exactiùs intelligere cupis. Ego autem nunc inſtitutum meum ſequar. Mundi inferiora hæc omnia mutationi ſubiecta eſſe Dei ſummi prouidentia in hunc quoque finem videtur velle, ne homo, quem rerum menſuram pulchrè Pythagoras dixit, & modum omnibus imponere Deus voluit, quietis & ocij perpetuo ſitu obtorpeſceret: ſed vt rationis & intellectus facultates acceptas impendentium conſideratione mutationum exerceret: cura boni, malique metu mentem excitaret ſedulò; & ad ſeipſum, ſuumque creatorem noſcẽdum erigeret. Cogitur igitur lege ſibi præſcripta, ſi ſaluus eſſe velit, bonum vbique prouehere. Quocirca cùm crebro fiat malo in boni perniciem pertinaciter inualeſcente, vt ſocietas, paxque publica periculosè turbetur: publica ſanè iuſtitia armata bonum defendere, tum neceſſe eſt, & ratio iubet. Malo namque nodo, iactari vt vulgò ſolet, malus quærendus eſt cuneus; & clauum clauo, perticamque pertica pellere quandoque licebit. Atqui bellum, quod iuſtitia in terris publica debet eſſe, ſi non mali pellendi, ſed regni tantùm cauſſa ſuſcipitur, vt rectè D. Auguſtinus de ciuitate Dei lib. IV. cenſet, nil aliud quàm grande latrocinium eſt: & nomen virtutemque ſuam à bellua trahere, ſicut Sex Pompeius affirmat, & M. Tullius non ſemel inſinuare videtur, non ineptè cenſebitur. Sed cùm ius diuinum & humanum, Dei gloriam, pacemque publicam tutatur & propagat: ſanè non per Antiphraſin, vt Grammatici quidam aiunt, bellum, quaſi minimè bonum appellabitur; ſed rectiùs quia malum reprimendo bonum bellè promoueat, ac reſtauret. Neceſſarium igitur atque pium bellum ob iam dictas cauſſas pro aris, pro focis, vt aiunt, ſuſceptum, quamdiu ab Ichnææ Themidis, vel legis diuinæ veſtigijs non diſcedit, conſenſu bonorum omnium firmiſſimo iuris fundamento nititur. Quod optima lege iubebatur apud Romanos olim ſenatus auctoritate, populi ſuffragio, & fetialium clarigatione: quorum erat de iniurijs factis primùm cognoſcere, res repetere, & non reddentibus, haſtam in hoſtium fines torquendo bellum clarigare, id eſt, clara voce indicere. Sed de iſtorum ſacerdotum antiquiſſimo iure forſan diffuſius poſtea ſuis locis loquemur: ſine quo Romanus piè iuſtéve bellum geri non poſſe ab initio putauit. Non aſſentior Pomponio iuriſcōs. vel illi, qui ſub eius nomine titulum de origine iuris ex hiſtoria conſarcinauit multis erroribus ſuffultum. Qui ſcribit hoc iuris inſtituiſſe Numam Pompilium regem, cùm indicendum eſſet bellum Fidenatibus. Quid hoc, quæſo, noui? Aliter Liuius, Dionyſius, Plutarchus & alij hiſtoriæ Romanæ ſcriptores: quorum conſenſu conſtat à Numa rege nullum bellum indictum vel geſtum fuiſſe; ſed toto regni ſui tempore annis XLIII. pace conſeruata Ianum clauſum renuiſſe. Sed de his, vt dixi, ſuis locis oportuniùs. Ex iuſto legitimoque bello vera victoria prodire poteſt, & hæc triumphum inclytum producere. Quibus rerū humanarum vicibus ſua numina ſingulis, ſicut rerum ferè quarumcunque mutationi, veterum vana religio deputauit. Ardor enim atque impetus iuſtitiæ bello ſeſe ab iniuria vindicantis Mars & Gradiuus à Romanis appellari videtur: cùm deferueſcit in tranquillitatem & concordiam, Quirinus: cum denique profligata iniuria pacem reſtituit, gaudium & lætitiam adfert, Triumphus. Itaque triplicis iſtius numinis beneficia quæcunque ſola Iuſtitia Cæligena illa diſpenſat inter mortales, ſine qua Mars crudelis, tyrannus, & latro; Quirinus ſtolidus & iniquus: Triumphus futilis ac vanus. Hanc deam hymnothetes Orpheus in ſacro Iouis regis throno ſedere canit, Anaxarchus ſophiſta Iouis ſummi ſedulam miniſtram vocat, alij filiam volunt eſſe. Cui dicta iam numina ſubſeruiunt, bonis vt eudæmones, ſceleratis vt cacodæmones; Iouis nutu Nemeſeos imperio ſubiecti, & coërciti. Multiformem hanc, magnaque in bellis poteſtate præditam exiſtimârunt antiqui, cui & inter alia Capitolina numina Romani tam principes quàm magiſtratus ad bellum profecturi ſacrificare, votaque nuncupare debebant, priuſquam paludati in prouinciam ad exercitum abirent, vt Iulius Capitolinus auctor eſt. Cuius religionis neglectæ cauſſa C. Flaminium Cos. ad Traſimenum lacum cum XV. millibus Romanorum ab Annibale cæſum tradunt Liuius & alij. Legimus etiam tam obſeruantes eius Romanos fuiſſe, vt exercitus in Iſtria ſuum conſulem C. Claudium Pulchrum, quia religione hac neglecta non paludatus in caſtra veniſſet, per ludibrium repudiarit, ac velut priuatum obedientia negata, Romam ad vota in Capitolio nuncupanda remiſerit. Quod anno Vrbis conditæ DLXXVI. contigit, vt Liuius libro XLI. latius memorat. Nemeſin itaque deam ſuperborum vltionem ipſam, atque iuſtorum præmium eſſe ſunt opinati. Ammianus Marcellinus ex veterum theologia Iuſtitiæ deæ filiam eſſe tradidit. Ceterū n Plato in quarto de legibus non minùs aptè iudicij cum deo cuncta permeantis angelum dicit. Et rectè quidem, ni fallor. Vindicta namque atque Victoria nunciant & declarant diuini iudicij, hoc eſt, cæleſtis iuſtitiæ veritatem & bonitatem efficacem. Quemadmodum in prælio ad Marathonem contigit, vbi Nemeſis Supplicium Perſis fuit, & Victoria Græcis, vt Pauſanias in Attica, & elegantiſſima Græcorum quædam epigrāmata in Nemeſin Phidiæ ſculptoris conſcripta teſtantur. Diximus Martem, cùm

Cur mūdi inferiora mutationi ſubiecta.

Bellum quādo bonū & quando malum

Eius etymologia.

Bellum optima lege iuſſum.

Clarigare.

Fetialium ius.

Bellica numina.

Mars.

Gradiuus.

Quirinus.

Triumphus.

Iuſtitia.

Nemeſis dea.

Romani principes.

C. Flaminij Cos. clades.

C. Claudius Pulcher Cos.

Nemeſis quid.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Gradiuus vnde.

Quirinus vnde. *Quirere vel quirare obſoleta nunc, olim apud Sabinos vſitata verba fuiſſe videntur, à quibus quiris & Cures.* *Haſta quid ſignet.* *Triumphus & Liber pater idē.* *Θρίαμβος.* *Liberi patris expeditiones.*

cùm Gradiuus ſcilicet eſt, hoc eſt, cùm ordinato, certoque legum & diſciplinæ militaris gradu tendit ad victoriam, bellatorem non iniquum videri; Quirinum deditis, & pacem petentibus iuſtas leges, ac fœdera reddere; quia Quirinus ab æquo quirendo, vel quirando nomen habere putatur. Sicut & haſta iuſti belli atque imperij celebre quōdam ſymbolum, propter rectam æquitatem vetuſtâ Sabinorum lingua quiris dicta fuit, à qua Quirinum dictum plures opinantur. Qua de cauſſa pro Marte colebatur, vt M. Varro teſtatur, & deorum, regumque ſimulachris, velut inſigne iuſtitiæ, haſtas erectas adiungi ſolere Iuſtinus ex Pompeio Trogo ſcribit libro XLIII. Diximus etiam Triumphum parta victoria gaudium & lætitiam cum pace, laborum inſuper præmia, honores, opes, imperia, cunctaq; publicæ pacis adferre beata commoda: quo cognomine Romani Liberum patrem colunt & celebrant, quemadmodum & Græci Bacchum vel Dionyſium eundem θρίαμβον inuocant antiquiſſimo nomine, poſtmodum à Latinis, aſpiratione tranſpoſita, duabusque tantùm literis mutatis, vſurpato, ſicut M. Varro cenſet. Recepta namque fuit antiquitus opinio, prima in terris arma propter iuſtitiam à Libero patre, vel Baccho mota fuiſſe. Quem fabulantur cum magno ſexus vtriuſque exercitu terrarum orbē luſtraſſe, ſceleribus expurgaſſe, tyrannos impios, & iniuſtos, tanquam feras perſequendo, locorum vbique liberiorem hominibus vitam reſtituiſſe. Eaq; de cauſſa Liberum patrem Romanis, & ἐλευθέριον Græcis, nec non à ſeruitute iniqua ſoluenda Lyæum, & Lyſium nuncupatū eſſe. Quod plane Martium eſſe nemo non fatebitur. Hinc & Enyalius, ſicut etiam Mars & Quirinus vocabatur,

Enyalius.

ab impetu & furore bellico. Coniungunt enim hos duos eodem nomine, velut vnum numen. Aliorum tamen alia eſt ſententia, diuerſos nimirum eſſe: & Sophocles dæmonis maioris belli præſidis Enyalium miniſtrum facere videtur. Inter Liberum verò Martemq; patres, vt hos Romani nominare voluerunt, quidnam intereſſe videatur, veterum fabulæ, ſacrorum myſteria, nominum epitheta, item ſimulachrorum ſymbola interpretata declarare poterunt. Ex quibus inter alia colligimus, Liberum ductu, auſpicijsque Muſarum (quas in eius etiam caſtris militare fingunt poëtæ) rationum ac artium telis pugnare magis quàm Martem: & idcirco faciliore via, minoreque cum ſanguine ius & æquum prouehere, iniurias propulſare, ſuperbiam & barbariem domare. Hinc eius arma non ex ære, vel ferro, bubulóve ſeptemplice corio thoraces, clypei & caſſides: ſed molles hinnulorum, dorcadum & lyncum exuuiæ: non haſtæ, lanceæ, pila ferrata, gladijve; ſed thyrſi, ferulæ & vites eſſe canuntur. Crebris igitur & glorioſis victorijs inclytum, & exultantem Liberum cùm plures iniquos tyrannos, barbaraſque gentes ſubiugaret, Triumphum appellatum volunt, & pompam ſacram victoriarum cauſſa celebrandam Ioui patri, Marti, Mineruæ ceteriſque dis bellicis inſtituiſſe, & à ſe nominaſſe, quod à Græcis θρίαμβος, quaſi θηρίαμβος (quemadmodum vocis etymon doctiores explicant) fuerit appellatus: quia feras & leones equitarit, & atrociſſimas belluas ſubiugatas currui ſuo iunxerit, vt habent fabulæ. Quibus ſignificatur heroicum & diuinum quippiam fuiſſe, ferum, ac ſilueſtre genus hóminum ab initio vagum & indomitum iuſtitiæ, legumque iugo ſubijcere, & ad humanæ libertatis ciuilitatem reducere. Vt enim optima victoria eſt, Platone iudice, ſeipſum, id eſt, truces affectus ſuos vincere: ſic & nobiliſſimus triumphus eſt de vitijs quibuſcunque triumphare. Equidem Bacchicas eius generis triumphales pompas plures & pulcherrimas marmoreis tabulis & ſepulchralibus arcis lapideis, arte ſumma, atq; elegātiſſima varietate ſculptas Romæ vidi, veteris philoſophiæ doctiſſimis myſterijs plenas: non hîc tamen ſed alibi diligentiùs explicandas. Nam ſi ex Pythagoræ, Platonis, Orphei & Ægyptiorum arcanis hæc proferre deberem, iuſti ferè voluminis opus aggredi neceſſe foret. Ex iam dictis porrò liquere ſatis puto, Triumphum Liberum patrem a Romanis, & Dionyſium à Græcis dictum; & pro dæmone à Martis & Quirini poteſtate non alieno cultum fuiſſe: cuius etiam ſimulachra in denarijs Romanorum antiquis expreſſa reperimus, quemadmodum locis opportunis aliquando declaraturi ſumus in annalibus noſtris. Itaque D. Auguſtinum ad pompam illam ſacram potiùs, quàm ad numen aliquod reſpexiſſe veriſimile eſt, cùm libro de Ciuitate Dei IV. cap. XVII. ſcriberet hæc verba, deos Romanos irridens. Nam ſi Victoria dea eſt, cur non deus eſt & triumphus; & Victoriæ iungitur, vel maritus, vel frater, vel filius? At Liberum patrem vel Bacchum Triumphum deum vocatum fuiſſe, non puto D. Auguſtinum ignoraſſe. Iam de iure quidem belli, victoriæ, atque triumphi ſatis, quæ ad rem præſentem faciunt, ni fallor, diximus. De pompa verò triumphali, nil hîc addam ampliùs, ne actum agere videar: cùm antiquitatum & humanioris literaturæ periti ſſimi viri Pomponius Lætus, Io. Baptiſta Marlianus, & Carulus Sigonius ante me multa de hac eleganter ſcripſerint, & Onufrius Panuinus ferè cuncta congeſſerit, quæ ad hoc argumentum ei ſpectare videbantur. Nos tamen in annalibus ſingulorum ducum, vt victorias, ſic & triumphos cum ſpolijs, & manubijs gradatim curioſiùs adferemus: vt cognoſcas, candide lector, ex quàm exiguis initijs Vrbs, atque Imperium

Muſæ Liberi patris in expeditionibus comites militiæ. *Liberi patris arma.* *Cur Triumphus & Θρίαμβος ſit appellatus.* *Triumphales pompæ Liberi patris.* *Diui Auguſtini locus.*

perium in ſummam potentiam; triumphus in ambitioſos & inſanos ſumptus ſucceſſu temporis excreuerit. Tranſeamus igitur nunc ad primi Regis Romuli primum triumphum, atque auſpicatiſſima ſpolia opima prima.

ANN. POST. ROMAM. CONDITAM. IIII.

Romulus.rex.triumphum.egit.preimus. anno. poſt. Romam. conditam. quarto. De. Cenninenſib. Cruſtumerineis. &. Antemnatibus. Is q. preimus.ſpolia.opeima. Ioui.rettulit.duce. hoſtium. Acrone. cæſo. //. //. //.

PRIMA Romanis bella intulerunt Latinorum vicini Cenninenſes, Cruſtumerini, Antemnates & Sabini iniuriæ atrocis dolore irritati, quòd Romulus ipſos amicè ad ludorum ſolemnitatem inuitatos, virginibus ex compoſito per vim raptis, grauiſſima contumelia affeciſſet. Ex his Cenninenſes, Cruſtumerini, & Antemnates primi, non expectato aliorum populorum apparatu & ſubſidio, Rege Cenninenſium Acrone duce in agros Romanos impetum fecerunt. Sed obuius cum exercitu Romulus, intra paucos dies oppreſſit vagabundos prœlio victor, in quo ſuapte manu ducem hoſtium Acronem obtruncatum, armis ſpoliauit. Mox caſtris oppidiſque hoſtium captis exercitum præda diuitem reducens Romam, primus triumphum duxit: & ſpolia Regis occiſi, trunco arboris ramo ſu penſa, Ioui Feretrio dedicans, opima vocauit, quaſi ampla & magnifica, quæ dux ipſe duci occiſo detraxiſſet, quorum vtrimque auſpicijs res geritur. Rarum quippe decus, quod ter ſolummodo inter tot tantaque pop. Rom. bella contigiſſe, intra octingentos ampliùs annos hiſtorici tradunt, quemadmodum ſuis locis annotabo. Sed de his primis Romuli opimis lubet elegantes Propertij poëtæ verſus adducere, ex elegiarum libro quarto.

Prima bella Romanorum. Triumphus primus. Iupiter Feretrius. Opima ſpolia quæ. Tria fuiſſe duntaxat. Prima opima ſpolia Romuli.

Nunc Iouis incipiam cauſſas aperire Feretri,
Armaq; de ducibus trina recepta tribus.
Magnum iter aſcendo, ſed dat mihi gloria vires,
Non iuuat ex facili lecta corona iugo.
Induis exemplum primæ tu Romule palmæ
Huius, & exuuijs plenus ab hoſte redis.
Tempore quo portas Cenninûm Acrona petentem
Victor in euerſum cuſpide fundis equum.
Acron Herculeus Cennina ductor ab arce
Roma tuis quondam finibus horror erat.
Hic ſpolia ex humeris auſus ſperare Quirini,
Ipſe dedit, ſed non ſanguine ſicca ſuo.
Hunc videt ante cauas vibrantem ſpicula turres
Romulus, & votis occupat antè ratis.
Iupiter hæc hodie tibi victima corruet Acron;
Vouerat, & ſpolium corruit ille Ioui.

Acron rex.

Hæc quarto Vrbis anno accidiſſe ſcripſi, quod Gellium, referente Dionyſio, auctorem habeamus grauiſſimum, Sabinas eo anno Conſualibus ludis raptas fuiſſe, quo etiam procul dubio bellum iſtud mox exortum, ac ſubitò etiam confectum eſt, vt fiat veriſimile eodem ſimul anno triumphatum eſſe. Euſebius in Chronico, ſi numeri non ſunt mendoſi, ſicut in eo plerumque accidiſſe auctore video, Sabinas anno Vrbis tertio raptas dicit. Sunt item qui quarto poſt Vrbem conditam menſe hoc factum volunt: ſed horum opiniones apertè ſatis refellit Dionyſius. Poſt triumphum, ac redditas Ioui Feretrio votiuas victimas, ſpoliorumque ac prædæ primitias Romulus primùm propter victoriam in Capitolio eidem deo templum extruxit, & dedicauit: retulitq; mox ad ſenatum de captis oppidis; & primus ſententiam dixit, vti raptarum mulierum, pro parentibus & conſanguineis intercedentium, in gratiam victis venia daretur, ac liberum arbitrium Romam transmigrandi quibus videretur: hiſque ciuitas daretur, bona atque agri manerent. In ſingula oppida capta treceenti ab Vrbe coloni ex lege mitterentur, quibus agrorum pars tertia diuideretur. In quam ſententiam ſenatusconſultum eſt factum, & Romam inde frequenter migratum eſt a parentibus, & propinquis raptarum, vnà cum familijs: eoſque mox in tribus & curias deſcribit Romulus, vſque ad tria millia; ita vt tunc primùm ad ſex millia peditum cenſeri Romanus exercitus cœperit, Dionyſio auctore. Cenninam igitur, Antemnas, & Cruſtumerium eodem anno ductæ ſunt coloniæ, pluresque inuenti ſunt, vt refert Liuius, qui propter vbertatem terræ in Cruſtumerium nomina darent.

Primũ in Capitolio templum Ioui Feretrio dedicatum à Romulo. S.C. de captis oppidis, coloniisq; deducendis. Incrementũ ciuitatis Romanæ. Colonia prima. Cennina, Antemnæ, Cruſtumerium.

Poſt iſtam victoriam grauius deinde bellum ſequitur, Sabinum T. Tatio rege duce, qui non te-

Bellũ Sabinum T. Tatij Regis.

Capitoliũ captũ proditione Tarpeiæ. Iupiter Stator. Herſilia. Pax & fœdus inter Sabinos & Romanos. Duo Reges per quinquennium Romæ. Ducenti patres. Incrementum Vrbis. T. Tatij mors.

non temerè ac contemptim, vt alij; ſed multò maiore apparatu Romanos inuaſit, vindicaturus raptarum virginum iniuriam. Quod vario diſcrimine & euentu protractũ, triennio duraſſe ex Dionyſio colligimus: & Romam non ſemel periclitatam legimus, capto, Tarpeia virgine prodente, à Sabinis Capitolio, profligataque propemodum Romanorum acie in foro, dum Romulus in ipſo pugnæ diſcrimine fugientibus ſuis Ioui Statori templum in foro vouit. Æquo tamen Marte ab armis poſtea diſceſſum fuit, mulierum raptarum interuentu, duce Herſilia; quarum precibus, atque interceſſione pax coaluit, & fœdus ictum eſt. Vti poteſtate imperioque pari Romulus Tatiuſque in Vrbe regnarent. Sabinis volentibus domicilium transferre, atque Romæ manere, ius ciuitatis eſſet, centum ex ijs ſenatores legerentur, communicatiſque vtrimque ſacris in tribus & curias reciperentur. Vrbi à Romulo nomen maneret, populus à Curibus Tatij patria Quirites appellarentur. Hoc fœdere æquato demum imperio, duos Reges Roma per quinquennium habuit, auctoque in duplum populo, ducenti poſt lectionem hanc Romuli ſecundam exinde ſenatores fuerunt. Multiplicatoque maiorem in modum populo, & Vrbis ſpacium vltra pomœrium extendiſſe Reges, tradit Dionyſius; occupante cum Sabinis Capitolium, vicinumque Quirinalem T. Tatio rege: Romulo cum veteribus ciuibus tenente Palatinum, & adiunctum Cælium montes. T. Tatio autem per inſidias Lauinij poſt quinquennium extincto, ſolus Romulus deinde regno quoad vixit potitus eſt. Igitur de Sabinis ex iam dicto bello triumphatum non fuit. Hiſtoriam verò diffuſius ſcribunt Liuius, Dionyſius, Plutarchus & alij. Ouidius quoque victorias haſce vnico verſu pulchrè complexus eſt, ad Romulum dicens Faſtorum ſecundo.

Te Tatius paruiq; Cures, Cenninaq; ſenſit.

Ouidij locus correctus.

Vbi ita legendum eſt, non *Cecinnáque*, vel *Canitáque* quemadmodum vulgati habent codices.

Cennina, Antemna, Cruſtumerium.

Cenninenſes, Antemnates & Cruſtumerinos Plinius lib. III. cap. V. inter quinquaginta tres veteris Latij populos enumerat, qui ante Romam conditam & eius incrementum celebres admodum fuerant, ſed Vrbis poſtea amplitudine ac potentia obruti funditus interiêre: vt ſuo tempore nulla veſtigia reliqua fuiſſe ſcribat Strabo lib. V. Geographiæ. Idem auctor eſt horum ciuitates quaſdam, olim amplas & potentes, vicos ſuo tempore fuiſſe, priuataque ciuium ædificia: quemadmodum Virgilius Aeneidos VI. libro de his quoque cecinit: *Hæc tunc nomina erant, nunc ſunt ſine nomine terræ.*

Cenninam verò Stephanus Grammaticus in vrbium lexico Sabinorum fuiſſe dicit, & populos Græcis Cennitas appellatos. Cruſtumerium autem Latinorum fuiſſe olim aſſerit, atque hoc ex Dionyſij Halicarnaſſenſis auctoritate, quem citat ex ſecundo antiquitatum Romanarum Iam populos Cenninenſes & Cruſtumerinos appellant Latini. At Virgilius Aeneidos VII. Cruſtumerios vocat:

Ardea, Cruſtumeriq; & turrigeræ Antemnæ
Tegmina tuta cauant capitum, flectuntq; ſalignas
Vmbonum crates.

Ex his Cenninam & Antemnas eodem auctore Dionyſio Aborigines pulſis Siculis olim tenuerant: Cruſtumerium verò ab Albanis aliquot ante Romam ſæculis fuiſſe conditum tradit idem.

ANN. P. R. C. XVI.

Romulus. rex. II. anno. XVI. de. Camerineis. Kal. Sextilibus.

Bellum Camerinum. Cameriũ colonia deducta. Quadrigæ æreæ Vulcano dedicatæ. Statua Romuli.

HIc Plutarchum auctorem ſequimur, qui in Romulo ſcribit Cameriam captam, atque coloniam factam eſſe anno ferè Vrbis XVI. Kal. Sextilibus. Aliter aliquantò Dionyſius, qui viuo adhuc T. Tatio bellum hoc exortum, atque duorum Regum auſpicijs geſtum eſſe refert. Innuit tamen bis bellatum cum Camerinis fuiſſe, atque priore bello, cùm agrum Romanum populabundi inuaſiſſent, à Romulo & Tatio fuſos prœlio, atque oppido vi capto, armiſque ademptis, multatos agri parte tertia. Vrbem deuictam tunc Reges feciſſe coloniam Romanam, & vſque ad quatuor fermè millia Camerinorum traduxiſſe Romam, atque in tribus & curias adſcripſiſſe. Poſt aliquot deinde annos occiſo iam Tatio, & Fidenate bello confecto, vt idem Dionyſius auctor eſt, Camerinos ſolus Romulus bello repetijt: eò quòd colonos Romanos ſecum habitantes per inſidias oppreſſiſſent, grauante Romam peſtilentia, audaciores facti. Id ſcelus vlturus Romulus munitionibus hoſtium expugnatis, auctores defectionis affecit ſupplicio, prædamque omnem militi conceſſit. Atque agri tum dimidio multatæ Vrbi præſidium ſat validum impoſuit. Ex hoc itaque bello Romulus, eodem Dionyſio teſte, ſecundum triumphum egit, & ex manubijs Vulcano dedicauit quadrigas æreas, ſimulque effigiem ſuam, cum Græco rerum à ſe geſtarum clo-

rum elogio. Atque hæc anno ferè XVI. contigiſſe vult Plutarchus, quo etiam eò coloniam deductam tradit: Romulum quippe ſex millibus hoſtium in prælio occiſis, atque vrbe capta, ex his quos belli calamitas reliquos fecerat, dimidiam ciuium partem Romam traduxiſſe, & duplicem deinde colonorum numerum Roma Camerium deduxiſſe. Cum reliquis inſuper ſpoliis Camerio, quadriiugum æreum currum deportaſſe Romam, atque in Vulcani templo ſtatuiſſe, cum ſtatua triumphali & elogio rerum à ſe geſtarum. Et hæc ferè de bello Camerino Dionyſius & Plutarchus, de quo Liuius mentionem nullam facit. Solinus autem capite I I. ait Romulum triumphaſſe iterum de Antemnatibus, tertiò de Veientibus: de Camerino verò triumpho nil etiam ipſe prodidit.

Camerium Plinius loco ſuprà memorato collocat in Latio veteres inter vrbes, quæ Romæ potentia & magnitudine abolitæ ſunt. Albanorum coloniam dicit Stephanus fuiſſe, & deinde victam coloniam Romanorum hoc anno eſſe factam docent Plutarchus & Dionyſius. *Camerium.*

ANN. P. R. C. XVII.

Romulus. rex. III. anno. XVII. De. Veientibus. Fidenatibusq. Idib. Octobr.

VEIENTES & Fidenates non iniuria, ſed vel ſpes prædæ, vel potentiæ nimium creſcentis, atque vicinæ metus ad arma impulit. Quo autem maximè anno hoc bellum cœptum ac geſtum fuerit, non reperimus. Conſentiunt tamen auctores, à Fidenatibus belli principium exortum eſſe. Cùm enim, poſt peſtem, Roma fame laboraret, Cruſtumerio colonia deuectum nauigiis commeatum ac frumentum Fidenates diripuiſſe Dionyſius refert, atque iuuentute armata, mox agri, quicquid inter Vrbem ac Fidenas eſt latè vaſtaſſe. Igitur Romulus cum toto exercitu obuiam profectus, collocatis circa Fidenas inſidiis, hoſtilem exercitum ſimulata fuga eò pertraxit: vnde ſubitò exorti Romani tranſuerſam inuadunt hoſtium aciem, multipliciq; terrore perculſos in fugam vertunt. Itaque dum illi oppidum effusè petunt, inhærens tergo Romanus equitibus inſequutus, priuſquam fores portarum obiicerentur, velut agmine vno, ſimul irrumpit. Atque ita captæ primo impetu Fidenæ: quæ mox præſidio impoſito, aliarum quoque vrbium victarum fortunam, colonis acceptis, agriſque ademptis, eſt paſſa. Belli autem Fidenatis contagione ſunt irritati Veientes; vicini namque & conſanguinei erant: ideoque poſtulant vti libertas agerque Fidenatibus reſtitueretur, præſidium abduceretur. Qua re non impetrata, ingenti exercitu educto, caſtra prope Fidenas muniunt: variaque primùm fortuna cum Romanis certant; ſed tandem vno ingenti prælio eos vicit Romulus, quatuordecim millibus hoſtium occiſis. Referuntque nonnulli (quod fabuloſum eſt atque incredibile) maiorem dimidia partem eorum propria manu Romulum obtruncaſſe: quali iactantia ferunt Meſſenij Ariſtomenem ſuum, trecentorum à ſe cæſorum ex Lacedemoniis victimas Diti immolaſſe. At iſta clade fracti Veientes, miſſis Romam legatis, centum annorum fœdus ac inducias, obſidibus quinquaginta datis, magnaque agri parte multati, impetrarunt. Maritimis enim locis ferè omnibus Oſtiam vſque, & ſalinis, agroque ſecundum Tiberim, qui Septem pagi vocatur, Romano cedere coacti ſunt. Igitur ex hac victoria tertium triumphum egit Romulus, vt Plutarchus auctor eſt, Idibus Octobris: idque ſplendidiſſimè, magna captiuorum multitudine, regeque etiam Veientium ipſo, valde ſene in triumphum ducto. Sed vide Plutarchum in Romulo, Liuium, ac Dionyſium. Meminere inſuper triumphi Zonaras, Solinus, & alij.

Veientes ac Fidenates bellum. *Præliũ eruentum, atq. inſigne Romuli victoria de Veientibus.* *Ariſtomenes Meſſenorum dux.* *Induciæ cẽtum annorum* *Septempagius ager.* *Triumphus.*

Veios potentiſſimam Etruſcorum vrbem fuiſſe tradit Dionyſius, centeſimo à Roma ſtadio, neque Athenis minorem; fundatam in abrupto ſcopulo. Nec diſſentit Liuius, qui vrbem validam muris, & ſitu ipſo munitam fuiſſe dicit, quæ grauia ſæpius bella Romanis intulit; tandem à M Furio Camillo per obſidionem capta & direpta eſt, vt ſuo loco referetur. Eutropius XVIII. ab Vrbe milliario diſtare ſcribit. Plutarchus in Camilli vita Etruriæ propugnaculum vocat, & vrbem armis æquè ac Roma potentem, frequenter cum Romanis pro imperio dimicaſſe ſcribit, βηϊὴς vel οὐηϊεντανὺς nominans: licet in vulgatis codicibus οὐεντανὺς legatur. Quod fefellit interpretem, vt Oenetanos eos appellarit. Vide Plinium lib. III. cap. V. *Veij.* *Plutarchi locus*

Fidenæ, Græcis φιδήνη καὶ φιδῆνα, Albanorum colonia auctore Stephano. Dionyſius lib II. magnam & populoſam fuiſſe ſcribit, quadrageſimo ab vrbe Roma ſtadio diſſitam ad Anienis & Tiberis confluentes ab Albanis conditam, eodem quo Nomentum ac Cruſtumerium tempore, tribus fratribus colonias deducentibus, quorum natu maximus Fidenatum fuerit conditor. Romulus captam & ſubiugatam, coloniam Romanorum fecit, bis mille quingentis colonis Idibus Aprilis eò deductis, vt auctor Plutarchus *Fidenæ Albanorum colonia.* *Nomentum.* *Fidenæ Romanorum colonia.*

eſt. Poſt annos deinde plus minùs trecentos A. Coſſo, T. Penno coſ. vt apud Liuium legimus, colonorum numerus additus, agerq́; ijs bello interemptorum eſt aſſignatus. Quos cùm Fidenates biennio poſt per ſcelus occidiſſent, mox vrbs iſta à Romanis deleta eſt, vt nunc nullæ eius extent reliquiæ. Vide Plinium lib. III. cap. V. Strabonem lib. V. Eutropius eam ſeptimo ab vrbe miliario locat, ſed error eſt in numero.

Fidenæ deletæ.

ANN. P. R. C. XXXVII.

Romulus rex. è medio. ſublatus. Diuorum. numero. adſcriptus. & Quirinus. appellatus. eſt.

Romuli deceſſus. *Nonæ Caprotinæ.* *Populifuga.* *Quirinus.* *Odioſa & periculoſa tyrannis.* *Superbia inuidia.* *Diuus Romulus.* *Apotheoſis imperatorum.* *Romulus poſt mortem viſus.*

HÆC anno Vrbis XXXVII. accidiſſe Nonis Quinctilibus conſentiunt hiſtoricorum præcipui; qui dies ob rei caſum Nonæ Caprotinæ, & Populi fuga à poſteris eſt appellatus, & faſtis adſcriptus. Eo quòd extra Vrbem cum ſenatu ad Capreæ paludem exercitum luſtrans, orto ſolis deliquio, & cæli tempeſtate ſubita ingruēte, cum magna imbrium grandinis & tonitruus procella, diſperſo in fugam populo, diſparuerit. Hinc Diuus vulgò credi cœpit, & mox Quirinus deus appellatus, ac cultus eſt. Veriſimilior tamen & receptior eſt opinio, nobilium conſpiratione clàm in ſenatu occiſum, corpuſque diſſectum per fruſta ſub ſenatorum togis aſportatum eſſe. Proſpero namque rerum ſucceſſu ſuperbior & intolerabilior factus, inuiſus non ſolùm ſenatui, verum etiam omni populo cœperat eſſe, quod legitimè à ſe conſtitutum regnum in tyrannidis ſpeciem vertere videretur. Purpurea namque indies toga, veſtituque corporis inſolenti conſpicuus, ingenti ſatellitio, lictorumque turba ſtipatus dabat iura populo, iudiciaq́; ſubinde ſolus exercebat, ſua vnius ſententia damnatos ſupplicio afficiens: ſenatus inſuper auctoritatem, populumque omnem contemnere videbatur, quòd agrum bello partum militibus pro libidine diſtribueret, obſides Veientium patribus inconſultis redderet, multaque contra leges perpetraret. Itaque feroci, & ſeruilis iugi inſueto populo grauior, & moleſtior eſt viſus: qui Regem vel fortuito caſu, vel optimatum coniuratione ſublatum maluit Diuum credere & colere, quàm viuum diutius tolerare ac metuere. Quod ipſum & alijs ſæpe principibus indultum eſt, qui conſecrantur non ad fidem numinis, ſed ad honorem emeritæ poteſtatis: vt Tertullianus ait in Apologetico contra gentes. Quocirca & pop. Rom. ne ingratus erga conditorem Vrbis, imperijque videretur; Romulum vt deum deo natum, Regem & parentem vrbis Romæ, templis, ſacrificijsque lubenter honorauit, fidem diuinitatis faciente in primis Iulio Proculo viro primario, qui viſum à ſe Romulum è cælo delapſum auguſtiore forma affirmabat, mandaſſeque Quiritibus ſuis, vt ſe pro numine acciperent, Quirinum appellarent: ita dijs ſuperis placitum eſſe; iuſtitiam, artemque militarem colerent: ijs artibus Romam caput orbis terrarum futuram. Hiſtoriam omnem latiùs cognoſces ex Liuio, Dionyſio, Plutarcho, Zonara, & alijs. Pulchrè item Ouidius Faſtorum II. canit de hoc Romuli exitu, vbi Quirinalia deſcribit.

ANN. P. R. C. XXXIIX.

INTERREGNVM PRIMVM.

Interregnum. hoc. anno. viciſſim. apud. patres. fuit.

Interregnum. *Auſpicia penes patricios.* *Interreges omnes patricij.* *Interregni origo prima.* *Concertatio de regno.*

POST exceſſum Romuli, vt Flauius Vopiſcus ex annalibus Pontificum refert in vita Taciti imperatoris, ex ſenatus auctoritate, dum poſt bonum principem bonus alius quæritur, interregnum eſt initum, quod Græci μεσοβασιλείαν appellant. Itaque ſemper ita comparatum ab eo tempore fuit: vt quotieſcunque vſus poſtulabat interreges prodere, quod frequentiſſimè ſtante rep. contigit; eius poteſtatis viciſſitudo penes patricios ſenatores ſ emanſerit, quia apud hos auſpicia in primis pollere crederentur. Cuius rei illuſtre teſtimonium extat in Ciceronis oratione ad Pontifices pro domo ſua, vbi falſam P. Clodij inimici adoptionem inſectatur. Auſpiciaque pop. Romani, inquit, ſi magiſtratus patricij „ creati non ſint, intereant neceſſe eſt: cum interrex nullus ſit, quod & ipſum patricium eſſe, „ & à patricio prodi neceſſe eſt. Hinc Suidas ex nobiliſſimis ſenatorum creari interreges ſo- „ lere ſcriptum reliquit his verbis: Μετὰ θάνατον Ῥωμύλου ἀναρχίας οὔσης ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐνιαυτὸν ὅλον, ἡ σύγκλητος τὸ κῦρος τῶν κοινῶν εἶχε πραγμάτων. πενθήμερον ἀρχὴν τοῖς ἐπιφανεστέροις τῶν βουλευτῶν, ἐκ διαδοχῆς καταντήσασαν, οὓς μεσοβασιλεῖς. Interregni verò primi originem ac rationem hanc nobis reddit Liuius. Romulo mortuo inter patrum ordines certamen ortum eſt. Oriundi enim ab Sabinis, quia poſt Tatij mortem ab ſua parte non eſſet regnatum, ne in ſocietate æqua poſſeſſionem imperij amitterent, ſui corporis creari Regem volebant. Romani veteres peregrinum Regem aſpernabantur. In varijs voluntatibus Regem tamen

omnes

omnes volebant, libertatis dulcedine nondum experta. Necdum etiam ſingulorum ambitionibus certabatur, quia nemo magnopere eminebat in nouo populo. Timor deinde patribus inceſſit, ne ciuitatem ſine imperio, exercitum ſine duce, multarum circa ciuitatum irritatis animis, vis aliqua externa adoriretur: & eſſe igitur aliquod caput placebat, & nemo alteri cedere in animum inducebat. Igitur centum patres, ne quis expers imperij eſſe videretur, decem decurijs factis, ſingulisq; in ſingulas decurias creatis, qui ſummæ rerum præeſſent, rem ita conſociant. Vnus cum inſignibus imperij & lictoribus erat, quinque dierum ſpacio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat, annuumque interuallum regni fuit. Id ab re quod nunc tenet nomen, interregnum appellatum. Sic ferè de huius magiſtratus exordio & forma Liuius. Atque eo modo quinquaginta dierum ſpacio per ſingulas decurias ſemel circuibat adminiſtratio, decem habitis interregibus. Repetitoque deinde ſæpiùs per circulos eodem ordine, octaui circuli primus interrex lunaris anni CCCLIV. dierum explebat ſpacium; vel tertius, anni ſolaris dierum CCCLXV: vel ſeptimi denique circuli primus, annum vt Romulus inſtituit, decem menſium, dierum videlicet CCCIIII. Aliquanto aliter interregni ordinem deſcribit Dionyſius antiquitatum lib. II. Ducentos quippe, adiunctis Sabinis ſenatoribus, patres fuiſſe, eóſque in decurias diſtributos decemuiris ſorte commiſiſſe Vrbis imperium: atque inter hos vnum poſt alium quinis diebus lictores, & regni tenuiſſe inſignia, à primo videlicet vſque ad decimum. Inde in ſequentem decuriam tranſiſſe hunc magiſtratum, deinde rurſus in aliam: adeo vt octauæ decuriæ primus interrex annum abſoluerit lunarem, aut tertius ſolarem: vel annum Romuli ſeptimæ decuriæ primus, vt antea de Liuianis circulis diximus. Plutarchus autem ab vtroque diſcrepat in Numæ vita; centum namque quinquaginta ſenatores fuiſſe dicit, inter eoſque conueniſſe, vt ſeorſum quiſque cum regalibus inſignibus ſacra faceret, ius diceret, Regiſque omnia munia obiret, ſex horas noctis, & ſex diei; idque ad amouendam populi inuidiam, qui vno die ac nocte eundem ex Rege priuatum intueretur. Eutropius & Zonaras Plutarchum ſequi videntur. per continuos enim dies imperaſſe ſenatores aſſerunt, & his regnantibus annum completum fuiſſe. Quòd ſi Plutarcho credendum, decuriam quamuis quinque ſolummodo diebus, non quinquaginta, adminiſtraſſe neceſſe eſt. Receptior tamen eſt altera opinio, dierum quinque imperium vnicuiq; interregi ex more fuiſſe: quemadmodum Pædianus in oratione pro Milone teſtatur, Clodianam factionem referens M. Æmilij Lepidi interregis domum per omnes interregni eius dies (fuerant autem, ait, ex more quinque) obſediſſe, & comitia continuè poſtulaſſe. Sic item Liuius libro IX. in oratione P. Sempronij tribuni plebis contra Ap. Claudium Cæcum cenſorem; Quem ſenestri, inquit, dictatura: quem interregno quinque dierum contentum fore putas. His adſtipulatur & Sex. Rufus, ſcribens poſt Romulum ſingulos ſenatores, per quinos dies anno vno regnaſſe: nec deſunt teſtimonia alia multa, quibus iam dicta probari poſſint. Equidem ſi opinionem Plutarchi ſequamur, hoc annuo primo interregno ſenatores omnes interreges fuiſſe, negare non velim: ſi Liuium, Dionyſiúmve, minimè. Conſtat enim, vt ſuprà monſtraui, ſeptimam, octauámve decuriam annuum ſpacium expleuiſſe, reliquas gubernacula imperij non attigiſſe. Et facilè credo rariſſimè deinceps, imò nunquam, interregis nomen totum patricij ſenatus ordinem percurriſſe, & rurſus nunquam in vno ſolo interrege interregnum deſijſſe: licet hæc ratio magiſtratus diu poſtea in vſu fuerit, nomenque interregni, etiam regia poteſtate ſublata, permanſerit, neque ſemper vacua hoc nomine fuerit reſp. Romana. Abſentibus enim ab Vrbe Conſulibus, atque adeò detentis, vt ad habenda comitia adeſſe non poſſent, vel ſi propter auſpicia, tribunorúmve plebis interceſſiones comitia nouorum magiſtratuum ſuo tempore ante anni exceſſum ritè haberi non potuiſſent; nullo in Vrbe curuli magiſtratu reliquo, qui auſpicia haberet, aut comitijs præeſſe poſſet, neque eorum cauſſa dictatore, vt ſæpe fieri ſolet, creato; res ad interregnum deducebantur, inibantque auſpicatò viciſſim (vt dixi) quinque dierum interregnum patricij ſenatores, donec noui à pop. creati eſſent conſules. Et moris erat à primo interrege comitia non haberi, ſed à ſecundo vel ſequentibus; prout diſſidia, vel occaſiones aliæ protraherent comitia. Idipſum quoque teſtatur Pædianus loco priùs adducto. Poſt biduũ, inquiens, quàm Clodius occiſus erat, interrex primus proditus eſt M. Æmilius Lepidus. Non fuit autem moris, ab eo qui primus interrex proditus erat, comitia haberi. Sed Scipionis & Hipſæi factiones (quia recens inuidia Milonis erat) contra ius cum poſtularent, vt interrex ad comitia conſulum creandorum deſcenderet, idque ipſe non faceret, domum eius per omnes interregni dies (fuerant autem ex more quinque) obſederunt. Et in argumento ſcribit, plures tum quoque fuiſſe interreges, qui conſularia comitia, propter eorum candidatorum tumultus, & manus armatas, habere non poterant: vixque tandem V. Kal. Martias, menſe intercalario à Ser. Sulpicio interrege, conſulem ſine collega creatum eſſe Cn. Pompeium Magnum. Idem varias ob cauſſas ſæpiùs accidiſſe docent hiſtoriæ, quemadmodum

Interregni ratio & forma ſecundum Liuium.

Interregni ratio & forma ſecundum Dionyſium.

Interregni ratio ſecundum Plutarchum.

Interregnum quinq; dierum.

Interregni vſus.

Primus interrex comitia habere non ſolet.

Vrbis conditæ CDXII. anno, ingruente belli Latini grauiſſima mole. Tunc enim mandatum conſulibus à ſenatu, ante tempus abdicare ſe magiſtratu, quò maturiùs noui coſs. crearentur. Religio autem inceſſit ab ijs, quorum imminutum erat imperium, comitia haberi: ideoque interregnum initum, duoque interreges fuere, poſt quos noui coſs. creati inierunt, ſicut auctor eſt Liuius lib. VIII. Rurſus anno CDXXVI. M. Claudium Marcellum dictatorem, qui comitiorum habendorum cauſſa creatus erat, vitio factum eſſe pronunciârunt augures: ideoque ab eo comitia non ſunt habita. Res verò ad interregnum redijt, dilatisque alia atque alia de cauſſa comitijs, quartus decimus demum interrex conſules creauit. Sed plurima eius rei exempla apud auctores reperimus. Interregis autem vt ſumma, rep. magiſtratibus vacua, dignitas erat; ita eius erat munus, omnia adminiſtrare, quæ Regum, vel conſulum in vrbe ſolent eſſe officia, atque in primis, comitia ſurrogandorum magiſtratuum, vt auſpicatò, legitimeque haberentur, operam dare: ne diu ſummo honore maneret orba ciuitas. Et hæc quidem de interregno dicta ſufficiant.

Imperij imminuti religio.

Interregum munus ac officium.

ANN. P. R. C. XXXIX.

NVMA. POMPILIVS. REX. II.

Numa. Pompilius. Pom. F. Sabinus. Rex. populi. iuſſu. &. patrum. auctoritate.

INTERREGNI tædio cùm fremere & tumultuari inciperet plebs, multiplicatam ſeruitutem, centum pro vno dominos factos conquerens: patribus viſum eſt Regem creare, cùm ſenſiſſent populum non vltra, niſi Regem, & ab ipſis creatum eſſe paſſurum. Offerendum igitur vltro rati quod amiſſuri erant, gratiamque inire volentes, ſummam poteſtatem populo permiſerunt: ſed ita, vt non plus darent iuris, quam ſibi retinerent. Decreuerunt enim, vt cum populus Regem iuſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi patres auctores fierent. Adeò id gratum tunc pop. fuit, vt ne victus beneficio videretur, id modò ſciſceret, iuberetque, vti ſenatus decerneret qui Romæ regnaret. Atque hæc ferè Liuius. Dionyſius verò optionem pop. à ſenatu datam fuiſſe ſcribit: vtrum vno Regi, an magiſtratibus annuis credere remp. mallet: electionis arbitrium ad patres remiſiſſe populum ſua ſponte. Patres quidem omnes Regem voluiſſe è populi conſenſu, ſed de perſona non côueniſſe: priſcis ſenatoribus Regem è ſuo corpore, nouis item è ſuo quærentibus. Conuentum poſtea, concedentibus nouis, vt priſci patres Regem alium quàm è corpore ſuo deſignarent. Conditione accepta, priſcos externum Regem potiùs, nulli factioni obnoxium ſcilicet, quàm ex patrum nouorum numero, à quibus excluſi fuerãt, nominare maluiſſe. Propoſitum verò ab ipſis externum Numam Pompilium Curibus ortum; eumque & propter virtutes, & quia Sabinæ gentis erat, nouis facilè patribus placuiſſe. Mox omnium ordinum conſenſu Numam, licet tergiuerſantem, honorifica legatione ad gubernacula accitum, à populo comitijs curiatis, patrumque deinde auctoritate comprobante Regem declaratum; auſpicijsque ritè peractis, inauguratum fuiſſe. Dionyſium in his ferè ſequitur Plutarchus, diſſenſione patrum partim, ac partim virtutibus ſuis ad regnum vltrò euectum eſſe Numam docens. Verùm vt priſcus comitiorum ſimilium ordo aliquantò latiùs à nobis explicetur; is denique Rex ritè creatus deinceps dicebatur, quem populus comitijs habitis, auſpicatò ſuffragijs ſuis iuſſiſſet, atque poſtea patrum auctoritas confirmaſſet; auguriaque demum comprobaſſent, quemadmodum à Dionyſio traditur. Et Liuius etiam ipſe, vbi de Numæ creatione ſcribit, apertè his verbis interregis populum ad ſuffragia vocantis hoc indicat. Quirites Regem create, ita patribus viſum eſt: Patres deinde, ſi dignum qui ſecundus à Romulo numeretur, crearitis, auctores fient. Et poſtea populus Regem iuſſit, patres auctores facti. Qui mos deinceps etiam in magiſtratibus, & legibus omnibus rogandis permanſit: vt populus iuberet, patres auctores fierent. Primus inter Reges hunc morem prætermiſit Ser. Tullius rex, quem Tanaquil regina ſocerus illius, occiſo Tarquinio Priſco marito, aſtu ad regnum perduxit. Is enim primus iniuſſu populi, voluntate patrum, vt ait Liuius, regnauit: donec firmata regni poſſeſſione, conciliata prius per agrariam largitionem plebis voluntate, fuit auſus ad pop. ferre; vellent, iuberéntne ſe regnare: Quod ſummo tunc conſenſu, vti rogas, iuſſum fuit. Igitur hoc illi obiectat Tarquinius Superbus apud Liuium: Seruum quippe, ſerua natum, poſt mortem indignam parentis ſui, non interregno, vt antea, inito: non comitijs habitis, non per ſuffragium populi, non auctoribus patribus, muliebri dono occupaſſe regnũ increpans. Ita & Cicero Verrem reprehendit

Plebeiæ cõmotionis vis in ciuitate.

Modeſtia ſenatus.

S.C. de Rege creando

Gratitudo plebis.

Numa Pompilius rex declaratus.

Priſcus ordo magiſtratuum creandorũ, comitiorumq́; : vti populus iuberet, patres auctores fierẽt.

Ser. Tullius Rex.

C. Verres.

repræhendit actione quinta,quòd ſua ſponte, iniuſſu populi, ſine ſenatus auctoritate iura Siciliæ prouinciæ immutaſſet.Quem morem reſpexit etiam L.Vitellius conſularis & cenſorius,formulamque vetuſtam loquendi expreſſit apud Tacitum lib.XII.Claudium impe- „ ratorem ad inceſtas Agrippinæ nuptias inſtigans percunctando: an iuſſis populi,an aucto- „ ritati ſenatus cederet? At ille vnum ſe,ciuium conſenſui imparem reſpondit. Verùm is honeſtus vitioſæ libidini prætextus tunc quærebatur. Reip. tamen tempore in omnibus quæ ad commune ſpectabant,& ritè fieri volebant,ſolemne, atque vſitatum ſemper fuiſſe conſtat (laudato,me Hercle,& ſalubri more) vt nihil ratum publicè fieret ſine auſpicijs, ſine pop.iuſſu,& patrum auctoritate. Quod fundamentum Romanæ libertatis diligentiſſimè fuit priore illo ſæculo conſeruatum: atque adeò vt etiam pacis fœdera, & pacta cum hoſtibus iniuſſu pop. ab ipſis Coſs. facta aliquando reſciſſa fuerint, veluti Sp. Poſtumium conſulem, qui Caudinam pacem turpiter coactus fecerat,apud Liuium in ſenatu contendiſſe legimus,conſulem iniuſſu pop.nihil ſancire poſſe, quod populum teneat. Porrò ſummam hanc poteſtatem denique nimia licentia perdidit populus; cùm priùs per ſeditioſos tribunos plebis patrum auctoritatem conculcaſſet, vt non ampliùs plebiſcita ſenatus, vel plebs ſenatus conſulta comprobaret:comitiaque ſibi omnia libera per vim aſſeruiſſet. Ci- „ cerone idipſum in Planciana conquerente: Non enim,inquit,patres tenere potuerunt,vt „ repræhenſores eſſent comitiorum; licet magiſtratum non gerebat is,qui cœperat, ſi patres „ auctores non eſſent facti. Itaque non diu pòſt libertatem omnem vltrò idem populus ſtolidè proſtituit,cùm nobilium aliquot hominum potentia & ambitione per largitiones diſtraheretur in factiones & diſſidia,atque per vim,ſpretis legibus & auſpicijs,precio omnia iuberet,ſimulque C.Cæſari viam inuadendæ reip.aperiret, atque ad libertatem armis opprimendam opportunitatem daret.

L.Vitellius. *Claudij Imp. nuptiæ illicitæ cũ Agrippina.* *Fundamentũ libertatis Romanæ.* *Fœdera iniuſſu pop. ac ſine patrũ auctoritate fuiſſe irrita.* *Liber as pop. Rom. vt ſenſim perierit.*

Iam vt vnde digreſſi ſumus reuertamur. Numa Pompilius externus licet, & Curibus Sabinis natus,ob prudentiam,iuſtitiam,doctrinam,philoſophicam vitam, aliaſque virtutes quibus erat eo ſæculo clariſſimus, dignus videbatur omnium iudicio, qui ad regnum vltrò acciretur,& Romæ ſecundus poſt Romulum pop.iuſſu, patrumque auctoritate legitime regnaret. Is igitur auguratò ex lege Romuli regnũ auſpicatus eſt anno tertio Olympiadis XVI. qua vicit in ſtadio Pythagoras Lacedæmonius, qui fuit anno Vrbis conditæ XXXIX.vt auctores ſunt Dionyſius,Plutarchus, & Liuius.

Idemq. pace. populo. Romano. parta. Ianum. primus. cluſit. Sacra. inſtituit. cæremonias. atq. omnem. diuinum. cultum. docuit. Annum. in. menſes. XII. diuiſit. Dies. quoſdam. faſtos. alios. nefaſtos. eſſe. iuſſit. Pontifices. Augures. Flamines. Salios. Veſtales. aliosq. ſacros. ordines. omnemq;. plebem. vrbanam. per. conlegia. diſtribuit. Leges. plurimas. tulit.

LAVDATISSIMAM diuini Platonis ſententiam populus Rom. meritò comprobauit, aſſerentis nullam gubernationem priuatim vel publicè felicem futuram ſine philoſophia;nec mala atque incommoda à ciuitatibus vnquam abſutura,niſi quarum Reges, vel qui regum nomine potentes in rep. ſunt,verè ac legitimè philoſophentur. Hanc enim veriſſimam eſſe ante ducentos, priuſquam Plato naſceretur, annos pop. Romanus re ipſa expertus eſt in Numa Pompilio ſuo: qui non bellica fortitudine, armiſve ſuperbus, ſed omnis diuini humanique iuris conſultiſſimus, religione,iuſtitia, & veterum Sabinorum, ſeu,vt alij volunt,Pythagorica philoſophia inſignis arma omnia ſuperauit. Is igitur in regnum adſcitus,Vrbem nouam vi & armis conditam, religione,iure, ac legibus de integrò condere parat: Atque eò denique modeſtiæ ciuilitatiſque rudem, ac militia ferocem populum, deſuetis armis, longa pace redegit; vt quod vi & iniuria occupauerat imperium, religione & iuſtitia velut legitimum ſibi vindicaret; nemine vicinorum, quorum intererat,intra XLIII.annos quibus ipſe gubernabat,contradicente. Quibus omnibus æquitate ſibi conciliatis, amicitia quoque & ſocietate iunctis, Iani templum primus, ob pacem vndique partam,cluſit, & toto regni tempore clauſum tenuit. Liuius auctor eſt,à Numa rege Ianum indicem pacis bellique factum & conſecratum eſſe; vt apertus, in armis eſſe ciuitatem; clauſus, pacatos circum populos omnes ſignificaret. Hunc ſequuntur plures alij receptiores.Plinius naturalis hiſtoriæ lib.XXXIV.cap.VII.tradit,Ianum geminum à Numa rege dicatum, pacis bellique argumento quidem cultum; ſed eius ſignum, digitis in numeros figuratis,trecentorum ſexaginta quinque dierum annum ſolarem à ſe inſtitutum ſimul notaſſe.Ipſe enim primus apud Romanos, vt Liuius alijque conſentiunt, annum in duodecim menſes, additis Ianuario, Februarioque ad Lunæ curſum deſcripſit, vtque ad

Regem philoſophum eſſe debere. *Numa Rex philoſophus.* *Iani templum vel pacis, vel belli argumentum.* *Iani ſignũ digitis anni modum notaſſe.* *Annum XII. menſiũ à Numa conſtitutũ.*

Intercalaris menſis. ſolaris anni metam reſponderet, intercalarium quoque menſem inueniſſe dicitur dierum xxii, qui alternis annis Februario adiungeretur. Mutauit & anni exordium, vtque Ianuarius primus menſis eſſet, inſtituit. Idem nefaſtos dies, comitiales, faſtosque fecit; quia aliquando nihil cum populo agere vtile futurum erat. *Dierum differentia. Sacrorum conſtitutio.* Sacra deinde & cæremonias, omnemque cultum deorum immortalium, ſuggerente, vt ipſe fingebat, Egeria nympha, docuit, & *Egeria nympha* ſcriptis promulgauit: quibus dijs, quibus diebus, quibus hoſtijs, ad quæ templa ſacra fierent: atque vnde in eos ſumptus pecunia erogaretur. Nec cæleſtes modò cæremonias, ſed *Deorum manium ſacra.* iuſta quoque funebria, placandorumque manium ritus præſcripſit: quæque prodigia fulminibus, alióve quo viſu miſſa, ſuſciperentur atque procurarentur, ad ea elicienda e men*Iupiter Elicius. Fides dea.* tibus diuinis, Ioui Elicio aram in Auentino dicauit. Fidei quoque ſolemne inſtituit, ad cuius ſacrarium flamines curru arcuato bigis vehi iuſſit: manuque ad digitos obuoluta, rem diuinam facere; ſignificantes fidem tutandam: ſedemq́; eius etiam in dextris ſacratam eſſe. *Romuli ſtatuta Numam non mutaſſe. Sacerdotes.* Ritus autem ſacros legesque à Romulo traditas, non tam mutauit, quàm adauxit, conditis multis ſacellis, aris, templisque: ne quem deorum relinqueret inhonoratum, & attributo ſuo cuique numini feſto die ſacrificioque. Nec minùs ſacerdotum numero ampliando adiecit animum, quanquam ipſe plurima ſacra obibat, ea maximè, quæ poſtea *Flamen Dialis officium Regis ſubiens in ſacris obeundis.* ad Dialem flaminem pertinebant: ſed quia in ciuitate bellicoſa Regibus non ſemper pacem futuram ſciebat, ne ſacra regiæ vicis bellorum cauſſa deſererentur, flaminem Ioui aſſiduum ſacerdotem creauit, inſignique eum veſte, nempe prætexta toga, & curuli regia ſella adornauit. *Flamen Martialis, item Quirinalis. Veſtales virgines.* Huic duos flamines adiecit, Marti vnum, alterum Quirino. Veſtales quatuor item virgines legit, Alba oriundum ſacerdotium; atque his Palladij, Penatium, ignisque perpetui ſecretorum imperij pignorum cuſtodiam commiſit; vtque aſſiduè templi antiſtites eſſent, ſtipendium de publico ſtatuit, triginta annorum virginitate, alijsque cæremonijs venerabiles ac ſanctas fecit. Et hæc quidem anno Vrbis xl. Numam conſtituiſſe pulchrè canit Ouidius Faſtorum lib. vi.

Dena quater memorant habuiſſe Palilia Romam
Cum flammæ cuſtos æde recepta dea eſt.
Regis opus placidi, quo non metuentius vllum
Numinis ingenium terra Sabina tulit.

Salij. Salios item duodecim Marti Gradiuo legit, & his tunicæ pictæ inſigne dedit, & ſuper tunicam aëneum pectori tegumen, cæleſtiaque arma, quæ ancilia appellantur, ferre, ac per vrbem ire canentes carmina cum tripudijs ſolemnique ſaltatu iuſſit. Quæ ſacra anno regni *Fœciales.* octauo, peſtis ſedandæ cauſſa, Numam inſtituiſſe tradit Plutarchus. Volunt & Fœcialium collegium à Numa ſacerdotijs adiectum fuiſſe Dionyſius atque idem Plutarchus: quamuis Liuius & alij ab Anco Rege fœciales poſtea introductos ſcribant. Erant autem viginti ex nobiliſſimis familijs electi, M. Varrone teſte lib. iv. de lingua, vti per hos iuſtum ſuſciperetur bellum, & vt fœdere fides pacis conſtitueretur. Ex his enim mittebant, antequam *Fœdus olim fidus. Fidei flamines. Fœciales unde dicti. Fœcialium ius unde.* bellum indicerent, qui res repeterēt; & per hos etiam fœdus (quod antè fidus dictum fuiſſe ſcribit Ennius) ſolemni ritu porco immolato feriebatur. Vnde Fidei flamines, ſiue ſacerdotes exiſtimati ſunt; ac fœciales appellati (vt Sex. Pompeius vult) à faciendo: quod belli pacisque faciundæ ius apud ipſos eſſet. Quod ipſum ius ſacrum non à Numa inuentum, ſed aliunde deſumptum auctores conſentiunt: vel ab Ardeatibus nimirum, vel ab Æquicolis; ſicut à Dionyſio ambiguè refertur. In epitome de prænominibus C. Probi Valerio Max. adiuncta legimus ab Æquicolis prouenisſe ius fœcialium, eiúsque inuentorem fuiſſe Sertorem Reſium. Auctor de viris illuſtribus Ancum Regem Romam illud transtuliſſe ſcribens, Heſum appellat, qui apud Æquos ius fœcialium excogitauerat: vbi nomen hoc *Pontifices. Pont. Max. primus.* mendoſè legi videtur. Iam verò Pontifices item quatuor à Numa primùm creatos e patribus fuiſſe tradunt, quorum præcipuus Pontifex maximus appellabatur, atque is primus, teſte Liuio, factus eſt Numa Marcius M. f. qui cum Rege Romam migrauerat, & ſuaſor regni capeſſendi fuerat. Huic ſacra omnia exſcripta, exſignatáque attribuit, ceteráque omnia publica, priuatáque Pontificijs ſcitis ſubiecit: vt eſſet quò de rebus dubijs conſultum, velut ad oraculum, plebs veniret. Nam, vt Pomponius Iuriſcos. in lege ſecunda de origine iuris diſſerit, cùm deinde ex legibus ſcriptis variæ actiones naſcerentur, quibus inter ſe homines diſceptarent; eas ne pop. vt vellet inſtitueret, earum formulas certas & ſolemnes *Pontifices iuris interpretes.* fieri neceſſe fuit. Quæ quidem, leges interpretandi, actionúmque ex legibus componendarum, ſcientia, penes collegium Pontificum remanſit: ex quibus conſtituebatur quotannis, qui actionibus componendis præeſſet, priuatus. Eáque conſuetudine pop. annos prope centum eſt vſus, eodem Pomponio teſte, donec ſimul cum faſtis à Cn. Flauio ſcriba publicarentur. Pro quibus tamen poſtea prætorum edicta perpetua ſucceſsêre. Iam dictas igitur *Pontificum auctoritas.* ob cauſſas collegium Pontificum ſemper honore & auctoritate ampliſſimum in rep. fuit; eò quòd Pontifices deinceps religioni deorum immortalium, & ſummæ reip. præeſſent.

Omnis

Omnis enim eius dignitas, omnis ciuium ſalus, vita, libertas, aræ, foci, dij penates, bona, fortunæ, domicilia, horum ſapientiæ, fidei, poteſtatiq; commiſſa & credita eſſe videbantur, quemadmodũ Tullius in oratione pro domo ſua teſtatur. Quapropter non ineptè Q. Scæuola Pontifices, quaſi potifices, à poſſe & facere, dictos eſſe volebat: vt vnico vocabulo ſumma eorum poteſtas ſignificaretur. Quem ſequi videtur Lucanus hoc verſu:

Pontifices ſacri quibus eſt permiſſa poteſtas.

Pontifices unde dicti.

M. Varro tamen lib. IV. de lingua, nec non Dionyſius alijque à ponte ſic vocatos arbitrantur: nam ab ijs pons Sublicius primùm factus, & ſæpe reſtitutus eſt, quum idcirco ſacra & vltra & cis Tiberim, non mediocri ritu fierent. Ceterùm has ferè religiones, hæc ſacra, ſacerdotumque collegia Numam veteribus à Romulo inſtitutis adiecisse reperimus; quem omnia quæ ad Romanas religiones & cæremonias attinent, octo libris iuxta totidem ſacerdotum genera complexum eſſe Dionyſius aſſerit. Nam primus ſacra & iura Curionum triginta complectebatur, quos Romulus publicè pro curialibus ſuis rem diuinam facere iuſſerat. Secundus pertinebat ad flaminum iura & ſacra, quæ rara & multiplicia fuiſſe Plutarchus in problematibus, Gellius, Macrobius docent ex M. Varrone, Cincio, Maſſurio Sabino, Fabio Pictore & alijs antiquis auctoribus, quos ſtudioſus lector conſulere poterit. Tertij libri iura ſacra ſpectabant ad tribunos celerum, ſiue equitum Romanorum præfectos: nam equeſtri ordine Numa, non, vt Romulus faciebat, ad ſatellitium vel cuſtodiam corporis vtebatur; ſed his etiam ſolemnium quorundam ſacrorum curam, atque tutelam commiſerat. Quartus augurum artes, ritus & ſacrificia continebat. Quintus virginum Veſtalium ſacra & priuilegia; & ſextus Saliorum. Iam ſeptimus fœcialium iura & cæremonias explicabat; & octauus Pontificum iura poteſtatemque docebat: quemadmodum latius à Dionyſio narratur. His igitur alijsque pluribus pulcherrimè ad reip. vſum excogitatis diſciplinis, Numa diuinitatis opinione & auctoritate adiutus, religionem ac iuſtitiam penitus in vrbe fundauit, cùm maximè ſua queque inſtituta legibus ad populum latis ſanctione publica confirmaret: & ipſe ſuarum legum obſeruantiſſimus, pietate & innocentia cunctos ad ſui imitationem facilè induceret; adeò vt multitudine omni à vi & armis ad religionem frugalitatemque conuerſa, non ambitio, non auaritia, non Martius furor, ſed aſſidua deorum propiciandorum cura, æquitatis ac pacis perpetuum ſtudium animos hominum occuparet, cùm intereſſe rebus humanis cæleſte numen videretur. Tum ea pietate omnium pectora imbuerat, vt ſola fides ac iuſiurandum, non legum, nõ pœnarum metus, ciuitatem regerent, & à vitijs abſtraherent. Et cùm ipſi homines, in Regis optimi, atque vnici exempli mores, ſe formarent; tum finitimi etiam populi (qui priùs caſtra, non vrbem poſitam in medio ad ſollicitandam omnium pacem, turbandámve quietem crediderant) in eam verecundiam adducti ſunt, vt ciuitatem in cultum deorum verſam, non minùs quàm ſacratiſſimum templum violare nefas ducerent. Hac autem ratione Numa religionis atque virtutis ſummam vim liquidè demonſtrauit, de cuius nunc ciuilibus inſtitutis, quibus Vrbem in pace ac diſciplina continuit, quædam ſunt addenda, priuſquam ad eius leges ordine conſtituto deueniam.

Iura religionũ octo libris Numa complexus eſt, ſecundum octo genera ſacerdotum. Curionum ſacra. Flaminum ſacra. Celerũ ſacra. Augurum iura. Veſtalium. Saliorum. Fœcialium. Pontificum. Numæ regis ſumma virtus & auctoritas. Ciuilia Numæ inſtituta.

Diximus Romulum, lege de plebis officio exercitioque lata, ciuibus plebeis ingenuis agriculturam commendaſſe, opificiaque, atque artes manuarias vrbanas libertinis, atque pauperibus inquilinis impoſuiſſe, qui vix ciuium numero habebantur. Immo non ciuibus, ſed peregrinis dumtaxat atque ſeruis, ſi Dionyſio credendum eſt: nam aſſerit Romulum ſellularias, vt appellat, atque ſordidas artes à ciuibus ingenuis penitus remouiſſe, ſeruis ac exteris tractandas tradidiſſe, diuque Romanis pudori fuiſſe ſimilia opificia. Et lib. VI. dicit, de luſtro VII. verba faciens, Romanorum nemini cauponariam, aut operoſam artem tractare licuiſſe; ideoque in cenſum non receptos mercatores, ſordidóſve artifices. Quòd ſi Romuli inſtitutum illud tale prorſus fuit, vt ciues Romani omnes præter agriculturam & militiam nil exercerent, vt videtur velle Dionyſius; profectò non diu legem iſtam in vſu permanſiſſe exiſtimo. Quid enim de ciuibus egenis aſyli beneficio in ciuitatem acceptis atque libertinis dicendum? qui nec agros habebant, neque ad militiam agriculturámve erant idonei? quales in exulum fugitiuorumq; illo confluxu plurimos fuiſſe veriſimile eſt, qui operario tantùm quæſtu, artibusque licet ſordidis, ciuitati tamẽ neceſſarijs, vitam ſuſtentare poſſent. Hos quidem ciues fuiſſe fatendum erit, ſed ob artium ſordes & quæſtus infamiam, ab ingenuis ciuibus, de quibus Dionyſius loqui videtur, ſemper fuiſſe ſecretos non negauerim: & propter ignominiam non vocatos ad militiam, niſi cogente neceſſitate, conſtat. Sic ferè neque à cenſoribus, niſi capite, operariam illam plebis multitudinem cenſeri propter inopiam ſolere, atque tributi onere expertem fuiſſe rationi cõſentaneum, atque etiam ex hiſtoria colligere eſt. Nam ſæpiùs cenſores, in condendo luſtro, ingenuorum dumtaxat ciuium in tabulas relatorum, numerum, exceptis proletarijs & capitecenſis, prodidiſſe, exemplis doceri poſſet, & in annalibus noſtris demonſtrabo. Iam verò cùm ſerui

Romuli lex de plebis officio exercitioq; vt intelligenda. Artes ſellulariæ, ſordidæ, ac ſeruiles. Dionyſij locus conciliatus. Libertinos ac operarios ciues quidem fuiſſe, ſed nõ ingenuos. Qui ciues à militia immunes.

Serui ob virtutes libertate & ciuitate donabantur. ſerui frequentiſſimè ob ingenium, induſtriam, atque artes ſuas libertate & ciuitate donarentur, nec minùs peregrini indies ob ſimiles virtutes ciuitatem adipiſcerentur, ſanè non videntur confeſtim à ſuis conſuetis exercitijs abſtinuiſſe, & ad agriculturam tranſijſſe. Vix enim Latium omne atque Etruria vel Romuli ciuibus ad agriculturam ſatis fuiſſet, quos *Quot ciues ad militiam aptos Romulus moriens Vrbi reliquerit.* etiam ad militiam aptos vltra quingenta millia ipſum morientē reliquiſſe Dionyſius idem aſſerit. Quapropter doctiſſimi Sigonij ſententiæ non illubenter accedo, qui infimā ciuium plebem, non in agris colendis occupatam fuiſſe, ſed in vrbe mechanicis artibus operam dediſſe opinatur: quod ipſum etiam multis argumentis probat. Quinimo ſi diligentius veterum ſcripta conſideremus, fit prorſus veriſimile, Romulum, ſi nō ab initio, certè poſtmodum, ciuitate creſcente, vrbanam pauperum ciuium multitudinem ad vrbana etiam opificia admiſiſſe: vel Numam Pompilium regem, quem ex Plutarcho, Plinio, alijſque in- *Artificum ex plebe vrbana collegia.* telligimus artificum, opificumque collegia ex plebe ciuium vrbana inſtituiſſe: quemadmodum ſacra ſacerdotum collegia, ex patriciorum nobiliorumque ciuium corpore ordinauerat, ingenua interim plebe ab initio ad agriculturam deſtinata. Scribunt enim in eius vita Dionyſius & Plutarchus, ipſum agros Romanos finibus primùm terminaſſe, atque in pagos diuiſiſſe; agrum verò publicum regium, quem Romulus armis ſibi comparauerat, egenis ciuibus æqualiter diſtribuiſſe; ex Romuli inſtituto ſingulis bina iugera diuidendo; *Agriculturæ ſtudiū vt commendatū Romanis fuerit.* vt tanto maiorem ciuium multitudinem ab armis atque egeſtate, ad pacis & agriculturæ ſtudium traduceret; & adeò omnibus, lege Romuli ad agriculturā deſtinatis, ciuibus, rem ruſticam commendaſſe; vt ſolertes & gnauos honoribus & præmijs ad labores excitârit, pigros atque inertes ignominia ac pœnis caſtigârit. Atque adhuc reperiuntur præceptorum ac legum eius ea de re quædam veſtigia apud auctores. Inſuper ad hoc idem ſtudium non ſolum honoribus, ſed etiam religione obſtrinxerant plebem ambo Reges. Etenim vt ante Numam agriculturæ obſeruandæ cauſſa Palilia, Cerealia, Lupercalia, Fratrum arua- *Sacra propter agriculturam inſtituta.* lium ſacra à Romulo fuere introducta: ita Numam cōſtat, rei ruſticæ commendandæ cauſa, inueniſſe Terminalia, Fornacalia, Fordicidia, Vinalia, Meditrinalia, Rubigalia, aliaque plurima ſacra, quæ faſtis pontificalibus adſcripta ſunt. Nec minùs deorum præſidentium *Dij agrorum præſides.* agris, & propter fructus propiciandorum nomina excogitaſſe, vt Rubigum, Terminum, Spinienſem, Nodotum, Seium, Segeſtam, Tutulinam, Volutinam, aliaque infinita rurium vana numina, quæ ex M. Varrone D. Auguſtinus alijque diffusè recenſent, atque ſugillant. Inſtituit etiam, vt auctor eſt Caſſius Hemina, far torrere ſacrorum gratia, ex vite putata dijs libare, mola ſalſa ſupplicare, deos lacte & fruge colere, vt his cæremonijs ſacrificijſque maiore in pretio res ruſtica haberetur. Nunc ſatis dictum, quo pacto plebem ruſticam Numa poſt Romulum ad opus inſtruxerit; addendum igitur eſt, vt vrbanæ ciuium multitudini, quibus agri non erant, rectè etiam cōſuluerit. Quod eius inſtitutum inter alia, vt præclariſſimum, & maxima admiratione dignum, laudat Plutarchus. Nam cùm ciuitas, Sabinis receptis, duorum populorum eſſe videretur, atque idcirco contentiones aſſiduæ diuerſarum partium naſcerentur; vt diſcordiarum ſemina extirparet Numa, & differentiam illam aboleret, qua ciuium alij Quirites à Curibus & Tatio, alij Romani à Roma vel *Collegia vrbanæ multitudinis cōciliandæ, & diſcordiæ tollendæ cauſſa inſtituta.* Romulo dicebantur; omnem vrbanam ciuium multitudinem in partes plures reſciſſam, per opificum genera in variarum artium collegia diſtribuit. Antiquiſſima hæc tunc in vrbe collegia exorta ſunt tibicinum, architectorum, aurificū, fabrum ærariūm, tinctorum, ſutorum, cerdonum, & figulorum. Reliquas verò artes ſimul commiſcens in vnum colle- *Collegia artificum.* gium reiecit: quibus omnibus cùm ſodalitates & conuentus, & ſacra vnicuique generi *Sodalitates, cōuentus & ſacra collegiorū.* apta tradidiſſet, differentiam iſtam Romanorum Sabinorumque ciuium facilè deleuit, & obliuione ſuſtulit; quemadmodum pulchrè Plutarchus declarauit. L. Florus tamen velle videtur Ser. Tullium regem, qui cenſum primus inſtituit, collegiorum quoque auctorem fuiſſe. Plinius tamen Plutarcho adſtipulatur, qui ſeptimum figulorum collegium à Numa *Aeris ſignandi vſus antiquiſsimus.* conſtitutum eſſe affirmat lib. XXXV. cap. XV. Item, æris ſignandi antiquitatem vrbi æqualem eſſe declarans, docet eius rei cauſſa tertium collegium fabrum ærarium à Numa rege *Tibicinum collegium.* inſtitutum fuiſſe lib. XXXIV. cap. I. Nec dubito quin & tibicinum, qui ſacris publicis præſtò forent, collegium primum ab eodem Numa religionis conditore originē trahat; quod antiquiſſimum in Vrbe fuiſſe teſtantur Liuius lib. VIII. Val. Max. lib. II. cap. V. M. Varro, *Ser. Tulliū regem collegia auxiſſe & in claſſes redegiſſe.* Feſtus, Cenſorinus, & Ouidius in Faſtis. Quapropter malim exiſtimare Ser. Tullium regem plebem vrbanam per artium collegiorumque diſcrimina in tabulas cenſorias potius redegiſſe, quàm ipſa primum collegia conſtituiſſe. Atque ab eodem numerum quoque collegiorum auctum fuiſſe in tanto Vrbis ac ciuium incremento nō negauerim. Creſcente namque populo, alia ſubinde collegia inter plebem inuenta, & aliquoties etiam ſine pu- *Sponte exorta & illicita collegia S. C. ſublata.* blica auctoritate exorta ſunt: ſæpius etiam pleraque, quia cōtra remp. videbantur eſſe, varijs Senatuſconſultis ac legibus ſublata, teſte Aſconio Pædiano in Cornelianam. Qui & in Piſonianam ſcribens ait, L. Cæcilio, Q. Marcio coſſ. idem accidiſſe, & S. C. collegia

ſublata

ſublata fuiſſe quæ aduerſus remp. eſſe videbantur, ludoſque ſimul diſcuſſos eſſe, quos magiſtri collegiorum facere ſolebant, ſicut magiſtri vicorum faciebant compitalitios prætextati. Poſt nouem deinde annos P. Clodium trib. pl. non ſolùm lege lata reſtituiſſe iſta collegia, ſed etiam alia noua adiecisse ex omni fece ac ſeruitio Vrbis. De qua item re increpat Clodium ac Piſonem Cicero in eadem oratione. Verùm hæc annales noſtri locis ſuis exactius proferent. Iura autem veterum ac legitimorum collegiorum bellè à Caio Iuriſc͡os. ſunt explicata, XII. tab. leges interpretante. Vbi his lege poteſtatem fieri dicit, pactionem, quam velint, ſibi ferre: dum ne quid ex publica lege corrumpant. Eorum item proprium eſſe ab antiquo res habere communes, ad exemplum reip. arcam communem, & actorem, ſiue ſyndicum, per quem tanquam in repub. quod communiter agi fieriq́ue oportet, agatur & fiat.

Collegiorum legitimorũ iura & priuilegiũ.

Atque hæc quidem de Numæ Pompilij regis inſtitutis ferè reperimus apud auctores, quibus ille religionem atque politiam Romanam, Romuli legibus emendatis, formauit exactiùs; & ciuitatem à militari ferocia barbarieq́ue ad religionis æquitatiſque ſtudium, pace vndique parta, traduxit. Eademq́ue ipſum, aliaque plurima Romuli exemplo legibus ad pop. latis, diligentiùs ſanxiſſe in perpetuum, Liuius, Dionyſius, Plutarchus alijq́ue auctores ſunt. Quas quidem duabus tabulis publicaſſe, in vna nempe religionis leges, in altera quæ ad ius ciuile pertinent, ferè colligere poſſumus ex Sex. Pompei fragmentis, ex qui„ bus ex Numæ ſecunda lege ſecundæ tabulæ hæc verba citantur. Quid horum fuit vnum „ iudici, arbitróve, reóve, eo die diffenſus eſto. Eas autem leges nunc exprimere inſtitutus ordo poſtulat. Atque primùm religionis à Numa vel inſtitutæ, vel à Romulo ſumptæ, ſummam exprimentes: ſi non omnes, quod, me Hercle, difficile atque infinitum foret, certè quas apud auctores nunc habemus, atque in primis apud Ciceronem lib. II. de leg. vbi plures de religione veteri Romanorum à Numæ legibus, vt ipſe aſſerit, non multum diſcrepantes recenſet: aut ex Numæ regúmve commẽtarijs, aut ex XII. tab vt plures opinantur, in quibus optimæ quæque Regum leges etiam relatæ erant. Cùm enim priùs in libris de rep. aſſeruiſſet, omnium rerumpub. veterem illam Romanam fuiſſe optimam; leges ſanè, vt ait, optimæ reip. conſentaneas dare voluit. Quarum ſi quæ fortè in rep. non fuerint, erant tamen, inquit, in more maiorum, qui tum, vt lex, valebat. Ex ijs tamen dumtaxat nunc adducemus, quæ vel Romuli, vel Numæ fuiſſe, vel horum inſtitutis quàm maximè congruere videntur. Sunt autem iſtæ.

Leges Numæ Regis.

Leges de religione.

Legem de deorum cultu tulit hanc. A D. *diuos. adeunto. caſtè. pietatem. adhibento. opes. amouento. Quei. ſecus. faxit. Deus. ipſe. vindex. eſto. Separatim. nemo. habeßit. deos. néve. nouos. néve. aduenas. niſi. publicè. adſcitos. priuatim. colunto. Conſtructa. à. patribus. delubra. habento. & . Larium. ſedes. Ritus. familiæ. patrumq́; ſeruanto. Diuos. & . eos. qui. cæleſtes. ſemper. habiti. ſunt. colunto. Illos. item. quos. in. cælum. merita. vocauerunt. Herculem. Liberum. Caſtorem. Pollucem. Quirinum. & . illa. propter. quæ. datur. homini. adſcenſus. in. cælum. Virtutem. Pietatem. Fidem. earum. laudum. delubra ſunto. Nec vlla. vitiorum. ſacra. ſolemnia. obeunto.*

De deorum cultu.

Legem de ferijs ſacrificiorumq́; ritu tulit. FERIIS. *iurgia. amouento. eaſq́; in. famulus. operibus. patratis. habento. Itaque. vt. ita. cadat. in. annuis. anfractibus. deſcriptum. eſto. Certáſque. fruges. certaſq́; baccas. ſacerdotes. publicè. libanto. Hoc. certis. ſacrificijs. ac. diebus. Idemq́; alios. addes. Vbertatem. lactis. fæturæq́; ſeruanto. Idq́; ne. committi. poßit. ad. eam. rem. & . rationem. curſus. annuos. ſacerdotes. finiunto. Quæq́; cuiq́; diuo. decora. grataq́; ſint. hoſtiæ. prouidento.*

De ferijs & ſacrificijs. Faſti.

Legem de ſpolijs conſecrandis tulit, cuius quædam verba extant apud Sex. Pompeium lib. XIII. Quamuis legiſlatoris ipſius nomen in vulgatis libris ibi perierit, legaturq́ue perperam, compelli Reges; pulchrè tamen id emendatum eſt ab doctiſſimo viro Antonio Auguſtino, qui ita locum Sex Pompei reſtituit. Eſſe etiam Pompilij regis legem opimo„ rum ſpoliorum talem: CVIVS. *auſpicio. claſſe. procincta. opima. ſpolia. capiuntur. Ioui. Fere„ trio dari. oporteat. & . bouem. cædito. qui. cepit. æris. ducenta. Secunda. ſpolia. in. Martis. aram. „ in. campo. ſolitaurilia. vtra. voluerit. cædito. Tertia. ſpolia. Iano. Quirino. agnum. marem. cædi„ to. centum. qui. ceperit. ex. ære. dato.*

De ſpolijs opimis.

Legem de ſacerdotum generibus ac officijs tulit. DIVIS. *alijs. alij. ſacerdotes. omnibus. pontifices. ſingulis. flamines ſunto. Virgines. Veſtales. in. vrbe. cuſtodiunto. ignem. foci. publici. ſempiternum. Quoque. & . priuatim. & . publicè. modo. ritúq́; fiant. diſcunto. ignari. à. publicis. ſacerdotibus. Eorum. autẽ. duo. genera. ſunto. Vnum. quod. præſit. cæremonijs. ac. ſacris. alterum. quod. interpretetur. fatidicorum. & . vatum. effata. incognita. quum. ſenatus. adſciuerit. Interpretes. autem. Iouis. optimi. Maximi. publici. augures. ſignis. & . auſpicijs. * poſtera. vidento. diſciplinam. tenento. Sacerdotes. vineta. virgetaq́; & . ſalutem. populi. auguranto. Quiq́; agent. rem. duelli. quiq́; populare. auſpicium. præmonento. ollisq́; obtemperãto. Diuorum. iras. prouidento. iſq́; parento. cælíq́; fulgura. regionibus. ratis. temperanto. Vrbemq́; & . agros. & . templa. liberata. & .*

De ſacerdotijs. Pontifices, Flamines, Veſtales.

Sacerdotum publicorum duo genera. Augures. In Ciceronis perperam * poſtea.

Faciales.

Fœderuſ feriū̄di ritus.

Paterpatratus.

Verba ſolēnia fœcialium in fœdere feriundo.

Dieſpiter.

Porcus.

rata.&.effata.habento.Quæq́.augur.iniuſta.neſaſta.vitioſa.diráve.dixerit.irrita.infectaq́.ſunto.Quiq́.non.paruerit.capitale.eſto.Fœderum.pacis.induciarum.fæciales.oratores.iudicésve.ſunto.Fœdera.publica.fœcialis.legatus.hiſce.ritibus.facito.iungitoq́.Facialis.regem.rogato.iubeátne.te.cum.patre.patrato.populi.N.fœdus.ferire.Rege.iubente.ſagmina.poſcito.atque.ex.arce.graminis.herbam.puram.tollito.regemq́.rogato.faciátne.te.regium.nuncium.populiq́.Rom.Quiritium.vaſa.comitesq́.tuos.Rege.ſine.fraude.ſua.populiq́.Rom.Quiritium.faciente.patrempatratum.legito.qui verbena.caput.capillosq́.tangens.ad.iuſiurandum.patrandum.fœdus.ſolemnibus.verbis.peragat.legesq́.conditas.recitet.Inde.hiſce.ritibus.verbiq́.fœdus.fœcialis.ſancito.Audi.Iupiter.Audi.paterpatrate.populi.N.audite.populus.N.vt.illa. ,,
palam.primá.poſtremáve.ex.ollis.tabulis.ceráve.recitata.ſunt.ſine.dolo.malo.vtique.ea.hic. ,,
hodie.rectiſſimè.intellecta.ſunt.ollis.legibus.populus.Rom.prior.non.deficiet.Si.prior.defece- ,,
rit.publico.conſilio.dolo.malo.tum.Dieſpiter.pop.Romanum.ſic.ferito.vt.ego.hunc.porcum. ,,
hodie.feriam.tantoq́.magis.ferito.quanto.magis.potes.pollesq́.Quibus.dictis.porcum.ſaxo.ſi- ,,
lice.percutito. Atque eo ritu pacem cum vicinis populis feciſſe Numam veriſimile eſt: *eodemque Tullum Hoſtilium ſucceſſorem eius cum Albanis fœdus iunxiſſe docet pulchrè Liuius libro primo. Nec vlla vetuſtior fœderis memoria eſt, factaque ſunt deinceps ex hiſce Numæ legibus eodem ritu fœdera alia omnia. *Prodigia.portenta.ad.Etruſcos.&.aruſpices.ſi ſenatus iuſſerit, deferunto. Quibus.diuis.creuerint.procuranto.Idemq́.fulgura.atq́.obſita.pianto.Nocturna.mulierum.ſacra.ne.ſunto.præter.illa.quæ.pro.populo.ritè.fient.Neve.initianto.*

Aruſpices.

De nocturnis ſacrificys.

De expiationibus.

*eſt.in vulg.

De ſacrilegio, periurio, inceſtu.

*violantis aliàs, ſerie membus.

Legem de ſacrorum atque expiationum ritu tulit. SACRVM. *commiſſum.quod.neque.expiari.poterit.impiè.commiſſum.*eſto.quod.expiari.poterit.publici.ſacerdotes.expianto.Ex.patriis.ritibus.colunto.optima Sacrum.ſacróve.commendatum.qui.clepſerit.rapſeritve.paricida.eſto.Periury.pœna.diuina.exitium.humana.dedecus.Inceſtum.pontifices.ſupremo.ſupplicio.ſanciunto.Impius.ne.audeto.placare.iram.deorum.Sanctè.vota.reddunto.Pœna.*violati.iuris.eſto.Ne.quis.agrum.conſecrato.Auri.argenti.eboris.ſacrandi.modus.eſto.ſacra.priuata.perpetua.manento.*

De modo ſacrandi.

De diis manibus.

Legem de manium religione & iure tulit. DEORVM. *manium.iura.ſancta.ſunto.Hos.leto.datos.diuos.habento.Sumptum.in.illos.luctumq́.minuunto.*

De iure ſepulchrorum & funerum ſumptibus.

Legem poſtumiam de ſepulchrorum iure & funerum ſumptibus tulit. VINO. *rogum.ne.reſpergito.* Eam verò citat Plinius lib. XIV. cap. XII. & Numæ poſtumiam legem appellat. Quin plures eiuſdem generis tulerit, quibus deorum manium religionem, atque ſepulchrorum iura conſtituit, & funerum immodicos ſumptus coërcuit, dubio procul eſt: teſtantur enim idipſum Liuius, Plutarchus, Ouidius, Macrobius, aliíque quemadmodum nos alibi latiùs docebimus. Quapropter ab eius inſtitutis non abhorrere videntur & illæ leges, quas Tullius loco ſuprà memorato adducit ex XII. tabulis, Solonis item legibus ferè conformes. HOMINEM. *mortuum.in.vrbe.ne.ſepelito.néve.vrito.in.locove.publico.ſepulchrum.fieri.ne.quid.iuris.eſto.Modico.ſumptu.rogum.facito.aſcia.ne.polito.lectos.plures.acerráſve.vnctiones.aſperſionésve.ſumptuoſas.ne.adhibento.néve.aurum.addito.Coronas.niſi.virtute.partas.non.imponito.Seruile.corpus.ne.inungito.Homini.mortuo.ne.oſſa.legito.quo.poſt.funus.fiat.Mulieres.genas.ne.*radunto.néve.leſſum.funeris.ergo.habento.Vltra.decimum.menſem.luctum.ne.protrahito.Ploratus.&.lamentationes.in.funere.ſublata.ſunto.* Eiuſdem eſt generis quam Sextus Pompeius citat ex Numæ regis legibus. SI. *hominem.fulminibus.occiſit.ne.ſupra.genua.tollito.* Videtur tamen eo loco legendum eſſe: SI. *hominem.fulminis.vis.occiſit.* At ſupra genua tollendum tale cadauer eſſe negat, ſignificans ſine rogo vel tumulo mox terra obruendum eſſe. Quod alibi declarat idem Numa cùm dicit: Homo ſi fulmine occiſus eſt, ei iuſta nulla fieri oportet.

*carpunto, alias,

Sex. Pompei locus.

Atque hæc de religione Romanis per Numam ferè conſtituta. Ciuiles autem eius leges, quamuis plurimas tulerit, paucas tamen reperimus. Nam quæ apud Gellium leguntur, inter ſacras, & expiatorias referri poterunt, vt illa lib. IV. cap. III. PELLEX. *edem.Iunonis.ne.tangito.ſi.tangit.crinibus.demiſſis.Iunoni.agnum.fœminam.cædito.* Item illa. MVLIER. *poſt.obitum.mariti.infra.decem.menſes.nubere.volens.prægnantē.vaccam.immolato.*

Expiatoriæ leges.

Legem poſtumiam alteram de humano fœtu ſeruando tulit. MVLIEREM. *quæ.prægnans.mortua.eſt.ne.ſepelito.neve.vrito.antequam.partus.exciſus.fuerit.Qui.contra.faxit.ſpem.animantis.cum.grauida.peremiſſe.videbitur.* Vide. l. 2. ff. de mortuo inferendo.

De fœtu ſeruando.

Legem terminalem de prædiis finiundis tulit. VTI. *quiſque.in.agrorum.ſuorum.finibus.lapides.Ioui.Terminali.conſecraret.ſacraq́.quotannis.ibidem.faceret.Si.verò.quis.per.fraudem.terminum.mouiſſet.lege.Terminali.impunè.tanquam.ſacer.occidi.poſſet.* Auctores ſunt Dionyſius, Plutarchus & alij. Lex deinde tranſlata eſt in XII. tabulas his ferè verbis: *Qui.terminum.exaraſſit.ipſus.&.boues.ſacri.ſunto.*

De prædiis finiundis.

Terminus ſacer.

De pactis.

Legem de pactorum iure tulit. VTI. *contractus.dubij.&.ſine.teſtibus.facti.fide.ac.iureiurando.*

iurando.terminarentur.Vtique.magiſtratus.ac.iudices.in.dubijs.cauſis.ex.alterius.partis.fide.&.ſacramento.ſuam.interponerent.ſententiam. Dionyſius, Liuius, Plutarchus, & alij.

Legem de inceſtu tulit. VT I.*virgo.Veſtalis.ſtupri.conuicta.ad.portam.Collinam.viua.defoderetur. Qui.vitiaſſet.virgis.in.foro.ad.mortem.cæderetur.* Dionyſius, Plutarchus, Liuius,alijq́ue. Legem ab Albanis tranſlatam nonnihil immutaſſe videtur Numa Rex. Illi enim in ſtupro depræhēſas Veſtales virgines ſimul cum vitiatore virgis ad mortem cædebant publicè. Numa verò morte quidem expiandum crimen in Veſtali eſſe iudicauit;ſed ita vt viua ſepulta,diem ſuum miſerrimis in tenebris obiret.

De inceſtu Veſtalium.

Legem de poteſtate patrum in filios tulit. VT.*ſi.pater.filio.conceſſerit.vxorem.ducere.futuram.bonorum.ac.ſacrorum.iuxta.leges.participem.patri.poſtea.nullum.ius.vendendi.filium.eſſet.* Auctores Liuius lib. II. & Plutarchus in Numa. Atque hac lege Romuli quam ſuprà retuli temperatam cognoſcimus. Iniquum namque Numæ videbatur eam mulierem cum ſeruo congredi,quæ priùs vt libero nupta fuerat.

De patria poteſtate.

Legem de paricidio tulit. SI.*quis.hominem.liberum.dolo.ſciens.morti.duit.paricida.eſto.* Citat legem iſtam his verbis Sex. Pompeius.

De homicidio.

Legem de perduellione tulit. SI.*quis.aduerſus.remp.faciundo.Regis.magiſtratúſve.populive.maieſtatem.hoſtili.animo.lædat.perduellis.eſto* Hanc cum alia ſuperiore de paricidio,priùs à Romulo latam,retuliſſe, atque ita declaraſſe videtur Numa, vtramque inſuper eadem capitali pœna ſanxiſſe,hoc modo: DVVMVIRI. *indicent.ſi.à.II.viris.prouocârit.prouocatione.certato.ſi.vincent.caput.obnubito.infelici.arbori.reſte.ſuſpendito.verberato.vel.intra.pomærium.vel.extra.pomærium.* Vtraque lege reus fuit primus M. Horatius Tergeminus,ſorore interfecta paricida factus,atque item perduellis,quia cædem iſtam in conſpectu Regis,atque pop. Romani perpetràrat. A IIviris igitur, quos Tullus Hoſtilius Rex, ſecundùm legem iudices fecerat,damnatus,ad pop. prouocauit; cuius comitijs abſolutus, ac liberatus eſt. Auctores Liuius, Dionyſius, Cicero in Rabiriana & Miloniana.

De perduellione.

II viri perduellionis.

Atque his ferè,ſimilibúſve inſtitutis ac legibus Numa Rex pulchriorem in remp. Romanam induxit ordinem, quàm quiuis, in priuatam domum poſſet, optimus paterfamilias: adeo vt nec foris bello, nec domi diſcordijs, ſeditionibúſve, ipſo regnante, vnquam laboratum fuerit. Tam longè enim aberat finitimorum hoſtilis omnis cogitatio, externíve belli metus vniuerſus; vt non aliū ſibi, quàm Numam Regem, ac Romanos, arbitrum vicini populi quærerent,ſi quæ de grauibus rebus inter ipſos eſſet controuerſia. Ipſi etiam ciues, in clara vita nobiliſſimi Principis virtutem ſummam intuentes, ad frugalitatem & modeſtiam vltrò ſimul impellebantur,Regis iuſtiſſimi inſtituta,ac leges, tanquam optimi patris amica conſilia,vnanimi conſenſu acceptantes.

Numa pacificus.

ANN. P. R. C. LXXXI.

Numa.Pompilius.Pomp.f.Sabinus.Rex.mortuus.eſt.

REGNI videlicet ſui anno XLIII.cùm exceſſiſſet annum vitæ LXXX. ſicut Dionyſius eſt auctor, & Plutarchus alijq́ue conſentiunt, præter Eutropium, qui annos XLI. regnaſſe ſcribit. Huic adſtipulantur item recentiores Euſebius & Caſſiodorus. Vt autem perpetuo fortunæ propitiæ curſu eſt vſus; ita & ſenſibus integris extremam ætatē attigit, facillimaq́ue morte ſenſim ſenio deficiens obijt,quemadmodum ex Piſone referunt Dionyſius & Plutarchus. Vnam habuiſſe vxorem Tatiam, T. Tatij Regis filiam,ex eaq́ue filiam vnam Pomponiam, Gn. Gellius auctor eſt: eandemq́ue Numæ Marcio Pont. Max. nuptam fuiſſe conſentiunt omnes: ex eaq́ue natum Ancum Marcium, qui quartus Romæ poſtea regnauit. Alij plerique præter filiam, quatuor etiam filios ſuperſtites reliquiſſe Numam tradunt, à quibus nobiliſſimarum aliquot familiarum origines promanaſſe volunt. Defunctum funere,& luctu publico, inſignique monumento populus honorauit: elatus enim patriciorum humeris,magna pompa ordinibus cunctis proſequentibus,vt ipſe cauerat,extra Vrbem,trans Tiberim,ſub Ianiculo, ne contra leges facere videretur, ſepelitur, duabus arcis lapideis factis. Quarum in altera corpus eius conditum, in altera ſacrorum legumq́ue politici, ac rituales libri ab ipſo conſcripti claudebantur, ex antiquo legum latorum more,qui tabulas ſuas monumento ſecum inferre conſueuerunt: vti Plutarchus auctor eſt. Vide Dionyſium & alios antè addductos.

Numa Regis mors.

Vxor Numæ Tatia.

Pomponia filia.

Ancus Marcius nepos.

Quatuor filij Numæ.

Funus regium.

Sepulchrum ſub Ianiculo trans Tiberim.

Libri Numæ Regis.

ANN. P. R. C. LXXXII.

TVLLVS. HOSTILIVS.

REX. III.

Tullus. Hoſtilius. Hoſti. f. Hoſti. n. rex. populi. iuſſu. &. patrum. auctoritate.

Tullus Hoſtilius. *Medullia vrbs.* *Hoſtus Hoſtilius auus Tulli Regis.* *Corona frondea fortitudinis ergò.* *Herſilia.* *Hoſtus. Hoſti filius ex Herſilia bulla aurea & prætexta à Romulo donatus, pater Tulli Regis.* *Regum inſignia.*

DEFVNCTO Numa rege ad patrum interregna denuò reuerſa eſt reip. Romanæ adminiſtratio. Et poſt aliquot interreges vniuerſæ ciuitatis conſenſu delatum vltrò in honorem virtutis, regnum ſuſcepit Tullus Hoſtilius tertius Romanorum Rex anno Vrbis conditæ XXCII. Olympiadis XXVII. anno ſecundo, qua vicit Eurybates, imperante Athenis Leoſtrato, quemadmodum Dionyſius lib. III. antiquitatum ſcribit. Erat oriundus oppido Medullia, quod ab Albanis olim in Latio conditum, Romulus deditione captum, fecerat Romanorum coloniam, anno Vrbis quinto circiter. Inde auus Tulli Regis Hoſtus Hoſtilius vir nobilis ac bellica virtute clarus Romam migrauerat: cuius clara bello Sabino pugna ſub arce fuerat, Liuio & Dionyſio auctoribus: quiq; vt refert Plinius lib. XVI. cap. IV. frondeam à Romulo coronam acceperat, quòd primus Fidenas irrupiſſet. De eodem quoque Macrobius Saturn. lib I. ſic ferè ſcribit: „Vetuſtatis peritiſſimi referunt, in raptu Sabinarum vnam mulierem nomine Herſiliam, „dum filiæ adhæreret ſimul raptam. Quam cum Romulus Hoſto cuidam ex agro Latino, „qui in Aſylum eius confugerat, virtute conſpicuo, vxorem dediſſet, natum ex ea puerum „antequam vlla alia Sabinarum partum ederet; cumque quòd primus eſſet in Hoſtico pro„creatus Hoſtum Hoſtilium à matre fuiſſe vocitatum; & eundem à Romulo bulla aurea, & „prætexta inſignibus honoratum. Is enim cùm raptas ad conſolandum vocaſſet, ſpopon„diſſe fertur, ſe eius infanti, quæ prima ſibi ciuem Romanum eſſet enixa, illuſtre munus da„turum. Hæc quidem Macrobius. Quare miror Valerium Max. lib. III. cap. IV. ſcribere, cùm nobili admodum ſtirpe fuerit natus Rex Tullus Hoſtilius, incunabula eius agreſte tugurium cepiſſe, adoleſcentiam eiuſdem in pecore paſcendo occupatam fuiſſe, validiorem ætatem imperium Romanum rexiſſe ac duplicaſſe. Hic autem primus Regum Romanorum, vt quidam volunt, ſellam curulem, lictores, togamque pictam vſurpauit, quod alij ad Romulum, alij ad Tarquinium Priſcum referunt.

Idemq. diſciplinam. militarem. formauit. Ianum. à. Numa. Rege. clauſum. aperuit. &. prolatis. imperij. Romani. finibus. ex. auctoritate. collegij. Pontificum. Vrbis. pomœrium. produxit.

Tullus Rex diſciplinæ militaris auctor. *Numæ diſſimilis Tullus & Romulo ferocior.*

AVCTOR eſt L. Florus lib. primo, cap. III. Tullum Hoſtilium Regem diſciplinam militarem omnem, artemque bellandi condidiſſe: atque mirum in modum exercitata iuuentute Romana, prouocare auſum Albanos, atque diuturnam pacem cum vicinis habitam infringere non dubitaſſe. Itaque Iani portas, quas Numa in ſignum pacis vndique partæ clauſerat, ipſe moto bello primus aperuit. T. Liuius verò non ſolùm proximo Regi Numæ diſſimilem ſcribit fuiſſe Tullum, ſed etiam Romulo ferociorem, cùm ætas, vireſque, tum auita quoque gloria animum eius extimularent. Ad quod reſpexiſſe videtur Virgilius Æneidos VI. cùm dicit:

——— Cui deinde ſubibit,
Ocia qui rumpet patriæ, reſideſq. mouebit
Tullus in arma viros, & iam deſueta triumphis
Agmina.

Senatus & equites aucti. *Cælius mons Vrbi adiectus.* *Curia Hoſtilia.* *Tulli Regis in populum liberalitas.*

Domitis itaque Albanis, vrbeque eorum diruta, & populo Romam tranſlato, ſenatum & equeſtrem ordinem nouis ciuibus allectis adauxit, legiones veteres eodem ſupplemento expleuit, & nouas etiam conſcripſit. Atque ita duplicato ciuium numero, Vrbis etiam pomœrium, adiecto Cælio monte, Romano ritu ampliauit. Qui, vt frequentiùs habitaretur, eodem migrauit, & curiam, quæ ab ipſo Hoſtilia dicta eſt, ibi ædificauit. Plebem quoque noua liberalitate ſibi deuinxit. Quos enim Romulus & Numa Pompilius agros regijs ſacrificijs ac ſumptibus reſeruârant, propriaque Regum ſors atque poſſeſſio habebantur, eos Tullus Rex inter ciues inopes diuiſit, profeſſus patrimonium ſibi ſufficere in ſacrificia, impenſaſque domeſticas. Auctores ſunt Liuius, Dionyſius & alij iam dicti.

Quamuis

Quamuis plures leges Tullum Regem tuliſſe veriſimile ſit in diuturno XXXII. annorum regno, vix quicquam tamen de ijs proditum memoriæ repetio. Vnam refert Dionyſius, quam ad ſua vſque tempora in perpetuam Horatiorum fratrum gloriam duraſſe ſcribit, ea talis eſt: VTI. *quoties. naſcantur. trigemini. alimenta. ex. publico. vſque. ad. pubertatem accipiant.* *Hoſtilia lex de trigeminis.*

ANN. P. R. C. XXCVII.

Tull. Hoſtilius. Hoſti. F. Hoſti. n. Rex. ann. XXCVII. de. Albaneis. //. //. //.

ANNO regni ſui ſexto bella reſumpſiſſe Tullum Regem, ac Ianum aperuiſſe Euſebius auctor eſt in Chronico. Nam ſeneſcere ciuitatem ocio ratus, vndique materiam excitandi belli quærebat. Primùm igitur Albanos vicinos & conſanguineos aggredi eſt auſus: quod bellum res vtrimque raptæ, & incaſſum ex ipſius voto repetitæ ſuſcitauit, atque ciuiliſſimilimum, quaſi inter parentes natosque, Troianam vtramque prolem (cùm Lauinium ab Troia, ab Lauinio Alba, ab Albanorum Regum ſtirpe oriundi Romani eſſent) magno partium ſtudio parabatur. Euentus tamen belli, quando acie non eſt certatum, minùs miſerabilem dimicationem fecit. Controuerſia namque Imperatorum ex conſenſu, ſine multo ſanguine, tergeminorum hinc inde fratrum pugna finita eſt: qua etiam ad Romanos victoria peruenit vnius M. Horatij virtute, qui duobus fratribus amiſſis, ſolus tres aduerſæ partis Curiatios memorabili duello occidit. Quod ipſum pulchrè & graphicè Liuius ac Dionyſius nobis deſcribũt, ad quos ſtudioſum lectorem, ne nimis longi hîc ſimus, remitto. Liuius nulla triumphi facta mentione Horatium victorem, ſpolijs tergeminis prælatis, inſignem Romam redijſſe narrat. Dionyſius tamen Tullum Hoſtilium Regem ex S. C. triumphaſſe ſcribit; cui adſtipulatur Macrobius Saturnalium lib. I. Albani Lauinienſium coloni ſunt, ab Aſcanio Aeneæ filio primùm deducti. Quæ ciuitas à forma, & omine albæ porcæ ibidem inuentæ, Alba longa eſt appellata, vt cum Virgilio Propertius cecinit;

Bellum Albanum. *Memorabilis tergeminorum hinc inde pugna.* *Albani.* *Alba ciuitas.*

Et ſtetit Alba potens albæ ſuis omine nata.

Triginta ciuitatum Latinarum mater fuerat, atque etiam ipſius vrbis Romæ; ante cuius incrementum Latij totius principatum ſemper tenuit; à Tullo demum Rege euerſa, atque tranſlatis Romam ciuibus, deleta eſt. De qua re vide Liuium, Dionyſium lib. III. Strabonem, Stephanum & alios. *Alba Latij metropolis.*

ANN. P. R. C. XC.

Tull. Hoſtilius. Hoſti. F. Hoſti. n. Rex. II. ann. XC. de. Fidenatibus. //. //. //.

POST Albanum bellum ſubſequitur Fidenas, in cuius apparatu Tullum Hoſtilium Regem anno integro occupatũ fuiſſe Dionyſius aſſerit lib. III. Fidenatibus, qui Veientium & Metij Suffetij Albanorum ducis clancularío impulſu à ſocietate Romana per rebellionem deſciuerant, auxilio venere Veientes: Romanis autem ex fœdere priùs pacto Metius Suffetius cum Albanorum iuuentute. Qui in ipſo prœlio proditionem moliens cum ſuis aciem Romanam deſeruit, atque in proximos colles ſeceſſit expectaturus prœlij fortunam, victorique ſeſe adiuncturus. Quo comperto callidus Rex Tullus, ne ſui ob tantam defectionem deſtituerentur animo, magna voce ſuo iuſſu hoc facere Sufetium exclamauit, declinareque, vt hoſtes à tergo aggrederetur. Spes inde atque animus Romanis, metus hoſtibus acceſſit: ideoque fraus proditoris fuit irrita, penesque Romanum victoria permanſit. Igitur hoſtibus ingenti prœlio victis, ruptorem fœderis Metium Rex Hoſtilius inter duos currus pernicibus equis diſtrahi, dilaniarique iuſſit; Albamque ipſam, quamuis parentem vrbis Romæ, attamẽ æmulam, dirui voluit, cùm priùs omnes eius opes, ipſumque populum, Romam tranſtuliſſet: vt conſanguinea ciuitas non perijſſe, ſed in ſuum corpus redijſſe videretur. Porrò deleta fuit Alba poſtquam ſtetiſſet annos CDXXCVII. affirmante Dionyſio. Conditam verò volunt anno XXXII. poſt Troiam captam. A quo tempore ſi rationem ineas, anno Vrbis XXCIX. dirutam Albam, bellumque hoc geſtum reperies. Idem Dionyſius hyeme deinde elapſa Fidenates iterum prœlio victos fuiſſe à Tullo Rege ſcribit, quos compulſos intra mœnia Romanus victor foſſa, valloque cinxit, adeò vt ad extremam inopiam redacti, Regis arbitrio ſeſe dediderint. Is ad hunc modum vrbe potitus,

Fidenas bellum. *Metius Suffetius Romanis auxiliaturus proditionem molitur.* *Supplicium Metij.* *Alba deleta.* *Fidenates iterũ prælio victi.* *Fidena capta.*

Tulli Regis moderatio & clementia.

ritus,affectis ſupplicio defectionis auctoribus,reliquis omnibus dedit veniam,permittens eos bonis ſuis frui. Ac ne ſtatu quidem reip.mutato dimiſit exercitum,iterumque triumphans Vrbem inuectus,votiuas dijs mactauit victimas. Hæc ferè de iſto bello Dionyſius exactè omnia deſcribens, ex quo colligimus etiam anno poſt Albam dirutam ſequenti, Vrbis xc.videlicet,de Fidenatibus triumphatum fuiſſe.

ANN. P. R. C. XCI.

Tull. Hoſtilius. Hoſti. f. Hoſti. n. Rex. ann. xci. iii. de. Sabineis. //. //. //.

Sabinum bellum.

ALBANVM atque Fidenas bellum excepit Sabinum propter prædas vtrimque actas, negotiatoresque compræhenſos ad Feroniæ fanum mercatu frequenti. Cumque res nequicquam repeterentur, vterque populus ſummis viribus bellum parare, hoſtemque præuenire conabatur. Occupat Tullus in agrum Sabinum tranſire, vbi primò prœlium dubium,donec noctis interuentu diremptum eſt, neutrò inclinante victoria. Sequentibus verò diebus conſiderata vtrimque cæſorum ſauciorumque multitudine non libuit armis experiri denuò,ſed relictis caſtris diſceſſum eſt. Nec ampliùs quicquam eo anno tentatum; poſtero, bellum inſtauratum maioribus copiis. At vicit Sabinos altero ingenti ad Eretum prœlio Tullus,in quo cùm acies Romana declinaret, Saturno atque Opi ſolemnes ferias vouit,magnaque cæde,caſtris etiam hoſtium expugnatis, victoriam retulit, ac tertiò triumphauit,vt auctor eſt Dionyſius lib. iii. Liuius quidem belli Sabini,ac prœlij,victoriæque vnius ad ſiluam Malitioſam meminit: triumphum tamen hunc, ſicut & alios Tulli Hoſtilij omnes,omiſit. Macrobius autem Saturnalium lib. i. ſed neſcio an rectè,bis de Albanis,ac tertiò de Sabinis triumphaſſe Hoſtilium Regem ſcribit: Verùm hic fortaſſe cùm Alba diruta de Fidenatibus Tullus triumpharet,ſecundum de Albanis triumphum eius fuiſſe intelligit.

Saturno atque Opi feriæ à Tullo votæ.

Sabini.

Sabinos quidam indigenas,quidam ex Vmbris ortos, nonnulli colonos Spartanorum exiſtimant. Antiquiſſimos Italiæ populos fuiſſe conſentiunt omnes, de quorum origine quàm diuerſa tradant veteres,latius videbis apud Dionyſium lib.ii.antiquitatum, & Plinium lib.iii.cap.xii. Agrum verò Sabinum terminârunt veteres inter Narem & Anienem, Vmbros & Latinos: licet Strabo anguſtiorem faciat; nempe à Tiberi fluuio ac oppido Nomento porrectum in longitudinem per cxxv.millia paſſuum,vſque ad Veſtinos. L.Florus Adriaticum mare ferè attigiſſe in victoria M.Curij declarat,quem omnem Sabinorum tractum, quà Nar ambit, fonteſque Velini, Adriatico tenus mari igne ferroque peruagaſſe ſcribit. Dionyſius lib.antiquitatum primo ex M.Catone tradit Sabinorum fines xxxv. millia paſſuum à mari Adriatico abfuiſſe: & xxx.tantùm à mari Tyrrheno: in longitudinem verò plus minùs cxxv. millia patuiſſe. Oppida eorum reperies apud Strabonem,Plinium,Liuium alioſque auctores.

ANN. P. R. C. CXIII.

Tull. Hoſtilius. Hoſti. f. Hoſti. n. Rex. ann. cxiii. incendio. abſumptus. eſt.

Mors Tulli.

ANNOS duos & triginta cùm regnaſſet Tullus Hoſtilius,incenſa domo,cum vxore, liberis,omnique familia conflagrauit; inſidijs, vt quidam volunt Anci Marcij, qui poſt eum regnauit,iniquo ſcilicet animo ferentis priuatam vitam in regia ſtirpe,cùm Numæ Pompilij ex filia natus eſſet. Plures tamen conſentiunt dum ſuperſtitioſè ſacra faceret,ira numinis fulmine ictum fuiſſe,quòd non ſatis ritè ex Numæ Regis diſciplina Iouem elicere conaretur: Quemadmodum latiùs refertur à Liuio, Dionyſio, Plutarcho alijſque. Meminit item Plinius ex L. Piſonis annalium primo. Solinus autem Olympiade xxxv. Tullum Regem obijſſe ſcribit.

ANN.

ANN. P. R. C. CXIV.

ANCVS. MARCIVS. REX. IV.

Ancus. Marcius. Numæ. f. Numæ. n. Rex. populi. iuſſu. &. patrum. auctoritate.

INTEREMPTO Rege Tullo, res, vt inſtitutum iam inde ab initio erat, ad patres interregemque redierat: quo comitia habente, Ancum Marcium Regem populus creauit, patres fuêre auctores. Is Numæ Pompilij nepos ex filia erat: patrem enim habuit Numam Marcium Vrbi Præfectum ſub Tullo Hoſtilio Rege, vt auctor eſt Tacitus libro Auguſtæ hiſtoriæ v. matrem, Pompiliam Numæ Regis filiam, Auum verò Numam Marcium M. Marcij Sabini filium, quem primum Pontificem Max. creauerat Numa Rex, quique in concertatione regni, mortuo Numa Pompilio, ſuperatus à Tullo Hoſtilio ſibimet mortem conſciuit; quemadmodum Plutarchus in Numa ſcribit, à quo non diſſentiunt Liuius, Dionyſius, Florus, & auctor de viris illuſtrib. Ancus autem Marcius quinquennio ante mortem Numæ Regis aui materni natus regnum cepit anno Vrbis conditæ CXIV. Olympiadis XXXV. ſecundo, qua vicit Sphærus Lacedæmonius; principatum eodem anno tenente Damaſia, ſicut Dionyſius memoriæ prodidit. Huius item Regis bellica virtus egregia fuit: ſeptem enim bella geſſiſſe cum vicinis populis, Latinis, Sabinis, Volſcis, Fidenatibus ac Veientibus, Liuius atque Dionyſius diffusè referunt.

[*Numa Marcius auus paternus Anci Regis ſibimet mortem conſciuit.*]

Vrbem. legibus. ædificieisq. adornauit. &. prolatis. imperij. finibus. ex. pontificum. auctoritate. pomœrium. ampliauit.

MEDIVM erat in Anco ingenium: nam æquitate & religione auo ſimilis; Romuli tamen memor, tempora ſua Tullo potiùs, quàm Numæ aptiora videbat eſſe. Vt itaque Numam in pace imitaretur, ſacrificiorum ac religionũ inſtituta, legesque, regnante Tullo propter belli occupationes paulatim abolitas ſanxit, in vſum reuocauit, & tabulis propoſitis publicauit. Vtque à ſe etiam bellicæ cæremoniæ proderentur, nec gererentur ſolùm, ſed etiam indicerentur bella aliquo ritu; ius, quo res debitè, ac palàm repeterentur, ab antiqua gente Aequicolis deſumptum deſcripſit, atque fœcialibus tradidit: quibus Numa Rex pacem colens, vix aliud iuris vel rituum, quàm pactorum & fœderis feriundi dederat, vt antè dictum.

[*Sacrificiorum religionumq; ritus à Numa inſtitutos, & per bella abolitos ſub Tullo, Rex Ancus reſtaurat.*]

Legem igitur de fœcialium iure & officio à Numa latam denuò Ancum tuliſſe, & in hunc modum ampliaſſe veriſimile eſt. FOEDERVM. *pacis. belli. induciarum. fœciales. oratores. iudicésve. ſunto. bella. diſceptanto.* ſicut ea lex apud Ciceronem lib. II. de legibus exprimitur. Addidit deinde legi poſt fœderis feriundi iura ac ritus à Numa traditos, res repetendi, bellique indicendi cæremonias legesque ab Aequicolis mutuatas, quas ferè tales fuiſſe ex Liuio cognoſcimus.

[*Lex de iure & officio fœcialium.*]

FOECIALIS. *legatus. populi. Rom. ad. fines. hoſtium. ito. filo. laneo. caput. velato. clarigatóque. Audi. Iupiter. audite. fines. populi. N. audiat; fas. Ego. ſum. publicus. nuncius. populi. Rom. iuſtè. piéque. legatus. venio. verbisq. meis. fides. ſit. Res. homines. bonáque. per. vim. ablata. reddere. damna. ſoluere. auctores. ſceleris. dedere. populo. Romano. mihiq. populum. N. oportet. oportebit. intra. trigeſimum. tertium. diem. Tuq. Dieſpiter.* ſi ego iniuſtè impieque illos homines illasq; res dedier pop. Romano, mihiq; expoſco, tum patriæ compotem me nunquam ſinas eſſe. *Hac. fines. ſupra. ſcandẽs. hac. quicunq. ei. primus. obuius. vir. fuerit. hac. portam. ingrediens. hac. forum. ingreſſus. clarigato. peragitoq. Si. non. deduntur. diebus. tribus. &. triginta. peractis. bellum. ita. indicito. Audi. Iupiter. &. tu. Iuno. Quirine. dijq. caleſtes. vosq. terreſtres. vosq. inferni. audite. Ego. vos. teſtor. populum. N. iniuſtum. eſſe. neque. ius. perſoluere. ſed. de. iſtis. in. patria. maiores. natu. conſulemus. quo. pacto. ius. noſtrum. adipiſcamur. Fœcialis. inde. Romam. redito. ad. Regem. acta. referto. Rex. ſenatũ. conſulito. quarum. rerũm. litium. cauſſarũ. condixit. paterpatratus. populi. Romani. Quiritiũ. patri. patrato. populi. N. hominibus. populi. N. Quas. res. dare. facere. ſoluere. oportuit. populũ N. hominesq. populi. N. cũ. eas. res. nec. dederint. fecerint. ſoluerint. an. illas. puro. pioq. duello. quærendas. cenſeat. Senatu. bellum. decernente. fœcialis. ex. S. C. haſtam. ferratam. ſangui-*

[*Ritus cæremoniæq; ad res repetendas.*]

[*Ritus cæremoniaq; belli indicendi.*]

n eam.prauſtam.ad.fines.hoſtium.ferto. & .non. minùs.tribus.puberibus.præſentibus. clarigato. Quod. populus. N. hominesq́. populi. N. aduerſus.pop. Rom. Quiritium. fecerunt. deliquerunt. Quodq́.pop. Romanus. Quiritium.bellum.cum.populo. N.hominibusq́.populi. N. iuſſit eſſe. ſenatusq́.populi. Romani. Quiritium.cenſuit.conſenſit.conſciuit.vt.bellum.cum populo. N. fieret. Ob. eam.rem.ego.populusq́. Romanus.populo. N.hominibusq́.populi N.bellum.induco.facioq́. His.dictis.haſtam.in.fines.hoſtium.emittito. Romamq́. redito.

Atque hi ritus antiquiſſimi ab Anco poſteris traditi, legesq́ue fœcialibus conſcriptæ, quibus res publicè repeterent, bellaq́; indicerent, quemadmodum Liuius lib. I & A Gellius lib. XVI. Noctium Atticarum cap. IV. ex Cincij lib. III. de re militari ſcriptis mandârunt. Eodemq́ue modo, vt idem Liuius teſtatur, Rex Ancus tunc priſcis Latinis bellum indixit, & ritus eoſdem poſteri ex eadem lege acceperunt, obſeruâruntq́ue.

Auentinus & Ianiculus montes Vrbi adiecti. Ad hæc Ancus item Rex Auentinum & Ianiculum montes Vrbi adiecit, & ponte ſublicio iunxit, traducta Romam ad habitandum multitudine, Politorio, Tellenis, Ficana, bello Latino expugnatis. Vrbem inſuper muro, Quiritiumq́; foſſa complexus eſt. Nec Vrbem ſolùm ſed & agros, finesq́ue Romanos adauxit; nam ſilua Mæſia Veientibus adempta, vſque ad mare imperium protulit. *Oſtia colonia Romana.* Oſtiam quoque coloniam XVI. ab Vrbe lapide, in ripa Tiberis, & maris littore duxit, factis ibidem ſalinis: vicinasq́ue ſiluas ad vſum nauium publicauit; iam tum videlicet præſagiens animo, futurum vt totius mundi opes & commeatus illo, veluti maritimo Vrbis hoſpitio reciperentur. E ſalinis autem ſuis primus ſalis modia ſex millia in congiario dedit, vt apud Plinium legimus lib. XXXI. cap. VII. *Primum congiarium populo datum.* Carcerem & hic Rex primus ad terrorem increſcentis audaciæ media Vrbe ad forum ædificauit. *Carcer primus.* Vide de his Liuium, Dionyſium, L. Florum, Auctorem de viris illuſtribus, & alios.

ANN. P. R. C. CXV.

Ancus. Marcius. Numæ. f. Numæ. n. Rex. ann. cxv. de. Veientibus. //. //. //.

E BELLIS quæ geſſit Ancus Marcius Rex, vnum dumtaxat Latinum deſcribit Liuius, ex quo multis oppidis debellatis, varijsq́ue expeditionibus victor, triennali bello ingentem prædam reportauit: ſed nullam mentionem triumphi facit Liuius. Ceterùm aliquantò latiùs Anci res bello geſtas recenſet Dionyſius. Poſt Latinos enim deuictos, Fidenates rebellantes ſubegiſſe dicit, ac deinde Sabinos. Poſtea Veientes bis viciſſe, prioreq́ue bello peracto, captis hoſtium caſtris, triumphali pompa per Vrbem ad deorum templa inuectum ſcribit. Inde Volſcos aggreſſum; Velitris obſeſſis, eos ad deditionem & fœdus compuliſſe.

STVDIOSO LECTORI.

Fragmenta marmorum Capitolinorum hoc loco incipiunt. Quæ igitur in hoc opere deinceps maiuſculis, hoc modo, literis capitalibus impreſſa inuenies; ea ex Capitolinis, alijsq́ antiquis marmoribus, vel nummis, ad verbum excerpta, & deſcripta putato.

ANN. P. R. C. CXX.

Ancus. Marcius. Numæ. f. Numæ. n. Rex. II. ann. cxx. de. SabINEIS. //. //. //.

POST Volſcos deuictos alterum bellum cum Sabinis denuo exortum eſſe Dionyſius tradit, quos ingenti & cruento prœlio, multis vtrimque cadentibus victos, caſtris inſuper exutos fuiſſe ſcribit. de his Ancum triumphaſſe, non niſi ex paucis fragmentorum Capitolinorum, vt vides, literis colligere poſſumus, cùm Dionyſius ſolummodo triumphi poſt victos Veienſes mentionem faciat. Poſſet autem de Latinis quoque intelligi hoc fragmentum (INEIS. enim ſolùm legitur) niſi Latinum bellum Veienti prius fuiſſe, idem auctor indicaret, & vltimum Anci triumphum iſtum eſſe, Capitolinum marmoris fragmentum non oſtenderet.

ANN.

ANN. P. R. C. CXXXVII.

Ancus. Marcius. Numæ. f. Numæ. n. Rex. hoc. anno. mortuus. eſt.

OBIIT, vt Solinus & Dionyſius referunt, Olympiade prima & quadrageſima, regni ſui anno XXIV. Idem teſtatur Liuius: Iuniores tamen Euſebius, Caſſiodorus & Eutropius XXIII. tantùm annos regnaſſe ſcribunt; neque de mortis genere quo perijt, quicquam certi ex auctoribus colligere poſſumus. Liuius filios duos reliquiſſe ſcribit, neque quid præterea. Dionyſius nil ampliùs quàm mortuum, & XXIV. annos regno potitum. Auctor de viris illuſtribus immaturá morte præreptum dicit. Plutarchus violenter perijſſe videtur exiſtimare, cùm tradat Numæ ſucceſſores omnes, præter vltimum, qui in exilio conſenuit, non naturali, ſed violenta morte defunctos eſſe. Tres ex ijs inſidijs circumuentos, atque necatos, Hoſtilium fulmine ictum conflagraſſe. Euſebius in Chronico Ancum perijſſe morbo refert, quam opinionem ſequitur etiam D. Auguſtinus de Ciuitate Dei lib. III. cap. XV.

Varia auctorum de morte Anci Regis opinio.

ANN. P. R. C. CXXXVIII.

L. TARQVINIVS. PRISCVS. REX. V.

L. Tarquinius. Damarati. f. Priſcus. Rex. populi. iuſſu. &. patrum. auctoritate.

PEREGRINÆ originis è Græcia natus, Damarati quippe Corinthij filius, qui ob ſeditiones, & Cypſeli tyrannidem domo profugus, Tarquinijs in Etruria fortè conſederat; vxoreque ibidem ducta, duos filios Lucumonem, atque Aruntem reliquerat. E quibus Aruns, priuſquam pater, moritur, vxore grauida relicta. Cuius poſthumo filio poſt aui mortem (qui, ignorans nurum ventrem ferre, in teſtando nepotem prętererat) in nullam ſortem bonorum nato, propter egeſtatem Egerij nomen inditum eſt. Lucumo ſuperſtes patri bonorum omnium hæres, vir impiger, ac diuitijs potens Romam commigrauit, cupidine in primis ac ſpe magni honoris adipiſcendi in nouo populo peregrinos lubenter amplexante. Et cùm diuitiæ iam animos facerent, auxit Tanaquil vxor ſummo loco nata, & cæleſtium prodigiorum perita: cùm Romam carpento proficiſcenti, ad Ianiculum aquila pileum è capite rapiente ac reponente, regnum haud dubium augurarertur. Romam domicilio tranſlato L. Tarquinius Priſcus appellari voluit; & conſpicuum mox virum fecerunt cùm diuitiæ inſignes, tum Græcum ingenium Italicis artibus excultum, atque morum elegantia. Quibus breui non ſolùm optimatibus quibuſque inſinuatus, verùm etiam apud Regem liberaliter & dextrè obeundo officia, in familiaris amicitiæ iura adductus eſt, vti mox in ſenatum atque patricios lectus, publicis pariter ac priuatis conſilijs bello domiq; interfuerit; & per omnia expertus, poſtremò etiam tutor liberis Regis Anci teſtamento inſtitueretur. Quo mortuo hic primus intercepit promiſſum augurio regnum, petijtq; ambitioſè, compoſita ad conciliandos plebis animos oratione: cùm interregni tempore indictis comitijs pueros, Regis Anci filios, venationis prætextu priùs ablegaſſet. Itaque regnum vltrò petens, ab interrege comitijs habitis, magno conſenſu, populi iuſſu, patribuſque auctoribus Rex proditus eſt anno ſecundo Olympiadis XLI. qua vicit Cleonidas Thebanus, imperante Athenis Eniochida, vt Dionyſius lib. III. antiquitatum, & Liuius referunt latiùs. Vide quoque Strabonem lib. V. Auct. de viris illuſtrib. Val Max. lib. I. & alios.

Damaratus Corinthius pater Lucumonis.
Aruns frater eius.
Lucumo.
Tanaquil.
Lucumo, L. Tarquinius Priſcus, vocari voluit.
In Senatum legitur.
Tutor liberorũ Regis Anci inſtituitur.
Regnum impetrat.

Idemq. ſenatus. &. equeſtris. ordinis. numerum. auxit.

TARQVINIVM regnantem ambitio quam in petendo habuerat ſequuta eſt: mox enim non minùs regni ſui firmandi, quàm augendæ reip. memor, centum in patres legit, qui deinde minorum gentium ſunt appellati: factio haud dubia Regis, cuius beneficio in curiam venerat. Itaque trecenti ſenatores ab eo tempore cœperunt eſſe, vt ex Liuio, Dionyſio, & Auctore de viris illuſtribus colligimus Si verò L. Flori locum attentiùs conſideres

C. Patres minorum gentium.
Senatores trecenti.

ſideres lib.I.cap.v.ab ipſa vera hiſtoria diſcrepare, & quædam ibi deſiderari intelliges vbi hæc habentur: Hic & Senatus maieſtatẽ numero ampliauit,& cẽturijs tribus auxit,quam- „ uis Attius Nauius numerum augeri prohiberet, ſummus augurio. Iornandes quoque „ Epiſcopus,qui de ſucceſſione temporum ſcribens; L.Flori ferè totos libros ad verbum exceptos hiſtoriæ ſuæ intertexuit, locum iſtum Flori mutilum eſſe demonſtrat. Quin in exemplari vetuſto,quod ex bibliotheca monaſterij S.Amandi habuimus, ſic habetur: Hic & Senatus maieſtatem centum patrum numero ampliauit, & centurijs tribus auxit, quate- „ nus Atius Nauus numerum augeri prohibebat, vir ſummus augurio. Quam lectionem „ non potero non probare, ſi reliqua quæ deſiderantur, vt ipſa hiſtoriæ veritas efflagitat, hoc modo paucis ſuppleamus: Et equites centurijs tribus auxit, quatenus Atius Nauus „ numerum augeri prohibebat, &c. Non enim prohibebant auguria Senatum ampliare, „ ſed equitum centurias tres à Romulo lectas. Quas ipſas etiam ex Romuli inſtituto ſub ſuis nominibus reliquit Tarquinius,cotis diſciſſæ miraculo deterritus: cùm alioqui nouas ex ſuo nomine decreuiſſet adijcere. Obſtantibus igitur augurijs,numero tantùm eaſdem duplicauit, vt in tribus centurijs mille & octingenti eſſent, ſub eiſdem, quibus à Romulo appellati eſſent nominibus. Id quod aptè ſatis expreſſit vno vocabulo Val. Max. lib. III. cap. IV. Tarquinium Priſcum dicens numerum Senatus amplificaſſe, & equeſtrem ordinem vberiorem reliquiſſe. Poſteriores verò,quia geminatæ erant,ſex vocabant centurias, ſed priſcis tamen nominibus Ramnenſium,Lucerum,& Tatienſium,quemadmodum diſertè teſtantur Liuius,& Feſtus: atque in cenſu Ser.Tullij Regis à nobis explicabitur. Vide præterea Dionyſium lib. III. Auct. de viris illuſtribus, & Lactantium inſtitut. lib. primo cap.VIII.

L. Flori locus correctus.

Imperij. inſignia. &. ornamenta. triumphalia. ab. Etruſceis. rettulit.

POST bellum Etruſcum hoc contigit, cuius nulla mentio eſt apud Liuium; quod diffusè tamen narrat Dionyſius,item Florus,& Strabo lib.v.pulcherrimè,vbi de Etruſcorum origine ſcribit in hanc ferè ſententiam.Etruſcos populos Tarquinius Rex frequentibus armis ſubegit,qui tandem victoriæ palmam tradentes, pacem petere coacti ſunt. In amicitiam verò recepti, Tarquinium principem Etruſcæ gentis declarauerunt, regioque ornatu donauerunt; corona aurea,ſceptro,& ſella eburnea,toga picta,tunica palmata,paludamento,trabea curuli,annulis, phaleris, & duodecim pro ciuitatum numero faſcibus. Quorum vſus partim deinde in ſummis magiſtratibus ſemper fuit, partim in triumphis. Addit Dionyſius non ſtatim hos honores oblatos Tarquinium admiſiſſe; ſed legem priùs de ijs recipiendis ad populum tuliſſe. Quam cùm populus iuſſiſſet, tum demum corona aurea,ſceptro,ſellaque eburnea, & toga picta purpurea, lictoribusque duodecim toto deinceps vitæ ſpacio ipſum,aliosque ſucceſſores Regos fuiſſe vſos.Macrobius Saturn.primo lib.ſcribit, Tullum Hoſtilium Regem antea imperij inſignia ab Etruſcis reportaſſe; ſed nos aliorum auctorum conſenſum ſequuti ſumus. Attulit igitur ſummam imperio dignitatem Rex Tarquinius, vir cetera egregius, ſi ambitionem tollas: in quo erant tria eximia, quæ Regibus adeſſe debent,ornamenta; nempe in conſilijs prudentia, in bellis audacia, & quod præcipuum decus eſt,in victoria moderatio & clementia. Recitat Dionyſius modeſtiſſimam Tarquinij victoris orationem, qua ſubactis nouennali bello Etruſcis pacem eſt largitus.Ego,inquit,neminem Etruſcum occiſurus ſum,aut exilio pecuniáve multaturus. Ciuitates ipſas ſine præſidijs,ſine exactionibus permitto ſuis legibus viuere,nihil mutato „ ſtatu reip.Pro his omnibus quæ vobis conceduntur,vnum poſtulo; vt me veſtrarum ciuitatum principem agnoſcatis: quod etiam inuitis vobis obtenturus ſum, quamdiu ero ar- „ mis ſuperior; malo tamen id conſequi à volentibus. Hæc referte veſtris ciuitatibus, ego „ interim dum huc reuertimini vobis inducias polliceor.Hac Tarquinij clementia motæ ci- „ uitates,ſua ſponte iugum ſubeunt,atque omnia principatus inſignia ſummo conſenſu victori obtulêre,ſicut antè dictum eſt. Adeò præclarius multo eſt, ob imperium & gloriam potiùs,quàm ob prædam ac manubias bellum gerere.

Imperij & triumphi inſignia.

Lex Tarquinia de regijs ornamentis.

Tria præcipua Regum ornamenta.

Tarquinij moderatio & clementia.

ANN. P. R. C. CL.

L. TARQVINIVS. DAMArati. f. ann. CL.
PRISCVS. REX. DE. LATIneis. //. //. //.

BELLVM primum, ait Liuius, cum Latinis geſſit, & duplici prœlio victor, oppidum non ignobile Apiolas vi cepit,præda inde maior quàm quanta belli fama fuerat reuecta eſt.Oppidani namque à cæde reliqui,traditis armis ſub haſta cum reliqua præda vẽditi, pueri

Bellum Latinum.
Apiolæ.

pueri & mulieres Romam in ſeruitutem abducti ſunt, oppidumq́; ipſum direptum priùs, ac mœnijs dirutis concrematum eſt. Poſtea nuſquam ad vniuerſæ rei dimicationem ventum, ſed ad ſingula oppida circumferendo arma Tarquinius, nomen omne Latinum diuturno bello domuit. Corniculum, Ficulnea vetus, Cameria, Cruſtumerium, Ameriola, Medullia, Nomentum, aliaque oppida diuerſis temporibus vel capta, vel in deditionem accepta ſunt. Poſtremò Latini populi reliqui omnes ingenti conflato oppidatim exercitu, accitis Etruſcorum, & Sabinorum auxilijs, extremam Martis aleam tentârũt: ſed duobus prœlijs magnis à Tarquinio victi, pacem petere coacti ſunt. Romanus opulentis hoſtium caſtris, prædaque numeroſa ditatus, pacem feſſis lubẽter conceſſit, atque fœdus reddidit. Hic finis belli Latini fuit, quod à Dionyſio latiùs narratur, qui etiam inde Regem triumphaſſe dicit. Ex manubijs verò ludos opulentiùs, inſtructiúsque multo, quàm Reges priores, fecit: atque tum Circo maximo primus locus deſignatus eſt, ludíque Romani inſtituti, ac forum Romanum tabernis, porticibus, alijsque ædificijs exornari cœpit, vt Liuius auctor eſt. Vide L. Florum, Meſſallam Coruinum de progenie Auguſti, Dionyſium, Eutropium, aliosque.

Circus maximus deſignatus & ludorũ Romanorum initium.

Latium duplex antiquitus fuiſſe conſtat. Seruius Grammaticus à Tiberi, Fundos vſque, antiquum appellari vult: Plinius autem Circeios vſque ſtrictiore limite. Cuius regionis populi, priſci Latini vocabantur, quos lib. III. cap. V. ferè omnes enumerat. Tenuêre autem plagã iſtam alij alijs temporibus: Aborigines, Pelaſgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutili. Et vltra Circeios aliud Latium Volſci, Aequi, Oſci, Hernici, Auſones, ad Lirim amnem, vel, vt vult Seruius, vſque ad Vulturnum. Latini nominis populos ferè omnes nominat Dionyſius lib. antiq. V. deſcripturus bellum quod geſſere contra Romanos anno Vrbis CCLVII. cùm prœlio victi ſunt ad Regillenſem lacum ab A. Poſtumio dictatore. Erant autem qui nomina dederant in coniuratione Ardeades, Aricini, Bouillani, Bubetani, Corani, Cornetani, Gabini, Laurentini, Lanuuini, Lauinienſes, Labicani, Nomentani, Norbani, Præneſtini, Pedani, Querquetulani, Satricani, Scaptienſes, Setini, Tellini, Tiburtini, Tuſculani, Trebiani, Velnerni. Quos ferè omnes primæ regionis & antiqui Latij fuiſſe exiſtimo. Et priſcos Latinos appellabant Romani; eo, quòd priuſquam Roma conderetur fuiſſent, vt auctor eſt Sex. Pompeius. Sed ne longior ſim in deſcribendis populis, poterit de his exactiùs ſtudioſo lectori ſatisfacere Carulus Sigonius de antiquo iure Italiæ libro primo, cap. III.

Latij deſcriptio.
Priſci Latini.
Priſci Latini cur.

ANN. P. R. C. CLX.

L. TARQVINIVS. DAMARATI. F. ann. CLX. PRISCVS. REX. II. DE. ETRVSCeis. //. //.·//.

DVODECIM Etruriæ populos, initio belli per eos, qui Latinis Sabinisq́; auxilia dederant, orto, maximis ſæpe cladibus affecit Rex Tarquinius. Quod bellum per nouem annos duraſſe Dionyſius refert, quando communi nomine, collatis in vnum viribus Tuſci Romanum inuadebant. Magnæ hinc inde populationes, & varia certatum fortuna: ſed præualuit plerumque Romana virtus, vltimoque tandem, & ingenti conflictu in agro Sabino ad Eretum florentiſſimarum ciuitatum vires penè deleuit. Qua pulcherrima victoria mirum in modum aucti opibus Romani, ſpecioſiſſimum Tarquinio Regi triumphum decreuerunt, Senatus conſenſu, populique ſuffragijs. Etruſcorum è contrà collapſi planè ſunt animi; cùm ſingulæ ciuitates maiorem ciuium partem è ſuis exercitibus deſiderari viderent. Cedendum igitur fortunæ rati, in communi gentis concilio decreuerunt de pace cum Tarquinio agere: atque mox ſingulæ ciuitates honoratiſſimos quoſque legatos, cum libera poteſtate paciſcendi vnà Romam miſerunt. Cum quibus quàm clementer, acceptis dumtaxat principatus inſignibus, pacem tranſegerit Tarquinius, paullo antè dictum eſt. Triumphauit igitur ambitioſiſſimè, iiſdem ornamentis, quibus ab Etruſcis, dum pacem petunt, donatus erat: toga purpurea picta, videlicet, tunica palmata, corona aurea, ſceptro eburneo, & curru quadrijugo aurato. Verrius Flaccus auctor eſt L. Tarquinium Regem tunica aurea primùm triumphaſſe: idque Plinius memorat libro XXXIV. cap. III. Aſtipulatur L. Florus, ab hac Tarquinij victoria proueniſſe dicens togam pictam, tunicam palmatam: & quòd aurato curru quatuor equis triumphatur. Idipſum fortaſſe in cauſa eſt, vti M. Meſſalla, Eutropius, & alij nonnulli ſcribant, hunc primùm triumphaſſe, eò quòd primus ornamenta atque inſignia iſta acceperit, & iuſtam triumphi ſpeciem repræſentârit.

Bellum Etruſcum.
Etruſci pacem petunt.

Etruſci nomen veteres ſine aſpiratione ſcribere ſolitos fuiſſe, marmora paſſim antiqua monſtrant; vt etiam ipſa Capitolinorum Faſtorum fragmenta. Quibus apprimè fidem omnem

Etruſci vnde dicti. *Thyrrheni vnde.* *Etruſcorum ſitus.* *Ciſciminia regio.* *Transciminia.*

omnem adhibere poſſe ſtudioſos autumo, nam nihil his noſtra ætas vidit ſcriptum, ſculptúmve correctius vel accuratius. De nominis origine varij varia commemorant, plurimi ad Græcam etymologiam trahunt: nonnulli ab Etria, à Diomede condita, quæ pòſt Adria dicta eſt, originem ducere volunt, & inde Etruſcos appellatos. Romani autem vetuſtiſſimos eſſe Italiæ populos, & aureo ſæculo natos aſſerunt: à quibus aras, ritus ſacrorum, diuinandi artes ac diſciplinas, atque etiam colonias accepit priſca Italia. Nomen autem habuiſſe à prima eorum tetrapoli regia Etruria, à qua ipſos Romani Etruſcos vocant. Cui opinioni accedũt Cato de originibus, & Myrſilus Leſbius, ſi modò ſunt horum fragmenta, quæ Viterbienſis Annius ille publicauit. Græci Thyrrhenos nominant, à Thyrrheno Atyos filio, Herculis nepote ex Omphale, quem primum volunt in eas oras ex Lydia colonos trãſtuliſſe, & Tarcone duce duodecim ciuitates condidiſſe: nempe principes Etruriæ populos hoſce, Arretinos, Cærites, Cluſinos, Faliſcos, Fæſulanos, Peruſinos, Piſanos, Populonienſes, Ruſellanos, Veientes, Volaterranos, Vulſinienſes. Regionem tenuêre olim omnem quæ ad inferum mare inter Macram, & Tiberim fluuios diffunditur. Et ſupero mari aliquando contermini fuere, in cuius littore Adriam coloniam deduxêre. Romanæ verò reip. tempore Etruria terminos anguſtiores habuit, ſicut ex Liuio, Polybio, Dionyſio, alijſque hiſtoricis manifeſtum fit. Polybius enim à Piſis oppido, Romam vſque, maritimam Etruriam perducit, eamque inter Arnum Tiberimque collocat: adeò vt tunc Luca in Liguribus habita fuerit, & Piſæ propugnaculum maritimæ Etruriæ in finibus contra Ligures, velut Arretium in montana Etruria contra Gallos. Vnde factum poſtea, vt deuicta iam Etruria hæ duæ ciuitates Romanis ducibus tanquam Gallia, Liguresque prouinciæ decretæ frequenter fuerint. Montanam verò Etruriam Ciminia iuga diuiſêre. Ciſciminiam enim vocârunt Romani regionem omnem, quæ eſt inter Tiberim & Ciminium montem. Tranſciminiam verò dixêre reliquam, à Ciminijs iugis Piſtorium vſque Populos, vrbeſq; alias, quæ inter principes non fuêre, diligentiùs deſcribunt M. Cato, & Plinius lib. III. cap. V. Et ſi hiſtoriam Romanam rectè intelligere velis, videndi Dionyſius, C. Sempronius de diuiſione Italiæ, Fabius Pictor, Strabo, Seruius, Pomp. Mela: ex quibus omnia, quæ ad hos populos attinent, poteris cognoſcere. Et quidem multo ſuccinctiùs & apertius ex Caruli Sigonij libro iam priùs citato de antiquo iure Italiæ.

ANN. P. R. C. CLXXI.

L. TARQVINIVS. DAMARATI. F. ANN. CXXXCI.
PRISCVS. III. DE. SABINEIS. IDIB. SEXT.

Bellum Sabinum. *Egerius Arruntis, Regis fratris, poſthumus filius.* *Bulla & prætexta.*

CVM Sabinis etiam bis térve prœlio pugnatum fuit, quia Etruſcis auxilia dederant: quod bellum quinquennio durauit. Fatigatis tandem, & petentibus pax data; ſed ager Collatinus ademptus, cum oppido: cui Egerium fratris filium præfecit Tarquinius Rex. Atque eo bello confecto tertiùm triumphans Vrbem ingreditur Idibus Sextilibus, ſicut fragmentum Capitolinum teſtatur. Vide Dionyſium lib. III Eutropium I. & Liuium, qui hunc ſolum de Sabinis triumphum Tarquinij recenſet, omiſſis reliquis duobus. Auctor de viris illuſtribus, Etruſcum præteriens, de Sabinis, & Priſcis Latinis Tarquinium triumphaſſe ſcribit. Meminit autem belli atque triumphi huius ita Macrobius Saturnaliorum lib. I. » Tarquinius Damarati. f. Priſcus Rex quintus à Romulo de Sabinis egit triumphum. » Quo bello filium ſuum annos quatuordecim natum, quòd hoſtem manu percuſſerat, pro concione laudauit, & bulla aurea, prætextaque ornauit: inſigniens puerum vltra annos fortem præmijs virilitatis & honoris. » Auctor de viris illuſtribus filium tredecim annorum tum fuiſſe dicit, & inde bullam, prætextamque ingenuorum puerorum inſignia eſſe cœpiſſe.

Sublatis vndique belli terroribus maiore inde animo quàm bella geſſerat, ſummaque magnificentia ædificando, pacis opera vel abſoluit, vel inchoauit: vt non quietior populus domi eſſet, quàm militiæ fuiſſet. Nam & muro lapideo, inquit Liuius, Vrbem cingere parat, cuius exordium operis bello Sabino turbatum erat. Dionyſius ait Vrbis mœnia ſtruxiſſe quadratis lapidibus, quorum ſinguli iuſtum plauſtri onus perficerent. Et infima Vrbis loca circa forum, aliáſque interiectas collibus conualles, quia ex planis locis haud facilè euehebant aquas, cloacis faſtigio in Tiberim ſubitus terram ductis, ſiccat. Quod vnum ex tribus vrbis Romæ magnificentiſſimis operibus, quibus imperij magnitudo enitet, propter ſumptus atque vtilitatem deinceps eſt habitum. Et aream templi ampliſſimi fundamentis occupat in Capitolio, quòd, cum Sabinis vltimo prœlio congreſſus, Ioui, Iunoni, ac Mineruæ vouerat; planátque montis verticem altis ſumptuoſiſque ſubſtructionibus: præſagiente iam animo, futuram olim maieſtatem loci. Sed morte præuentus fundamenta

Area Capitolij.

damenta necdum abſoluere potuit, cùm quadriennio tantùm poſt eius belli finem ſuperuixerit. Sed de his vide Dionyſium libri tertij fine, Liuium, & alios.

ANN. P. R. C. CLXXIV.

L. Tarquinius. Damarati. f. Rex. hoc. anno. occiſus. eſt.

QVEMADMODVM inſidijs filiorum Anci Regis circumuentus domi ſuæ fuerit occiſus Tarquinius, diffusè ſatis narrant Liuius & Dionyſius. Reliquiſſe tradunt duos filios Aruntem, & L. Superbum, qui vltimus Regum Romanorum fuit. Duas item filias, quarum altera nupſit Seruio Tullio, qui poſt ipſum regnauit, altera M. Iunio Bruto, patriciorum clariſſimo, Bruti Regum exactoris patri. Regnauit autem annis XXXVII. vt M. Meſſalla, Solinus, Euſebius, Caſſiodorus, Eutropius, & Sex. Rufus auctores ſunt: idemque ex ratione Faſtorum Capitolinorum colligimus, quos quidem in his annalibus etiam, vt peritiſſimos, ſequi viſum eſt. Quamuis alij etiam magni auctores annum vnum adijciant, inter quos Liuius dicit duodequadrageſimo fermè anno, ex quo regnare cœperat, occiſum: à quo non diſſentit Dionyſius. Itaque deinceps anno vno à Capitolinis plerumque faſtis hos duos diſcrepare cognoſcimus, cuius rei ſuo loco cauſſam repetemus.

Libri Regis Tarquinij.

ANN. P. R. C. CLXXV.

SER. TVLLIVS. REX. VI.

Ser. Tullius. Ser. f. Rex. preimus. iniuſſu. populi. &. ſine. patrum. auctoritate.

OCCISO Tarquinio Rege, confeſtim ſine interregno ſucceſſit eius gener Ser. Tullius, Tanaquildis Reginæ ſocrus aſtu & fauore admiſſus ad regni gubernacula: cùm maritum Regem Tarquinium ex vulnere nondum mortuum, ſed dumtaxat ægrotum falsò diuulgaſſet; & iubere Ser. Tullium generum, donec reualeſceret, remp. opera vicaria adminiſtrare, Senatui perſuaſiſſet. Itaque Seruius cum trabea, & lictoribus prodit in publicum, & per aliquot dies cùm iam expiraſſet Tarquinius, celata morte, per ſpeciem alienæ fungendæ vicis, ſuas opes firmauit. Atque demum publicata Regis morte, præſidio firmo munitus, primus iniuſſu populi, inquit Liuius, voluntate patrum, id eſt, conniuente Senatu, regnare cœpit. Sed poſtmodum quia iactari ab inuidis interdum voces intelligebat, ſe iniuſſu populi regnare: conciliata priùs voluntate plebis, agraria largitione, ad populum tulit; *Vellent. iuberéntque. ne. ſe. regnare. Populus. vti. rogas. iuſſit*; & tanto conſenſu, quanto haud quiſquam alius antè, Rex declaratus eſt Tullius. Populi tamen conſenſum, non ſtatim ſequuta eſt patrum auctoritas, quibus ſuſpectus, & inuiſus, ob largitiones, eſſe cœperat, vt refert Dionyſius. Regnum autem cepit quarto anno Olympiadis quinquageſimæ, qua vicit Epitelides Lacon, principe Athenis Archeſtratide, vt auctor eſt libro quarto Dionyſius, qui triginta octo annos regno Tarquinij adſcribit. Aliorum tamen, quos ſequimur, ſupputatione, erit hic annus Olympiadis quinquageſimæ tertius, & Vrbis CLXXV. vt antè demonſtratum eſt. Auctor de viris illuſtribus, cap. VII. quaſi precario Seruium regnare cœpiſſe dicit, ſed rectè imperium adminiſtraſſe: quamuis obſcura & humili ſorte, matre captiua & ſerua, natus eſſet, patre quidem principe viro in Corniculi expugnatione occiſo. Quem Plinius Ser. Tullium appellat. Capitolinorum tamen Faſtorum auctores, præter morem ſuum, patris vel aui nullum prænomen adijciunt: fortaſſe quia ſpurium, & incerto patre natum opinarentur plurimi. Et profectò de huius Regis rara natiuitate, ac admiranda fortuna prodigioſa quædam produnt antiqui ſcriptores, quæ vide apud Dionyſium lib. IIII. Liuium, Florum, Plutarchum in libello de fortuna Romanorum, & Val. Max. lib. I. cap. VI. Plinium in fine libri XXXVI.

Tullia lex de ſuo regno.

Pater Seruij Regis.

Natiuitas Serui Tullij Regis prodigioſa.

Idemq. cenſum. preimus. inſtituit.

NON ſecus ac Numam Regem diuini auctorem iuris; ita Ser. Tullium conditorem omnis in ciuitate diſcriminis, ordinumque, quibus inter ſe gradus dignitatis, ac fortunæ diſtant, & inuicem interlucent, poſteri fama tulerunt. Ciuitatem enim Romanam, & omnes reipub. rationes, veluti probus paterfamilias priuatæ domus familiam, & opes, aptiſſimè diſpenſauit, & in tabulas rettulit: vt nihil confuſum, nihil obſcurum, vel incognitum

Ser. ordinum dignitatis, graduum auctor.

nitum magiſtratibus in tam ampla rep. poſſet eſſe. Quapropter à Lare domus, ac familiæ tutelari deo, in regia Tarquinij, ex foco genitus fingitur, ſicut Dionyſius & Plinius memorant. Eius autem ciuilia inſtituta à maximo præcipuoque incipiam. Cenſum enim inuenit, rem, vt ait Liuius, ſaluberrimam tanto futuro imperio, ex quo belli pacíſque munia, oneraque non viritim, ſicut antè, ſed pro habitu modoque fortunarum fierent. Atque ea de re legem ad populum, cum minis vinculorum ac mortis, eodem Liuio teſte, tulit; *Tullia lex de cenſu.* Ne quis ciuis incenſus remaneret; quam inter alias eius leges adferam ſuò loco. Sed duas, hoc eius inſtitutum, reip. vtilitates omnium, meo iudicio, maximas attulit. Multitudinem enim eorum qui arma ferre poſſent, vireſque ciuitatis; pecuniarumque inſuper magnitudinem, neruum quippe belli, certiùs monſtrabat; & quinto quoque anno quidnam incrementi vel decrementi ciuitas in omni rerum ſtatu acciperet, indicabat. Habito igitur, ex lege iam dicta, primo cenſu omnium ciuium, tam extra Vrbem, quàm in Vrbe habitantium, Tullius Rex omnia patrimonij, dignitatis, ætatis, artium, officiorumque diſcrimina *Cenſoriæ tabulæ.* in tabulas publicas redegit, quæ cenſoriæ deinde appellatæ ſunt. In his non hominum ſolummodo, verùm etiam priuatarum ædium, ac poſſeſſionum conditiones, ſitus, partes, & deſcriptiones exactiſſimè continebantur, vt ex Ciceronis oratione de aruſpicum reſponſis colligimus. Quas tabulas Romæ in atrio Libertatis ſeruari ſolere Liuius ſignificat, qui tabularium cenſorum illud nominat lib. XLIII. & XLV. At tamen Cicero in Miloniana, tabulas recenſionis publicæ in Nympharum æde ſuò tempore ſeruatas fuiſſe. Auctor eſt item Dionyſius antiq. libro primo commentarios cenſorios, etiam in ſua familia, cenſorem quemque retinuiſſe; quos deinde à patribus filij per manus accipiebant, & ipſi poſteris pari cura tradebant, haud ſecus quàm ſacra paterna, & gentilitia. Atque ita in familijs cenſorijs ſeruari quoque ſolere ſimiles tabulas, dicit. At reuertamur vnde aliquantulum digreſſi ſumus. Ser. Tullius Rex vt gradus atque ordines in rep. *Populus Rom. in claſſes & centurias diuiſus.* faceret, totum populum Romanum ex primo illo cenſu in claſſes centuriaſque diuiſit, pro fortunarum vniuſcuiuſque ratione: nam claſſes ſex conſtituit, quæ ſimul omnes centum nonaginta tres centurias continebant. Prima autem claſſis maximi erat cenſus, ex *Prima claſſis. Cenſi.* ijs, qui non minùs quàm centum millia æris in bonis haberēt: Liuio & Dionyſio teſtibus. Hi veterum more cenſi dicebantur, quos lex Voconia vetat mulierem hæredē relinquere. *Maximi cenſus.* In eadem verò claſſe maximi cenſus vocabantur, qui centum decem millia æris profeſſione detuliſſent. Ita enim ſcribit lib. XXXIII. cap. III. Plinius: Maximus, inquit, cenſus cen- » tum decem millia aſſium fuit Seruio Rege, & ideo hæc prima claſſis. In qua qui cenſe- » *Claſſici.* bantur centum viginti quinque millibus æris, ampliúſve appellabantur Claſſici. Infra *Infra claſſem.* claſſem verò dicebantur, qui in ſecunda aliíſve minore ſumma, quam dixi, cenſebantur, quemadmodum ex M. Catonis Voconiana doctè probat Gellius lib. VII. cap. XIII. Se- *Secunda claſſis* cunda claſſis ex ijs conſtabat, qui non minùs ſeptuaginta quinque millia æris haberent. *Tertia.* Tertiæ autem quinquaginta millium cenſus erat. *Quarta.* Quartæ viginti quinque millium, vt Liuius; vel XX. millium vt Dionyſius volunt. *Quinta.* Quinta verò vndecim millibus cenſebatur. Reliquam ciuium multitudinem, quibus minor quàm XI. millium erat cenſus, in vnam *Sexta ac infima claſſis* reiecit centuriam, quæ ſexta claſſis eſt appellata. Hæc proletarios & capitecenſos conti- *Eiuſdem diuiſio.* nebat, tenuioris fortunæ videlicet homines, qui idcirco immunes erant à militiæ & tributi oneribus. Non enim plus quàm mille quingentis proletarij: capitenſi autem vel *Proletarij.* nullo, vel minimo trecentis ſeptuaginta quinque ſcilicet æris cenſebantur: quemadmo- *Capitecenſi.* dum ex Iulio Paullo Gellius lib. XVI. cap. X. refert. Sextæ igitur claſſis vix vllam poſteri in rep. & comitijs rationem habuêre; quinque dumtaxat celebratæ, quarum ſolummodo meminit Tubero apud eundem Gellium. Oſtendunt hoc item Plutarchus, Dionyſius, Liuius, Pædianus; cùm tribunos plebis primùm quinque creatos, ex ſingulis claſſibus ſingulos fuiſſe, ex quorundam ſententia ſcribant. Verùm vt ad ſextæ claſſis homines redeamus, proletarios item poſtea militare cœpiſſe, cùm requireret neceſſitas, ex Liuiana hiſtoria alijſque compertum eſt. Capitecenſos autem primus armauit bello Iugurthino C. Marius, vt idem Gellius, Salluſtius, & Val. Max. teſtantur. Cæteræ verò quinque claſſes, iam ab initio, militiæ laboribus, atque impenſis obnoxiæ fuerunt; quibus ſingulis quæ arma, quæque tributa pro ratione cenſus imperata à Tullio Rege fuerint; vt in ſeniorum iuniorumque centurias diuiſæ: vtque ſecundùm centurias comitia ille inſtituerit, quæ centuriata hinc vocari cœperunt; & quis ordo denique in ſuffragijs dandis ſeruatus ſit, quia Liuius, & Dionyſius eleganter, ac dilucidè ſatis explicant, hîc latiùs repetere parum eſſe neceſſarium iudicaui. Illud dixiſſe ſatis erit, ditiſſimos quoſque vt maioribus bellicis ſumptibus, ita & pluribus potentiæ in rep. & honorum ornamentis affectos fuiſſe centuriatorum comitiorum ratione, quibus bella, paces, fœdera, leges iubebantur, *Centuriata comitia.* magiſtratus creabantur, & maximæ quæque res decernebantur. Non enim, vt antea ſub Romulo, alijſque Regibus, populus per curias vocatus eadem vi, eodemque iure ſuffragia dabat;

dabat: ſed gradus ordinum fieri, per claſſes centuriaſque comitia haberi, & ſuffragia populum ferre iuſſit Ser. Tullius: vt non excluſus quiſquam ſuffragio videretur, attamen vis omnis penes ditiores, primoreſque ciuitatis eſſet. Cùm enim vel lex ferenda, vel magiſtratus, fœdúsve à populo iubendum eſſet comitijs centuriatis, maximam prærogatiuam centuriarum primæ claſſis eſſe voluit, quæ prima ſemper vocabatur ad ſuffragia, eratque centuriarum octodecim equitùm, & peditum xxc. nempe iuniorum quadraginta & totidem ſeniorum. Ea claſſis ſi variaret in ſententijs, neque duæ partes tertiam vincerent, quod rarò fiebat, vocabatur ſecunda, cuius erant centuriæ xx. peditum, & duæ fabrùm teſte Dionyſio: æquè non ſecus ac aliæ omnes in ſeniores ac iuniores diuiſæ. Quòd ſi & huius diuerſæ fuiſſent ſententiæ, neque primæ claſſis defectum expleret; vocabatur tertia viginti centuriarum; ac deinde quarta, quæ item viginti centurias habebat, & duas tibicinum, vt vult Dionyſius. Poſtea etiam quinta vocari poterat triginta centuriarum, ac poſtremò ſexta: ſed ferè nunquam factum autumant, vt ad infimam iſtam claſſem res dubia perueniret. Quæ cùm eſſet vnius centuriæ, in hoc ſeruabatur, vti pares omnium centuriarum ſententias, ſi ita caſus ferret, diuidere, & alteri parti ſeſe addendo, controuerſiam dirimere poſſet. Cæterùm in prima plerumque claſſe, quæ cæteras multitudine centuriarum, ac perſonarum dignitate vincebat, omnia tranſigebantur; rarò ad quartam vel quintam claſſem eſt peruentum. Nihilominus cùm viritim prius ſingulorum ſuffragia in quibuſque centurijs rogarentur, omnes ciues æquo iure ſe adminiſtrare remp. putabant: verùm cùm per claſſes ordine ſuo ſuffragia diribebantur, vis omnis comitiorum penes primæ claſſis primores remanebat. Diximus in eadem octodecim equitum centurias fuiſſe, quas ab initio Romulus tres auguratò conſcripſerat. Tarquinius Priſcus, vt antè diximus, numero duplicârat, vt mille octingenti equites in tribus centurijs eſſent. Ex his autem primum Ser. Tullius ſex centurias conſtituit, ſub iiſdem tamen, quibus erant inauguratæ, nominibus. Itaque Tarienſes primi, prima centuria dicta eſt; Tatienſes ſecundi, ſecunda; Ramnenſes primi, tertia; Ramnenſes ſecundi, quarta; Luceres primi, quinta; Luceres ſecundi, ſexta. Id quod apertè demonſtrat Sex. Pompeius cùm dicit: Ciuitas Romana in ſex diſtributa erat partes; in primos, ſecundos Tatienſes, Ramnenſes, & Luceres. His autem ſex centurijs equitum Ser. Tullius Rex nouas alias duodecim adiunxit, vt ſimul eſſent decem & octo. Eas verò ex iunioribus primorum ciuitatis, qui maximi eſſent cenſus, conſcripſerat: & ad equos emendos dena millia æris ex publico ipſis dari, & viduas attribui iuſſit, quæ bina millia æris in annos ſingulos penderent, quibus equos alerent. Ideoque publici has ob cauſas appellati ſunt, quia ex ærario publico ſumpta pecunia comparabantur. Atqui octodecim iſtas equitum centurias ex nobilitate ciuitatis conſcriptas, addidit primæ claſſi, &, tanquam principes, primæ vocabantur ad ſuffragia, vt auctor eſt Liuius. Ex his item legebantur in Senatum quando is ordo ſuppleri debebat, vt teſtatur idem auctor lib. 11. de L. Bruto, qui Reges expulerat verba faciens. Deinde, inquit, quo plus virium in Senatu, frequentia etiam ordinis faceret, cædibus Regis diminutum patrum numerum, ex primoribus equeſtris gradus lectis, ad trecentorum ſummam expleuit. Traditumque inde fertur, vt in Senatum vocarentur: qui patres, quique conſcripti eſſent. Ex his dictis autem colligere eſt, equites, ſenatoreſque in prima claſſe cenſeri conſueuiſſe, & ſuffragia dediſſe: neque enim eques eſſe poterat, qui quadringenta ſeſtertium millia non poſſideret, neque ſenator qui non octingenta millia, vt alibi declarandum erit. Nunc vt finem faciam, hi gradus honorum à Seruio Rege ciuibus dati; atque hæc ratio cenſuræ ab ipſo inſtituta per multas ætates Romæ eſt obſeruata, licet quædam ex vſu temporum ac reipub. aliquando mutata fuerint, ſicuti ex hiſce annalibus manifeſtum fiet. Porrò cenſui agendo præerant primùm Reges, deinde ijs exactis conſules, vel dictatores, qui Regum munia ſubibant. Denique proprius magiſtratus huic negotio inuentus eſt; creatique quinto plerumque anno, vel quotieſcunque Senatui è rep. eſſe videbatur, cenſores, qui populi cenſum agerent, & luſtrum conderent: de quibus ſuo loco plura dicemus.

Primæ claſsis prærogatiua.

Claſsium in comitijs ordo.

Centuriæ equitum.

Equi publici.

Equeſter ordo ſenatus ſeminarium.

Equitum, Senatorumque cenſus.

Cenſores.

Luſtrum quater condidit.

SERVIVS Rex cenſu primo, quemadmodum memoraui, peracto, edixit, vt omnes ciues Romani, equites peditesque, armati in ſuis quiſque centurijs prima luce in campo Martio adeſſent: ibi inſtructum, vt ait Liuius, exercitum omnem, ſuouetaurilibus ſacrificio facto, luſtrauit: idque conditum luſtrum appellatum, quia in cenſendo finis factus. Hoſtiæ, vt ſcribit Dionyſius, ſus, ouis, & taurus ter ductæ circum exercitum, & Marti poſteà mactatæ; hocque ſacrificij genus καθαρμὸν vocat, quod Latini luſtrationem, vel luſtrum.

Suouetaurilia ſacra.

Luſtrum vnde dicatur. *Luſtrum tempus quinquennale.* *Quoties egerit, quandoque cenſum inſtituerit Seruius Rex.*

luſtrum. M Varro de lingua lib v. luſtrum à luendo, hoc eſt, ſoluendo dici vult, quòd tum, cùm cenſus ageretur, vectigalia, atque tributa vltro ſolui debebant. Et quia quinto quoque anno plerumque luſtrum à cenſoribus condi ſolebat; vſu venit, vt pro quinquennali temporis ſpatio ſæpius vſurpetur. Deducit hanc vocem Sex. Pompeius a lues, id eſt, dilues, quod tractum eſt à Græco λυεῖν. Noxas enim ita ſolui & expiari volebant, eoque purgationis genere etiam caſtra, agros, vrbes olim luſtrare Romanus ſolet. Conſtat autem Ser. Tullium Regem in tam diuturno quadraginta quatuor annorum regno non ſemel tantùm, ſed quater cenſum egiſſe & luſtrum condidiſſe, diuerſis temporibus; quatuor vel pluribus interpoſitis annis. Si verò poſt bellum Etruſcum (vt videtur exiſtimare Liuius) cenſum inſtituere cœpit, quod viginti annis continuis duraſſe Dionyſius auctor eſt, nihil obſtat, quin cum ſingulo deinde quinquennio cenſum egiſſe, & luſtrum condidiſſe opinari poſſimus. Iam verò quater acto cenſu luſtrum condidiſſe Seruium Regem, & ex faſtorum Capitolinorum fragmentis colligimus, & Val Maximum non infimæ claſſis auctorem habemus, qui de Ser. Tullij Regis felicitate ſcribens lib. III. cap. IV. ſic ait, Cui quidem quàm diutiſſime imperium obtinere, quater luſtrum condere, ter triumphare contigit. Et primo quidem luſtro cenſa fuiſſe ciuium LXXXIV. millia tradit Eutropius, cum his qui in agris erant. Dionyſius ſupra LXXXIV. ∞. ſeptingentos in cenſorijs tabulis repertos refert. At primo luſtro cenſa eſſe ciuium Romanorum capita LXXX. millia ſcribit Liuius, adijcereque ſcriptorum antiquiſſimum Fabium Pictorem tot millia fuiſſe eorum dumtaxat qui arma ferre poſſent. Iam enim inde ab initio vſurpatum videtur, vt eorum plerumque numerus diuulgaretur in luſtris qui ad militiam forent idonei, & in quinque claſſium centurijs ſeniorum iuniorumque cenſebantur; quos puberes in referendis luſtris frequenter appellat Dionyſius, excluditque aliquoties apertè ex eo numero impuberes; immo etiam mulieres, ſeruos, mercatores, opifices, aliosque immunes à militia ſordidi quæſtus, & ſextæ claſſis homines. Puberes autem, atque ætatis militaris ciues hi cenſebantur, quos Seruius per centurias iuniorum vel ſeniorum diſtribuerat, & quibus arma imperarat. Ipſum enim apud Romanos diſcrimina ætatum diſtinxiſſe hoc modo cum cenſum inſtitueret, ex Aelij Tuberonis hiſtoriarum libro primo refert Gellius noctium Atticarum decimi libri fine. „Seruium Tullium quippe Regem, cùm illas quinque claſſes ſeniorum iuniorumque cenſus faciẽdi gratia inſtitueret, pueros eſſe exiſtimaſſe qui minores eſſent annis ſeptendecim. Atque inde ab anno ſeptimo decimo, quos idoneos iam eſſe reip. arbitraretur, milites ſcripſiſſe, eoſque ad annum quadrageſimum ſextum iuniores, ſupra eum annum ſeniores appellaſſe. Hæc ibi Gellius ex Tuberone. Sed nos de cenſu & luſtro ſatis multa hoc loco diximus; reliqua quæ ad hanc politiæ materiam ſpectant, alibi ſuis locis oportunius adferemus.

Primum luſtrum. *Impuberes.* *Puberes.* *Aetas militaris.*

Populum.agrumq. Romanum.per.tribus.diuiſit.&.prolatis. Vrbis.imperijque.finibus.ex.pontificum.ſententia. pomœrium.ampliauit.

Viminalis & Eſquilinus colles Vrbi adiecti. *Populi in tribus diuiſio.* *Palatina tribus. Collina. Suburrana. Eſquilina. Tribuni.* *Tribus vnde.*

SERVIO Regi Vrbs etiam amplificanda viſa eſt, ad eam multitudinem, quam per cenſum repererat capiendam. Addit igitur Vrbi duos colles, Viminalem & Eſquilinum, atque in his domicilia fieri iuſſit. Ipſe etiam in Eſquilias habitatum migrauit, vt frequentius habitarentur, & loco dignitas accreſceret. Poſtquam ſeptem colles vno muro complexus eſſet, pomœriumque inſuper auſpicatò produxiſſet, alio rurſus modo populum, agrumque Romanum partitus eſt; non pro ratione cenſus vel bonorum vniuſcuiuſque, ſed habitationis & locorum. Vrbem enim in quatuor partes diuiſit, & omnem vrbanam multitudinem in quatuor tribus digeſſit, quas à locis Palatinam, Collinam, Suburranam & Eſquilinam nominauit. In Palatinam ſcilicet, qui Palatium, Capitolium & quicquid inter eos colles ſpatij eſt inhabitarent. In Collinam; qui Viminalem & Quirinalem colles, & valles proximas. In Suburranam; qui ſub Vrbem veterem, nempe Cælium montem, Carinas planaque finitima ad Orientem loca. In Eſquilinam verò; qui Eſquilias incolerent. Atque his partibus ſingulos tribunos præpoſuit, quos ſcire iuſſit, vbi quiſque habitaret, quotque in vnaquaque tribu eſſent familiæ. Et vetuit quemquam aliò commigrare, aut in alia quàm in ſua tribu cenſeri. In vnaquaque enim ſeorſum tributa colligebantur, delectusque fiebant militares. Vnde Liuius alijque arbitrantur à tributo pro ratione cenſus impendendo tribus appellatas eſſe. Sic agrum Romanum vniuerſum extra Vrbem in ſuas regiones diuiſit, quas item tribus nominauit; eaſque XXVI. fuiſſe Fabius auctor eſt, vt quatuor vrbanis additis triginta ſimul tribus eſſent. M. Cato quidem Seruio

regnante

regnante tot eas fuiſſe dicit; Vennonius vnam & triginta omiſſo agri partium numero. Veriſimilior tamen eſt M. Varronis, Liuij atque Dionyſij ſententia; ex quorum ſcriptis colligimus, à Seruio Rege tribus extra Vrbem non vltra quindecim fuiſſe conſtitutas; reliquas verò poſt Reges exactos, ſimul cum populo atque agro Romano ſucceſſu temporum accreuiſſe. Quemadmodum etiam ex annalibus noſtris fiet manifeſtum, & exactiſſimè Sigonius diſſerit libro primo de iure antiquo ciuium cap. III. ad quem huius argumenti ſtudioſum lectorem remitto. Nunc porrò ad leges Seruij Regis tranſeamus; quas plurimas cum ex ipſius inſtitutis tuliſſe conſtat, è quibus has ſolummodo reperimus.

Leges Ser. Tullij.

Legem de exilio filiorum Anci Regis tulit; V T. *qui. conſcientia. ſceleris. deſerta. cauſſa. ſeſe. abſentia. damnaſſent. ijs. aqua. &. igni. interdiceretur.* Auctor eſt Dionyſius.

Legem de cenſu profitendo tulit: V T I. *ciuis. vnuſquiſque. bonorum. omnium. ſuorum. veram. æſtimationem. iureiurando. comprobatam. ad. Regem. deferret. Genus. ætatem. nomina. vxorum. liberûm. familiaq. omnis. Quæ. prædia. vrbana. vel. ruſtica, ſeruorum. pecudúmque. numerum. fundorum. inſtrumenta. ſingulatim. ſine. dolo. malo. profiteretur. Quâque. vrbis. in regione. quóve. ſuburbij. pago. habitaret. ſuásque. res. poßideret. Qui. ſecus. feciſſet. bonis. publicatis. ciuitatem. amitteret. caſúsque. virgis. ſub. haſta. veniret.* Hanc verò legem diu à Romanis obſeruatam ſcribunt Dionyſius, & Liuius. Et Vlpianus explicat pulchrè libro Pandectarum poſteriorum XII cap. de cenſib. qua ratione bona in cenſum referri debebant. Itaque cùm pœna incenſi fuerit maxima, maximam capitis diminutionem appellat idem Vlpianus, per quam ciuitas & libertas amittitur: vt cùm incenſus aliquis venierit. Sanxit item: V T I. *ciuis. omnis. in. ſua. tribu. cenſeretur.* Dionyſius.

Pœna incenſi.

Maxima capitis diminutio, ciuitas & libertas amiſſa.

Legem de ciuium numero annuatim in tabulas referendo tulit. V T I. *paterfamilias. vnuſquiſque. pro. naſcentibus. ad. ædem. Iunonis. Lucinæ. pro. ſumentibus. togam. virilem. ad. Iuuentutis. pro. defunctis. ad. Libitinæ. certas. ſtipes. penderent. eáſque. quotannis. æditui. in tabulas. referrent. ex. quibus. puerorum. puberum. ac. mortuorum. certus. numerus. ſingulis. annis. cognoſceretur.* Dionyſius ex L. Piſone. V T I Q V E. *in. ſuis. pagis. pagani. in. ſingula. capita. ſtipes. certas. Paganalibus. ad. ſacrum. conferrent. ex. quibus. hominum. numerus. per. ſexus. conditiones. atque. ætates. quotannis. colligeretur.* Aliud enim nummi genus viros, aliud mulieres, aliud impuberes ferre iuſſerat. Vti eò faciliùs hominum genera per vrbes, oppida, & pagos ſpeciatim noſcerentur. Auctor eſt Dionyſius lib. IV.

„ Legem de parentum immunitate tulit: S I. *puer. parentem. verberit. aſt. olle. ploraßint.*
„ *puer. diuis. parentum. ſacer. eſto. ſi. nurus. ſacra. diuis. parentum. eſto.* Sex. Pompeius ex legibus Ser. Tullij Regis hanc refert in voce Plorare, & ſimilem in legibus Romuli ac Tatij fuiſſe dicit.

Legem de libertinorum ciuitate tulit: V T I. *in. tribus. vrbanas. atque. ius. ciuitatis. ſerui. à. ciuibus. manumißi. qui. vellent. adſciſcerentur. libertiníque. ad. omnia. plebeiorum. munia. admitterentur.* Idem Dionyſius iſtam legem ciuitati, ad felicitatem, atque imperium aſpiranti, ſummè neceſſariam, atque vtilem fuiſſe, multis argumentis, probat.

Legem agrariam tulit: V T I. *omnes. qui. publicum. agrum. priuatim. vſurparent. intra. certam. diem. eo. decederent. vtque. is. pauperibus. ciuibus. qui. nulla. prædia. ruſtica. haberent. diuideretur.* Dionyſius ibidem.

Legem de libertate ciuium tulit: N E. *quis. propter. fænus. debitum. in. vincula. duceretur. neve. fæneratoribus. ius. eſſet. in. libera. corpora. ſed. debitoris. contenti. facultatibus. eſſent.* Pollicetur hanc legem in prima concione ad populum Tullius, adeptus vicariam regni adminiſtrationem. Atque poſtea rurſus in altera concione latam fuiſſe indicat, conqueſtus appeti ſe patriciorum inſidijs, nobilibusque odio ſe propter æquas leges eſſe; alijs, quia coacti ſunt agro publico cedere, alijs, quia pauperum libertatem contra fœneratores ſeruârat incolumem. Hæc apud Dionyſium. Quapropter non ineptè Ser. Tullius, à ſeruitute tollenda vocari potuit, cùm humili conditione natus ipſe, pauperum ſorti tam præclaris legibus proſpexerit.

Seruius Tullius à ſeruitute tollenda.

Leges alias quinquaginta de contractibus, & priuatis iniurijs tulit, quas recenſere in hiſtoria ſua Dionyſius non neceſſe iudicauit, fortaſſe quia tum extabant inter XII. tabularum leges. Earum verò ferendarum cauſſa hæc fuiſſe videtur. Cùm priores Reges litium omnium iudicia ad ſe reuocaſſent, ipſe primus, maieſtatis, ac læſæ reip. criminum cognitionem ſibi reſeruans, priuatarum actionum omnium alios, quos voluit, iudices è Senatu ſumpſit: hiſque leges præſcripſit ſecundùm quas iudicarent. Tum etiam, vt iniuriarum materiam in contractibus ac venditionibus auferret, menſuras, ac pondera certa populo Romano conſtituit, atque æs primus ſignauit nota pecudum: vnde pecunia appellata eſt. Antea Romæ rudi ære vſos eſſe Plinius ex Remæo prodit lib. XXXIII cap. III. Itaque libris æs, argentumque expendere tum moris erat. Vide Dionyſium, & Auctorem de viris illuſtribus cap. VII.

Actionum priuatarum leges Tulliæ.

Pecunia vnde dicta.

Fœdera, ac ſacra Latina. Fœdera inſuper æqua, legesq́ue Romano & Latinis conſanguineis populis communes, pacis conſeruandæ cauſſa, conſcripſit, & æreæ columnæ incidit. Templum inſuper his commune in Auentino collatis oppidatim pecunijs Dianæ ædificauit, & ſollemne ſacrificium, conuentumq́ue celebrem inſtituit, vt latiùs memorant Liuius, Dionyſius, & Auctor de viris illuſtribus.

ANN. P. R. C. CXXCII.

SER. TVLLIVS. REX. DE. ETRVSCIS. VI. K. DEC. A. CXXCII.

SER. TVLLIVS. REX. II. DE ETRVSC. VIII. K. IVN. A. CXXCVI.

SER. TVLLIVS. REX. III. A. CXXCVI.

DE. ETRVSCEIS. IIII. NON. IV.

GRAVE & diuturnum bellum initio regni ſui Seruius cum Veientibus alijſq́ue Etruſcis geſſit. In eodem virtus & fortuna eius enituit, fuſoq́ue ingenti hoſtium exercitu, haud dubius Rex, ſeu patrum, ſeu plebis animos periclitaretur, Romam redijt. Sic ſcribit Liuius nulla facta mentione triumphi: Idem M. Meſſalla, & Auctor de viris illuſtribus obiter attingunt. Dionyſius autem viginti annis bellum hoc duraſſe narrat, initio à Veientibus exorto; qui, occiſo Tarquinio, fœdus cum ipſo initum ceſſare interpretati, & Tullij, velut illegitimè regnantis, obſcuritatem ſpernentes, defectionis principes fuêre. Hos confeſtim Cæretani & Tarquinienſes ſequuti ſunt, ac vniuerſa poſtremò in armis fuit Etruria. Vtrinque non ſemel agri vaſtati, ac ſæpenumero ſignis collatis pugnatum eſt. Tullius tamen in omnibus ferè prœlijs ſuperior fuit, quotieſcunque vel in ſingulis populis, vel cum vniuerſo nomine Etruſco dimicatum eſt; adeò vt tribus ex eo bello clariſſimis triumphis ſit honoratus, ac tandem omnes Etruſcos, vel inuitos, coëgerit imperij iugum denuò recipere. Vigeſimo namque belli iſtius anno, XII. ciuitates viris pecunijſq́ue exhauſtæ in communi gentis concilio decreuerunt Romanis ſe dedere, iiſdem quibus antea conditionibus. Moxque ab omnibus populis legati Romam venerunt, ſupplices veniam precantes; atque ſe, ciuitateſq́ue omnes fidei Romanæ dedentes. Tullius verbis caſtigatos Etruſcos in gratiam recepit, ac pace iiſdem, quibus Tarquinius antè, conditionibus data, ſuo iure, ſuiſq́ue legibus viuere permiſit. Veientes tamen Cæretanos, Tarquinienſeſq́ue quia primi defecerant, atque cæteros ad bellum concitauerant, parte agrorum multauit, quos nouis ciuibus diuiſit. Hæc ferè de bello Etruſco Dionyſius, tres Tullium triumphos ex eodem reportaſſe ſcribens; cui pulchrè ſuffragantur, vt vides, Capitolina marmora, & Valerius Maximus eodem loco, quem iam antè citaui in luſtro Seruij Tullij.

Veniā pacemq́; precantur Etruſci.

ANN. P. R. C. CCXIIX.

Ser. Tullius. Ser. f. Rex. hoc. anno. occiſus. eſt.

ERANT Seruio duæ diſſimiles natura & moribus filiæ, quas regijs iuuenibus Lucio atque Arunti Tarquinijs iungit; ne qualis Anci filiorum animus aduerſus Tarquinium fuerat, talis aduerſum ſe Tarquinij liberorum eſſet. Fortè, vel Seruij conſilio ita factum volunt ne duo violenta ingenia matrimonio iungerentur; ſed diſpares omnino mentes morum diuerſitas mitigaret aliquando. Nam Lucio natu maiori, ſuperbo, & arroganti mitis, modeſta, & erga patrem pia, data eſt vxor: Arunti iuniori, probo, ac pacati ingenij adoleſcenti, ſceleſta, ferox & ambitioſa contigit. Contrahit celeriter ſimilitudo morum diſtracta vitia, vt ferè fit, & vt malum malo aptiſſimum familiari conſuetudine iungatur, amonet per ſcelus ſuum quodque obſtaculum. Nam eodem non diu pòſt fato Tullia maior, & Aruns Tarquinius, propè continuatis funeribus, efferuntur: cumq́ue domos vacuas nouo matrimonio feciſſent, inceſtis iunguntur nuptijs Lucius & Tullia minor, magis non prohibente Seruio, quàm approbante. Quod accidiſſe anno regni Tullij XL. Dionyſius ſcribit. Tum verò indies Lucio infeſtior Tullij ſenectus, moleſtius cœpit regnum eſſe: ac tandem ab ſcelerata vxore incitatus palàm regnum paternum repetere auſus eſt. Ac prenſando minorum gentium patres, admonendo paterni beneficij, iuueneſq́ue nobiles donis alliciendo, plurimos in partes ſuas trahit. Poſtremò ſtipatus armatorum agmine in forum irrumpit, & ante curiam in regia ſella ſedens, patres in curiam acciri per præconem ad Regem Tarquinium iubet. Qua re audita Seruius, dum ab Eſquilijs,

Inceſtæ Tarquinij nuptiæ.

Eſquilijs, trepido nuncio excitus, ad curiam properat, ab ipſo Tarquinio gradibus deiectus, ac præ metu domum refugiens, immiſſis percuſſoribus, occiſus eſt ad ſummum Cyprium vicum, cùm regnaſſet annos XLIV. vt Liuius & Dionyſius auctores ſunt; qui graphicè deſcribunt, quàm ſceleſtè ſit à genero L. Tarquinio trucidatus. Euſebius, Caſſiodorus, M. Meſſalla, & Sex. Victor decem annos regno Seruij detrahunt, & eius percuſſori Tarquinio adijciunt. Nos Liuium, Dionyſium, Solinum alioſque antiquiores ſequimur. *Violenta mors Seruij.*

ANN. P. R. C. CCXIX.

L. TARQVINIVS. SVPERBVS. REX. VII.

L. Tarquinius. L. f. Damarati. n. Superbus. Rex. populi. iniuſſu. &. ſine. patrum. auctoritate.

REGNVM inuaſit, occiſo Seruio Rege ſocero ſuo, quemadmodum Dionyſius, & Oroſius volunt, anno quarto Olympiadis ſexageſimæ primæ, qua in ſtadio vicit Agatarchus, principe Athenis Heraclio. Hoc vltimum Romæ regnum fuit, quod ſcelere partum per ſummam libidinem, ac tyrannidem in ciues, & ſocios, ſublatis legibus à Tullio alijſque Regibus latis, exercuit L. Tarquinius: Cui idcirco à moribus Superbi cognomen eſt inditum; vel quia ſocerum gener ſepultura prohibuit, Romulum quoque inſepultum perijſſe dictitans. Cæterum metuebat, ne, ſi funus pompa regia per Vrbem duceretur ſolemnibus cæremonijs, mota deſiderio Tullij plebs forte ſeditiones concitaret, atque impetum in ſe ſuoſque faceret; vt multis ſæculis poſtea Iulio Cæſare occiſo contigit. Porro Tarquinium hunc L. Priſci Regis filium, Damarati Corinthij nepotem fuiſſe, ex fragmentis Capitolinis colligimus; quam opinionem ſequuntur etiam Liuius, Gellius, Fabius Pictor, alijque vetuſtiores multi. Dionyſius tamen varijs argumentis contendit L. Priſci nepotem potius fuiſſe, neque diſſentire videtur L. Florus. Nobis verò Capitolinos prorſus auctores inſequi propoſitum eſt. *L. Tarquinius quare Superbi cognomen adeptus.*

Regnum adeptus eſt Tarquinius, mox primores patrum, quos Seruij rebus fauiſſe credebat, falſis inuolutos criminibus, interfecit. Cumque ad ius regni nil quicquam præter vim haberet; vt qui nec populi iuſſu, nec auctoribus patribus regnaret, & nil ſpei in charitate ciuium reponeret, ſatellitibus armatis corpus aſſiduè circumſepſit, atque perpetuis excubijs ſemet tutum reddidit. Et metu regnum tutandum ratus, eumque omnibus incutiendum eſſe, cædes à prima nobilitate incepit, & cognitiones capitalium rerum, ſine conſilio iudicum, per ſe ſolus exercebat. Eaque via pro arbitrio occidere, in exilium agere, bonis multare poterat, non ſuſpectos modò aut inuiſos, ſed vnde aliquid prædæ ſperare poſſet. Senatus numerum præcipuè imminuit, ſtatuitque nullos in patres legere, quò paucitate ipſa contemptior eſſet ordo. Morem quoque à Regibus obſeruatum, ſemper de omnibus conſulendi Senatum, primus ſoluit, & rempub. domeſticis conſilijs adminiſtrauit. Bellum, pacem, fœdera, ſocietateſque per ſe, ipſe cum quibus voluit, iniuſſu populi ac Senatus fecit, diremitque. Latinorum ſibi maximè gentem conciliabat, vt peregrinis etiam opibus tutior inter ciues eſſet: nec hoſpitia modo inter primores, ſed affinitates quoque; filia, Octauo Mamilio Tuſculano, Latini nominis vetuſta nobilitate, diuitiiſque longè principi, nuptum data, iungebat. Quibus auxilijs fretus, ac nihil non auſus omnia præclara Regum, ac maximè Seruij Tullij inſtituta, legéſque, quibus libertatem munierant, & ius ciuium æquarant, aboleuit: Vnicoque edicto ferias, cœtus, & conuentus omnes ſacrorum, ac amicitiæ cauſſa inter ciues fieri ſolitos per tribus, curias, vicos, compita, pagóſque, tam in Vrbe quàm in agris paſſim ſuſtulit, ne multis in vnum locum conuenientibus, conſpirationes occultæ contra tyrannidem fierent. Immiſcuit etiam populo clancularios inquiſitores, delatoréſque mercede conductos; qui inter conuiuia, atque confabulationes interdum de tyranno malè loquentes pertentabant animos ſingulorum ciuium: deinde quos ſenſiſſent præſentem rerum ſtatum ægrè ferre, deferebant ad Principem; qui, vt ſeditioſi, mox bonis occupatis rapiebantur ad ſupplicium. Nobilium idcirco prudentiorúmque maior pars, non ignari cur appeterentur inſidijs, priuſquam calumnijs opprimerentur, alio commigrantes, ſponte Vrbem *Tarquinij tyrannis.* *Inquiſitores conducti.*

E 2 tyranno

Cenſus ſublatus.

tyranno relinquebant. Cùm igitur à nobilitate nihil ampliùs eſſet periculi, reliquam populi multitudinem, antiquato Tullij cenſu, ne priuatæ diuitiæ cuiquam animos facerent, grauiſſimis, & inſolitis tributis exhauſit, ſummaque inſuper ſeruitute affixit. Nam conſeruatis ad militiam ſolummodo ſibi idoneis, prauis ſcilicet, audacibus, & ſceleſtis; reliquam plebem coëgit ad opera publica, ratus nihil eſſe monarcharum potentiæ periculoſius, quàm ſi egena ciuium turba permittatur in ocio viuere. Quos igitur ſtudio ad egeſtatem redegerat, eorum aſſiduos labores vili ſalario diurno, modicoque frumento in afflicta paupertate ſuſtentabat. Horum igitur manibus imperfecta patris ædificia in principatu ſuo abſoluere voluit, Capitolinum templum à fundamentis extruere; circum maximum, qui nihil præter gradus habebat, circumdare tectis porticibus; cloacas, à patre L. Priſco inchoatas, vſque ad fluuium perducere, & vnam maximam ſui nominis relinquere. Atque ideo Quiritium foſſas appellari cloacas iſtas vult Auctor de viris illuſtribus, quia ciuium viribus ad eas perficiendas eſt vſus Tarquinius. Crudelis vltra modum in puniendo dicitur etiam fuiſſe; ipſe enim primus Romæ exilia, metalla, latomias, ad pœnas excogitauit, vt Euſebius in Chronico prodit; & vincula, catenas, compedes, taurea, fuſtes liberis ac ingenuis corporibus primus admouit. Itaque fatorum induſtria factum videtur, vt agitato tot tantiſque iniurijs populo, regni tædio exoptatior tandem maturiorque veniret libertas. Hactenus vt de tyranno, nunc ſi quæ boni Principis officia præſtitit, dicendum erit. Nihil enim tam malitioſum natura producit, cuius nulla in re poſſit eſſe vtilitas.

Capitolium. Circus maximus. Cloaca. Cloaca maxima. Quiritium foſſa. Crudelitas Tarquinij.

IsQ. Vrbem. Capitolino. templo. auguſtiorem. reddidit.

Capitolij origo, eiuſdemq; deſcriptio.

IVVAT Taciti verba adducere breuiter eius templi celeberrimi originem & caſus libro xix. deſcribentis; Vbi eius narrat incendium quod bello Vitelliano contigit. Vouerat, inquit, Tarquinius Priſcus ex bello Sabino, ieceratque fundamenta, ſpe magis futuræ magnitudinis, quàm quo modicæ adhuc pop. Romani res ſufficerent. Mox Ser. Tullius ſociorum ſtudio, deinde Tarquinius Superbus capta Sueſſa Pometia, hoſtium ſpolijs extruxêre; ſed gloria operis libertati reſeruata. Pulſis Regibus Horatius Puluillus II. cos. dedicauit ea magnificentia, quam immenſæ poſtea populi Rom. opes ornarent potiùs, quàm augerent. Dionyſius tertio poſt exactos Reges anno dedicatum eſſe dicit, libera iam ciuitate, illúdque etiam ita deſcribit: Situm eſt atque fundatum in alta crepidine Tarpeij montis ambitu octo iugerum, ducentis ferè pedibus patens per latera ſingula, pari propemodum longitudine atque latitudine, vixque quindecim pedum differentia. Nunc in iiſdem fundamentis ætate patrum, maiore luxu quàm conditum fuerat, inſtauratum eſt. Frons eius quæ meridiem ſpectat, porticum habet cum triplici columnarum ordine, in lateribus ordo duplex eſt. Tres ædes pares communibus continentur lateribus; media Iouis, hinc & inde Iunonis & Mineruæ, ſub eodem tecto & pinnaculo. Huius aream cùm planaret L. Priſcus Rex, & exaugurarentur ſacella, locáque ſacra; cæteris dijs Ioui cedentibus, reſtitêre Terminus ac Iuuentas. Placuit vatibus, vt ait Florus, contumacia numinum; ſiquidem firma ac æterna omnia pollicebantur. Rurſus, quod mirum dictu, cùm altiùs moliretur fundamenta Superbus, caput humanum recens integra facie in ijs repertum eſt; quæ viſa ſpecies, locum illum arcem imperij, ac caput rerum fore portendebat. Idq; ita cecinere vates, vnde etiam Capitolium nuncupatum eſt. Sed de huius celeberrimi templi initio plura vide apud Liuium lib. primo, & Dionyſium libro quarto, & Plutarchum in Poplicola.

Capitolium à capite ibidem inuento dictũ.

Ferias. Latinas. inſtituit.

Feriarum Latinarum origo.

CVM Latini nominis populos ſibi L. Superbus per eorum principes conciliaſſet, fœdus cum iiſdem renouauit, habito conuentu ad lucum Ferentinæ. Vbi cùm Princeps Latinorum appellatus eſſet, cum ea poteſtate qua pater eius L. Priſcus, & Ser. Tullius fuerant; vt ſempiternum maneret id fœdus, inſtituit, vti, quemadmodum Latinorum magiſtratus reip. cauſſa conuenire ſolent ad lucum Ferentinæ; ita ſacrorum cauſſa quotannis ſemel in montem Albanum à ſupremo Romano magiſtratu cogerentur, vt Ioui Latiali communi conſenſu ſacra facerent, ferias, ac mercatus celebrarent, atque vnà epularentur. Conueniebant autem Latini nominis populi fœderati quadraginta ſeptem, & conferebat quiſque ad ſacra ex pacto ſuam partem, adferebantque eorum quidam agnos, alij lac, alij caſeum, liba nonnulli. Victima erat taurus communis omnium, quo demum à Romano

Iupiter Latialis.

mano magiſtratu pro omnibus Ioui immolato, ſuam quiſque populus ex eius carne partem accipiebat. Idque ſollemne Latiar appellatum eſt, atque etiam ad extrema Romanæ reip. tempora in vſu fuit. Non enim antè conſules paludari exire in prouincias conſueuerant, quam ferias Latinas indixiſſent, atque eas cum Latinarum ciuitatum magiſtratibus in monte Albano celebraſſent. His verò ferijs vnum diem dedicauerat L. Superbus Rex; mox expulſis Regibus alter eſt additus; tertius poſtea fœdere Latinis reddito à Sp. Caſſio cos. quartus demum Anarchia ſublata, & diſcordia de plebeio conſulatu compoſita, anno ſcilicet Vrbis CCCXCVI. quemadmodum ex Dionyſio, Liuio, & Plutarchi Camillo alijſque colligimus.

Latiar.

Libros. Sibullinos. reipublicæ. comparatos. II. viris. inſpiciendos. ſeruandosq. dedit.

VARIA prodiderunt veteres auctores de libris iſtis Sibullinis. M. Varro namque in libris rerum diuinarum, quos ad C. Cæſarem pontificem maximum ſcripſit, eos L. Priſco Regi oblatos eſſe dicit, quem ſequitur etiam Suidas ex recentioribus. Dionyſius autem, Gellius, Plinius, alijque Tarquinio Superbo Regi præſentatos affirmant; remque ita ferè accidiſſe memorant. Anum peregrinam ac ignotam tyranno nouem oraculorum ſuorum libros venales attuliſſe, trecentiſque aureis Philippeis æſtimaſſe: Regemque aſpernatum precij magnitudinem deriſiſſe mulierem & deliram. Mox illam in conſpectu Regis tres combuſſiſſe ac pro reliquis idem precium poſtulaſſe; Tarquinium multò magis riſiſſe mulierculæ inſaniam, quod idem ex paucioribus precium vellet. At illam nihil mutatam tres alios denuò combuſſiſſe, placideque Regem rogaſſe, num tres reliquos pro eadem ſumma ſeruare vellet; eáque confidentia Tarquinium perpuliſſe, vti conſultis auguribus librorum iſtas reliquias trecentis aureis emerit. Mulierem verò, cùm libros diligenter ſeruandos eſſe reip. cauſſa præmonuiſſet, diſceſſiſſe, nec vnquam poſtea comparuiſſe. Creditum deinde Sibullam Cumanam fuiſſe, nomine Amalthæam; quam alij Demophylen, vel Herophylen quoque nuncupant, vt à Varrone & Suida traditur. Et Sibullarum celebrium ſeptimam fuiſſe volunt; omnes enim fatidicas mulieres Sibullas appellitare ſolent. De libris etiam diſcrepant auctores. Plinius enim libro & cap. XIII. affirmat inter omnes conuenire Sibullam ad Tarquinium Superbum tres attuliſſe, ex his igne duos crematos ab ipſa, ſeruatum tertium poſtea cum Capitolio Sullanis temporibus incendio item perijſſe. Suidas autem ex nouem libris duos dumtaxat à Sibulla combuſtos, reliquos ſeptem ſuperfuiſſe tradit. Quicquid tamen emptum eſt librorum, ſiue tres, ſiue vnus, ſiue ſeptem fuere, deinceps religioſiſſimè, tanquam oracula diuinitus miſſa, ſeruabantur à Romanis; eorumque cuſtodiam Tarquinius primùm commiſit duouiris in hoc creatis ex numero patriciorum illuſtrium; duóſque his addidit ſeruos publicos. Addunt Dionyſius & Val. Maximus lib. I. ex II. viris alterum, M'. Tullium nomine, Tarquinij iuſſu culeo inſutum, in mare abiectum fuiſſe, quòd librum ſecreta ciuilium ſacrorum, vt Valerius ait, continentem, cuſtodiæ ſuæ commiſſum, corruptus, Petronio Sabino deſcribendum dediſſet. Dionyſius M. Atilium vocat, ſed, ni fallor, mendoſus eſt locus. Atilios enim patricios, tantæ præſertim antiquitatis, non inuenio, præter vnum L. Longum qui anno CCCIX. ex primis trib. militum conſulari poteſtate fuit. Tullij verò iam tum ſtirpe regia clareſcere inter patricios ante Reges exactos cœperant. Expulſis non diu pòſt Regibus, à populo item creati ſunt II. viri. ſacris faciundis ex patriciorum illuſtriſſimis, qui per omnem vitam eo fungerentur ſacerdotio, immunes à militia, & oneribus omnibus. Non tamen horum priuatæ cuſtodiæ, vt antea fuerant, crediti ſunt libri. Iam enim intellecta eorum religione, atque vtilitate; veluti ſacratiſſima pignora ex S. C. publicè in Iouis Capitolini ſacratio in arca lapidea reconditi fuere. Quos inſpicere priuatim nemini licebat, ne II. viris quidem, niſi S. C. priùs mandatum fuiſſet. Quod decernebatur plerumque metus publici cauſſa, cùm vel prodigia, vel peſtis, vel ſeditio ciuitatem terreret: vel grauis aliqua belli calamitas alicunde imminere videretur. Tum II. viri S. C. iuſſi libros Sibullinos non ſine cæremonijs ac ſacrificio publicè adibant; ex ijſque oraculis velut ex Delphico tripode, malorum impendentium cauſſas, ac remedia petebant: quibus ſacrificiis ludisve deorum ira placari, aduerſitatéſque impendentes à repub. auerti poſſent. Ex horum deinde relatione ac ſententia Senatus vel ludos, vel lectiſternia, vel ſacrificia malorum auerruncandorum cauſſa publicè decernebat. Quæ omnia vt ritè peragerentur II. viris cura incumbebat. De quibus ſua etiam commentaria conficere ſolebant, ac in tabulas referre: quibus ritibus ſacrificiiſque caſus & prodigia ſingula rectè vel malè fuiſſent procurata: vt poſteri ex ijs diſcere ſacra, rerúmque euentibus proſpicere poſſent. Inſuper

Libros Sibullinos vt Tarquinius adeptus ſit.

Sibulla Cumana.

Sibulla.

II. viri ſacrorum.

M'. Tullius culeo inſutus.

Sibullinorum librorum ſumma religio & cuſtodia.

II. virûm commentaria de Sibullinis libris.

Ludi ſæculares.

Inſuper vt ludi ſæculares ex oraculo item Sibullæ primùm inſtituti, debitè, ac ſuo tempore pro ſalute, atque æternitate Imperij Romani fierent eorum muneris erat. Præſidebantque ipſi ex officio ſumptuoſiſſimis ac celeberrimis ludis; & magiſtratus exequebantur ex eorum præſcripto ritus cæremoniarum, vt auctor eſt Tacitus lib. xi. Itaque creuit ſucceſſu temporis & auctoritate & numero collegium illud; cùm illuſtriſſimi quique & ornatiſſimi

X. viri ſacrorum.

ciues in iſtud cooptarētur. Nam ex duouiris deinde facti ſunt x. viri anno Vrbis cccxxciii. lege Sextia Licinia, cùm in illa diſſenſione ac ſolitudine curulium magiſtratuum tribuni plebis regnarent, cautumque tunc vt partim ex patricijs, partim ex plebe deinceps cooptarentur.

Magiſtri x. virum duo.

Tumque duos magiſtros ex ſenioribus, ni fallor, collegium habere cœpit, vnum ex patricijs, alterum ex plebe. Atque is numerus manſit vſque ad L. Sullæ dictaturam. Qui cùm remp. conſtitueret, augeretque ſacerdotia, quinque alios collegio x. virûm adiecit, appellariq. cœpere xv. viri ſacrorum, vel ſacris faciundis. Et poſtea nomen mutatū non eſt, quamuis Cęſarum tempore ſæpiùs auctum fuerit collegium, numeruſque ſacerdotum ex-

XV. viri ſacrorum.

creuerit ad ſexaginta, xv. viri tamen ſemper ſunt appellati, quemadmodum Seruius Grammaticus teſtatur in vi. Aeneidos. Colligimus autem ex Capitolinis Faſtorum fragmentis, ludis ſæcularibus Auguſti, collegium iſtud quinque magiſtros habuiſſe, atque inter eos ipſum Auguſtum; vt iam tum vltra quindecim fuiſſe videantur, ſi conſideres x. viri cùm eſſent duos eos magiſtros habuiſſe. Sed plura ſuis locis offerent annales noſtri, vt omnia hic particulatius adferre ſit minimè neceſſarium.

ANN. P. R. C. CCXXVII.

L. TARQVINIUS. L. f. anno. CCXXVII.
DAMARATI. n. Superbus. Rex. de Volſceis. //. //. //.
L. TARQVINIUS. L. f. Damarati. n. ann. CCXXVII.
SVPERBUS. Rex. II. de. Sabineis. //. //. //.

TARQVINIVS in ciues omnes cædibus ac ſuperbia graſſatus, cùm ſæuitiam iam domi fatigaſſet, tandem in hoſtes conuerſus eſt, conſtabilito iam regno, & adiuncta ſibi priuatim Latinorum populorum, vt dixi, amicitia & ſocietate. Itaque Romanum exercitum, delectu extra ordinem habito, ex ijs tantum conſcripſit, quibus arma tutò poſſet credere; legioneſque Romanas triplò maioribus exterrnorum auxiliorum copijs circumſepſit, ne quid nouarum rerum ab ipſis, pro libertate, tentari poſſet. Non tamen vt iniuſtus Rex in pace, ita militiæ dux admodum prauus fuit; audax nimirum, aſtutus, & ſecretus.

Bellum Volſcum.

Primus Romanorum ducum, vt auctor eſt Liuius, Volſcis bellum intulit; quod motum per ducentos ampliùs annos, poſt ſuam ætatem, durauit.

Sueſſa Pometia vi capta.

Quibus primùm prœlio victis Sueſſam Pometiam florentiſſimam eorum vrbem obſidione cinctam, crebris oppugnationibus vi cepit, ac armatis omnibus occiſis, reliquam captiuorum multitudinem, cum omni præda, militibus diuiſit. Aurum tamen argentumque omne colligi ac ſeponi voluit, ex eoque decimas ad templi Capitolini fabricam ſeruauit: reliquum militibus etiam diuiſiſſe ſcribit Dionyſius, tantumq. auri argentique repertum eſſe, vt quinæ argenti minæ obuenirent ſingulis, decimæque ſacratæ explerent quadringenta argenti talenta. Aſtipulatur

*Malè in nonnullis exemplaribus * quadraginta.*

Liuius, captiuam pecuniam in ædificationem templi ſepoſuiſſe dicens, vſque ad * quadringenta auri argentique talenta: cúmque tum animo concepiſſe templi Iouis amplitudinem, quæ deûm hominúmque Rege, quæ Romano Imperio, quę loci ipſius etiam maieſtate digna eſſet.

Templum Capitolinum.

Signia, Cercei coloniæ.

Subactis igitur vtcumque iſta victoria Volſcis, in eorum agros Signiam & Circeios deduxit colonias, præſidia vrbi futura terra marique, vt ait Liuius. Illā caſu, dum milites in Volſco hybernantes caſtra in modum oppidi communiiſſent: Circeios autem, loci oportunitate ductus, quod agro Pomptino latiſſimo ab vna parte, & mari infero immineret ab altera illud oppidum, ſicut auctor eſt Dionyſius.

Bellum Sabinum.

Sabinos etiam imperium detrectantes, & agrum Romanum incurſantes Tarquinius bis, térve prœlio ſuperauit, atque non ſolùm ad pacem, ſed ad tributa etiam in poſterum pendenda compulit. Triumphorum tamen, quos duos egiſſe ex Capitolinis fragmentis facilè, vt vides, colligimus, nuſquam apud auctores mentionem reperio. Eos autem de Volſcis ac Sabinis actos ſuſpicamur; quòd has maxime gentes bello ſubactas à Tarquinio fuiſſe teſtentur præter Liuium & Dionyſium, M. Meſſalla, Eutropius, & Auctor de viris illuſtribus.

Volſci.

Volſci prope Circeios locati à Plinio lib. iii. cap. v. à Mela, poſt Latium prope Campanos cis & vltra Vfentem, mare verſus. Quos Latio quidem ex parte incluſos, ſæpiùs antiqui inter Latinos non numerârunt, quemadmodum nec Æquos, nec Hernicos: quia in

eodem

eodem cum priſcis Latinis fœdere, vel ſocietate non erant. Regionis tamen ſitu inter Latinos numerabantur ſemper: Itaque non malè L. Florus Volſcos peruicaciſſimos Latinorum appellat, atque quotidianos propè Romanorum hoſtes. Dionyſius lib. IV. Ecetranos & Antiates principes Volſcorum populos nominat. Liuius lib. IV. Antiates, Artenates, Ægritas & Anxures: item lib. VIII. Veliternos & Signios. Ab alijs oppida alia Volſcorum recenſentur, Circei, Arpi, Corioli, Cenone, Sueſſa Pometia, Sora, Frabrateria, Priuernum, Longula, Poluſca, Satricum, Fregellæ. Valerius Max. Volſcus populus, vt Romanus, dixit.

ANN. P. R. C. CCXLIV.

L.Tarquinius.L.f.Damarati.n.Rex.hoc.anno.Vrbe.&.regno. exactus.eſt.populiq.Romani.libertas.aſſerta.a.d.IX.Kal.Iun.

POPVLVS Romanus tamdiu ſuperbiam ac tyrannidem Tarquinij Regis perpeſſus eſt, quamdiu aberat libido: quæ tandem mutationis occaſionem diu deſideratam obtulit, cùm Sex Tarquinius, maior natu tyranni filius, ornatiſſimæ, pudiciſſimæq. matronæ Lucretiæ vi ſtuprum intuliſſet: & matrona nobiliſſima in mariti, parētis, amicorúmque conſpectu dedecus ferro expiaſſet. Tum populus Romanus iniuriarum, ac ſeruitutis pertæſus, ſemet intueri, de libertate cogitare. Primùm Collatiæ, vbi atrox facinus commiſſum erat, arma contra tyrannum capta, L. Iunio Bruto tribuno celerum duce: mox Romæ incenſa præſenti rerum indignitate cuncta multitudine; vbi omnium ordinum conſenſu comitijs habitis, imperium illegitimum tyranno, qui Ardeam tunc obſidebat, abſenti abrogatum, atque Tarquinius cum coniuge & liberis exulare iuſſus eſt IX. Kal. Iun. Qui dies libertatis primus poſtea faſtis ſacris adſcriptus idcirco Regifugium eſt appellatus. Brutus Romæ iunioribus qui vltrò nomina dabant lectis, armatiſque: ac cuſtodia Vrbis Sp. Lucretio præfecto mandata, ipſe ad concitandum inde aduerſus Reges exercitum Ardeam in caſtra eſt profectus, alia via, quàm qua Tarquinius trepidis excitus nuncijs Romam, ad comprimendos motus, eodem tempore veniebat. Cui portæ clauſæ, exiliumq. perpetuum denunciatum. Brutum liberatorem Vrbis læta caſtra accepere, exactique mox inde liberi Regis duo Titus & Aruns, patrem ſecuti ſunt, atque ſimul exulatum Cære in Etruſcos iuerunt. Sex. Tarquinius Gabios proditione iam priùs occupatos tanquam in ſuum regnum profectus, ab vltoribus, vt ait Liuius, veterum ſimultatum, quas ipſe ſibi cædibus, rapiniſq. concitauerat, eſt interfectus. Aliter tamen ſentit Dionyſius. Atque hoc illegitimum, paricidioq; partum regnum Romæ meritò fuit vltimum, quod per annos XXV. durauerat Liuio Dionyſioque auctoribus, quos Solinus etiam alijque ſequuntur. Euſebius, Caſſiodorus recentioreſq. nonnulli, qui Ser. Tullio decēnium, vt dixi, adimūt, triginta quinque annos Superbum regnaſſe tradunt. Qui quàm leuiter, ob vitia ſua, filijque enorme facinus, tanti imperij poſſeſſione ſit exutus, notiſſimū eſt vel vtcunque hiſtoriæ Romanæ peritis; cùm pulchrè & diffusè iſta narrent Liuius, Dionyſius atque Ouidius Faſtorum ſecundo Regifugium deſcribens. Regnatum quidem Romæ fuiſſe annis CCXLIII. volunt Solinus, Meſſalla, Sex. Rufus, Eutropius, D. Auguſtinus & Oroſius; hiſq. etiam ſuffragantur Capitolini faſti, quos ex profeſſo ſequi decretum eſt, quamuis Liuius & Dionyſius annū vnum adijciant, & Tarquinio Priſco adſcribant, cum annos XXXVIII. regnaſſe dicentes, & non vt cæteri XXXVII. Itaque fit vti plerumque hi duo auctores, alijq. nonnulli qui eos ſequuntur, anno vno differant à faſtis Capitolinis. Quod malum ex annaliū diuerſitate proueniſſe, tam Liuius, quàm Cicero in Bruto tradit; in quibus etiam antiquitus varia & incerta temporum ratio fuit, præſertim ad quingenteſimum ferè Vrbis annum, quoúſque etiam incerta incundi conſulatus tempora fuiſſe, ex hiſtoria facilè colligimus.

Cauſſa mutatæ reip. à Lucretia.

Regifugium.

Sex. Tarquinius Gabijs interfectus.

Quamdiu Romæ regnatum.

AVCTORVM LOCA CORRECTA, VEL DECLARATA

ANNALIVM POPVLI ROM. LIBRO PRIMO.

Aelij Spartiani, pag. 4. P. Ouidij Naſonis poëtæ, pag 12. 24. C. Plinij maioris. 16. Euſebij Cæſarienſis. 23. D. Auguſtini. 22. Plutarchi. 25. Auctoris de viris illuſtribus. 30. Sex. Pompei Feſti. 12 33. 34. M. Tullij Ciceronis. 34. Macrobij. 38. L. Iulij Flori. 42. Dionyſij Halicarnaſſei. 31. 53. T. Liuij. 54.

FINIS LIBRI PRIMI

TVRANNIFVGIVM
LIBER II.
ANNALIVM POPVLI ROM.
PER STEPHANVM VINANDVM PIGHIVM CAMPENSEM.

PRÆFATIO IN LIBRVM II.
AD
PERILLVSTREM AC VALDE GENEROSVM VIRVM, D. GOMESIVM DE AVILA, VELADAE MARCHIONEM, ARCHIOECONOMVM ATQVE PRIMVM A CONSILIIS SERENISSIMI PHILIPPI III. HISPANIARVM PRINCIPIS.

NON SINE CAVSA, Marchio virtutum omnium ornamentis conſpicue atque illuſtris, veteres illi vates ſublimia ſummi Dei cælorumque myſteria paucis adeunda, neque non etiam præcipua naturæ rerumque ſecreta procul admodum à ſtupidis ingenijs, & vulgi profanis auribus eſſe voluerunt: queis cæca temeritate quadam procliue eſt, controuerſari ſemper, & quiduis non intellectum vili facere, vel, vt falſum reprobare. Publicam igitur ciuilis vitæ pacem qualicunque religionis diſciplina conſeruare cupientes, hanc ſolam in terris beatitatem vitæ quæſierunt illi rerum publicarum ac ciuitatum conditores, qui poëtica quadam licentia deorum, neſcio quot, millia, atque portentoſa fabularum infinita mendacia produxerunt in publicum: quo plebeios, & viles animos perplexa vanitate ſuſpenſos & occupatos, ab ipſis ſacris myſterijs auerterent. Non roſas itaque porcis, ſed dignas plerumque rudibus labris præbuere lactucas, gulamque ruſticorum hominum inſulſam pinguioribus ſaturarunt pulpamentis: atque ipſa myſteria tanquam delicatiores ſecundæ menſæ mattyas nobilioribus animorum palatis reſeruarũt, ſed condimentorum varijs inuolucris ita tectas, vt nunc admodum pauci repetiantur, quibus penitiores earum medullas rectè deguſtare contigerit. Cuius vt opportunum hîc adferam obiter exemplum, Veneres populo finxere plures, Cupidinum, vel Amorum turbas; ſicut eas nobis Philoſtratus, Apuleius, Propertius, & alij depingunt: multiplicia quoque nomina, ſacrificia, & ſimulachra proferunt. Quemadmodum enim in rebus humanis caſuum, & obiectorum indies infinita varietas eſt; ita in animis ac ſenſibus noſtris hæc cupiditates innumerabiles excitat, & affectionum turbas producit. Verùm doctis ingenijs vnam dumtaxat, vel duas Veneres, geminumque Cupidinem repræſentant. Cùm enim vna Venus nil aliud ſignet, quàm ex pulchro placitoque venientem delectationem, vel voluptatem; ſic huius voluptatis deſiderium ipſiſſimus habebatur

Myſteria ſacra cur profananda non ſint.

Falſa religionis olim finis ac vſus.

Non roſæ porcis dandæ, ſed lactucæ labris dignæ.

Veneres plures, & Cupidinum turbæ.

Venus quid.

Cupido quid. batur Cupido, quem ideo Veneris filium, vel, vt Plato voluit, aſſeclam, & indiuiduum comitem eſſe fingebant. Apud hunc quidem Pauſanias in Sympoſio de Amore diſſerens, principes animæ noſtræ facultates conſiderans, duas Veneres producit, atque deſcribit, vnicuique ſuum tribuens Cupidinem. Quarum vnam antiquiorem tradit à Cælo deo ſine matre genitam, alteram iuniorem ex Ioue & Dione. *Venus Cælo patre ſine matre genita.* Illam cum ſuo Cupidine cæleſtem vocari, hanc verò cum ſuo popularem atque communem, nec tantæ venerationis. Et hæc ille non tam ex ſua, ſed ex profundiſſima poëtarum antiquiſſimorum philoſophia miris fabulis obtecta pulchrè proſequitur. Atqui Venerem iſtam duplicem, Amoremque geminum Platonici conantur accuratiùs interpretari. Cæleſtem etenim illam primam Venerem, quam Orpheus, Herodotus, Græcorumque *Vrania quid* vetuſtiſſimi vocarunt Vraniam, mentis intelligentiam eſſe volunt votis ſummis à Deo petendam. Quam Cælo patre ſolo prognatam fabulati ſunt poëtæ ſine matre, quòd hæc ab vno ſummo Deo ſine materia ſui ſacroſancti Spiritus *Cælus deus.* fauore proueniat. Cælus etenim vel Vranus ipſis rectè nominabatur creator omnium ſummus Deus, quem Orpheus in hymnis ſuis mundi patrem omnia videntem, ac antiquiſſimum principium finemque rerum non ineptè canere idcirco videtur. Cuius patris viuificum ſemen, vel illuminans gratia Saturni *Saturni falx.* falce exectum, id eſt, contemplationis acumine petitum in animorum mare fluidum promanat, & ignei caloris ſui radijs ſpumas, hoc eſt, motus excitans, in animis humanis Venerem illam cæleſtem generat, boni pulchrique ſcilicet intelligentiam, & ſummam eius voluptatem, gaudiumque inæſtimabile mentibus infundit, producitque ſimul ſummi boni pulchrique (qui ſolus eſt Deus) deſiderium & amorem, id eſt, Cupidinem, quem ideo poetria Sappho ex Ve- *Cupido Veneris & Cæli filius.* nere & Cælo natum cecinit. Hic veterum poëtarum caſtus, & ſanctus eſt Cupido, qui aureis inſtructus alis & armis alta ſemper primigenia ſua quærens ardua petit: & quoquo vorſum ſeſe pennis ſuis incitans, puram ſecum vbique per mundum ducit lucem, pulchri bonique ſplendorem animorum oculis of- *Phanetes.* ferens, à quo pulchrè Phanetem Orpheus in Argonauticis, & hymnis ſacris appellauit. Amor enim quærit, & inuenit, inueniendoque illuminat, & delectat vehementer: eaque de cauſſa Venus huic ita blandiri non dubitat apud Maronem poëtam:

Nate meæ vires, mea magna potentia ſolus.

Hunc Phædrus Myrrhinuſius apud Platonem ex Heſiodo, Orpheo, & Acuſilao poëtis antiquiſſimum aſſerit, cuius originem atque parentes nullus vel pri- *Venus altera popularis.* uatorum, vel poëtarum apertiùs explicare potuit. Venus autem altera corporum genitrix cum ſuo Cupidine procul à iam dictis numinibus ſæpe manet & diſcrepat, quam Iouis ac Diones filiam comminiſcuntur poëtæ. πάνδημον ab Athenienſibus dictam legimus, quaſi publicam, atque vulgarem: cui Solon Athenis primus templum erexit. Platonis verò diſcipuli hanc animæ mundi *Saturnus. Iupiter. Venus.* tertiam facultatem eſſe diſſerunt; Saturnum appellantes primam, qua intelliguntur ſuperna, Iouem deinde ſecundam, qua cæleſtia mouentur; Venerem denique tertiam, qua generantur inferiora. Iupiter igitur in anima mundi vis mouens cæleſtia producit ex Dione, id eſt, mundi materia potentiam ac voluptatem generandi, quæ Venus eſt altera. Nec huic ſuus Cupido deeſt, generandi propagandique, nimirum, appetitus & deſiderium. Et hic eſt ille Cupido, *Porus & Penia Cupidinis alterius parentes.* quem Porus copiæ Deus nectaris ebrius poculis in hortis Iouis feſto die Veneris natalitio cum Penia inopiæ dea concumbens procreauit, natumque Veneri in adoptionem dedit, vnde poſtea creditus eſt Veneris filius, quemadmodum elegātiſſimè Diotima vates apud Platonem in Sympoſio fabulatur. Nobilitauit itaque Deus in primis hominem microcoſmum ſuum duabus præclaris

claris dotibus, virtute ſcilicet, intelligendi, qua poteſt rerum cauſſas perſcrutari; & altera generandi, qua poteſt poſteritati conſulere genus ſuum propagando, multiplicandoque. Et trahit ſua quemque voluptas, ſuumque deſiderium tædij laboriſque remedia. Gemina porrò iam dicta voluptas duæ Veneres habentur, quas & gemini ſequuntur Cupidines, ſuam quique voluptatem appetitus. In neutra quidem dictarũ facultatum animus humanus peccare poteſt, ſi modum ac ordinem non excedat. Si tamen mens humana cupiens altum ſapere temeraria ſua fiducia ſcandat nimium, non Vraniæ veræ, ſed falſa quadam eius imagine ductus; Titanum & Gigantum more magna ruina decidat in luctus ac tenebrarum barathrum oportet. Si rurſus illa cæleſti Venere repudiata, mentis virtus oblita ſui muneris pellacem vſque ſequitur alteram ſeſe nimium ad inferiora demittens illecebris rerum corporearum irretita, nil aliud item, quàm falſos & mortiferos eius fructus carpit. Tum varijs affectionum inſultibus impetitus animus plures ac varias ſibi Veneres, turbaſque Cupidinum fingit: ſicut pulcherrimis fabellis, & anagogis hoc nobis veteres declararunt, quas hîc exponere longum eſſet. Ceterùm quàm aptè, quæſo, aurea vel eburna vagina muniendum eſſe regium gladium anagogicôs docent? Animi nimirum impetus, ancipiti gladio non minus dubius ac periculoſus, vt ſemper humanæ rationis vagina tegendus eſt, ne noceat; ſic illius imprimis, cui Deus iuſtitiæ, & ſuum cuique tribuendi curam mandauit, in aurea prudentiæ, & eburna ſolidæ candidæque integritatis vagina diligentiſſimè cuſtodiendus eſt. Cùm verò Deus addiderit omnibus opinionis arbitrijque libertatem, gymnaſium paleſtricis animis in hac mortali vita ſpacioſum aperuit; nec deſunt vſquam validi, in tanta caſuum varietate, quibuscum luctentur, antagoniſtæ. Quapropter Veneris illius ſanctæ cæleſtis amore non inflammatus animus, cùm tepet, aut friget: palma ſe indignum reddit, quam brabeutes ille ſupremus vincentibus, ſuamque diligentibus propoſuit. Sed ô ſuperûm fidem! Quàm multi mala mentis gaudia captantes ad illam cæleſtem ſuſpicere nequeunt, alterius plebeiæ Veneris pellacia, plagiſque fallacibus affectionũ implicati? Hæc etenim vanis & inſanis cogitationibus ipſos auertit, exagitat, & deprimit: vt ab hac dea verè meritoque inſaniam apud Græcos nomen inueniſſe, non minùs ſerius quàm doctus poëta Euripides in Troadibus cecinerit.

Binæ hominis dotes, intelligendo & generando.
Gemina voluptas animi & corporis duæ Veneres.
Modus & ordo.
Regius animus vt muniendus
Liberum arbitrium gymnaſium eſſe homini cuique apertũ ad luctam.
Plebeia Venus inſaniæ ſpecie.

Τὰ μῶρα γὰρ πάντ᾽ ἐςὶν ἀφροδίτη βροτοῖς
Καὶ τοὔνομ᾽ ὀρθῶς ἀφροσύνης ἀρχὴ θεᾶς.

Ἀφροδίτη unde.

Eſt enim nil aliud quàm rationis, ac virtutis lumine carens libido, matremque hanc ſequitur ſua proles Cupido cæcus: non ille ſanctus & caſtus amor, ſed improbus & flagitioſus. Furiarum aliquando procus, vt à poëtis fingitur aptè: cùm mentis nimium commotæ tranſuerſim rapit adfectus, & ad ſcelera compellit. Tum audax, vehemens, & tyrannus à Platone vocatur, nec non ab Euripide: apud quem Abderitæ, quamuis deliri ſtupidique vulgò ſolerent haberi; prudenter tamen, & doctè canentes, exclamant:

Cupido cæcus Furiarum procus.
Cupido tyrannus.

Σὺ δ᾽ ὦ θεῶν τύραννε κ᾽ ἀνθρώπων ἔρως.
Tuque ô deum hominumque turanne Cupido.

Nil enim verius certiúsve. Nam in hominum plebeiorum animos non ſolùm noxiè, ſed multò damnoſiùs etiam, ac periculoſiùs in herôum ac principum generoſos ſpiritus ſæuire, turannidemque ſuam exercere dominium nactus ſolet. Magnis igitur, & exquiſitis admodum educationis ſanctæ, ſacræq; doctrinæ myſterijs initiandus eſt à primis vnguiculis adoleſcens PRINCIPIS animus, molleque pectus aduerſus verſutiſſimi huius cacodæmonis tela venenata Mineruæo ſalubris diſciplinæ clypeo muniendum; cui à Deo populorum cura

Vt ab animo Principis adoleſcentis Cupido tyrannus auertendus ſit.

Medicus vir multorum inſtar.

Medicus animi principis honorari ſatis nequit.

deſtinata eſt,cuius in manu gladius ſemper anceps eſt. Medicum virum ſummo dignum honore iudicauit Homerus, & hunc vnum multorum inſtar eſſe cecinit Iliados XI. quia ſanitati corporis conſulere poſſe creditur. Ceterùm aureus(vt olim Græci dicebant)fabrefactus totus ſtet meretur, qui morbos animorum pellit, & in vno capite mentis ſanitatem fouens multorum milium ſaluti conſulit. Hoc autem reipublicæ,patriæque ſuæ præſtare,magni ac planè diuini animi eſſe cordatus omnis fateri debet. Eundem in te Marchio illuſtris non poſſum ſatis admirari, nec ſatis reuerenter ſuſpicere; quo maximi noſtro ſæculo Regis adoleſcentiam ad regias virtutes euehendi curam ſuſcepiſti, ſuſceptamque magna cum omnium bonorum expectatione, gaudioque ſummo continuare non ceſſas. Præclariſſimam ſanè prouinciam iſtam, ſi ſuperis fauentibus, vti ſperamus,& votis à Deo ſummis precamur,feliciter conficere poteris: quas tibi ſit debiturus gratias orbis Chriſtianus, quis aptè ſatis exprimet? quæ præmia in terris digna ſatis decerni poterunt? Inter militarium virtutum præmia clariſſimus coronarum honos ſemper apud veteres Romanos fuit. Sed inter omnes eminebant ciuicæ, precio licet viles, ex fronde videlicet querna glandifera paſſim obuia, quæ ſeruati in prœlio ciuis vnius olim eximia merces fuit. Poſtea tamen & clementiæ Imperatorum hæc attributa eſt,poſtquam ciuilium bellorum profano ſcelere meritum videri cœpit,ciuem non occidere, ſicut non minùs aptè, quàm liberè C. Plinius maior ait. Cedebant huic coronæ murales, vallareſque, & aureæ cunctæ, quanquam precio multum antecedentes. Cedebant & roſtratæ,bis tantùm Romæ naualis victoriæ cauſſa donatæ. Dedit ſecundam Auguſtus M. Agrippæ,ſed ciuicam(inquit Plinius) à genere humano accepit ipſe. Sed quomodo? Territus proſcriptionibus ſenatus,ac feſſus ciuilibus bellis populus Romanus dedit. Quaſi verò duorum Cæſarum armis per Europam, Africam, Aſiamque paſſim ciuili ſanguine madens, terrarum orbis mox in tantam adulationem conſenſiſſet. Publico tamē numiſmate,ſignis,ſymbolis ingenioſiſſimis,atque elogijs ſplendidis hæc vbique gentium promulgata fuit. Sed cedant arma togæ. Multò iuſtiorem, meritamque magis tibi Marchio Illuſtris debebit ciuicam coronam omne nomen Chriſtianum, qui cælitus nobis datum monarcham adoleſcentem omnium regiarum virtutum panoplia, clupeo in primis fidei Catholicæ Romanæ,ac iuſtitiæ Chriſtianę gladio ritè munitum ſumma inſtruere cura non ceſſas: quo poſſit adultus multa ciuium ſuorum millia ſine ſanguine ſeruare, & ab hoſtium iniurijs tutari. Hæc animo verſans ſæpiùs, dum æui noſtri curſum, Chriſtianæque reipublicæ præſentem conditionem conſidero: non poſſum non ſemper adeò ſanctam pijſſimi maximique patris PHILIPPI noſtri Regis mentem in hoc opus ſingularis numinis ſummi ſponſæ ſuæ Eccleſiæ ſaluti proſpicere volentis prouidentia directam venerari, votiſque ſupplicibus,ab eodem hanc ipſi multis decennijs continuè ſaluam ac felicem precari; tuis prætereа laudatiſſimis conatibus faciles ac proſperos vbique ſucceſſus optare. Quapropter vt hanc meam erga Principes meos debitam deuotionem, inque tuas eximias iſtas virtutes obſeruantiam publico quopiam teſtimonio proderé, meas vſque ſolicito Muſas,vt ſcrinia ſcrutarentur & excuterent, viderentque,num quid mannæ,vel aromatum lateret, quocum ritè maiorum gentium numinibus iſtis perlitari poſſet. Quæritant diligentes ac ſedulæ: Sed quia nihil in curta ſyntheſi ſua congruum, aptúmve, vt ipſis videbatur,vel patellarijs dignum reperiunt; non ſine magnis ſuſpirijs trepidant vehementer. Ridet virginum præſul Muſagetes Apollo, animiſque ſecuras eſſe iubens, ait. Adeon' extemplò, quaſi ſub mandragora dormientes, obliuiſcimini,mentes ſolas perlitare poſſe? ſi ritè vitij contage nulla pollucere cupientes

Coronarum honos.

Ciuica querna.

Roſtrata.

Philippi Hiſp. Regis Catholici veneranda pietas erga ſuos.

Apollo Muſagetes.

cupientes deuotæ voluntatis operibus clareant, linguisq́ue faueant? Hanc ecstaſin in primis obſeruant numina, numinumq́ue in terris miniſtri boni Principes: non victimas, non munera, quorum neutiquam indigi ſunt. An vos latere poteſt, lacte, farre, ſale, vilibus πιλάνοις, atque bellarijs placari ſæpiùs ſuperos, quàm hecatombis? maximosq́ue terrarum monarchas aquę pauxillum, aut pomum aliquod ab offerentibus humaniter, ac amanter aliquoties acceptaſſe? Hoc autem non Loxiæ, ſed planè Delij oraculo virgines animatæ crepundia quæque ſua protulere, ſimulq́ue mihi pudor deterſus eſt. Erectiorq́ue factus non dubitaui ex ijs ſelectos magiſtratuum Romanorum laborioſiſſimos annales Imperij maximi gloriſſimiq́ue ſtatum ac imaginem quandam delineantes maximo glorioſiſſimoq. Regi Principi noſtro, & eius generoſiſſimo filio fontem ipſum ac exordium Imperij legitimi dedicare: vt fauſtiſſimis horum auſpicijs in lucem producerentur, & à calumnijs malè conſultæ temeritatis, atræq́ue inuidiæ tutiores agere poſſint. Votis interim ſummis Deum precatus optans, vt in iſta Chriſtiani orbis παλιγγινισία, quæ laborioſo iam æſtuare nixu videtur,

Mentem, non victimas reſpicere numina.

Loxias Apollo perplexus & obſcurus, Delius clarus & manifeſtus.

Annales Imperij maximi Regi maximo decent.

FELIX. LAETISSIMAE. SPEI. FILIO. PATER.
FELIX: AVGVSTISSIMO. PATRE. FILIVS.
FELIX. VTROQ. SACROSANCTA. CATHOLICA.
ROM. RELIGIO. DECENNIIS. MVLTIS. ESSE. POSSIT.

Εὐχή.

Hanc animi mei deuotionem ſpero Principibus maximis optimisq́ue fore non ingratam: immo, ſi cognoſcant, acceptiorem βουθυσία quauis Græcorum, vel ſolitaurilibus Romanis. Vt autem cognoſcere poſſint, εὐάγγελον διάκτορα quempiam propitiãdum eſſe putaui: qui mentis meditationes, animæq́ue noſtræ vota ad ipſos transferat. Itaque monui ſupplicaturas virgines meas, tuum in primis bonum Genium non libis, non vino ſibi conciliare curarent, ſed eius capiti congruum ex odoriferis virtutum floribus ingenioſa manu pangerent ſertum, quod præſentarent. TVRANNIFVGIVM itaque protulerunt ex annalium opere, tenuem, me Deus amet, & vilem corollam licet: non tamen vſque adeò ineptam, vt tuo Genio ſit omnino diſplicitura. Qui generoſum animum tuum nobilibus literarum ingenuarum diſciplinis ita ab incunabulis inſtruxit, vt illi facile ſit, Cupidinem illum tyrannum virtute calcare: & nihil placeat magis, quàm iſtam Regum ac Principum peſtem Deo, naturæ, atque humanæ ſocietati prorſus aduerſam fugere, & auerſari. Diuinitus igitur impulſum Regiæ Ma^tis^ iudicium autumo, quò tuas in primis dotes præclaras ſeligere voluit ad enutricandam maximi Imperij ſui ſobolem, cuius felici virtutum prouentu ac incremento vberes pacis naſci fructus, atque aureum quoddam ſæculum orbi Chriſtiano, ſuperis fauentibus, exoriri poterit. Non me vulgi fama leuis in iſtam opinionem traxit, expectationémve de te tantam temerè nobis concitauit: ſed omni fide digniſſimorum procerum de tuis eximijs virtutibus præclara teſtimonia. Splendent enim ſereni ſolis in modum per orbis Chriſtiani prouinciarum ſpacia quæcumque latiſſima. Et vt ſol viuificis ſuis radijs florum omnium oculos aperit, & ad ſe conuertit; ita quoque tuarum virtutum fama bonorum omnium mentes facilè percellit, & in admirationem ſui rapit. Quid igitur non poteſt, vel apud ignotos, & nunquam viſos ipſa vera virtus? Atque cum tua Chriſtiani orbis ac imperij ſpes præcipuas, velut Magnes ferrum, attraxerit, & ab optimo, prudentiſſimoq. Rege patre fidei tuæ commiſſas amplexetur: quid mirum, ſi in tam ſublimi theatro nunc poſita de ſe maximas expectationes excitarit? Macte igitur hac vera gloria tua generoſiſſime Marchio, & literarum artiumq. ingenuarum

Angelus bonus interceſſor propitiandus.

Tyrannifugium.

Cupido tyrãnus regũ ac principum peſtis.

Comparatio.

Philippus princeps ſpes orbis Chriſtiani.

bona ſtudia ſic tua, qua polles apud ſummos Reges, gratia prouehe: vt tuis auſpicijs renatum nobis Auguſti ſæculum lætemur, te Mæcenate nouo ſublimi feriant vertice ſidera docti virtute præditi. Quod faxit Deus Opt. Max. qui te, tuosq́ue conatus proſperet, & ad incrementum reip. Chriſtianæ dirigat, diuq́ue incolumem ſeruet. Data. Sanctis è Traiana colonia. Idibus Maijs. Anno Sal. noſtr. ∞. D. XCVII.

CHARACTER. TVRANNIFVGII. LIBRI. SECVNDI.



ARDVVS. EN. SONIPES. NIMIVM. DOMANTIA. FRENA.
DECVTIT. ET. SERVILE. IVGVM. CVM CLADE. TVRANNI.

ARGVMENTVM. LIBRI. II.

TVRANNIFVGIVM. *Liber ſecundus annorum* LVIII. *hiſtoriam complectitur: incipiens à prima reip. mutatione, qua à Regum dominatione ad optimatum adminiſtrationem peruenit. Quorum quæ auctoritas, quantaq́ue poteſtas fuerit; atque ea demum quomodo debilitata ſit, ac imminuta, paucis, quaſi per prolegomena, oſtendit. Hinc primùm duos reipub. principes annuos factos eſſe, & Conſules, nec non alijs etiam nominibus appellatos. Conſulatus originem mox graphicè deſcribit. Huius officium, ac poteſtatem: onera, & priuilegia: item ornamenta, & inſignia declarat. Inde Conſulum ſingulorum domi, foriſq́ue res geſtas ordine ſuis annalibus proſequitur: Principiò vt L. Brutus primus* COS. *collegam ſuum L. Tarquinium abdicare coëgerit, Proprios filios, cum alijs qui de Regibus reducendis conſpirârant, ſecuri percuſſerit. Et is, collega P. Valerio ſibi ſubrogato, libertatem à Regibus oppreſſam populo reſtituit. In bello denique, cum L. Superbi Regis filio Arunte congreſſus, occiditur. P. Valerius in magiſtratu, ob populi cultum, Poplicola dictus, numerum Senatorum ad trecentos auxit. Leges plures pro populi libertate tulit. Quæſtores tunc primùm, ex quorundam ſententia, fieri cœpêre. Quæſturæ*

Optimatum potentia & gubernatio prima.

Conſulatus.

L. Brutus.

P. Valerius. Poplicola.

ſturæ igitur originem, munia, ac poteſtatem paucis declarat. Bellum à Porſena Cluſinorum Quæſturæ exordium.
Rege propter Tarquinios illatum eſt, & Roma obſeſſa: ſed virtute M. Horatij Coclitis, Porſena Rex.
C. Mutij Sceuolæ, & Clœliæ virginis Rex in admiratione raptus, pacem cum Romanis fe-
cit. P. Valerius COS. *iterum, populi cenſum egit, & luſtrum Vrbis quintum cōdidit. Qui*
denique, poſt quartum Conſulatum, & duos triumphos mortuus, publica impenſa in Vr-
be ſepelitur. Ap. Claudius è Sabinis cum magno clientium comitatu Romam migrat: pro-
pter quem Claudia tribus ciuitati adiecta eſt. Octauio Mamilio Tuſculanorum principe
Tarquinij Superbi genero Latinos, Sabinos, pluresque alios vicinos populos ad reipub. Ro-
manæ excidium excitante, T. Lartius primus dictator Romæ dictus eſt, ob maximi belli Dictatura.
inſtantis metum. Dictaturæ origo atque poteſtas itaque deſcribitur: eiusq́; maximi ma-
giſtratus neceſſitas, vſus, & abuſus, ornamenta ac inſignia diſertè declarantur. A. Poſtu-
mius dictator cum Latinis ad lacum Regillenſem congreſſus, eos ingenti prælio vicit: in
quo Caſtor & Pollux inter Romanos equites viſi ſunt. Poſtumius victor de Latinis
triumphauit, quibus petentibus pax data, & fœdus renouatum eſt. Plebs Romana pro-
pter nexos, & æris alieni grauamina in montem Sacrum ſeceſſit: ſed oratione Menenij Seceſſio plebis in montem Sacrum.
Agrippæ placata, patribus reconciliatur. Tum tribuni plebis, vt quidam volunt, primùm
duo creati ſunt. Tribunitiam hinc poteſtatem, cùm ædilitatem plebis latiùs deſcribit. Ha- Tribunicia poteſtas & ædilitas plebis.
rum originem, officia, vim, virtutes, & vitia recenſet. Sp. Icilius tribunus plebis, ſeditio-
ſis concionibus contra COSS. *& patricios habitis, leges aliquot pro plebe, & tribunis tu-*
lit. Cn. Coriolanus, primus patricius à plebe perduellionis damnatus, in exilium abijt. Quo Cn. Marcius Coriolanus.
poſtea duce Volſci Romanis bellum inferūt, plures vrbes capiunt, Romam ipſam obſident.
Coriolanus hoſtiū dux patriæ excidio propter ſuū exilium immine̅s, eius iam ſupplicis nul-
lis legatorum vel ſacerdotū precibus flectitur. Motus tandem Veturiæ matris, & Volum-
niæ vxoris, cum matronis Rom. in caſtra venientium lachrymis, exercitum abduxit: nec
diu poſt tanquam proditor à Volſcis occiſus eſt. Lex agraria primùm à Sp. Caſſio COS. *pro-* Lex agraria prima.
mulgari cœpit, maximorum ſæpe deinceps tumultuum fons, & origo. Idem Caſſius, cùm
magiſtratu abiret, regni affectati damnatus, necatur. Oppia, & Vrbinia inceſtus conui-
ctæ Veſtales virgines, viuæ defodiuntur. Recuſato de Veientibus, & Etruſcis à M. Fa-
bio COS. *propter collegam, & fratrem ſuum occiſos triumpho, Fabiorum ſibi familia extra*
ordinem Veiens bellum conficiendum popoſcit. Quæ poſt plures victorias incautior facta, Fabiorum clades.
tandem inſidijs circumuenta, perijt. Trecenti ſex Fabij nobiles, cum omni clientium ma-
nu, ſimul occiſi ſunt: vno tantùm eius familiæ Q. Fabio qui domi remanſerat, ſuperſtite.
Hinc quædam de Proconſulatus, ac Proprætoræ extraordinarij imperij, prouinciarum- Pro.cos. pro. præt. ac prouinciarum exordium.
que origine diffuſè, dilucideque diſſerit. Lex Publilia, de tributis tribunorum plebis comi-
tijs, primùm fertur. Ap. Claudius COS. *cùm aduerſus Volſcos malè, exercitus contumacia,*
pugnatum eſſet, primores ſecuri percuſſit, reliquum exercitus ſorte decimauit. Qui maie-
ſtatis poſt conſulatum à tribunis plebis reus factus, ante diem productam obijt. Volſco-
rum agri pars, plebi per III. *viros diſtribuitur. Exercitus Romanus in Hernico cum*
Sp. Furio COS. *ab Æquis obſeſſus, à T. Quinctio procos. cum ſubſidiis ſociorum liberatur.*
Lex Terentia de circumſcribendo conſulari imperio, ſeditioſis priùs concionibus habitis,
promulgatur. Cenſus actus, & luſtrum conditum Vrbis decimum, quo cenſa fuêre ciuium
CXXXII. *milia* CCCCIX. *Cùm aduerſus Æquos res malè geſta eſſet. L. Quinctius Cin-*
cinnatus ab aratro ad Dictaturam accerſitus, hoſtes in proprijs caſtris obſeſſos, & victos
ſub iugum miſit. L. Minucium COS. *per ignauiā quòd obſideri ſe paſſus eſſet, abdicare coë-*
git. M. Volſcium accuſatorem falſi reum, Kæſone filio ſuo abſoluto, in exilium miſit. Ob vi-
ctoriam cùm ſpecioſiſſimum duxiſſet triumphum, ad ſtiuam triumphalis agricola redijt.
Tribuni plebis primùm facti ſunt decem. Ludi ſæculares primi à II. *viris ſacrorum facti* Ludi ſæculares primi.
ſunt. Lex Tarpeia Aeternia de multarum modo lata eſt. Legati Athenas ad leges deſcribun-
das miſſi ſunt. Quibus reuerſis Ap. Claudius, T. Genucius COSS. *præſente populo magi-*
ſtratum eiurârunt: vt decemuiri conſulari, atque adeò maiori poteſtate, ceſſantibus alijs
magiſtratibus, crearentur. Id factum Anno P. R. C. CCCII.

HAEC

Philoſtrato, Appuleio, Propertio poëta, Platone, Orpheo poëta, Herodoto, Homero poëta, C. Salluſtio, M. Tullio, Pomponio Iuriſcos. M. Varrone, T. Liuio, Sex. Pompeio Feſto, Ioanne Zonara, Iuſtiniani nouellis, Plutarcho, Dionyſio Halicarnaſſæo, Fabio Quinctiliano, Valerio Maximo, A. Gellio, Actis diurnis pop. Rom. C. Suetonio, Tranquillo, P. Ouidio poëta, Polybio hiſtorico, Cornelio Tacito, Lãpridio, Lucano poëta, Macrobio, Aſconio Pædiano, Antonio Flocco, Onufrio Panuinio, P. Virgilio poëta, L. Piſone, L. Floro, D. Aur. Auguſtino, Eutropio, C. Plinio maiore, Auctore de viris illuſtribus, Columnis triumphalibus Capitolinis, Faſtorũ tabulis Capitolinis, Silio Italico poëta, Heſiodo poëta, Acuſilao poëta, Sapphone poëtria, Euripide poëta, Carolo Sigonio, Iulio Obſequẽte, Vlpiano Iuriſcos. Iunio Gracchano Iuriſc. Trebatio Iuriſc. Feneſtella, Duodecim tabulis, Cornelio Strabone, Stephano Buzantio Grãmatico, Paullo Oroſio, Caſſiodoro, Mariano Scoto, Euſebio Cæſarienſi, Beda, Inſcriptionibus marmorũ antiquis, Cuſpiniani tabulis COSS. *antiquis, Nummis antiquis, Phlegonte Tralliano, Commentarijs* XV. *virûm, Cenſorino, Tabulis Græcis Siculis conſulum, Licinij Macri annalibus, Zoſimo Comite hiſtorico, Theophraſto, Dione Caſſio, L. Seneca philoſopho, Augurum libris, Aurelio Iuriſcos. Valerio Antiate, C. Sempronio Tuditano, T. Pomponio Attico, Suida, Labeone, Antiſtio Iuriſcos. Appiano Alexandrino, Auſonio poëta, Velleio Paterculo, C. Iulio Cæſare, Sex. Iulio Frontino, Perſio poëta, Iuuenale poëta, Lactantio Firmiano, Atteio Capitone, Diodoro Siculo, Terentiano Mauro, Aegeſippo, P. Terentio poëta, Paullo Manucio, L. Cincio hiſtorico, Nonio Marcello, Dionyſio Chalcidenſi, Xenagora hiſtorico, Porphyrione Grammatico, Horatio Flacco poëta, Henrico Glareano,* II. *virûm commentarijs, Cn. Gellio hiſtorico, C. Iulio Solino, Timæo hiſtorico, Io. Cuſpiniano.*

LIBER. SECVNDVS. ANNALIVM. P. R. PER. STEPHANVM. VINANDVM. PIGHIVM. CAMPENSEM.

HÆc prima Romanæ reip. mutatio fuit; qua ab vnius dominatione ad optimatum adminiſtrationem peruenit. Exactis enim Regibus ſuprema ſenatus patriciorumque auctoritas, ſumma poteſtas fuit. Penes hunc enim ordinem tunc imperium, ſacerdotia, magiſtratusque ex lege Romuli permansēre. At non diuturna valde hæc optimatum eximia potentia fuit. Inclinare enim cœpit extemplò tribunicia poteſtate inuenta, quæ ſenatus opes fregit, ac debilitauit. Inuentam ſanè optimatum „ conſtat vitio atque culpa. Cùm enim penes hos Vrbis agrique Rom. omnes eſſent diuitiæ, „ ſeruili imperio patres (inquit Salluſtius hiſtoriarum primo) plebem exercere de vita atque „ tergo, regio more conſulere, agro pellere, & cæteris expertibus ſoli in imperio agere. Plebs inops, atque indiga ſemper ære alieno obrui. Ob debita igitur à magiſtratibus addicti ac nexi ciues Rom. ad ſeruilia opera abducti, flagellis, verberibusque pro creditorum libidine conciſi crudeliter, & auare à fœneratoribus habebantur. Huic malo occurrere communi conſilio ſenatus debuit, vſuris modum imponendo, diem ſoluēdi laxiorem egenis debitoribus ſtatuendo, atque agros denique bello partos egenis ciuibus diſtribuendo. Quæ vt fierent, cùm à patribus, atque etiam conſulibus plebs diu fruſtra peteret, &, obſtāte potentium creditorum auaritia atque ſuperbia, nō impetraret: aduerſum optimates odium in primis ingens ortum, dein inobedientia & rebellio contra magiſtratus. Multorum nobilium igitur tyrannidem intolerabilem plebs fugiens, ad extremum rebus deſperatis armata ſimul omnis Vrbs relicta in Sacrum montem ſeceſſit minarum plena, atque trepida, inuitoque ſenatui ſuos ſibi magiſtratus libertatis plebeiæ defenſores extorſit, anno decimo ſexto ferè poſt Reges exactos. Ex quo tempore patrum auctoritas labeſcere cœpit, & plebis libertas extolli; vt ex ipſis annalibus ſtudioſus lector pleniùs intelliget. Vbi quæ prima optimatum hæc adminiſtratio fuerit, per annos ſuos exponemus; cùm priùs quæ reip. forma, quique magiſtratus poſt Reges inducti ſint, dixerimus.

Prima reip. mutatio in Ariſtocratiam. — *Cur non diu permanſerit Ariſtocratia.* — *Tyrannica iniquitatum vis.* — *Sacer mons.*

De Conſulatu.

CVM populus Romanus nihil nocentius eſſe reip. crudeli dominatu, ac tyrānide proprio malo didiciſſet; regiam poteſtatem duobus viris æqua ſorte creatis mandare maluit, qui annuo imperio ſimul remp. regerent. Duobus quidem, vt alter alterius inſolentiæ, ſi res poſtularet, intercedere, & occurrere poſſet. Celebre igitur Q. Catuli dictum commemorat Cicero in oratione ſecunda poſt reditum ab exilio, Conſulem vnum non ſæpe reperiri improbum; duos verò nunquam, excepto illo Cinnano tempore. Id quod etiam repetit in oratione pro domo ſua. Annuum verò imperium illis duntaxat conceſſum eſt, vt, temporis exiguitate deterriti, abſtinerent ab ijs perpetrandis, quorum paulo pòſt priuati rationem reddere cogerentur. Conſules autem appellati ſunt, quod plurimùm (vt ait ex Cicerone Iuriſconſultus Pomponius de origine iuris) conſulerent reip. vel ex Varronis ſententia, quæ magis placet, eò quòd conſulerent populum, ac ſenatum; parum enim, aut nihil poſtea iniuſſu populi, vel ſenatus poterant. Quinimo Sp. Poſtumius cos. apud Liuium, antequam Samnitibus dederetur, in oratione qua pacem Caudinam diſſuaſit in ſenatu, multis rationibus probat, iniuſſu populi nihil à Conſule ſanciri poſſe, quod populum teneat. Vocabantur ab initio quoque prætores, quòd præeſſent, vel præirent populo, ac militaribus copijs; quemadmodum ex Varrone, Sex. Pompeio, Zonara, Appuleio, atque Iuſtiniani nouellis manifeſtum eſt. Iudices item aliquando dictos conſtat, ex lege qua primùm forſan comitijs centuriatis creati ſunt. Eam refert Cicero de legibus libro III. his verbis:

Cur duo reip. principes. — *Cur annuum imperium.* — *Conſules cur dicti.* — *Quare prætores.* — *Cur iudices.*

> *Regio. imperio. duo. ſunto. ijque. præeundo. iudicando. &. conſulendo. prætores. iudices. conſules. appellanto: militiæ. ſummum. ius. habento. nemini. parento. ollis. ſalus. populi. ſuprema. lex. eſto.*

A Græcis item diuerſimodè nominati ſunt. Plutarchus enim προβούλους, Dionyſius συμβούλους appellant. ὕπατοι verò dicti, ab eminentia, & magnitudine poteſtatis: ὕπατον, culmen namque

προβούλοι σύμβουλοι ὕπατοι. ὕπατον, culmen.

Regni & conſulatus inſignia eadem.

namque vocabant priſci. Omnia quippe Regum iura, omnia inſignia primi Conſules tenuête. Id modò cautum eſt (inquit Liuius) ne ſi ambo faſces haberent, duplicatus terror videretur. Ideoque viciſſim penes vnum ſecures cum faſcibus per menſes alternos fuêre. Dionyſius auctor eſt, ex ornamentis regijs relicta à Conſulibus trabeam purpuream auro intertextam, coronam auream, eburneum ſceptrum, aliaque inſignia, quæ inuidioſa potius videbantur, quàm decora. Atque his tantummodo fuiſſe vſos in triumphis, ludis, feſtiſque ſolennibus, honoris deûm cauſſa. Prætextam verò, ſellamque eburneam curulem, in qua ſedentes ius dicerent, ſeruaſſe, quam idcirco ſedem honoris appellat Cicero Catilinaria quarta. Hæc quidem ex varijs claſſicorum locis item probari poterunt. Verùm vnus multorum inſtar Liuius hic ſatisfaciet abundè. Qui libro XXX. P. Scipionem Africanum Suphace Rege deuicto, captoque, Maſſaniſam Numidam auxiliarium regulum in caſtris poſt victoriam pro concione donaſſe, ſcribit eleganter his verbis. Ibi Maſſaniſam primum ,, Regem appellatum eximijsque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, ſella curru- ,, li, & ſcipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat. Addit verbis honorem. Ne- ,, que magnificentius quicquam triumpho apud Romanos, neque triumphantibus amplio- ,, rem eo ornatum eſſe, quo vnum omnium externorum dignũ Maſſaniſam populus Rom. ,, ducat. Fuit igitur ſolemne ſemper ad exteros etiam Reges aut Principes amicos ac ſocios pro meriti dignitatiſque modo ſimilium ornamentorum munera per legatos mittere, cuius exempla ſæpiùs in Liuio ac annalibus noſtris occurrunt. Cùm autem Conſuli ex more paludato, votis in Capitolio nuncupatis, ad bellum in prouinciam cum imperio exeundum erat, præbebantur illi ex publico regia ornamenta militaria ſummæ maieſtatis, qualia tunc etiam, non diu pòſt, ſenatum Rom. eidẽ Maſſaniſæ Regi miſiſſe ſcribit ibidem, atque diſertè ſic recenſet. Munera quæ legati ferrent Regi, decreuerunt. ſagula purpurea ,, duo cum fibulis aureis, * & ſingulis lato clauo tunicis, & tabernacula, militaremque ſup- ,, pellectilem, qualem præberi Conſuli mos eſt. Hæc Regi prætor mittere iuſſus. Inſtitutum ,, item, vt alteri ſolummodo Conſulum duodecim ſecûres faſcibus illigatæ à totidem lictoribus præferrentur; alterum duodecim lictores cum ſolis faſcibus præcederent. Primis attamen Conſulibus XXIIII. ſecures, aliaque Regum inſignia, quæ dixi, cum ſumma poteſtate ex lege fuerunt; ſed paulo pòſt P. Valerium Poplicolam Conſulem, inuidioſum ſummi magiſtratus faſtigium ad tolerabilem habitum deduxiſſe, faſces ſecuribus vacuefaciendo, & in concione populo ſubmittendo, vt ſuo loco dicam latius. Quem morem populo gratiſſimum obſeruarunt & poſteri, ſicut teſtatur Quintilianus. Poplicolam inſuper dimidia ex parte minuiſſe faſcium numerum, Valerius Maximus auctor eſt libro IV. cap. I. Liuius ac Dionyſius iam antè à Bruto, Tarquinioque Coss. hoc factum fuiſſe produnt. Erat autem moris, vt viciſſim per menſes, alter Conſul ſecures, tanquam imperij inſigne haberet; ab initio magiſtratus ordinem incipiente eo, vel qui maior natu erat, ex lege Valeria, vel cui plures eſſent liberi, ex lege Iulia, quam citat Gellius, vel qui priore loco Conſul renunciatus eſſet. Sed iſtum morem pro tempore aliquoties mutatum animaduertimus. Ex actis enim diurnis populi Rom. (quorum fragmentum quoddam in his annalibus adducam, anno Vrbis DXXCV.) colligimus tum temporis dictim Conſules Romæ alternaſſe faſces. Poſtremò Iulium Cæſarem in Conſulatu primò antiquum retuliſſe morem, refert Suetonius, vt quo menſe faſces non haberet, accenſus ante eum iret, lictores ponè ſequerentur. Ex quo colligere eſt, tum rurſus per menſes mutari ſolitos faſces. Itaque maior Conſul is vocabatur, penes quem lictores cum ſecuribus erant, qui exeuntem in publicum præcedebant, obuios ſubmouendo: alterum verò qui nõ habebat ſecures, virgis inſignem vocabant. Ab eodem Poplicola lex comitijs centuriatis lata eſt de prouocatione, vti à Conſulibus alioque magiſtratu quouis appellari in Vrbe poſſet ad populum. Tunc Conſularis poteſtas longè inferior regiâ cœpit eſſe, & libertatis popularis iacta ſemina mirum in modum coäluere. Neque enim poterant deinceps Conſules in caput ciuis Romani animaduertere iniuſſu populi; ſolum eſt ipſis hoc relictum, vt coërcere & in vincula ducere poſſent. Hæc igitur eorum munia in primis fuiſſe legimus. Sacra facere, conſilium præbere, ius ſecundum leges dicere, comitia habere, ſenatum cogere, ſententias rogare. Senatus conſulta, & plebiſcita exequi, delectus habere, & populi iuſſu bella gerere, prouincias adminiſtrare. Manumittere, locare publicos reditus, Quod tamen munus poſtea Cenſoribus datum; Dein rurſus, ſublata à Cæſare Cenſura, ad Conſules rediiſſe, Ouidius ſignificat de Ponto ad Sex. Pompeium Conſulem ſcribens lib. IIII.

Sella curulis ſedes honoris.

** In vulgatis exemplaribus ſingulis & lato clauo tunicis copula tranſpoſita.*

Faſces XXIIII.

Faſces XII.

Conſulum ornamenta militaria.

Conſul maior.

Conſul virgis inſignis.

Valeria lex de prouocatione.

Conſulum officia.

Aut reget ille ſuos dicendo iura Quirites,
Conſpicuum ſignis cùm premet altus ebur,
Aut populi reditus poſitam componet ad haſtam,
Et minui magnæ non ſinet Vrbis opes.

Rurſus libro eodem ad Iulium Græcinum,

Nunc

Nunc longi reditus haſtæ ſupponere luſtri
Credet, & exacta cuncta locare fide.

In eorum quoque tutela Reges, ciuitates, exteræque nationes ſemper fuêre. De quorum iniurijs ipſi conquerebantur in ſenatu, & legatos excipiebant. Quemadmodum ex Polybij lib. ſexto, Liuio, Ciceronis oratione pro Seſtio, & alijs colligimus. Hæc Conſulum poteſtas durante libertate publica vſque ad Cæſaris monarchiam ferè permanſit. Suſpenſa atque intermiſſa tamen nonnunquam eſt, dictatura maiore poteſtate interueniente. Tum enim cedere, atque etiam dictatori parere debebant, Polybio teſte libro VI. Summum ac regium attamen ius, vitæ necisque poteſtatem, omniumque velut rerum arbitrium ſæpe Conſulibus commiſit ſenatus ſine populi iuſſu: ſed dumtaxat in magnis reip. terroribus, vel neceſſitatibus: ſicuti in ſeditionibus C. Gracchi, L. Saturnini, item in proditione Catilinaria, Clodiano tumultu, & C. Cæſare remp. inuadente contigit. Tum verò tali plerumque decreto hoc fieri ſolet. VTI. VIDEANT. CONSVLES. NE. QVID. RES. PVBLICA. DETRIMENTI. CAPIAT. Semper alioquin ſumma Conſulum auctoritas fuit, quam ſoli primùm maieſtatis lege vindicare poterant, ſicut auctor eſt Dionyſius libro X. Quod deinceps vſurpauêre ius ſibi poſtea tribuni plebis, & alij etiam magiſtratus lege centuriata, Sp. Tarpeio, A. Aeternio Coss. lata: quemadmodum ſuo loco declarabimus. Fuit autem annuus Conſulatus quàm diu libertas ſua reip. ſalua fuit. Qua demum à C. Cæſare oppreſſa, ex libidine monarchæ deinceps dabantur, auferebantúrve Conſulatus. Itaque ſemeſtres, quadrimeſtres, bimeſtres, menſtrui, & aliquando diurni tantùm fuêre; dum feſtinarentur (inquit Tacitus) belli ciuilis præmia. Quis enim neſcit Caninij Rebuli, ſub Cæſare; & Roſcij Reguli, ſub Vitellio Conſulatus vnius diei? Quin etiam Lampridius auctor eſt, ſub Commodo viginti quinque vno anno fuiſſe Conſules. Quapropter vileſcere, & contemni Conſulatus honos cœpit, de quo ita Lucanus poeta cecinit:

Dictatura maior poteſtas.
Summum ac regium ius quando conſulibus committi ſoleat.
Annuus conſulatus quàmdiu.
Conſulatus diurnus.
XXV. vnius anni COSS.

Inde perit primùm quondam veneranda poteſtas,
Iuris inops; careat tantùm ne nomine tempus,
Menſtruus in faſtos diſtinguit nomina Conſul.

Acceſſit paulo pòſt & hoc indignitatis, quòd manè ſingulis diebus ſalutatum ire cogerentur Auguſtum ac Cæſarem, mandata accipere, & conſulere de rebus eo die exequendis. Quod Ouidius loco ſuprà memorato etiam refert.

Conſulatus vilitas & contemptus.

Aut feret Auguſto ſolitam natoq; ſalutem,
Deq; parum noto conſulet officio.

Multum verò obſcuritatis Conſulum ſuffectorum vnius anni multitudo ac turba inuexit hiſtoriæ eorum temporum; eò quòd aliquando apud auctores idem annus diuerſis ſignetur Conſulibus, nonnunquam ijs, quos in Faſtis non reperimus; denique quòd diuerſorum nomina ſæpe confundantur. Quamuis enim moris eſſet annum ordinarijs tantùm ſignare Conſulibus, hoc eſt ijs, qui Kal. Ianuarijs iniſſent magiſtratum; attamen, vt alia pleraque, non fuiſſe ſemper hoc obſeruatum, conſtat antiquitatum ſtudioſis. Nam frequenter etiam per ſuffectos tempora notata comperimus, quorum nomina in faſtis & annalibus non extant. Creabantur autem Conſules comitijs centuriatis, quæ vel habebantur circa Kalendas plerumque Sextiles, vel à Conſulibus, qui in magiſtratu erant; vel iis abſentibus, alter eorum reuocabatur à ſenatu, cum præfatione ſolita. Si è rep. eſſe cenſeret, linquere prouinciam, vti ad habenda comitia veniret; ſi minùs, dictatorem diceret. Et hoc addi ſolet, quando ſenatui non viſum erat, vti res ad interregnum veniret. Comitiorũm deinde præſes, ſiue Conſul ipſe, ſiue dictator, ſiue interrex, poſteaquam populus nouos Conſules ſuis ſuffragijs declaraſſet, ipſos publice renunciare ſolet; ſimulque à dijs im-
» mortalibus more inſtitutoque maiorum precari, vt ea res ſibi magiſtratuique ſuo, popu-
» lo, plebique Romanæ benè ac feliciter eueniret. Eo modo ſe precatum dicit Cicero, quan-
» dò cos. comitijs habitis L. Murenam deſignatum renunciabat. Qui enim recens iam facti erant, deſignati vocabantur; donec tempus adeſſet, quo alij abirent, ipſi inirent magiſtratum. Interim primi plerumque ſententiam in ſenatu dicere, & ad remp. pertinentia, ne prorſus ignari magiſtratum adirent, tractare ſolent: ſed in primis iuramentum præſtare, quo caput ſuum, domum, familiamque deorum iræ conſecrarent, ſi ſcienter in adminiſtrando fefelliſſent. Requirebatur & ætas in Conſulibus, quadraginta trium videlicet annorum legibus determinata, ſicut ex Ciceronis Philippica V. cognoſcimus, vbi ait Alexandrum Magnum, maximis rebus geſtis, anno ætatis XXXIII mortuum, & decennio minorem ætate Conſulari. Vnde etiam Cicero ſæpe gloriatur ſe ſuo anno Conſulatum adeptum; id eſt eo, quo ei primùm per leges annales petere licuit. Quòd ſi verò quis computet à C. Serrano, & Q. Cæpione Conſulibus, quibus natus Cicero, emergent anni omnino quadraginta tres ad eius vſque Conſulatum. Aliquos tamen virtutis ergò ante XLIII. annum legibus ſolutos, & euectos ad Conſulatum fuiſſe legimus, vt M. Valerium Coruum.

Annorum nota conſulum turba confuſa.
Quando à quibus, & quomodo COS. creabantur, & renunciabantur.
COS. deſignati qui.
Prærogatiua, ac iuramentum COSS. deſignatorum.
Aetas conſularis.
Ciceronis annus natalis.
Qui ante annũ legitimum conſulatum adierint.

P. Scipio-

P.Scipionem Africanum maiorem, P.Scipionẽ Aemilianum, Cn.Pompeium Magnum. Aliquos rurſum ſpretis legibus per vim eundem magiſtratum ante tempus occupaſſe; vt C.Marium iuniorem, & C.Cæſarem Octauianum, quemadmodum ſuis locis in annalibus declarabo. Creabantur autem primùm è patriciorum ordine tantùm Conſules ex lege Romuli, & quòd penes alios auſpicia non eſſe crederentur. Tandem propter diuturnas plebis contra nobilitatem ſimultates, diſſenſioneſque, & pertinacia tribunorum plebis aduerſus patres certamina, conceſſum, Vt alter è plebe Conſul crearetur. Quod fieri circa annum Vrbis CCCXC. cœpit. Poſtea & ambo ſæpe plebei ſunt creati. Incertum autem ab initio ineundi Conſulatum tempus fuiſſe, ex Liuio & Dionyſio facilè colligimus. Videturque ſenatus ex occaſione, & ſtatu rerum illud aliquando mutaſſe; nonnunquam comitiorum dilationes in cauſa fuiſſe, vt tardiùs inirent noui Conſules. Itaque apud Liuium, & alios Kalendæ vel Idus Martiæ, Maiæ, Quinctiles, Sextiles, Septembres, item Octobres, atque Decembres ineundis magiſtratibus ſolemnes interdum fuiſſe, reperiuntur. Atqui Kal. Martiæ primùm ordinariæ quaſi fuerunt, ad bella vſque Punica: cum ob alias cauſſas, tum quòd ab Vrbis exordio principium anni fuiſſent. Id quod ex Liuio colligimus, & Ouidius Faſtorum tertio inter argumenta adducit, quibus Martium anni primum menſem aliquando fuiſſe docet.

Cur primùm ex equeſtri ordine Coſs creabantur.

Quare, & quando plebi ſit cõmunicatus conſulatus.

Tempus ineundi conſulatum.

Kal. Martiæ cur primùm ad ineundum conſulatum ordinariæ.

> *Hinc etiam veteres initi memorantur honores,*
> *Ad ſpacium belli perfide Pœne tui.*

Poſtea, vt ex triumphis Capitolinis animaduertere eſt, Kalendæ Ianuariæ conſtantiùs cœperunt obſeruari, quia ex Numæ Regis inſtituto Romanis tunc eſt anni principium. De quo Ouidius Faſtorum primo.

Kal. Ianuariæ cur poſtea ordinariæ.

> *Iamq́; noui præeunt faſces, noua purpura fulget.*

Et Lucanus libro V.

> *Inſtabatq́; dies, qui dat noua nomina faſtis,*
> *Quiq́; colit primus ducentem tempora Ianum.*

Auctor eſt Macrobius libro Saturnalium III. quòd Conſules noui, cùm magiſtratum inirent, Lauinij Veſtæ & Penaribus, Lanuuij Iunoni Soſpitæ rem diuinam facere ſoleant. De quo item multa Dionyſius libro primo. Meminère quoque Cicero pro Murena, & Pædianus. Ferias denique Latinas concipere, atque celebrare quotannis in monte Albano Conſulum erat, antequam paludati, ſi exeundum eſſet, proficiſcerentur in prouinciam. Sed de Conſulatu hæc ſatis multa, quandoquidem Floccus, Onufrius, & alij de hoc magiſtratu accuratè ſcripſerint; atque in ipſo opere, quæ huc pertinent, ſuis annis præterire non ſtatuerim. Igitur ſatis eſſe iudicaui ſummariam quandam Conſulatus rationem hic ſtudioſis deliniaſſe.

Sacrificia nouorum COSS.

ANN. P. R. C. CCXLIV.

PRIMI COS.

Atq. inde. Conſules. creati. ſunt. primi.

L. Iunius. M. f. //. n. Brutus. In mag. poſteaquam. ſibi. Conleg. ſubrogaſſet. occis. eſt. in. eius. locum. factus. eſt.
Sp. Lucretius. //. f. //. n. Tricipitinus. In mag. mort. eſt. in e. loc. f. e.
M. Horatius. //. f. //. n. Puluillus.

L. Tarquinius. //. f. Egeri. n. Collatin⁹. Coactus. à. Conlega. abdicauit. In. eius. locum. factus. eſt.
P. Valerius. Voluſi. f. //. n. Qui. in. hoc. honore. Poplicola. appellatus. eſt.

REGIA dominatione propter nimiam Tarquinij ſuperbiam ſublata, duo Conſules inde comitijs centuriatis à Præfecto Vrbis ex commentarijs Ser. Tullij Regis creati ſunt L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus, vt ait in fine libri primi T. Liuius. Moxque Brutus de ſuo, Collegæque imperio populum rogauit, ne ſine ſenatus auctoritate, populique iuſſu, ſicut Superbus, regnare videretur, legemque curiatam regiam à Romulo primum, cæteriſque deinde Regibus latam repetijt, atque retulit, vt auctor eſt Tacitus annalium lib. XI. Itaque primum in faſtis conſularibus locum meruit libertatis publicæ vindex L. Iunius Brutus, & prior

L. Iunius Brutus.

Lex Iunia de imperio conſulari.

prior (vt ait Liuius) concedente collega L. Collatino faſces cum ſecuribus habuit. Quò item ſpectare videtur Virgilius lib. vi. de Bruto hæc canens:

> *Vis & Tarquinios Reges, animamq́ ſuperbam*
> *Vltoris Bruti, faſcesq́ videre receptos?*
> *Conſulis imperium hic primus, ſæuasq́ ſecures*
> *Accipiet.*

Meminit etiam Val. Maximus lib. vii. cap. iii. dicens, Oſculum Telluri matri vafrè impreſſum Bruto primum in faſtis locum tribuiſſe. Hiſtoriam latiſſimè referunt Liuius, Dionyſius, & Plutarchus in Poplicola. qui pulchrè, quæ pro libertate populi Rom. geſſerit Brutus, explicant. Eius collegam L. Tarquinium Collatinum Egerij nepotem vult Dionyſius; contrà Fabius, qui Egerij filium fuiſſe ſcribit. Fabium ſequitur Liuius; ſed nos Dionyſium; vt in hiſce diligentiorẽ, & maioribus nitentẽ rationibus. Collatinus autẽ non diu in magiſtratu fuit, ſed à populo, & collega ſuo coactus eſt, ob nomen, & genus regium inuiſum nouæ libertati, abdicare; &, accepto patrimonio ſuo, Lauinium, Roma relicta, migrare: vt auctores ſunt Liuius lib. ii. Plutarchus in Poplicola, Cicero in Bruto, & lib. iii. de Officijs, ex L. Piſonis ſententia: quos etiam ſequuntur Florus, D. Auguſtinus, Eutropius alijque recentiores. Dionyſius tamen cauſam exilij fuiſſe aliam aſſerit, nẽpe quòd cum Aquilijs iuuenibus ſororis ſuæ filiis, qui cum aliis contra libertatem de Regibus reducẽdis conſilia habuerant, & coniurauerant, mitiùs agendum cenſuiſſet, & L. Bruto collegæ de propriis filiis reliquisque coniuratis omnibus pœnas ſumenti acriùs obſtitiſſet. Vide hiſtoriam latiùs apud ſuprà ſcriptos. Brutus autem cùm populi ſenatusque conſenſu Tarquinio magiſtratum abrogaſſet; mox ex S. C. ad populum tulit. VTI. *omnes. Tarquiniæ. gentis. exules. eſſent.* Deinde collegam ſibi ſubrogauit P. Valerium Poplicolam, ſed mendosè in Plinij lib. xxxvi. cap. xv. huic Lucij prænomen tribuitur, vt etiam in epitomis Liuianis, & Auctore de viris illuſtribus; alij rectè cum Capitolinis faſtis P. Valerium appellant. Qui Poplicolæ cognomen in hoc magiſtratu primus adeptus eſt. Leges etenim tulit Conſul admodum populares, nimirum has:

L. Tarquinius Collatinus.

Quare Collatinum abdicare, & in exilium ire coactus ſit.

Iunia lex de exilio Tarquiniorum.

Leges Valeriæ.

Vtique. magiſtratus. imperiumq́. populus. Rom. daret. bonaq́. eum. capite. eius. conſecrarentur. qui. regni. occupandi. conſilia. iniſſet. Liuius, Plutarchus, Dionyſius, qui hanc ſcribit cauſſam fuiſſe poſtea dictaturæ inueniendæ lib. v.

Vtique. aduerſus. magiſtratum. quemuis. ad. populum. à. ciue. prouocari. poſſet. Liuius, Dionyſius, Plutarchus, Val. Max. lib. iv. cap. i.

Vtique. conſularis. maieſtatis. læſæ. multa. in. dies. ſingulos. quinque. boum. duarumq́. ouium. precium. non. excederet. Plutarchus in Poplicola.

Vtique. quæſtores. duo. quotannis. ex. patricijs. iuuenibus. à. populo. crearentur. qui. pecuniam. publicam. acciperent. in. ærarium. Saturni. cogerent. &. in. tabulas. rationum. referrent. Plutarchus ibidem, & Zonaras annalium ii. qui latæ legis cauſſam addit, ne Conſulum, ſcilicet, pecuniarum ſubſidio potentia augeretur. Qua quidem lege populi libertati conſuluit egregiè, atque effecit; ne Conſul bonus impoſterum à maioribus rebus pecuniarum cogendarum cauſſa ſubtraheretur, & malus priuàretur neruo lædendi, ſublata ex eius poteſtate pecunia.

Cùm denique P. Valerius Cos. faſces ſecuribus vacuas fecerit, in publica concione populo ſubmiſerit; domum in Velia eminentiorem, ob idque inuidioſam, deſtruxerit; meritò Poplicola vocatus eſt, quaſi populum colens, & Græcè δημοκηδὴς, quemadmodum interpretatur Dionyſius. Hinc eſt quòd Val. Max lib. iiii. cap. i. P. Valerium populi maieſtatem venerando Poplicolæ cognomen aſſecutum ſcribat. Et Silius Italicus libro ſecundo ita cecinit:

P. Valerius quare Poplicola dictus.

> *Poplicola ingentis Voluſi Spartana propago,*
> *Is cultam referens inſigni nomine plebem*
> *Auſonios atauo ducebat Conſule faſces.*

Recentiorum igitur eſt auctorum error, à quibus Publicula, non Poplicola vocari cœpit poſtea; qui etiam nunc in multis auctorum exemplaribus pertinaciter remanet. Vide Liuium, Plutarchum, Auctorem de viris illuſtribus, & L. Florum lib. i. Senatum verò legiſſe hos Conſules, atque eum ordinem cædibus à Superbo ege, expulſionibusque imminutum ad trecentos, à L. Priſco conſtitutum numerum expleuiſſe, Dionyſius atque Liuius memorant. Quorum hic in eo diſcrepat à Dionyſio, quòd velit centum à Romulo tantùm, ducentos à Priſco Regibus eſſe lectos, Brutum poſtremò primum Conſulem trecentos feciſſe. qui numerus per multos annos deinde obſeruatus eſt. Ab his nec diſſentit
» quidem Feſtus; ſed P. Valerio Conſuli, non Bruto lectionem attribuit. Qui patres, inquit,
» quique conſcripti vocati ſunt in Curiam; quo tempore, Regibus Vrbe expulſis, P. Vale-
» rius Cos propter inopiam patriciorum ex plebe allegit in numerum ſenatorum centum
» & ſexaginta & quatuor, vt expleret numerum trecentorum. Idem ferè Liuius approbat,

Poplicola non Publicola, Valerij cognomẽ.

Senatorũ numerus amplius adauctus.

Patres conſcripti qui.

tum primùm dici cœpiſſe patres conſcriptos, qui à Bruto lecti erant; ſed diſcrepant alij, ac conſcriptos appellant, ſecunda lectione ex Sabinis à Romulo adſcitos; alij, quos Priſcus allegit. Nec minor varietas de plebeiorum ſenatorum origine; quos Zonaras Ser. Tullium Regem inſtituiſſe primùm affirmat, Feſtus hoc anno P. Valerium, vt dixi Conſulem. Ex Dionyſio colligere eſt, multo tardiùs plebi ſenatum communicatum eſſe, quemadmodum pulcherrimè Sigonius in libro II. de Iure ciuium Rom. explicauit. Itaque ne longiores fruſtra hic ſimus, ad Conſulum hiſtoriam redeamus. Qui libertatis ſtabiliendæ ſtudio mox populo ex lege Romuli, reddidêre comitia, & ſuffragia de rebus maximis; leges Romuli, Numæ, Ser. Tullij de contractibus, aliorumque Regum ſalubres, ac libertati non obfuturas reuocârunt in vſum. Et ne diuinus cultus, ſublatis Regibus, videretur imminutus, cum quædam ſacra publica, non niſi per Reges ipſos factitari ſolerent, neque prorſus è ſacris auferretur auſpicatum illud nomen; Regem ſacrificulum qui ſacra regia curaret per collegia, creari iuſſerunt è patricijs immunem à militia & oneribus. Idque ſacerdotium pontifici ſubiecêre, ne additus nomini honos aliquid nouæ libertati officeret. Compitalia, Paganaliaq́ꝫ, conuentusq́. ſacros in Vrbe atque agris fieri ſolitos, & à Superbo Rege ſublatos reſtituerunt. Cæteraque pulchra maiorum inſtituta, quæ tyrannus aboleuerat, in priſtinum vſum reduxerunt, gaudente populo poſt diuturnam ſe ſeruitutem ad deſideratæ libertatis fructum ex inſperato peruenıſſe. Cæterùm Poplicola plures habuit collegas in hoc magiſtratu. Tarquinius namque exul Veientes, Tarquinienſeſque concitauit ad bellum contra Romanos, aduerſum quos vltra Tiberim in pratis Iunijs cruento prœlio conflixêre Conſules. In quo L. Brutus cum Arunte Superbi filio equeſtri pugna congreſſus eſt, infeſtiſſimis animis ambo concurrentes contrarijs haſtis transfixi ſunt; vt pariter ex equis moribundi ceciderint. Bruti corpus Romam delatum, funus ſummo apparatu ductũ eſt. Collega Valerius ipſum oratione funebri laudauit, matronæ Romanæ acerrimum pudicitiæ vltorem, vt parentem publicum, anno integro luxerũt. Eo modo Brutus poſteaquam magiſtratu collegam ſpoliaſſet, aliumque ſibi ſubrogaſſet, occiſus eſt. Eſt autem illud notatu dignum, quod in prodigijs ſuis ſcribit Obſequens; conſtare neminem eorum qui magiſtratum collegæ abſtuliſſet, annum ſuperuixiſſe. Abrogauerunt autem, inquit, L. Brutus, Collatino: T. Gracchus, M. Octauio Cæcinæ: P. Tarquitius, P. Marullo; Tullius, Bruto & Caſſio, bellum aduerſus Cæſarem & Antonium molientibus. Porrò in L. Bruti occiſi locum ſubrogatus eſt collega Poplicolæ Sp. Lucretius Tricipitinus pater Lucretiæ, L. Collatini. Cuius item pulchrè mentionem facit Cicero de Finibus libro II. ſcribens ob Lucretiæ occiſæ memoriam libertatis anno primo & virum, & patrem eius Conſules eſſe factos. Hoc autem paulo pòſt mortuo, ſuffectus in Lucretij locum M. Horatius Puluillus, qui templum Iouis Capitolini dedicauit. Sed quibuſdam in annalibus (referente Liuio) Lucretius ob breuitatem imperij, vel quia nihil memoria dignum geſſerit, omittitur. Receptior tamen opinio eſt, Liuio, Plutarcho, Dionyſio auctoribus, quinque Conſules hunc annum habuiſſe; Cui etiam adijciunt nonnulli ſuperioris anni menſes, quibus cum libertate Conſulum imperium incepit, velut non ſolùm Dionyſius, ſed ipſe Plutarchus etiam indicat, qui auctor eſt pridie Kal. Martias hoc prœlium, in quo Brutus cecidit, accidiſſe. Quum vel v. Kal. Martias, vel nono Kal. Iunias Regifugium antiquitus celebrari ſolere conſtet. Non igitur veriſimile videtur Bruti res geſtas diligentiùs conſideranti, in magiſtratu quatridui ſolùm ſpacio cum fuiſſe: ſed potiùs IX. Kal. Iunias Reges fugaſſe anno ſuperiore, & pridie Kal. Martias deinde ſequentes in prœlio occiſum; quod quilibet ex temporum ratione facilè colliget.

Quando primùm plebei ſenatores.

Comitia, ſuffragia, ac leges regiæ populo à COSS reddita.

Rex ſacrificulus

Sacra plebeia ſublata reſtituuntur.

Bellum à Tarquinio concitatum.

Mors L. Bruti.

Bruti funus, & exequiæ.

Regifugium quando celebrari ſoleat.

QVAESTORES. PRIMVM. POPVLI. SVFFRAGIO. CREATI. VT. AVCTOR. PLVTARCHVS.

P. Veturius. //. f. //. n. Geminus. M. Minucius. //. f. //. n. Augurinus.

DE Quæſturæ origine & poteſtate hoc loco nonnulla in medium adferenda ſunt, eorum in gratiam, qui magiſtratuum hiſtoriam pleniùs cognoſcere cupiunt. Origo autem quæſturæ vetuſtiſſima eſt, & ante omnes penè magiſtratus ſub legibus inſtitutas quemadmodum Vlpianus digeſtorum lib. I. tit. XIII. ſcribit ex Iunij Gracchani ſententia; qui lib. VII de poteſtatibus memoriæ prodidit, ipſum etiam Romulum, & Numam Pompilium duos habuiſſe quæſtores, quos non ſua voce, ſed populi ſuffragio creaſſent. In ambiguo tamen relinquit Vlpianus, an Romulo, Numæve quæſtores fuerint, id enim non vſque adeò notum eſſe dicit. Porrò Tullum Hoſtilium Regem habuiſſe quæſtores, conſtare affirmat. Et ſanè crebrior (inquit) apud veteres opinio eſt, Tullum Hoſtilium im remp. »

Quæſturæ origo.

primum

,, primùm induxiſſe quæſtores, à genere quærendi initio dictos, vt Iunius, Trebatius, & Fe- ,, neſtella ſcribunt. Aſtipulatur his etiam Tacitus lib. XI. annalium. Verùm is ſentire videtur, Regum potius ex arbitrio, quam populi ſuffragio tunc creatos. Eius verba ſunt hæc: ,, Sed quæſtores Regibus etiam tum imperantibus inſtituti ſunt, quod lex curiata oſtendit ,, ab L. Bruto repetita. Manſitque Conſulibus poteſtas deligendi, donec eum quoque hono- ,, rem populus mandaret; creatique primùm Valerius Potitus, & Aemilius Mamercinus ,, LXIII. anno poſt Tarquinios exactos, vt rem militarem comitarentur. Dein gliſcentibus ,, negotijs duo additi, qui Romæ curarent. Mox duplicatus numerus ſtipendiaria iam Italia, ,, & accedentibus prouinciarum vectigalibus. Pòſt lege Sullæ viginti creati, ſupplendo ſe- ,, natui, cui iudicia tradiderat. Et quanquam equites iudicia recuperauiſſent, quæſtura ,, tamen ex dignitate candidatorum, aut facilitate tribuentium gratuitò concedebatur, do- ,, nec ſententia Dolabellæ velut venundaretur. Hæc pulchrè & breuiter de quæſtura Tacitus, omnes eius magiſtratus mutationes ad monarchiam vſque complexus, quas & ipſe in annalibus hiſce ſuis locis annotabo. Sed in hoc diſcrepat ab hiſtoria Liuiana & alijs, quòd non primùm duos vrbanos quæſtores creatos; ſed vt rem militarem comitarentur, ſcribat. Aliter enim Liuius libro IIII. demonſtrans primùm duos tantùm vrbanos fuiſſe, vſque ad annum Vrbis CCCXXIII. additos deinde duos alios, qui Conſulibus ad miniſteria belli præſto eſſent. In diuerſa etiam eſt opinione Plutarchus à Tacito, qui Poplicolam ex primis Conſulibus ſcribit populo conceſſiſſe, vti duos quotannis quæſtores creare poſſet. Eius ferè verba hic ſubſcribam. In quæſtoria etiam lege ferenda maximam " eſt laudem conſecutus, vbi enim opus erat ad bellum pecunias ex cenſu ciues conferre, " cùm neque ipſe id munus obire vellet, & ab eo ſuſcipiendo dehortaretur amicos: nec " omninò publicas pecunias in priuatam domum inferri æquum duceret: ærarium Saturni " ædem conſtituit, quæ hodie etiam manet. Conceſſit autem populo, vt quæſtores " duos creare poſſet; creatique ſunt primi P. Veturius, & M. Minucius, & pecuniæ multæ " coactæ. Centum enim & triginta milia in ærarium redacta ſunt; orphanis & viduis re- " miſſo tributo. Hos verò quæſtores, quos nominat Plutarchus, poſtea reperimus item " Conſules fuiſſe. Veturius decimo pòſt anno. Minucius duodecimo. Hinc reliquos ſequentes eodem annorum ferè ſpacio ex ijs maximè, qui poſtea Conſules facti ſunt. vbi deſiderantur, coniectura ducti ſupplebimus. Prima igitur quæſtorum prouincia fuit, ærarium Saturni curare; vt Pædianus teſtatur in Verrenam tertiam. Quæſtores, inquit, Vrbani ærarium curabant, eiuſque pecunias expenſas & acceptas in tabulas publicas referre conſuêrant. Suffragantur & antiquæ legum tabulæ, in quibus hæc formula frequens eſt. QVAESTORES. VRB. QVEI. AERARIVM. PROVINCIAM. OPTINENT. M. Varro & Pomponius de origine iuris quæſtorum duo genera prodere videntur, & à genere quærendi quæſtores dictos. Erant enim publicæ pecuniæ inquirendæ, colligendæ & ſeruandæ præpoſiti; & erant, qui maleficia inquirerent. Quia enim (inquit Pomponius) de capite ciuis Romani iniuſſu populi non erat lege permiſſum Conſulibus ius dicere: propterea duo quæſtores conſtituebantur à populo, qui capitalibus rebus præeſſent. Hi appellabantur quæſtores paricidij, quorum etiam meminit lex XII. tabularum, & Sex. Pompeius. Horum munus, Varrone auctore, poſtea tranſlatum eſt in triumuiros capitales, ac demum in perpetuarum quæſtionum iudices ſiue prætores. Quos ſuo tempore quæſitores appellarunt Cicero, & Aſconius. Verùm de his nunc agendum non eſt. Et ſanè quæſtorum ab initio munus Regum tempore fuiſſe in primis videtur perduellionem, aliaque maleficia anquirere, ac ſecundùm leges iudicare. Et poſtea eiectis Regibus publicæ item pecuniæ tractationem, nouis ordinarijs quæſtoribus à populo in hunc finem creandis annuatim à Poplicola commiſſam, quæ priùs apud Reges fuerat, etiam apertè ,, ſatis oſtendit Io. Zonaras libro II. annalium his verbis: Pecuniæ (inquit) tractationem ,, alijs mandauit Poplicola, ne Conſulum per eam potentia augeretur, tum primum quæ- ,, ſtoribus deſignatis. Ij principiò cauſſarum capitalium cognitioni præfuêre, ab inquiſi- ,, tione veritatis quæſtores appellati. Pòſt etiam ærario ſunt præfecti, iudicijs aliorum cu- ,, ræ commiſſis. Porrò ſi fuerint Regum tempore ijdem quos Sex. Pompeius paricidij & Liuius perduellionis duouiros appellant, à quibus ob ſororem occiſam, Horatium Trigeminum damnatum ambo ſcribunt; non malè profectò Iunius Gracchanus tradit Romuli, ac Tullij Hoſtilij temporibus quæſtores fuiſſe. Ipſos quidem, Regibus expulſis, Conſulum tempore perduellionis, ſicut anno Vrbis CCLXVI; item falſi, vt anno CCXCIV. aliorumque criminum cognitioni præfuiſſe, ex Liuio conſtat, & in annalibus declarabo. Iam verò Regibus exactis, vt ærario Saturni præeſſent, creati primùm quæſtores duo ex lege Romuli, vt omnes alij magiſtratus, è patriciorum ordine, & aliquando etiam conſulares. Poſtea tamen, cùm duplicaretur numerus anno Vrbis CCCXXIII. liberum eligendi etiã ex plebe quæſtores arbitriũ, inſtantibus tribunis plebis, populo cõceſſum eſt, atque non

Quæſtores vnde dicti.

Quæſtorum prima prouincia.

Quæſtorũ duo genera.

Quæſtores paricidij.

Triumuiri capitales.

Quæſitores ijdem qui paricidij quæſtores.

Duumuiri perduellionis.

Quæſtores primùm omnes patricij.

Poſtea etiã plebei quæſtores, & numero quatuor.

Quæſtores vrbani, eorumque officia.

multò pòſt de plebe etiam promiſcuè fieri cœperunt. Duo igitur quæſtores tunc vrbani vel ærarij dicebantur; quorum erat pecuniam publicam ex S. C. vel populi iuſſu reip. nomine diſpenſare, expenſam, receptamque in rationum tabulas referre, rem monetariam curare, prædam inſuper ac manubias, publicataque damnatorum bona ſubhaſtare, pecuniaſque omnes inde coactas in ærario Saturni recondere, & conſeruare ſimul cum ſignis militaribus. Quæ promere, ipſorum erat, & in campum Martium deferre; quotiens ſacramento adigendi eſſent milites, id quod ex Liuij tertio, & ſeptimo depræhendimus.

Quæſtores militares.

Reliqui duo rem militarem comitabantur, & Conſulibus apud exercitus aderant, annonam, ſtipendia, & commeatus ſuppeditantes. Quorum rurſus erat priuatam militum pecuniam apud ſigna depoſitam cuſtodire, manubias ærario pop. Rom. publicandas recipere, & de his Romæ apud quæſtores vrbanos rationem reddere.

Quæſtorũ numerus duplicatus.

Et hic magiſtratus in eo numero & officio diu permanſit, vel vſque ad bella Punica, donec octo creati (vt auctor Tacitus) ſtipendiaria iam facta Italia, & accedentibus prouinciarum vectigalibus. E quibus ſex extra Vrbem per Italiam & prouincias ſemper erant, vel Conſulibus prætoribúſve dati comites, vel vt vectigalia, tributa, portoria, pecuniam, & frumentum, quibus alebantur exercitus, colligerent, & in rationum tabulas referrent. Quo ferè tempore duplicatus etiam prætorum numerus eſt, vt ſuo loco dicetur. Tum quoque ſortiri prouinciæ quæſtorum cœptæ ſunt, & admitti ad quæſturam iuniores, annorum videlicet viginti octo plus minus; quæ prima deinde vel nondum ſenatoribus adminiſtratio, & velut ianua ad remp.

Quæſtura primus gradus honorũ.

accedentibus fuit. Quare Cicero Verrinarum ſecunda, primum gradum honoris appellat quæſturam. Nam eo magiſtratu functus, honores adeptus dicebatur, & in ſenatum veniebat, ſententiæque dicendæ ius habebat, etiamſi equeſtris adhuc ordinis, & nondum à cenſoribus, aliiſve, quibus poteſtas legendi eum ordinem erat, in ſenatum eſſet lectus.

Senatores qui. E ſenatu qui.

Nam hi ſoli ſenatores vocabantur, qui erant in ſenatum lecti; alij verò qui ſententiæ ius habebant, è ſenatu eſſe dicebantur. Hoc demonſtrat antiquum edictum, quo ſenatum cogere ſolet Conſul, aut prætor aliúſve magiſtratus, VTEI. SENATORES. ADSINT. QVIBVSQ. IN. SENATV. SENTENTIAM. DICERE. LICET. Cuius apud Feſtum, Gellium, Liuium, alióſve auctores frequenter eſt mentio. Si quando tamen in edicto illa verba poſtrema omittebantur, conueniebant tantùm ſoli ſenatores, id eſt, in ſenatum lecti: Quod fieri ſolet, cùm de grauiſſimis reipub. rebus, ac maximè arcanis agendum foret, vt minor adeſſet iuniorum turba. Atque tum in curiam vocari ſenatus dicebat, Cuius rei vt exemplum adferamus. P. Craſſus quæſtor triennio ante bellum Punicum tertium fuerat, non tamen in curiam venit, quo die de bello Pœnis indicendo ſenatores ſoli ad deliberandum ſecretò vocati fuerant. Quod cùm ei rus petens Q. Fabius Max. ſenator in itinere per imprudentiam reuelaſſet, memor eum triennio antè quæſtorem factum; immemor tamen nondum à cenſoribus in ordinem ſenatorium allectum, à Conſulibus eſt obiurgatus, vt

Tribuni plebis è curia primum excluſi.

Val. Max. libro & cap. 11. ſcribit. Qui & ibidem tradit, neque tribunis plebis olim intrare Curiam licuiſſe; ſed ante valuas poſitis ſubſellijs decreta patrum attentiſſima cura examinaſſe.

Gradus ad Conſulatum.

Erat autem perſuaſum omnibus, quòd quæſturæ fides, ædilitatis magnificentia, præturæ diligentia, & integritas munirent viam ad conſulatum, qui magiſtratus erat ampliſſimus.

Quæſtores prouinciales.

Dabantur autem ex prouincialibus illis quæſtoribus ſorte comites maioribus magiſtratibus cum imperio in prouinciam ituris.

Sortes quæſturæ inter magiſtratus neceſſitudinis cauſſa.

Quæ prima ſors & coniunctio eiuſdem prouinciæ neceſſitudinem quandam afferebat, adeò vt prætorem quæſtori ſuo parentis loco eſſe oportere iudicarent; & nullam grauiorem cauſſam neceſſitudinis poſſe reperiri, quàm coniunctionem ſortis, quàm prouinciæ, quàm officij, quàm publicam muneris ſocietatem. De qua re Cicero in Verrinis de oratore lib. 11. & Pædianus non vno loco mentionem faciunt.

Vrbanorum quæſtorum iuriſdictio.

Habuiſſe etiam quæſtores vrbanos iuriſdictionem ſuam in Vrbe, docet Plutarchus in Catone minore & in Politicis, quem in eo magiſtratu de ſcribarum ſuorum criminibus cognouiſſe ſcribit.

Quæſtorũ prouincialium iuriſdictio.

Nec non alios in prouincijs iuriſdictionem ſuam quæſtores habuiſſe conſtat. Nam Q. Cæcilius Niger quæſtor in Sicilia Agonidi libertæ Veneris Erycinæ iudicium & recuperatores dedit; & iniuria damnatam, bonis venditis, in ſeruitutem redegit. Verres eius prætor poſtea factum improbat, vindiciaſque Agonidi ſecundùm libertatem iudicat, cogitque quæſtorem ſuum bona mulieri reſtituere.

Subſellia minorum magiſtratuum.

Et Pædianus in diuinationem affirmat ſubſellia Romæ minorum magiſtratuum fuiſſe, vt tribunorum, triumvirûm, quæſtorum, & huiuſmodi minora iudicia exercentium, qui non in ſellis curulibus, nec tribunalibus, ſed in ſubſellijs conſidebant. Sic etiam Suetonius C. Cæſarem in quæſtura vlterioris Hiſpaniæ cum mandato populi Rom. iure dicundo conuentus circumiuiſſe ſcribit.

Quæſtori neque vocatio erat, neque præhenſio.

At tamen Romæ quæſtorem neque vocationem habere, neque præhenſionem, M. Varro teſtatur rerum humanarum XXI. & idcirco ipſum in ius vocari ad prætorem, vel Conſulem poſſe autumant, etiam à priuato. Et, ſi venire nollet, capi, atque præhendi; licet magiſtratus populi Rom. ſit, ſicut apud Gellium legimus lib. & cap. XIII. Republica

publica demum in monarchiam redacta, L. Sullæ dictatoris exemplo, qui primus viginti quæſtores creauerat, incertus horum numerus pro Cæſarum Imperatorum arbitrio eſſe cœpit; variatæ frequenter prouinciæ, mutata munia. Quæ hîc diffuſiùs referre non putaui operæ precium; quandoquidem ex annalibus ipſis eas mutationes colligere ſtudioſo lectori facile erit.

Quæſtores xx. ac poſtremò incertus numerus.

P. VALERius. Voluſi f. //.n. Poplicola. anno. CCXLIV. COS. Preimus. de Veientibus. Tarquinienſibusq. K. Mart.

VNO prœlio hoc anno contra Veientes, & Tarquinienſes debellatum fuit, quo L. Brutus Cos. (vt dixi) perijt. Sed multis vtrinque cæſis, æquo quaſi Marte diſceſſum erat ad caſtra. Quum nocte, velut è proximo caſtris loco, vox audita (Siluani putabatur) quæ ſubitum terrorem, & fugam Etruſcis, & plurimum alacritatis, animique Romanis iniecit. Itaque Conſul Valerius poſtridie in hoſtium caſtris, ante lucem nocturna fuga vacuis, ſecurus ſpolia legit, triumphanſque in Vrbem redijt. Auctores ſunt Liuius, Dionyſius, & Plutarchus in vita Poplicolæ, vbi Conſulum primus Valerius curru quadrijugo triumphaſſe dicitur, cui fragmenta Capitolina conueniunt. Nec etiam omiſit hunc triumphum auctor, qui inter illuſtres viros Poplicolam retulit. Triumphatum autem fuiſſe Kal Martijs, hinc colligere eſt, quòd pridie Kal. eaſdem hoc prœlium accidiſſe ſcribat Plutarchus, & poſtridie quàm pugnatum, triumphum actum prodit Dionyſius.

Panicus tumultus.

Tarquinienſes Plinius lib. III. cap. V. inter Etruriæ populos enumerat, & meminit agri Tarquinienſis lib. II. cap. XCV. & lib. VIII. cap. III. Cortuoſam & Contenebram Etruſcorum oppida nominat in eodem agro Liuius lib. VI. A Tarconte Tyrrheni Lydij præfecto, qui Etruſcorum duodecim ciuitates primus condidit; Tarquinios appellatos fuiſſe, auctores ſunt Strabo lib. V. & Stephanus de Vrbibus.

Tarquinienſium ſitus, oppida, & vnde dicti.

ANN. P. R. C. CCXLV.

Conſules.

P. Valerius. Voluſi. f. //.n. Poplicola. II. T. Lucretius. T. f. //.n. Tricipitinus. Luſtrum. fecerunt. V.

RECTE prodit Conſulum huius anni nomina, licet non plena, Liuius P. Valerium iterum, & T. Lucretium. nam hic ſecundus eſt Valerij Conſulatus. Suffragantur & Dionyſius & Caſſiodorus, alijque qui Conſulum catalogos concinnarunt.

Bellum Etruſcum Tarquiniorum reducendorum cauſſa hoc anno Vrbe illatum eſt à Porſena Cluſinorum Rege, morem pellendi Reges ſibi vicino periculoſum exiſtimante. Quod bellum celebre eſt ob præclara M. Horatij Coclitis, C. Mucij Scæuolæ, & virginum obſidum pro libertate facinora, in extrema rerum neceſſitate. Quæ omnia latiſſimè narrant Liuius lib. II Plutarchus, Dionyſius lib. V. Florus, Eutropius, & alij plures. Nihil enim hoc bello magis decantatum apud auctores, quod Plutarchus anno integro duraſſe dicit, cui etiam ſuffragari videtur Eutropius: nam anno ſecundo poſt Reges exactos Porſenam obſediſſe Vrbem, tertio autem compoſitam pacem fuiſſe dicit. At Oroſius Porſenam tribus continuis annis trepidam Vrbem terruiſſe, concluſiſſe, ac obſediſſe refert; ſed quem ex veteribus ſequatur auctorem, ignoro. Dionyſius verò bello Etruſco in annum ſequentem tranſlato, nihil hiſce Conſulibus memorabile geſtum ſcribit; præter cenſum, & tributorum ordinationem ex inſtituto Ser. Tullij Regis. Quæ omnia Tarquinio regnante intermiſſa, ab his Conſulibus in vſum reuocata ſunt, ſublatis alijs oneribus portoriorum, tributorumque, quibus iniquè plebs à Superbo Rege grauata fuerat. Varijs enim blandimentis per id tempus imminente bello Etruſco ſenatus plebem delinire, ne perculſa metu nouæ mutationis, ac rerum præſentium tædio, receptis in Vrbem Regibus, vel cum ſeruitute pacem promiſſis ſplendidam acciperet. Itaque veluti Dionyſius, & Liuius, conſentiunt, annonæ in primis cura eſt habita, ſaliſque vectigal ademptum: priuatiſque portorijs, & tributis plebe liberata; vt diuites conferrent, qui oneri ferendo eſſent, cenſus ex lege Seruij Regis in vſum reuocatus; & pauperes ſatis ſtipendij pendere viſum, ſi liberos educent, atque pro libertate patriæ pugnent. Quæ indulgentia patrum, aſperis poſtmodum in rebus, in obſidione ac fame, ciuitatem adeò concordem tenuit, vt Regium nomen ſummi non magis, quam infimi horrerent. Cenſa verò ſunt ciuium eo luſtro capita CXXX. ∞. eorum qui pubertatem attigiſſent, vt Dionyſius auctor eſt. Itaque ſi quatuor

Porſena Cluſinorum Rex.
M. Horatius Cocles.
C. Mucius Scæuola.
Clœlia virgo.
Quare tributa, aliaq; id genus onera à coss. ſublata.
Luſtrum Vrbis quintum.

adijciamus à Ser. Tullio Rege (velut tum dixi) condita luſtra, hoc eſſe quintum debet. Quod etiam poſtea in octauo luſtro ex Capitolinis fragmentis apertiùs conſtabit.

Quæſtores.

Ex S. C. Porſenæ Regis, poſt pacem factam, ab Ianiculo diſcedentis caſtra opulētiſſima, atque omni comeatu ex fertiliſſimis Etruriæ agris conuecto plena Romanis relicta, ac dono data, ne populo immiſſo diriperētur hoſtiliter, ſub haſta vēdidêre, pecuniamque in ærarium redegêre, Atque inde mos, ad regiæ liberalitatis memoriam, inter cetera bonorum publicè vendendorum ſolemnia, bonis ominis, ac vilis precij ſignificandi cauſa remanſit, Bona Porſenæ Regis proclamandi. De qua re vide Liuium libro II. & Dionyſium lib. V. Plutarchum in Poplicola.

Bona Porſenæ Regis venalia.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Q. Clœlius. //. f. //. n. Siculus. A. Sempronius. //. f. //. n. Atratinus.

Clœlius Cos. decennio poſt factus eſt, A. Sempronius vndecimo poſt anno.

ANNI. P. R. C. CCXLVI.

Conſules.

P. Valerius Voluſi. f. //. n. Poplicola. III. M. Horatius. //. f. //. n. Puluillus. II.

HOs habent Dionyſius lib. V. Caſſiodorus in Conſulum catalógo: Item Marianus Scotus monachus Fuldenſis, qui ex eodem, & Euſebio, Bedaq́. chronologiam ſuam concinnauit, & correctioribus exemplaribus vſus videtur, P. Valerium III. M. Horatium Puluillum II. Conſules ſuggerit; quem ſimul cum alijs frequenter adducemus. Liuius autem Valerio P. Lucretium adiungit; ſed quia in hac hiſtoriæ parte mutilus, & abruptus eſt, non poteſt non etiam hîc ſuſpectus videri. Nam poſt pacem cum Etruſcis factam ſtatim ſubiungit Aruntis filij Porſenæ contra Latinos expeditionem, anno ſequenti (vt vult Dionyſius) factam Sp. Lartio, & T. Herminio Conſulibus: quos item Liuius prætерijt. Adeò vt non immeritò hæc loca aſteriſcis notanda cenſeat vir doctiſſimus Carolus Sigonius, qui in reſtituendo, & emendando Liuio nuper inſignem operam nauauit. Eius vide annotationes.

T. Liuij locus animaduertendus.

His Coss. Dionyſius ſcribit exarſiſſe bellum cum Porſena Rege ob denegatam Tarquiniorum reſtitutionem. At hoc demum anno à M. Horatio Puluillo templum Iouis Capitolini dedicatum fuiſſe tradit. Suffragatur illius ſententiæ Tacitus lib. XIX. cuius verba libro ſuperiore in Tarquinio Superbo adduxi. Meminit etiam Val. Max. lib. V. cap. X.

Iouis Capitolini templum dedicatum.

Quæſtores.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

T. Aebutius. T. f. //. n. Elua. A. Poſtumius. P. f. //. n. Albus Regillenſis.

Ex his Aebutius octauo, Poſtumius vndecimo abhinc anno Coss. erunt.

ANNI. P. R. C. CCXLVII.

Conſules.

Sp. Lartius. //. f. //. n. Flauus. T. Herminius. //. f. //. n. Aquilinus.

MENDOSE Largius, Larcius, vel Laërtius in exemplaribus Liuij, & aliorum auctorum vulgaris appellatur prior hic Conſul. In ſaxis antiquis hoc familiæ nomen per T. literam ſcribi animaduertimus. Quod videre cuiuis etiam licet in Mauſolæo Plautiorum via Tiburtina XIIII. circiter ab Vrbe lapide, ad ripam Anienis, vbi legitur:

Mauſolæum Plautiorum.

LARTIA. CN. F. VXOR.

Neque improbanda eſt Sigonij ſententia, qui à prænomine Etruſco Larte, hoc nomen familiæ deriuari opinatur. Hos (vt dixi) Conſules Liuius non habet, Caſſiodorus tamen & Marianus Scotus eos non neglexêre. Dionyſius item ait, Sp. Lartium, & T. Herminium anno quarto poſt Reges exactos magiſtratum Romæ ſine bello geſſiſſe. Nomina autem

Lartiæ familiæ vnde nomen.

reſtituenda ſunt, ſi aliter legantur in Dionyſio, vel alijs auctoribus. Citat Cuſpinianus tabulas quaſdam Cõſulum incerti auctoris nomina dumtaxat ſimplicia breuiter exprimentes, in quibus hoc anno leguntur Rufus & Aquilinus, quæ cognomina horum Conſulum eſſe putantur à Dionyſio, & Caſſiodoro omiſſa. Flaui tamen cognomen Lartijs attribuit poſtea Dionyſius: quem potiùs ſequi viſum fuit.

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //.　　//. //. //. f. //. n. //.

M'. Tullius.//.f.//.n.Longus.　T.Virginius.//.f.//.n.Tricoſtus.

Tullius ſexto dehinc anno,　Virginius decimo Coss. reperientur.

ANNI. P. R. C. CCXLVIII.

Conſules.

M. Valerius.Voluſi.f.//.nepos.　P.Poſtumius.Q.f.//.n.Tubertus.

IN Caſſiodoro & Mariano malè P. Valerius, Marci enim prænomen huic dandum eſt conſenſu omnium ferè auctorum. Frater erat P.Valerij Poplicolæ, Dionyſio, Liuio, & Plutarcho auctoribus. Poſtumus autem, & Poſtumius ſine aſpiratione ab antiquis ſcribi ſolere, nummi, & marmora nos docent, præſertim Capitolina, quorum orthographiam ſequi non pœnitebit. Cognomen alterius Conſulis Tubertus, in Val. Max. & alijs perperam Tiburtus ſcribitur. Nominat hos Conſules in primis Liuius, item Plutarchus in Po-
„ plicola; ſed omnium pleniſſimè Dionyſius lib.v. Anno deinde (inquit) poſt eiectos Reges,
„ quinto Olympias erat nona ſupra ſexageſimam, qua vicit in ſtadio Iſchomachus Croto-
„ nienſis, Athenis iterum principe annuo Aceſtoride, Romæ Conſulatum gerentibus.
„ M. Valerio Poplicolæ fratre, & P.Poſtumio Tuberto.

Bellum à Sabinis renouatum fuit occaſione latrocinioruni quòd graphicè, & latè deſcribit ibidem Dionyſius; item Plutarchus in Poplicola. Liuius obiter ſolùm attingit, vt & Eutropius libro i. Bellum Sabinum.

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //.　　//. //. //. f. //. n. //.

T. Lartius.//. f. //. n. Flauus.　Ser.Sulpicius.P.f.//.n.Camerinus.

Lartius quarto,　Sulpicius quinto poſt anno Coss.facti ſunt.

M. VALERius. Voluſi. f. //. nepos anno. CCXLIIX
　Cos. De Sabineis. //. //. //.
P. POSTVmius. Q.f.//. n. Tubertus. ann. CCXLIIX
　Cos. De Sabineis. //. //. //.

Duobus prœlijs à M. Valerio contra Sabinos feliciter pugnatum fuiſſe, ſecundò neminem Romanorum cecidiſſe, & tredecim milibus hoſtium captis, victorẽ Conſulem triumphaſſe Plutarchus auctor eſt. Cui ſuffragatur, quantum ad victoriam M. Poplicolæ Pli-
„ nius lib.xxxvi.cap xv.Poplicolæ fratrem bis in eodem magiſtratu Sabinos viciſſe ſcribens,
„ Cui non ſecus ac fratri P. Poplicolæ fuerat, decretus eſt item honos, vt domus ei in palatio Honor M. Valerij.
„ ſumptu publico ædificaretur, cuius fores extrà in viam publicam aperirentur. Hoc erat tunc clariſſimum inſigne inter triumphales quoque domus. Eius etiam meminêre Dionyſius, Plutarchus, & Pædianus in orationem contra L. Piſonem. Vtrumque verò Conſulem triumphaſſe non ſolùm teſtantur Capitolina fragmenta; ſed etiam Liuius, & Dionyſius. Tuberto quoque ſeorſim ſuus honos datus eſt, vt in Vrbe ſepeliretur, quod eius Honor Tuberti. poſteri iure tenuerunt, vt Cicero de legibus auctor eſt. Hunc Valerij triumphum de Sa-
„ binis P.Poplicolæ fratri eius malè attribuit Auctor de viris illuſtribus. Rectiùs libro vi.
„ Dionyſius, vbi pugnam Regillenſem deſcribit. In eo conflictu (inquit) M. Valerius lega-
„ tus, qui primus de Sabinis triumphauit, & animos populi Rom. poſt cladem ab Etruſcis acceptam collapſos erexit, haſta ictus occubuit.

ANNI

ANNI. P. R. C. CCXLIX.

Conſules.

P. Valerius. Voluſi. f. //. n. Poplicola. IV. T. Lucretius. T. f. //. n. Tricipitnus. II

IN Conſulum nominibus nulla eſt variatio apud auctores iam antè citatos. Quæ ad hiſtoriam attinent dumtaxat dicemus. Bellum rurſus moliti ſunt Sabini pellectis ad defectionem Fidenatibus, & Camerinis. Sex. Tarquinio duce, vt vult Dionyſius. Adiuncti ſunt etiam Veientes, vt fragmentum Capitolinum, & Auctor de viris illuſtribus indicant. Sed orta inter hoſtes ſeditio, dum alij pacem alij bellum malunt, non parum virium ad Romanos tranſtulit: Ap. Claudio, qui Actius, vel, vt reor, Atius Clauſus vocabatur, pacis auctore, cùm à perturbatoribus belli premeretur, nec par factioni eſſet, ex Regillo Sabinorum cum magna cognationis amicorum & clientium manu Romam commigrante. Quod anno ferè poſt Reges exactos ſexto accidiſſe tradit Suetonius. His ciuitas & trans Anienem ager datus, Appius inter patres lectus. Vide Liuium, Dionyſium, & Plutarchum locis ſuprà memoratis. Hoc anno ludos ſæculares primos factos, ex Plutarcho, Cenſorino, & Val. Max. quidam colligunt. De quorum tempore magna eſt apud auctores controuerſia. Nos vero cum Capitolinorum faſtorum auctoribus xv. virûm commentarios, & D. Auguſti edictum in annotandis ſæcularibus ſequemur; ex quibus anno ab Vrbe condita CCXCVII. primos ſæculares factos, & centeſimo decimo quoque anno iteratos fuiſſe, varijs rationibus colligitur.

Appius Claudiæ gẽtis princeps Romàm migrat.

Ludi ſæculares primum facti ex quorundam ſententia.

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

P. Seruilius. P. f. //. n. Priſcus. A. Virginius. A. f. //. n. Tricoſtus. Cælimontanus.

Ex his Priſcum nonò, Tricoſtum decimo abhinc anno Coss. habebimus.

P. VALERIVS. Voluſi. f. //. n anno CCXLIX
POPLICOLA. II COS. IV de Sabineis
ET. VEIENTIBVS. II. nonas. MAI

Sabini prope Fidenas nocturnò prœlio victi ſunt. Nam inſidias dum ſtruunt, à transfugis deteguntur, vt ipſi in inſidias lapſi ſint. Tredecim hoſtium milia cæſa, capta quatuor. Caſtra etiam ſequenti die ſimul cum vrbe in poteſtatem redacta ſunt; & ex defectionis auctoribus ſupplicium eſt ſumptum. Conſules triumphantes ex S. C. Romam redierunt, vt auctores ſunt Liuius, & Dionyſius. Capitolini tamẽ faſti Poplicolam ſolummodo triumphaſſe monſtrant, cuius maximè auſpicijs bellum hoc geſtum fuit. Vt ex ijs qui expeditioni interfuerant, & manus conſeruerant audiretur vulgò. Poplicolam claudos, cæcos, & quaſi vinctos hoſtes militum enſibus obieciſſe, vt Plutarchus refert, qui tantùm vnius Poplicolæ triumphantis meminit. Hic autem ſecundus eius, atque vltimus triumphus eſt, de Sabinis videlicet, & Veientibus, vt ſaxa volunt Capitolina. Licet Auctor de viris illuſtribus Poplicolam primùm de Veientibus, iterum de Sabinis, tertiò de vtriſque gentibus triumphaſſe ſcribat. Quem errorem ex nominum ſimilitudine, & prænominibus antiquis etiam corruptis prouenisse apud eum auctorem exiſtimo. Quum M. Valerij ſuperioris anni Cos. triumphus de Sabinis, hoc loco Poplicolæ fratri, vt ſecundus videatur adſcriptus, & ex ſecundo de Sabinis, & Veientibus tertius ſit factus. Explodantur itaque qui propriorum nominum correctionem in auctoribus, vt inutilem, & ſuperſtitioſam irrident; quaſi parum referat, quo quis nomine appellatus fuerit. Cùm ex ea negligentia tam ſupina, qua in auctoribus nomina paſſim ſunt corrupta, etiam ſimul res geſtas vnius alteri ſæpiſſimè perperam attributas inueniamus.

Propriorum nominũ correctio quàm neceſſaria in auctoribus.

ANNI. P. R. C. CCL.

Conſules.

P. Poſtumius. Q. f. //. n. Tubertus. II. Agrippa. Menenius. C. f. //. n. Lanatus.

SIC nominantur Conſules à Dionyſio. Liuius & Caſſiodorus, cognomina omittunt, quæ habentur in tabulis Græcis noſtris, è chronologia quadam vetuſta maiuſculis li-

teris

teris deſcripta, & reperta ante aliquot annos in Sicilia, collectis; quas Romæ communicauit mihi longa familiaritate amiciſſimus, & doctiſſimus Io. Metellus Sequanus. Eas autem frequenter in hoc opere adducam, cui non parum lucis adferre intelligas lector.

Tertiam hoc anno Sabini irruptionem in agrum Romanum fecêre, ad mœnia vſque Vrbis vaſtantes omnia. Poſtumij imprudentia pars exercitus Rom in inſidias lapſa ab hoſtibus circumuenta, & obſeſſa fuit: ſed Menenij diligentia confeſtim obſidio ſoluta eſt. Sabini prœlio victi, & fugati magnam Romanis prædam reliquêre. Hæc latè Dionyſius lib. v. Liuius autem facta belli Sabini mentione, Pometiam, Coramque colonias hoc anno defeciſſe ad Auruncos, & cum iiſdem bellũ initum, & Romæ triumphatum narrat. At P. Valerius Poplicola hoc anno mortuus eſt, vt omnes conſentiunt auctores, & impenſa publica quadrantibus viritim à populo collatis ſepultus honoris cauſſa in Vrbe prope forum, annuoque matronarum luctu honoratus eſt. Vide Liuium lib. II. Plutarchum in Poplicolæ vita, Dionyſium lib. v. Eutropium, Auctorem de viris illuſtribus, & Val. Maximum libro IIII. cap. IV. *Bellum Auruncum.* *Mors P. Valerij Poplicolæ.*

Quæſtores.

// // // f. // n. // .// // // f. // n. //

T. Veturius. //. f. //. n. Geminus. Poſtumus. Cominius. //. f. //. n. Auruncus.

Nono Geminus, Auruncus autem altero dein anno Conſules ſubſequuntur.

P. POSTVMIUS. Q. f. //. n. TubertVS. ANN. CCL.
Cos. II. Ouans. primus. de SabineiS. III. NON. APR.
AGRIPPA Menenius. C. f. //. n. LanatVS. ANN. CCL.
Cos. DE. Sabineis pridiE NON. APR.

P. Poſtumius Tubertus Conſul ouans primus Vrbem ingreſſus eſt. Teſtantur hoc fragmenta Capitolina, quibus ſuffragatur in primis Dionyſius. „ Sabinis enim, ait, fœliciter „ debellatis, ſenatus decreuit vtrumque Conſulem cum pompa Vrbem ingredi, ſed curru „ Menenium, pedibus autem Poſtumium. Quod genus triumphi tum primùm Romæ inuentum, & ouationem appellatum, Licinius in annalibus prodidit. Cùm enim Poſtumij culpa, ferè in diſcrimen veniſſet res Romana, eum honore Menenio æquare iuſtũ non videbatur; licet poſtea in prœlio præcipuam nauârit operam, & gloriam recuperârit. Meminit eius rei item Plinius lib. xv. cap. XXIX. Vbi de myrto, ſed cauſſam aliquantò aliter „ expreſſit. Bellicis quoque rebus (inquit) ſe inſeruit, triumphanſque de Sabinis Poſtu„ mius Tubertus in Conſulatu, qui primus ouans ingreſſus eſt Vrbem, quoniam rem leui„ ter ſine cruore geſſerat, myrto Veneris Victricis coronatus inceſſit. De triumpho autem „ Agrippæ Menenij Conſulis ita breuiter Auctor de viris illuſtribus verba facit. Menenius (inquit) Agrippa cognomento Lanatus, dux electus aduerſum Sabinos, de ijs triumpha„ uit. Dionyſius etiam libri ſexti fine, vbi eius mortem deſcribit. Nec ita multò pòſt (in„ quit) Conſularium vnus Agrippa Menenius diem ſuum obijt, is qui de Sabinis „ triumphauerat. *Ouatio prima*

ANN. P. R. C. CCLI.

Conſules.

Opiter. Virginius. //. f. //. n. Tricoſtus. Sp. Caſſius. //. f. //. n. Viſcellinus.

OPITER prænomen eſt eius qui patre mortuo, auo ſuperſtite natus eſt, auctore Valerio de prænominibus, vbi cognomen eius Tricoſtus mendosè legitur, vt alibi paſſim, vel Oſtricatus, vel Caſtus, vel Tricaſtus. Alterius item Conſulis Viſcellinus cognomen variè legitur, in Græcis enim tabulis noſtis Βιτελλῖνος habetur, apud alios quoſdam auctores Vicellinus. In Ciceronis Lælio malè procul dubio, Becillinus, & paulo antè in eodem libro P. Caſſius, pro Sp. Caſſio. Liuius, Caſſiodorus, & Marianus cognomina Conſulum omnino omittunt. *Opiter prænomen vnde.*

Debellatum hoc anno cum Sabinis auctore Dionyſio. Sp. enim Caſſius Conſul cùm ad Cures vno conflictu circiter decem hoſtium milia & trecentos occidiſſet, quatuor captiuorum milia abegiſſet, eos pacem flagitare coëgit. Alterum verò Conſulem Virginium Cameriam diu obſeſſam tandem expugnaſſe, & diruiſſe ſcribit idem, auctoribus defectionis ſecuri percuſſis. Liuius Aurunci belli tantùm meminit, obſidioniſque Pometianæ; *Sp. Caſſii cos. victoria.* *Cameria capta & diruta.*

quæ

quæ primùm non valde fœliciter ſucceſſit, Conſule etiam altero grauiter vulnerato. Deinde iterata belli mole, per deditionem accepta eſt. Quæ tamen non minùs fœdè à militibus habita eſt, quàm ſi capta fuiſſet. Principes ſecuri percuſſi, reliqua multitudo ſub corona venum data, & oppidum dirutum. Conſules ob iras magis grauiter vltas, quàm ob magnitudinem perfecti belli triumphaſſe ſcribit.

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
Q. Seruilius. P. f. //. n. Priſcus.	T. Geganius. //. f. //. n. Macerinus.

Priſcus magiſter equitum factus octauo anno pòſt, Macerinus Cos. decimo.

SP. CASSIUS. //. f. //. n. Viſcellinus. ANN. CCLI.
COS. DE. Sabineis. //. //. //.

Huius triumphi mentio tantùm eſt apud Dionyſium, qui Sabinis bello hoc domitis agrum ademptum, & frumentum à Caſſio Conſule imperatum fuiſſe refert, atque eum triumphantem in Vrbem rediiſſe. De alterius Conſulis Virginij triumpho nihil apud eum auctorem legimus, vt neque in faſtis Capitolinis. Quapropter non Liuium, ſed Dionyſium in huius temporis hiſtoria, quod faſtis meliùs congruat, ſequi placuit.

ANNI. P. R. C. CCLII.

Conſules.

Poſtumus Cominius. //. f. //. n. Auruncus. T. Lartius. //. f. //. n. Flauus.

POSTVMVS hoc loco, vt ſæpiùs etiam, prænomen eſt, quod non ſolùm teſtatur Valerius de prænominibus, vbi hunc Conſulem Poſtumum Cominium Auruncum vocat, ſed etiam Varro, & Plutarchus in Coriolano. Miror itaque cur plerique Poſtumius legere maluerint in Liuio, Dionyſio, Caſſiodoro & alijs: cùm gentile nomen hoc ſit, non prænomen. Neque ſecus erratum eſt in cognomine, quidam enim Aurunus, quidam Auruneus, alij Auruntius, perperam ſcripſere. T. Lartium, fratrem Sp. Lartij dicit Dionyſius, & Flauum appellat. Tabulæ Græcæ Auruncum, & Flauum Coss. ſuggerunt.

Seruorum coniuratio de arce occupanda, & Vrbe incendenda detecta eſt, & punita. Latini in Ferentino concilio à ſocietate populi Rom. deſciuerunt, auctore Octauo Mamilio Tarquinij Superbi genero. Vide Dionyſium lib. v. & Liuium ſecundo. In quibus corrigendum Manilij prænomen eſt, quod Octauus, non Octauius fuit. Hoc enim Veliternæ gentis nomen eſſe conſtat.

Latinorum à Romanis defectio.

Octauus prænomen.

T. Lartius. //. f. //. n. Flauus. Primus Dictator
Sp. Caſſius. //. f. //. n. Viſcellinus. Primus magiſter equitum
Rei gerundæ cauſſa. Luſtra. fecerunt. VI.

Hoc anno Sabini cùm ad rebellionem ſpectare viderentur, & Latini etiam ab Romanorum amicitia deſciuiſſent, conſtaretque triginta iam populos concitante Octauo Mamilio Tarquinij genero coniuraſſe in excidium Vrbis, & nominis Romani: expectatione maximi belli ſolicita ciuitate, vt aſſerit lib. II. Liuius, Dictatoris creandi mentio eſt orta. Sed quónam anno, vel quibus Conſulibus hoc factum ſit, diuerſum tradi dicit. Nihilominus anno hoc, videlicet nono ferè poſt Reges exactos illud accidiſſe teſtantur Euſebius, Eutropius, Caſſiodorus, & alij recentiores, à Liuij opinione non diſcedentes. Quos ſimul omnes potiùs ſequi viſum eſt, quàm vnum Dionyſium, qui triennio poſtea hunc magiſtratum inuentum fuiſſe memorat, anno ſcilicet duodecimo poſt Reges exactos. T. Lartio II. Q. Clœlio Coss. Ad quod tempus belli Latini hiſtoriam omnem refert. Io. Zonaras monachus Græcus in ſuo hiſtoriarum volumine ſecundo, in annum poſt Reges exactos decimum transfert dictaturæ initium, qui addit & illud cauſſæ, quòd multi ex ciuibus recuſarent militiam, deciſionem æris alieni, vel debitorum remiſſionem flagitantes; contumaciores quippe facti contra Conſules, Valeriæ legis de prouocatione ad populum fiducia. Sed creato Dictatore, poſteaquam præferri ſecures vigintiquatuor viderunt, magnus plebem metus inceſſit, vt intentiores eſſent ad dicto parendum. Neque enim, vt in Conſulibus,

Dictatura primùm & cur inuenta.

Alia Dictatoris creandi cauſſa.

ſulibus, qui pari poteſtate erant, alterius auxilium, neque prouocatio opitulari poterat, neque vlla niſi in cura parendi defenſio reliqua manebat. Eiuſdem rei & Dionyſius meminit. In primo autem Dictatore T. Lartio ambo conſentiunt, & alij ferè omnes, præter paucos, ex quibus habemus Sex. Pompeium, qui M'. Valerium. M. f. Voluſi nepotem primum fuiſſe vult. Quam tamen ſententiam refutat Liuius, & cur Lartium fuiſſe potiùs credat, cauſſam reddit, nempe quòd conſularis nondum erat Valerius, & lex de Dictatore creando lata conſularem legere iuberet. Creato Dictatore cùm bellum metus cauſſa partim, & per apparatum partim vtrimque extraheretur: quietum tacitæ quaſi annum tenuere induciæ, quamuis Sabinis bellum eſſet indictum, ſicut Liuius refert. Cum Latinis autem annuas pepigiſſe Dictatorem inducias, cenſum egiſſe & luſtrum condidiſſe, quo cenſa ciuium capita centum quinquaginta milia & ſeptingenta tradit Dionyſius, eorum qui pubertatem attigiſſent. Libro autem ſexto ſeceſſionem plebis deſcribens, in oratione Ap. Claudij centum triginta tantùm milia Romanorum ciuium, eorum qui pubertatem attigiſſent, cenſa fuiſſe aſſerit, niſi fortè numerus ſit eo loco corruptus. Sed hæc omnia, vt dixi, in aliud tempus cum dictatura refert Dionyſius. Videtur etiam huius cenſus mentionem facere Euſebius in Chronico, licet non ſuo adamuſſim anno & numerus ciuium non æquè reſpondeat, vt eſt inſigniter corruptus is liber.

Lex de Dictatore creando.

Luſtrum Vrbis VI.

De dictatura.

DE dictatura quidem hoc loco nonnulla referre non incongruum erit. Extraordinaria hæc fuit poteſtas, ſummuſque libertate publica ſtante magiſtratus apud Romanos, regiæ dignitati propemodum par, nomine licet multum diſcrepet. Regium quippe nomen, vt libertati publicæ infeſtum ac inuiſum, exulare debebat; tam ob Tarquiniorum memoriam, quàm ob iuramentum, quo populus Rom. auctore Bruto adſtrictus erat, quòd neminem Romæ pateretur regnare. Eo igitur reiecto, res ipſa quaſi recepta eſt, non in perpetuum; ſed aliquando, requirente neceſſitate; vt abſoluta quædam in rep. poteſtas eſſet. Quod quidem in alijs etiam Græciæ liberis ciuitatibus vſurpatum fuiſſe legimus. Quoties enim nec leges ſatis tuerentur iuſtitiam, nec magiſtratus ad legum tutelam ſufficerent, & in temporum nouitatibus, rerumque periculis opus eſſet inſtituto non tam optimo, quàm ad præſentem ſtatum ciuitatis accommodatiſſimo (quandoquidem ſæpe in improuiſis caſuum aduerſitatibus, & ſæpiùs etiam in immodicis fortunæ proſperitatibus contingit, vt bona reip. conſtitutio corrumpatur, celeremque ac liberam correctionem poſtulet) neceſſe erat regias ac tyrannicas poteſtates rurſus pro rerum ſtatu in medium proferre conuelatas honeſtioribus titulis. Sic Theſſali, archos; Spartani, harmoſtos, quaſi prouinciarum conſtitutores appellarunt; quibus regia poteſtate præditis aliquando pro Regibus vſi ſunt. Eademque neceſſitas compulit & Romanos cum abſoluta poteſtate Dictatores aliquoties in remp. introducere, qui gubernacula ſoli acciperent. Sed in hoc inprimis dictatura Romanorum regno par non erat, quod non perpetua, vel ad vitam durans daretur; ſed præfinito tempore, ſex dumtaxat menſium, vltra quod retinere hunc magiſtratum nefas erat; ne in tanto imperio, ſi diuturnum nimis eſſet, inſolentior quis, aut præter modum arrogans ad tyrannidem aſpirare poſſet. Ea tamen reip. Romanæ fuit felicitas, & ea principum ciuitatis moderatio, vſque ad Sullana tempora, & ciuilia bella, vt plures eorum quibus hæc ſumma poteſtas credita eſt, expeditis, propter quas creati erant difficultatibus, non exſpectato ſemeſtri, quo gaudere poterant, hoc tanto honore ſtatim vltrò abdicarint. Cuius modeſtiæ exempla non pauca in annalibus noſtris reperies. Abſciſſus inſuper prauæ potentiæ neruus & hac via, quòd pecuniæ publicæ nihil impendere, niſi ex ſenatu decreto Dictatori licebat. Id tamen poſtea Iulius Cæſar dictaturam contra morem maiorum aſſecutus, vt alia, minime obſeruauit, ærario Saturni per vim effracto. Qui deinde ſub dictaturæ nomine, donec occideretur, regnauit. Cæterum regia planè Dictatoris poteſtas in hiſce fuit à principio, quòd pro ſuo arbitratu quoſcumque etiam ciues domi belliquè bonis mulctare; exilio, virgis, capiteque plectere, magiſtratus, quibus vellet, dare vel eripere poſſet, neque ab eius dicto cuiquam prouocare fas eſſet. Tale verò vnius imperium mirificè ad res bellicas adminiſtrandas, & ſeditiones ciuiles comprimendas frequenter ſalutare & neceſſarium fuiſſe conſtat, & veterum ſcripta abundè teſtantur. Attamen quia vis eius maxima, ſummaque potentia erat, non niſi in maximis reip. terroribus, & periculis belli, vel ſeditionis, aut metu alicuius iræ deum cladis dictatura vtebatur; adeò vt faſtis publicis cauſſas annotare non difficile atque vſurpatum fuerit. Et hæ tales plerunque fuerunt. Rei gerundæ, Seditionis ſedandæ, Comitiorum habendorum, & Senatus legendi. Acceſſerunt progreſſu temporis aliæ religionis item cauſſæ, quando placandorum numinum gratia maximis auſpicijs opus eſſet, vt ſi clauus figendus, quod piaculi genus

Regij nominis exilium.

Dictatura regia quaſi poteſtas.

Dictatura neceſſitas.

Archi.

Harmoſti.

Dictatura ſex tantùm menſium.

Dictatorum veterum moderatio.

C. Iulij Cæſaris tyrannica dictatura.

Regia dictatoris poteſtas quæ.

Dictator quando, & quas ob cauſſas crearetur.

rum primùm dici cœpiſſe patres conſcriptos, qui à Bruto lecti erant; ſed diſcrepant alij, ac conſcriptos appellant, ſecunda lectione ex Sabinis à Romulo adſcitos; alij, quos Priſcus allegit. Nec minor varietas de plebeiorum ſenatorum origine; quos Zonaras Ser. Tullium Regem inſtituiſſe primùm affirmat, Feſtus hoc anno P. Valerium, vt dixi Conſulem. Ex Dionyſio colligere eſt, multo tardiùs plebi ſenatum communicatum eſſe, quemadmodum pulcherrimè Sigonius in libro II. de iure ciuium Rom. explicauit. Itaque nè longiores fruſtra hic ſimus, ad Conſulum hiſtoriam redeamus. Qui libertatis ſtabiliendæ ſtudio mox populo ex lege Romuli, reddidêre comitia, & ſuffragia de rebus maximis; leges Romuli, Numæ, Ser. Tullij de contractibus, aliorumque Regum ſalubres, ac libertati non obfuturas reuocârunt in vſum. Et ne diuinus cultus, ſublatis Regibus, videretur imminutus, cum quædam ſacra publica, non niſi per Reges ipſos factitari ſolerent, neque prorſus è ſacris auferretur auſpicatum illud nomen; Regem ſacrificulum qui ſacra regia curaret per collegia, creari iuſſerunt è patricijs immunem à militia & oneribus. Idque ſacerdotium pontifici ſubiecêre, ne additus nomini honos aliquid noue libertati officeret. Compitalia, Paganaliaq; conuentusq. ſacros in Vrbe atque agris fieri ſolitos, & à Superbo Rege ſublatos reſtituerunt. Cæteraque pulchra maiorum inſtituta, quæ tyrannus aboleuerat, in priſtinum vſum reduxerunt, gaudente populo poſt diuturnam ſe ſeruitutem ad deſideratæ libertatis fructum ex inſperato peruenîſſe. Cæterùm Poplicola plures habuit collegas in hoc magiſtratu. Tarquinius namque exul Veientes, Tarquinienſeſque concitauit ad bellum contra Romanos, aduerſum quos vltra Tiberim in pratis Iunijs cruento prœlio conflixêre Conſules. In quo L. Brutus cum Arunte Superbi filio equeſtri pugna congreſſus eſt, infeſtiſſimis animis ambo concurrentes contrarijs haſtis transfixi ſunt; vt pariter ex equis moribundi ceciderint. Bruti corpus Romam delatum, funus ſummo apparatu ductū eſt. Collega Valerius ipſum oratione funebri laudauit, matronæ Romanæ acerrimum pudicitiæ vltorem, vt parentem publicum, anno integro luxerūt. Eo modo Brutus poſteaquam magiſtratu collegam ſpoliaſſet, aliumque ſibi ſubrogaſſet, occiſus eſt. Eſt autem illud notatu dignum, quod in prodigijs ſuis ſcribit Obſequens; conſtare neminem eorum qui magiſtratum collegæ abſtuliſſet, annum ſuperuixiſſe Abrogauerunt autem, inquit, L. Brutus, Collatino: T. Gracchus, M. Octauio Cæcinæ: P. Tarquitius, P. Marullo; Tullius, Bruto & Caſſio, bellum aduerſus Cæſarem & Antonium molientibus. Porrò in L. Bruti occiſi locum ſubrogatus eſt collega Poplicolæ Sp. Lucretius Tricipitinus pater Lucretiæ, L. Collatini. Cuius item pulchrè mentionem facit Cicero de Finibus libro II. ſcribens ob Lucretiæ occiſæ memoriam libertatis anno primo & virum, & patrem eius Conſules eſſe factos. Hoc autem paulo pòſt mortuo, ſuffectus in Lucretij locum M. Horatius Puluillus, qui templum Iouis Capitolini dedicauit. Sed quibuſdam in annalibus (referente Liuio) Lucretius ob breuitatem imperij, vel quia nihil memoria dignum geſſerit, omittitur. Receptior tamen opinio eſt, Liuio, Plutarcho, Dionyſio auctoribus, quinque Conſules hunc annum habuiſſe; Cui etiam adijciunt nonnulli ſuperioris anni menſes, quibus cum libertate Conſulum imperium incepit, velut non ſolum Dionyſius, ſed ipſe Plutarchus etiam indicat, qui auctor eſt pridie Kal. Martias hoc prœlium, in quo Brutus cecidit, accidiſſe. Quum vel v. Kal. Martias, vel nono Kal. Iunias Regifugium antiquitus celebrari ſolere conſtet. Non igitur veriſimile videtur Bruti res geſtas diligentiùs conſideranti, in magiſtratu quatridui ſolùm ſpacio cum fuiſſe: ſed potiùs IX. Kal Iunias Reges fugaſſe anno ſuperiore, & pridie Kal. Martias deinde ſequentes in prœlio occiſum; quod quilibet ex temporum ratione facilè colliget.

Quando primùm plebei ſenatores.

Comitia, ſuffragia, ac leges regie populo à COSS reddita.

Rex ſacrificulus

Sacra plebeia ſublata reſtituuntur.

Bellum à Tarquinio concitatum.

Mors L. Bruti.

Bruti funus, & exequiæ.

Regifugium quando celebrari ſoleat.

QVAESTORES. PRIMVM. POPVLI. SVFFRAGIO. CREATI. VT. AVCTOR. PLVTARCHVS.

P. Veturius. //. f. //. n. Geminus. M. Minucius. //. f. //. n. Augurinus.

DE Quæſturæ origine & poteſtate hoc loco nonnulla in medium adferenda ſunt, eorum in gratiam, qui magiſtratuum hiſtoriam pleniùs cognoſcere cupiunt. Origo autem quæſturæ vetuſtiſſima eſt, & ante omnes penè magiſtratus ſub legibus inſtituta; quemadmodum Vlpianus digeſtorum lib. I. tit. XIII. ſcribit. ex Iunij Gracchani ſententia; qui lib. VII de poteſtatibus memoriæ prodidit, ipſum etiam Romulum, & Numam Pompilium duos habuiſſe quæſtores, quos non ſua voce, ſed populi ſuffragio creaſſent. In ambiguo tamen relinquit Vlpianus, an Romulo, Numæve quæſtores fuerint, id enim non vſque adeò notum eſſe dicit. Porrò Tullum Hoſtilium Regem habuiſſe quæſtores, conſtare affirmat. Et ſanè crebrior (inquit) apud veteres opinio eſt, Tullum Hoſtilium in remp. »

Quæſturæ origo.

primum

,, primùm induxiſſe quæſtores, à genere quærendi initio dictos, vt Iunius, Trebatius, & Fe-
,, neſtella ſcribunt. Aſtipulatur his etiam Tacitus lib. XI. annalium. Verùm is ſentire vi-
detur, Regum potius ex arbitrio, quàm populi ſuffragio tunc creatos. Eius verba ſunt hæc:
,, Sed quæſtores Regibus etiam tum imperantibus inſtituti ſunt, quod lex curiata oſtendit
,, ab L. Bruto repetita. Manſitque Conſulibus poteſtas deligendi, donec eum quoque hono-
,, rem populus mandaret; creatique primùm Valerius Potitus, & Aemilius Mamercinus
,, LXIII. anno poſt Tarquinios exactos, vt rem militarem comitarentur. Dein gliſcentibus
,, negotijs duo additi, qui Romæ curarent. Mox duplicatus numerus ſtipendiaria iam Italia,
,, & accedentibus prouinciarum vectigalibus. Pòſt lege Sullæ viginti creati, ſupplendo ſe-
,, natui, cui iudicia tradiderat. Et quanquam equites iudicia recuperauiſſent, quæſtura
,, tamen ex dignitate candidatorum, aut facilitate tribuentium gratuitò concedebatur, do-
,, nec ſententia Dolabellæ velut venundaretur. Hæc pulchrè & breuiter de quæſtura Taci-
tus, omnes eius magiſtratus mutationes ad monarchiam vſque complexus, quas & ipſe in annalibus hiſce ſuis locis annotabo. Sed in hoc diſcrepat ab hiſtoria Liuiana & alijs, quòd non primùm duos vrbanos quæſtores creatos; ſed vt rem militarem comitarentur, ſcribat. Aliter enim Liuius libro IIII. demonſtrans primùm duos tantùm vrbanos fuiſſe, vſque ad annum Vrbis CCCXXIII. additos deinde duos alios, qui Conſulibus ad miniſteria belli præſto eſſent. In diuerſa etiam eſt opinione Plutarchus à Tacito, qui Poplicolam ex primis Conſulibus ſcribit populo conceſſiſſe, vti duos quotannis quæſtores creare poſſet. Eius ferè verba hìc ſubſcribam. In quæſtoria etiam lege ferenda maximam
" eſt laudem conſecutus, vbi enim opus erat ad bellum pecunias ex cenſu ciues conferre,
" cùm neque ipſe id munus obire vellet, & ab eo ſuſcipiendo dehortaretur amicos: nec
" omninò publicas pecunias in priuatam domum inferri æquum duceret: ærarium Satur-
" ni ædem conſtituit, quæ hodie etiam manet. Conceſſit autem populo, vt quæſtores
" duos creare poſſet; creatique ſunt primi P. Veturius, & M. Minucius, & pecuniæ multæ
" coactæ. Centum enim & triginta milia in ærarium redacta ſunt; orphanis & viduis re-
" miſſo tributo. Hos verò quæſtores, quos nominat Plutarchus, poſtea reperimus item
" Conſules fuiſſe. Veturius decimo pòſt anno. Minucius duodecimo. Hinc reliquos ſequentes eodem annorum ferè ſpacio ex ijs maximè, qui poſtea Conſules facti ſunt. vbi deſiderantur, coniectura ducti ſupplebimus. Prima igitur quæſtorum prouincia fuit, ærarium Saturni curare; vt Pædianus teſtatur in Verrenam tertiam. Quæſtores, inquit, Vrbani ærarium curabant, eiuſque pecunias expenſas & acceptas in tabulas publicas referre conſuêrant. Suffragantur & antiquæ legum tabulæ, in quibus hæc formula frequens eſt. QVAESTORES. VRB. QVEI. AERARIVM. PROVINCIAM. OPTINENT.

Quæſtorum prima prouincia.

M. Varro & Pomponius de origine iuris quæſtorum duo genera prodere videntur, & à genere quærendi quæſtores dictos. Erant enim publicæ pecuniæ inquirendæ, colligendæ & ſeruandæ præpoſiti; & erant, qui maleficia inquirerent. Quia enim (inquit Pomponius) de capite ciuis Romani iniuſſu populi non erat lege permiſſum Conſulibus ius dicere: propterea duo quæſtores conſtituebantur à populo, qui capitalibus rebus præeſſent. Hi appellabantur quæſtores paricidij, quorum etiam meminit lex XII. tabularum, & Sex. Pompeius. Horum munus, Varrone auctore, poſtea tranſlatum eſt in triumviros capitales, ac demum in perpetuarum quæſtionum iudices ſiue prætores. Quos ſuo tempore quæſitores appellarunt Cicero, & Aſconius. Verùm de his nunc agendum non eſt. Et ſanè quæſtorum ab initio munus Regum tempore fuiſſe in primis videtur perduellionem, aliaque maleficia anquirere, ac ſecundùm leges iudicare. Et poſtea eiectis Regibus publicæ item pecuniæ tractationem, nouis ordinarijs quæſtoribus à populo in hunc finem creandis annuatim à Poplicola commiſſam, quæ priùs apud Reges fuerat, etiam apertè
,, ſatis oſtendit Io. Zonaras libro II. annalium his verbis: Pecuniæ (inquit) tractationem
,, alijs mandauit Poplicola, ne Conſulum per eam potentia augeretur, tum primum quæ-
,, ſtoribus deſignatis. Ij principiò cauſſarum capitalium cognitioni præfuêre, ab inquiſi-
,, tione veritatis quæſtores appellati. Pòſt etiam ærario ſunt præfecti, iudicijs aliorum cu-
,, ræ commiſſis. Porrò ſi fuerunt Regum tempore ijdem quos Sex. Pompeius paricidij & Liuius perduellionis duouiros appellant, à quibus ob ſororem occiſam, Horatium Trigeminum damnatum ambo ſcribunt; non malè profectò Iunius Gracchanus tradit Romuli, ac Tullij Hoſtilij temporibus quæſtores fuiſſe. Ipſos quidem, Regibus expulſis, Conſulum tempore perduellionis, ſicut anno Vrbis CCLXVI; item falſi, vt anno CCXCIV. aliorumque criminum cognitioni præfuiſſe, ex Liuio conſtat, & in annalibus declarabo. Iam verò Regibus exactis, vt ærario Saturni præeſſent, creati primùm quæſtores duo ex lege Romuli, vt omnes alij magiſtratus, è patriciorum ordine, & aliquando etiam conſulares. Poſtea tamen, cùm duplicaretur numerus anno Vrbis CCCXXIII. liberum eligendi etiã ex plebe quæſtores arbitriũ, inſtantibus tribunis plebis, populo cõceſſum eſt, atque non

Quæſtorũ duo genera.

Quæſtores paricidij

Triumuiri capitales.

Quæſitores ijdem qui paricidij quæſtores.

Duouiri perduellionis.

Quæſtores primùm omnes patricij.

Poſtea etiã plebei quæſtores, & numero quatuor.

Quæſtores vrbani, eorumq; officia.

multò pòſt de plebe etiam promiſcuè fieri cœperunt. Duo igitur quæſtores tunc vrbani vel ærarij dicebantur; quorum erat pecuniam publicam ex S. C. vel populi iuſſu reip. nomine diſpenſare, expenſam, receptamque in rationum tabulas referre, rem monetariam curare, prædam inſuper ac manubias, publicataque damnatorum bona ſubhaſtare, pecuniaſque omnes inde coactas in ærario Saturni recondere, & conſeruare ſimul cum ſignis militaribus. Quæ promere, ipſorum erat, & in campum Martium deferre; quotiens ſacramento adigendi eſſent milites, id quod ex Liuij tertio, & ſeptimo depræhendimus.

Quæſtores militares.

Reliqui duo rem militarem comitabantur, & Conſulibus apud exercitus aderant, annonam, ſtipendia, & commeatus ſuppeditantes. Quorum rurſus erat priuatam militum pecuniam apud ſigna depoſitam cuſtodire, manubias ærario pop. Rom. publicandas recipere, & de his Romæ apud quæſtores vrbanos rationem reddere. Et hic magiſtratus in eo numero &

Quæſtorũ numerus duplicatus.

officio diu permanſit, vel vſque ad bella Punica, donec octo creati (vt auctor Tacitus) ſtipendiaria iam facta Italia, & accedentibus prouinciarum vectigalibus. E quibus ſex extra Vrbem per Italiam & prouincias ſemper erant, vel Conſulibus prætoribúſve dati comites, vel vt vectigalia, tributa, portoria, pecuniam, & frumentum, quibus alebantur exercitus, colligerent, & in rationum tabulas referrent. Quo ferè tempore duplicatus etiam prætorum numerus eſt, vt ſuo loco dicetur. Tum quoque ſortiri prouinciæ quæſtorum cœptæ ſunt, & admitti ad quæſturam iuniores, annorum videlicet viginti octo plus minus; quæ prima deinde vel nondum ſenatoribus adminiſtratio, & velut ianua ad remp.

Quæſtura primus gradus honoris.

accedentibus fuit. Quare Cicero Verrinarum ſecunda, primum gradum honoris appellat quæſturam. Nam eo magiſtratu functus, honores adeptus dicebatur, & in ſenatum veniebat, ſententiæque dicendæ ius habebat, etiamſi equeſtris adhuc ordinis, & nondum à cenſoribus, aliíſve, quibus poteſtas legendi eum ordinem erat, in ſenatum eſſet lectus.

Senatores qui. E ſenatu qui.

Nam hi ſoli ſenatores vocabantur, qui erant in ſenatum lecti; alij verò qui ſententiæ ius habebant, è ſenatu eſſe dicebantur. Hoc demonſtrat antiquum edictum, quo ſenatum cogere ſolet Conſul, aut prætor aliúſve magiſtratus, „VTEI. SENATORES. ADSINT. QVIBVSQ. IN. SENATV. SENTENTIAM. DICERE. LICET.„ Cuius apud Feſtum, Gellium, Liuium, alióſve auctores frequenter eſt mentio. Si quando tamen in edicto illa verba poſtrema omittebantur, conueniebant tantùm ſoli ſenatores, id eſt, in ſenatum lecti: Quod fieri ſolet, cùm de grauiſſimis reipub. rebus, ac maximè arcanis agendum foret, vt minor adeſſet iuniorum turba. Atque tum in curiam vocari ſenatus dicebat. Cuius rei vt exemplum adferamus. P. Craſſus quæſtor triennio ante bellum Punicum tertium fuerat, non tamen in curiam venit, quo die de bello Pœnis indicendo ſenatores ſoli ad deliberandum ſecretò vocati fuerant. Quod cùm ei rus petens Q. Fabius Max. ſenator in itinere per imprudentiam reuelaſſet, memor eum triennio antè quæſtorem factum; immemor tamen nondum à cenſoribus in ordinem ſenatorium allectum, à Conſulibus eſt obiurgatus, vt

Tribuni plebis è curia primum excluſi.

Val. Max. libro & cap. II. ſcribit. Qui & ibidem tradit, neque tribunis plebis olim intrare Curiam licuiſſe; ſed ante valuas poſitis ſubſellijs decreta patrum attentiſſima cura examinaſſe.

Gradus ad Conſulatum.

Erat autem perſuaſum omnibus, quòd quæſturæ fides, ædilitatis magnificentia, præturæ diligentia, & integritas munirent viam ad conſulatum, qui magiſtratus erat ampliſſimus.

Quæſtores prouinciales.

Dabantur autem ex prouincialibus illis quæſtoribus ſorte comites maioribus magiſtratibus cum imperio in prouinciam ituris.

Sortes quæſturæ inter magiſtratum neceſſitudinis cauſſa.

Quæ prima ſors & coniunctio eiuſdem prouinciæ neceſſitudinem quandam afferebat, adeò vt prætorem quæſtori ſuo parentis loco eſſe oportere iudicarent; & nullam grauiorem cauſſam neceſſitudinis poſſe reperiri, quàm coniunctionem ſortis, quàm prouinciæ, quàm officij, quàm publicam muneris ſocietatem. De qua te Cicero in Verrinis de oratore lib. II. & Pædianus non vno loco mentionem faciunt.

Vrbanorum quæſtorum iuriſdictio.

Habuiſſe etiam quæſtores vrbanos iuriſdictionem ſuam in Vrbe, docet Plutarchus in Catone minore & in Politicis, quem in eo magiſtratu de ſcribarum ſuorum criminibus cognouiſſe ſcribit.

Quæſtorũ prouincialium iuriſdictio.

Nec non alios in prouincijs iuriſdictionem ſuam quæſtores habuiſſe conſtat. Nam Q. Cæcilius Niger quæſtor in Sicilia Agonidi libertæ Veneris Erycinæ iudicium & recuperatores dedit; & iniuria damnatam, bonis venditis, in ſeruitutem redegit. Verres eius prætor poſtea factum improbat, vindiciaſque Agonidi ſecundùm libertatem iudicat, cogitque quæſtorem ſuum bona mulieri reſtituere.

Subſellia minorum magiſtratuum.

Et Pædianus in diuinationem affirmat ſubſellia Romæ minorum magiſtratuum fuiſſe, vt tribunorum, triumvirûm, quæſtorum, & huiuſmodi minora iudicia exercentium, qui non in ſellis curulibus, nec tribunalibus, ſed in ſubſellijs conſidebant. Sic etiam Suetonius C. Cæſarem in quæſtura vlterioris Hiſpaniæ cum mandato populi Rom. iure dicundo conuentus circumiuiſſe ſcribit.

Quæſtori neq; vocatio erat, neque prehenſio.

Attamen Romæ quæſtorem neque vocationem habere, neque prehenſionem, M. Varro teſtatur rerum humanarum XXI. & idcirco ipſum in ius vocari ad prætorem, vel Conſulem poſſe autumant, etiam à priuato. Et, ſi venire nollet, capi, atque prehendi; licet magiſtratus populi Rom. ſit, ſicut apud Gellium legimus lib. & cap. XIII. Re-

publica

publica demum in monarchiam redacta, L. Sullæ dictatoris exemplo, qui primus viginti quæſtores creauerat, incertus horum numerus pro Cæſarum Imperatorum arbitrio eſſe cœpit; variatæ frequenter prouinciæ, mutata munia. Quæ hîc diffuſius referre non putaui operæ precium; quandoquidem ex annalibus ipſis eas mutationes colligere ſtudioſo lectori facile erit. *Quæſtores xx. ac poſtremò incertus nume- rus.*

P. VALERius. Voluſi f. //.n. Poplicola. anno. CCXLIV. COS. Preimus. de Veientibus. Tarquinienſibusq. K. Mart.

VNO prœlio hoc anno contra Veientes, & Tarquinienſes debellatum fuit, quo L. Brutus Cos. (vt dixi) perijt. Sed multis vtrinque cæſis, æquo quaſi Marte diſceſſum erat ad caſtra. Quum nocte, velut è proximo caſtris loco, vox audita (Siluani putabatur) quæ ſubitum terrorem, & fugam Etruſcis, & plurimum alacritatis, animique Romanis iniecit. Itaque Conſul Valerius poſtridie in hoſtium caſtris, ante lucem nocturna fuga vacuis, ſecurus ſpolia legit, triumphanſque in Vrbem redijt. Auctores ſunt Liuius, Dionyſius, & Plutarchus in vita Poplicolæ, vbi Conſulum primus Valerius curru quadrijugo triumphaſſe dicitur, cui fragmenta Capitolina conueniunt. Nec etiam omiſit hunc triumphum auctor, qui inter illuſtres viros Poplicolam retulit. Triumphatum autem fuiſſe Kal Martijs, hinc colligere eſt, quòd pridie Kal. eaſdem hoc prœlium accidiſſe ſcribat Plutarchus, & poſtridie quàm pugnatum, triumphum actum prodit Dionyſius. *Panicus tumultus.*

Tarquinienſes Plinius lib. III. cap. V. inter Etruriæ populos enumerat, & meminit agri Tarquinienſis lib. II. cap. XCV. & lib. VIII. cap. III. Cortuoſam & Contenebram Etruſcorum oppida nominat in eodem agro Liuius lib. VI. A Tarconte Tyrrheni Lydij præfecto, qui Etruſcorum duodecim ciuitates primus condidit; Tarquinios appellatos fuiſſe, auctores ſunt Strabo lib. V. & Stephanus de Vrbibus. *Tarquinienſium, oppida, & vnde dicti.*

ANN. P. R. C. CCXLV.

Conſules.

P. Valerius. Voluſi. f. //.n. Poplicola. II. T. Lucretius. T. f. //. n. Tricipitinus. Luſtrum. fecerunt. V.

RECTE prodit Conſulum huius anni nomina, licet non plena, Liuius P. Valerium iterum, & T. Lucretium. nam hic ſecundus eſt Valerij Conſulatus. Suffragantur & Dionyſius & Caſſiodorus, alijque qui Conſulum catalogos concinnarunt.

Bellum Etruſcum Tarquiniorum reducendorum cauſſa hoc anno Vrbe illatum eſt à Porſena Cluſinorum Rege, morem pellendi Reges ſibi vicino periculoſum exiſtimante. Quod bellum celebre eſt ob præclara M. Horatij Coclitis, C. Mucij Scæuolæ, & virginum obſidum pro libertate facinora, in extrema rerum neceſſitate. Quæ omnia latiſſimè narrant Liuius lib. II Plutarchus, Dionyſius lib. V. Florus, Eutropius, & alij plures. Nihil enim hoc bello magis decantatum apud auctores, quod Plutarchus anno integro duraſſe dicit, cui etiam ſuffragari videtur Eutropius: nam anno ſecundo poſt Reges exactos Porſenam obſediſſe Vrbem, tertio autem compoſitam pacem fuiſſe dicit. At Oroſius Porſenam tribus continuis annis trepidam Vrbem terruiſſe, concluſiſſe, ac obſediſſe refert; ſed quem ex veteribus ſequatur auctorem, ignoro. Dionyſius verò bello Etruſco in annum ſequentem tranſlato, nihil hiſce Conſulibus memorabile geſtum ſcribit; præter cenſum, & tributorum ordinationem ex inſtituto Ser. Tullij Regis. Quæ omnia Tarquinio regnante intermiſſa, ab his Conſulibus in vſum reuocata ſunt, ſublatis alijs oneribus portoriorum, tributorumque, quibus iniquè plebs à Superbo Rege grauata fuerat. Varijs enim blandimentis per id tempus imminente bello Etruſco ſenatus plebem delinire, ne perculſa metu nouæ mutationis, ac rerum præſentium tædio, receptis in Vrbem Regibus, vel cum ſeruitute pacem promiſſis ſplendidam acciperet. Itaque veluti Dionyſius, & Liuius, conſentiunt, annonæ in primis cura eſt habita, ſoliſque vectigal ademptum: priuatiſque portorijs, & tributis plebe liberata; vt diuites conferrent, qui oneri ferendo eſſent, cenſus ex lege Seruij Regis in vſum reuocatus; & pauperes ſatis ſtipendij pendere viſum, ſi liberos educent, atque pro libertate patriæ pugnent. Quæ indulgentia patrum, aſperis poſtmodum in rebus, in obſidione ac fame, ciuitatem adeò concordem tenuit, vt Regium nomen ſummi non magis, quam infimi horrerent. Cenſa verò ſunt ciuium eo luſtro capita CXXX. ∞. eorum qui pubertatem attigiſſent, vt Dionyſius auctor eſt. Itaque ſi quatuor

Porſena Cluſinorum Rex. M. Horatius Cocles. C. Mucius Scæuola. Clœlia virgo.

Quare tributa, aliaq; id genus onera à coss. ſublata.

Luſtrum Vrbis quintum.

adijciamus à Ser. Tullio Rege (velut tum dixi) condita luſtra, hoc eſſe quintum debet. Quod etiam poſtea in octauo luſtro ex Capitolinis fragmentis apertiùs conſtabit.

Quæſtores.

Ex S. C. Porſenæ Regis, poſt pacem factam, ab Ianiculo diſcedentis caſtra opulētiſſima, atque omni commeatu ex fertiliſſimis Etruriæ agris conuecto plena Romanis relicta, ac dono data, ne populo immiſſo diriperētur hoſtiliter, ſub haſta vēdidêre, pecuniamque in ærarium redegêre, Atque inde mos, ad regiæ liberalitatis memoriam, inter cetera bonorum publicè vendendorum ſolemnia, bonis ominis, ac vilis precij ſignificandi cauſa remanſit, Bona Porſenæ Regis proclamandi. De qua re vide Liuium libro II. & Dionyſium lib. V. Plutarchum in Poplicola.

Bona Porſenæ Regis venalia.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
Q. Clœlius. //. f. //. n. Siculus. A. Sempronius. //. f. //. n. Atratinus.

Clœlius Cos. decennio poſt factus eſt, A. Sempronius vndecimo poſt anno.

ANNI. P. R. C. CCXLVI.

Conſules.

P. Valerius Voluſi. f. //. n. Poplicola. III. M. Horatius. //. f. //. n. Puluillus. II.

HOS habent Dionyſius lib. V. Caſſiodorus in Conſulum catalógo: Item Marianus Scotus monachus Fuldenſis, qui ex eodem, & Euſebio, Bedaq. chronologiam ſuam concinnauit, & correctioribus exemplaribus vſus videtur, P. Valerium III. M. Horatium Puluillum II. Conſules ſuggerit; quem ſimul cum alijs frequenter adducemus. Liuius autem Valerio P. Lucretium adiungit; ſed quia in hac hiſtoriæ parte mutilus, & abruptus eſt, non poteſt non etiam hîc ſuſpectus videri. Nam poſt pacem cum Etruſcis factam ſtatim ſubiungit Aruntis filij Porſenæ contra Latinos expeditionem, anno ſequenti (vt vult Dionyſius) factam Sp. Lartio, & T. Herminio Conſulibus: quos item Liuius prǽterijt. Adeò vt non immeritò hæc loca aſteriſcis notanda cenſeat vir doctiſſimus Carolus Sigonius, qui in reſtituendo, & emendando Liuio nuper inſignem operam nauauit. Eius vide annotationes.

T. Liuij locus animaduertendus.

His Coss. Dionyſius ſcribit exarſiſſe bellum cum Porſena Rege ob denegatam Tarquiniorum reſtitutionem. At hoc demum anno à M. Horatio Puluillo templum Iouis Capitolini dedicatum fuiſſe tradit. Suffragatur illius ſententiæ Tacitus lib. XIX. cuius verba libro ſuperiore in Tarquinio Superbo adduxi. Meminit etiam Val. Max. lib. V. cap. X.

Iouis Capitolini templum dedicatum.

Quæſtores.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
T. Aebutius. T. f. //. n. Elua. A. Poſtumius. P. f. //. n. Albus Regillenſis.

Ex his Aebutius octauo, Poſtumius vndecimo abhinc anno Coss. erunt.

ANNI. P. R. C. CCXLVII.

Conſules.

Sp. Lartius. //. f. //. n. Flauus. T. Herminius. //. f. //. n. Aquilinus.

MENDOSE Largius, Larcius, vel Laërtius in exemplaribus Liuij, & aliorum auctorum vulgatis appellatur prior hic Conſul. In ſaxis antiquis hoc familiæ nomen per T. literam ſcribi animaduertimus. Quod videre cuiuis etiam licet in Mauſolæo Plautiorum via Tiburtina XIIII. circiter ab Vrbe lapide, ad ripam Anienis, vbi legitur:

Mauſolæum Plautiorum.

LARTIA. CN. F. VXOR.

Neque improbanda eſt Sigonij ſententia, qui à prænomine Etruſco Larte, hoc nomen familiæ deriuari opinatur. Hos (vt dixi) Conſules Liuius non habet, Caſſiodorus tamen & Marianus Scotus eos non neglexêre. Dionyſius item ait, Sp. Lartium, & T. Herminium anno quarto poſt Reges exactos magiſtratum Romæ ſine bello geſſiſſe. Nomina autem reſtituenda

Lartiæ familiæ vnde nomen.

reſtituenda ſunt,ſi aliter legantur in Dionyſio,vel alijs auctoribus. Citat Cuſpinianus tabulas quaſdam Cōſulum incerti auctoris nomina dumtaxat ſimplicia breuiter exprimentes,in quibus hoc anno leguntur Rufus & Aquilinus, quæ cognomina horum Conſulum eſſe putantur à Dionyſio, & Caſſiodoro omiſſa. Flaui tamen cognomen Lartijs attribuit poſtea Dionyſius: quem potiùs ſequi viſum fuit.

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

M'. Tullius.//.f.//.n.Longus. T.Virginius.//.f.//.n.Tricoſtus.

Tullius ſexto dehinc anno, Virginius decimo Coſs. reperientur.

ANNI P. R. C. CCXLVIII.

Conſules.

M. Valerius.Voluſi.f.//.nepos. P.Poſtumius.Q.f.//.n.Tubertus.

IN Caſſiodoro & Mariano malè P. Valerius, Marci enim prænomen huic dandum eſt conſenſu omnium ferè auctorum. Frater erat P.Valerij Poplicolæ, Dionyſio,Liuio,& Plutarcho auctoribus. Poſtumus autem, & Poſtumius ſine aſpiratione ab antiquis ſcribi ſolere,nummi,& marmora nos docent,præſertim Capitolina,quorum orthographiam ſequi non pœnitebit. Cognomen alterius Conſulis Tubertus, in Val. Max. & alijs perperam Tiburtus ſcribitur. Nominat hos Conſules in primis Liuius,item Plutarchus in Poplicola; ſed omnium pleniſſimè Dionyſius lib.v.Anno deinde(inquit)poſt eiectos Reges, quinto Olympias erat nona ſupra ſexageſimam, qua vicit in ſtadio Iſchomachus Crotonienſis, Athenis iterum principe annuo Aceſtoride, Romæ Conſulatum gerentibus. M.Valerio Poplicolæ fratre,& P.Poſtumio Tuberto.

Bellum à Sabinis renouatum fuit occaſione latrociniorum quod graphicè, & latè deſcribit ibidem Dionyſius; item Plutarchus in Poplicola. Liuius obiter ſolùm attingit, vt & Eutropius libro I. *Bellum Sabinum.*

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

T. Lartius.//. f. //. n. Flauus. Ser.Sulpicius.P.f.//.n.Camerinus.

Lartius quarto, Sulpicius quinto poſt anno Coſs.facti ſunt.

M. VALERius. Voluſi. f. //. nepos anno. CCXLIIX
Cos. De Sabineis. //. //. //.
P. POSTVMius. Q.f.//. n. Tubertus. ann.CCXLIIX
Cos. De Sabineis. //. //. //.

Duobus prœlijs à M.Valerio contra Sabinos feliciter pugnatum fuiſſe, ſecundò neminem Romanorum cecidiſſe,& tredecim milibus hoſtium captis,victorē Conſulem triumphaſſe Plutarchus auctor eſt. Cui ſuffragatur, quantum ad victoriam M. Poplicolæ Plinius lib.xxxvi.cap xv.Poplicolæ fratrem bis in eodem magiſtratu Sabinos viciſſe ſcribens, Cui,non ſecus ac fratri P. Poplicolæ fuerat,decretus eſt item honos,vt domus ei in palatio ſumptu publico ædificaretur, cuius fores extrà in viam publicam aperirentur. Hoc erat tunc clariſſimum inſigne inter triumphales quoque domus. Eius etiam meminêre Dionyſius,Plutarchus,& Pædianus in orationem contra L. Piſonem. Vtrumque verò Conſulem triumphaſſe non ſolùm teſtantur Capitolina fragmenta; ſed etiam Liuius, & Dionyſius.Tuberto quoque ſeorſim ſuus honos datus eſt, vt in Vrbe ſepeliretur, quod eius poſteri iure tenuerunt,vt Cicero de legibus auctor eſt. Hunc Valerij triumphum de Sabinis P.Poplicolæ fratri eius malè attribuit Auctor de viris illuſtribus. Rectiùs libro VI. Dionyſius,vbi pugnam Regillenſem deſcribit. In eo conflictu(inquit) M. Valerius legatus, qui primus de Sabinis triumphauit, & animos populi Rom. poſt cladem ab Etruſcis acceptam collapſos erexit,haſta ictus occubuit. *Honor M. Valerij.* *Honor Tuberti.*

teris deſcripta, & reperta ante aliquot annos in Sicilia, collectis; quas Romæ communicauit mihi longa familiaritate amiciſſimus, & doctiſſimus Io. Metellus Sequanus. Eas autem frequenter in hoc opere adducam, cui non parum lucis adferre intelligas lector.

Tertiam hoc anno Sabini irruptionem in agrum Romanum fecêre, ad mœnia vſque Vrbis vaſtantes omnia. Poſtumij imprudentia pars exercitus Rom. in inſidias lapſa ab hoſtibus circumuenta, & obſeſſa fuit: ſed Menenij diligentia confeſtim obſidio ſoluta eſt. Sabini prœlio victi, & fugati magnam Romanis prædam reliquêre. Hæc latè Dionyſius lib. v. Liuius autem facta belli Sabini mentione, Pometiam, Coramque colonias hoc anno defeciſſe ad Auruncos, & cum iiſdem bellũ initum, & Romæ triumphatum narrat. At P. Valerius Poplicola hoc anno mortuus eſt, vt omnes conſentiunt auctores, & impenſa publica quadrantibus viritim à populo conlatis ſepultus honoris cauſſa in Vrbe prope forum, annuoque matronarum luctu honoratus eſt. Vide Liuium lib. II. Plutarchum in Poplicolæ vita, Dionyſium lib. v. Eutropium, Auctorem de viris illuſtribus, & Val. Maximum libro IIII. cap. IV. *Bellum Auruncum.* *Mors P. Valerij Poplicolæ.*

Quæſtores.

T. Veturius. //. f. //. n. Geminus. Poſtumus. Cominius. //. f. //. n. Auruncus.

Nono Geminus, Auruncus autem altero dein anno Conſules ſubſequuntur.

P. POSTVMIUS. Q. f. //. n. TubertVS. ANN. CCI.
Cos. II. Ouans. primus. de SabineiS. III. NON. APR.
AGRIPPA Menenius. C. f. //. n. LanatVS. ANN. CCL.
Cos. DE. Sabineis pridiE NON. APR.

P. Poſtumius Tubertus Conſul ouans primus Vrbem ingreſſus eſt. Teſtantur hoc fragmenta Capitolina, quibus ſuffragatur in primis Dionyſius. Sabinis enim, ait, fœliciter „ debellatis, ſenatus decreuit vtrumque Conſulem cum pompa Vrbem ingredi, ſed curru „ Menenium, pedibus autem Poſtumium. Quod genus triumphi tum primùm Romæ inuentum, & ouationem appellatum, Licinius in annalibus prodidit. Cùm enim Poſtumij culpa, ferè in diſcrimen veniſſet res Romana, eum honore Menenio æquare iuſtũ non videbatur; licet poſtea in prœlio præcipuam nauârit operam, & gloriam recuperârit. Meminit eius rei item Plinius lib. xv. cap. XXIX. Vbi de myrto, ſed cauſſam aliquantò aliter „ expreſſit. Bellicis quoque rebus (inquit) ſe inſeruit, triumphanſque de Sabinis Poſtumius „ Tubertus in Conſulatu, qui primus ouans ingreſſus eſt Vrbem, quoniam rem leui„ ter ſine cruore geſſerat, myrto Veneris Victricis coronatus inceſſit. De triumpho autem „ Agrippæ Menenij Conſulis ita breuiter Auctor de viris illuſtribus verba facit. Menenius (inquit) Agrippa cognomento Lanatus, dux electus aduerſum Sabinos, de iјs triumpha„ uit. Dionyſius etiam libri ſexti fine, vbi eius mortem deſcribit. Nec ita multo pòſt (in„ quit) Conſularium vnus Agrippa Menenius diem ſuum obijt, is qui de Sabinis „ triumphauerat. *Ouatio prima*

ANN. P. R. C. CCLI.

Conſules.

Opiter. Virginius. //. f. //. n. Tricoſtus. Sp. Caſſius. //. f. //. n. Viſcellinus.

OPITER prænomen eſt eius qui patre mortuo, auo ſuperſtite natus eſt, auctore Valerio de prænominibus, vbi cognomen eius Tricoſtus mendosè legitur, vt alibi paſſim, vel Oſtricatus, vel Caſtus, vel Tricaſtus. Alterius item Conſulis Viſcellinus cognomen variè legitur, in Græcis enim tabulis noſtis βιτελλῖνος habetur, apud alios quoſdam auctores Vicellinus. In Ciceronis Lælio malè procul dubio, Becillinus, & paulo antè in eodem libro P. Caſſius, pro Sp. Caſſio. Liuius, Caſſiodorus, & Marianus cognomina Conſulum omnino omittunt. *Opiter prænomen vnde.*

Debellatum hoc anno cum Sabinis auctore Dionyſio. Sp. enim Caſſius Conſul cùm ad Cures vno conflictu circiter decem hoſtium milia & trecentos occidiſſet, quatuor captiuorum milia abegiſſet, eos pacem flagitare coëgit. Alterum verò Conſulem Virginium Cameriam diu obſeſſam tandem expugnaſſe, & diruiſſe ſcribit idem, auctoribus defectionis ſecuri percuſſis. Liuius Aurunci belli tantùm meminit, obſidioniſque Pometianæ; *Sp. Caſſi cos. victoria.* *Cameria capta & diruta.*

quæ

quæ primùm non valde fœliciter ſucceſſit, Conſule etiam altero grauiter vulnerato. Deinde iterata belli mole, per deditionem accepta eſt. Quæ tamen non minùs fœdè à militibus habita eſt, quàm ſi capta fuiſſet. Principes ſecuri percuſſi, reliqua multitudo ſub corona venum data, & oppidum dirutum. Conſules ob iras magis grauiter vltas, quàm ob magnitudinem perfecti belli triumphaſſe ſcribit.

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Q. Seruilius. P. f. //. n. Priſcus. T. Geganius. //. f. //. n. Macerinus.

Priſcus magiſter equitum factus octauo anno pòſt, Macerinus Cos. decimo.

SP. CASSIUS. //. f. //. n. Viſcellinus. ANN. CCLI.
COS. DE. Sabineis. //. //. //.

Huius triumphi mentio tantùm eſt apud Dionyſium, qui Sabinis bello hoc domitis agrum ademptum, & frumentum à Caſſio Conſule imperatum fuiſſe refert, atque eum triumphantem in Vrbem rediiſſe. De alterius Conſulis Virginij triumpho nihil apud eum auctorem legimus, vt neque in faſtis Capitolinis. Quapropter non Liuium, ſed Dionyſium in huius temporis hiſtoria, quod faſtis meliùs congruat, ſequi placuit.

ANNI. P. R. C. CCLII.

Conſules.

Poſtumus Cominius. //. f. //. n. Auruncus. T. Lartius. //. f. //. n. Flauus.

POSTVMVS hoc locó, vt ſæpiùs etiam, prænomen eſt, quod non ſolùm teſtatur Valerius de prænominibus, vbi hunc Conſulem Poſtumum Cominium Auruncum vocat, ſed etiam Varro, & Plutarchus in Coriolano. Miror itaque cur plerique Poſtumius legere maluerint in Liuio, Dionyſio, Caſſiodoro & alijs: cùm gentile nomen hoc ſit, non prænomen. Neque ſecus erratum eſt in cognomine, quidam enim Aurunus, quidam Auruneus, alij Auruntius, perperam ſcripſere. T. Lartium, fratrem Sp. Lartij dicit Dionyſius, & Flauum appellat. Tabulæ Græcæ Auruncum, & Flauum Coſs. ſuggerunt.

Seruorum coniuratio de arce occupanda, & Vrbe incendenda detecta eſt, & punita. *Latinorum à Romanis defectio.* Latini in Ferentino concilio à ſocietate populi Rom. deſciuerant, auctore Octauo Mamilio Tarquinij Superbi genero. Vide Dionyſium lib. v. & Liuium ſecundo. In quibus *Octauus prænomen.* corrigendum Manilij prænomen eſt, quod Octauus, non Octauius fuit. Hoc enim Veliternæ gentis nomen eſſe conſtat.

T. Lartius. //. f. //. n. Flauus. Primus Dictator
SP. Caſſius. //. f. //. n. Viſcellinus. Primus magiſter equitum
Rei gerundæ cauſſa. Luſtra. fecerunt. VI.

Hoc anno Sabini cùm ad rebellionem ſpectare viderentur, & Latini etiam ab Romanorum amicitia deſciuiſſent, conſtaretque triginta iam populos concitante Octauo Mamilio Tarquinij genero coniuraſſe in excidium Vrbis, & nominis Romani; expectatione *Dictatura primum & cur inuenta.* maximi belli ſolicita ciuitate, vt aſſerit lib. II. Liuius, Dictatoris creandi mentio eſt orta. Sed quónam anno, vel quibus Conſulibus hoc factum ſit, diuerſum tradi dicit. Nihilominus anno hoc, videlicet nono ferè poſt Reges exactos illud accidiſſe teſtantur Euſebius, Eutropius, Caſſiodorus, & alij recentiores, a Liuij opinione non diſcedentes. Quos ſimul omnes potiùs ſequi viſum eſt, quàm vnum Dionyſium, qui triennio poſtea hunc magiſtratum inuentum fuiſſe memorat, anno ſcilicet duodecimo poſt Reges exactos. T. Lartio II. Q. Clœlio Coſs. Ad quod tempus belli Latini hiſtoriam omnem refert. Io. Zonaras monachus Græcus in ſuo hiſtoriarum volumine ſecundo, in annum poſt Reges exactos decimum transfert dictaturæ initium, qui addit & illud cauſſæ, quòd multi ex ciuibus re- *Alia Dictaturæ creandi cauſſa.* cuſarent militiam, deciſionem æris alieni, vel debitorum remiſſionem flagitantes; contumaciores quippe facti contra Conſules, Valeriæ legis de prouocatione ad populum fiducia. Sed creato Dictatore, poſteaquam præferri ſecures vigintiquatuor viderunt, magnus plebem metus inceſſit, vt intentiores eſſent ad dicto parendum. Neque enim, vt in Conſulibus,

ſulibus, qui pari poteſtate erant, alterius auxilium, neque prouocatio opitulari poterat, neque vlla niſi in cura parendi defenſio reliqua manebat. Eiuſdem rei & Dionyſius meminit. In primo autem Dictatore T. Lartio ambo conſentiunt, & alij ferè omnes, præter paucos, ex quibus habemus Sex. Pompeium, qui M'. Valerium. M. f. Voluſi nepotem primum fuiſſe vult. Quam tamen ſententiam refutat Liuius, & cur Lartium fuiſſe potius credat, cauſſam reddit, nempe quòd conſularis nondum erat Valerius, & lex de Dictatore creando lata conſularem legere iuberet. Creato Dictatore cùm bellum metus cauſſa partim, & per apparatum partim vtrimque extraheretur: quietum tacitæ quaſi annum tenuere induciæ, quamuis Sabinis bellum eſſet indictum, ſicut Liuius refert. Cum Latinis autem annuas pepigiſſe Dictatorem inducias, cenſum egiſſe & luſtrum condidiſſe, quo cenſa ciuium capita centum quinquaginta milia & ſeptingenta tradit Dionyſius, eorum qui pubertatem attigiſſent. Libro autem ſexto ſeceſſionem plebis deſcribens, in oratione Ap. Claudij centum triginta tantùm milia Romanorum ciuium, eorum qui pubertatem attigiſſent, cenſa fuiſſe aſſerit, niſi fortè numerus ſit eo loco corruptus. Sed hæc omnia, vt dixi, in aliud tempus cum dictatura refert Dionyſius. Videtur etiam huius cenſus mentionem facere Euſebius in Chronico, licet non ſuo adamuſſim anno & numerus ciuium non æquè reſpondeat, vt eſt inſigniter corruptus is liber.

Lex de Dictatore creando.

Luſtrum Vrbis VI.

De dictatura.

DE dictatura quidem hoc loco nonnulla referre non incongruum erit. Extraordinaria hæc fuit poteſtas, ſummuſque libertate publica ſtante magiſtratus apud Romanos, regiæ dignitati propemodum par, nomine licet multum diſcrepet. Regium quippe nomen, vt libertati publicæ infeſtum ac inuiſum, exulare debebat; tam ob Tarquiniorum memoriam, quàm ob iuramentum, quo populus Rom. auctore Bruto adſtrictus erat, quòd neminem Romæ pateretur regnare. Eo igitur reiecto, res ipſa quaſi recepta eſt, non in perpetuum; ſed aliquando, requirente neceſſitate; vt abſoluta quædam in rep. poteſtas eſſet. Quod quidem in alijs etiam Græciæ liberis ciuitatibus vſurpatum fuiſſe legimus. Quotiens enim nec leges ſatis tuerentur iuſtitiam, nec magiſtratus ad legum tutelam ſufficerent, & in temporum nouitatibus, rerumque periculis opus eſſet inſtituto non tam optimo, quàm ad præſentem ſtatum ciuitatis accommodatiſſimo (quandoquidem ſæpe in improuiſis caſuum aduerſitatibus, & ſæpius etiam in immodicis fortunæ proſperitatibus contingit, vt bona reip. conſtitutio corrumpatur, celeremque ac liberam correctionem poſtulet) neceſſe erat regias ac tyrannicas poteſtates rurſus pro rerum ſtatu in medium proferre conuelatas honeſtioribus titulis. Sic Theſſali, archos; Spartani, harmoſtos, quaſi prouinciarum conſtitutores appellarunt; quibus regia poteſtate præditis aliquando pro Regibus vſi ſunt. Eademque neceſſitas compulit & Romanos cum abſoluta poteſtate Dictatores aliquoties in remp. introducere, qui gubernacula ſoli acciperent. Sed in hoc in primis dictatura Romanorum regno par non erat, quod non perpetua, vel ad vitam durans daretur; ſed præfinito tempore, ſex dumtaxat menſium, vltra quod retinere hunc magiſtratum nefas erat; ne in tanto imperio, ſi diuturnum nimis eſſet, inſolentior quis, aut præter modum arrogans ad tyrannidem aſpirare poſſet. Ea tamen reip. Romanæ fuit felicitas, & ea principum ciuitatis moderatio, vſque ad Sullana tempora, & ciuilia bella, vt plures eorum quibus hæc ſumma poteſtas credita eſt, expeditis, propter quas creati erant difficultatibus, non exſpectato ſemeſtri, quo gaudere poterant, hoc tanto honore ſtatim vltrò abdicarint. Cuius modeſtiæ exempla non pauca in annalibus noſtris reperies. Abſciſſus inſuper prauæ potentiæ neruus & hac via, quòd pecuniæ publicæ nihil impendere, niſi ex ſenatu decreto Dictatori licebat. Id tamen poſtea Iulius Cæſar dictaturam contra morem maiorum aſſecutus, vt alia, minime obſeruauit, ærario Saturni per vim effracto. Qui deinde ſub dictaturæ nomine, donec occideretur, regnauit. Cæterùm regia planè Dictatoris poteſtas in hiſce fuit à principio, quòd pro ſuo arbitratu quoſcumque etiam ciues domi belliqúe bonis mulctare; exilio, virgis, capiteque plectere, magiſtratus, quibus vellet, dare vel eripere poſſet, neque ab eius dicto cuiquam prouocare fas eſſet. Tale vero vnius imperium mirificè ad res bellicas adminiſtrandas, & ſeditiones ciuiles comprimendas frequenter ſalutare & neceſſarium fuiſſe conſtat, & veterum ſcripta abundè teſtantur. Attamen quia vis eius maxima, ſummaque potentia erat, non niſi in maximis reip. terroribus, & periculis belli, vel ſeditionis, aut metu alicuius ira deûm cladis dictatura vtebatur; adeò vt faſtis publicis cauſſas annotare non difficile atque vſurpatum fuerit. Et hæ tales plerunque fuerunt. Rei gerundæ, Seditionis ſedandæ, Comitiorum habendorum, & Senatus legendi. Acceſſerunt progreſſu temporis aliæ religionis item cauſſæ, quando placandorum numinum gratia maximis auſpicijs opus eſſet, vt ſi clauus figendus, quod piaculi genus

Regij nominis exilium.

Dictatura regia quaſi poteſtas.

Dictatura neceſſitas.

Archi. Harmoſti.

Dictatura ſex tantùm menſium.

Dictatorū veterum moderatio.

C. Iulij Cæſaris tyrannica dictatura.

Regia dictatoris poteſtas quæ.

Dictator quando, & quæ ob cauſſas crearetur.

genus in peſte, & ſeceſſionibus ſalutare putabatur; vel ſi propter prodigia ludi Romani, aut feriæ Latinæ eſſent inſtaurandæ, vt ex annalibus cognoſces diffuſius. Reipublicæ verò conſtituendæ cauſa dictaturam primus inuaſit L. Sulla, à plebe metu conſternata creatus, neque quiſquam crudelius ea poteſtate eſt vſus; vt tunc primùm reipſa ſenſerit populus Rom. dictaturæ vim ac potentiam nimirum in furioſi hominis manu acutum ac ancipitem eſſe gladium. Potuit enim breui ſpacio Sulla tali poteſtate armatus ciuium ad XL. circiter milia indicta cauſſa trucidare, ciuitates integras proſcribere & euertere, magiſtratus, ſenatum, ac iudicia mutare, tribuniciam poteſtatem tollere, legibusque patrijs abrogatis, leges ex arbitrio ſuo nouas figere & refigere. L. Sullæ exemplum in multis ſequutus eſt C. Cæſar, qui poſt eum libertatem publicam denuò oppreſſit, & licet multo lenior eſſet, dominandi tamen auidiſſimus dictaturam ſæpiùs repetitam, quoad vixit, continuauit, ac velut perpetuam fecit; auſusque dicere fuit, Sullam neſciſſe literas, quòd dictaturam tam facile depoſuiſſet; facetè carpens eius inſcitiam, & imprudentiam in tanta poteſtate reddenda. Verum hæc in cauſa fuêre, vt ſenatus Cæſare occiſo, occaſione vſus, lege à M. Antonio Conſule lata, dictaturæ nomen vt tyrannicum aboleuerit, & ſuſtulerit; cuius meminit item Cicero Philippica prima. Neque quiſquam poſtea Romæ Dictator appellatus fuit. Et licet Auguſtus poteſtatem dictatoria maiorem poſtea obtineret, nomen tamen ipſum à populo oblatum conſtantiſſimè recuſauit. Semeſtre igitur fuit legitimum dictaturæ tempus. Quibus tamen hæc poteſtas in annum, rebus poſtulantibus ex S.C prorogata fuerit; veluti M. Furio Camillo poſt bellum Senonicum, in annalibus demonſtrabo latius. Hanc verò temporanei regni ſpeciem à Græcis ſumptam opinatur Dionyſius: nam qui αἰσυμνῆται apud priſcos vocantur Græcos (ſicut Theophraſtus in commentario de regno narrat) eligebantur à ciuitatibus pro ratione temporum, non ſine præfinito termino, neque perpetui; ſed ad certum ſpacium, quantiſper reip. poſtulabat vtilitas. Quemadmodum Mitulenæi olim elegerunt Pittacum contra exules Alcæi poëtæ ſocios. Recepior tamen eſt Licinij Macri ſententia, Romanos quippe ab Albanis vicinis, à quibus oriundi erant, dictaturæ exemplum accepiſſe; qui primi poſt Amulij, Numitoriſque obitum, deficiente ſtirpe regia, magiſtratus annuos creârunt cum poteſtate regia, Dictatores appellatos. Iam Tullij Hoſtilij quoque tempore Dictatorem habuerunt Albani Metium Suffetium, eratque illud nomen in Latij municipijs, florente iam imperio Romano ſatis notum; velut ex Pædiano, & oratione Ciceronis pro Milone colligimus, cùm ſcribant Lanuuij Dictatorem fuiſſe factum Milonem flaminis prodendi cauſſa, cùm Clodium occideret. Creabantur autem Romani Dictatores non populi ſuffragijs: ſed iubente ſenatu, ab altero ex Conſulibus noctis ſilentio, captatis auſpicijs, dicebatur. Permittebat enim plerumque ſenatus Conſuli penes quem erant faſces, Dictatorem ex conſularibus, quem vellet, nominare (ita enim volebat lex, auctore Liuio, vt conſularis eſſet Dictator) Qui deinde magiſtrum equitum ſibi obſequentem, quem vellet, diceret. Vnde factum, vt & patricij fuerint, quam diu de plebe Conſules non creabantur. Communicato autem cum plebe conſulatu, ad dictaturam quoque non diu poſtea conſulares plebei admiſſi ſunt, ſicut in annalibus ſuis locis annotabimus. An verò à Conſule dumtaxat Dictator dici poſſet, controuerſum fuiſſe, quo tẽpore à tribunis militũ conſulari poteſtate reſp gubernabatur, docet Liuius libro IIII. vbi à Veientibus prœlio victos ob diſcordiam tribunorum militum Romanos refert, anno Vrbis CCCXXVII. & trepida tum ciuitate Dictatorem propterea dictum Mam. Aemilium. III. à tribuno militum A. Cornelio Coſſo. Sufficere namque iudicabant augures conſulari poteſtate cum magiſtratum eſſe, qui Dictatorem diceret. Verba Liuij ſunt hæc: Mœſta ciuitas fuit vinci inſueta, odiſſe tribunos, poſcere Dictatorem, in eo verti ſpes ciuitatis. Et cùm ibi quoque religio obſtaret, ne poſſet niſi à Conſule dici Dictator; augures conſulti eam religionem exemêre. A. Cornelius Dictatorem Mam. Aemilium dixit, & ipſe ab eo magiſter equitum eſt dictus. Aliquando tamen ex ſenatus voluntate ad populum eſt latum, vt quem vellet, Dictatorem iuberet, qui deinde à Conſule diceretur, quemadmodum anno Vrbis DXLIII. contigit. Tum enim populi iuſſu, penes quem comitiorum habendorum ius erat, M. Marcellus Conſul Dictatorem comitiorum habẽdorum cauſſa dixit Q. Fuluium Flaccum; qui ex eodem plebiſcito P. Licinium Craſſum ſibi magiſtrum equitum dixit, vt auctor eſt Liuius lib. XXVII. Porrò priſcis illis temporibus hoc in vſu non fuiſſe veriſimile eſt, quàm diu nulla à Dictatore ad populum erat prouocatio. Ipſo enim creato, diſſoluebatur, elanguebatque mox aliorum vis magiſtratuum omnium, ceſſabat prouocatio; in ipſo ſolo cuncta imperij ſummi poteſtas permanebat, nec vſquam niſi in cura parendi cuiquam auxilium erat. Tum enim optima lege creatus dicebatur Dictator; velut ex Cicerone, & Sex. Pompeio colligere eſt, ſi ſine comitijs quàm pleniſſimum poſſet imperij ius accipere. Sed poſtquam populi iuſſu dici cœpit, & prouocatio ab eo magiſtratu ad populum data eſt, quæ antea non erat; deſitum eſt adijci, vt optima lege creatus, vt-

Dictatura reipublicæ conſtituendæ primùm.

C. Cæſaris facetum dictum in L. Sullam propter depoſitã dictaturam.

Dictatura quando primùm legibus ſublata.

Quibuſdam dictatura in annum prorogata.

A quibus dictatura ad Romanos peruenerit.

Quomodo, & à quibus Dictatores Romani crearentur.

Dictatores patricij primum. Dictatores plebei.

A tribunis militum etiam Dictator dictus.

Dictatorem quoq; populus iuſſit.

Dictator optima lege creatus.

A dictatura ad populum prouocatio.

tus, vtpote imminuto iure priorum * magiſtrorum populi; Ita enim tunc vocabant etiam *magiſtratus in vulgatis.*
Dictatores, vt paulo pòſt exponam. Cicero in oratione contra legem agrariam P. Seruilij
Rulli tribuni plebis, non minus manifeſtè prodit, quínam ſint optima lege magiſtratus,
quam ipſa Sex. Pompei mutila, & mendoſa exemplaria, ex quibus iam dicta excerpſimus.
Volebat autem Rullus legis agrariæ lator, vti decemviros agris dandis per ſeptemdecim
tribus crearet populus; vtique prætor, qui primus eſſet factus, legem Curiatam auſpicio-
rum, imperijque cauſſa decemviris ferret. Si verò Curiata lex non præferretur, tum ij de-
cemviri eodem eſſent iure, quo qui optima lege. Sed audi, quàm pulchrè hæc Rulli poſtu-
” lata tanquam iniquiſſima reijciat Cicero. Si hoc fieri poteſt (inquit) vt in hac ciuitate,
” quæ lõgè iure libertatis cæteris ciuitatibus antecellit, quiſquam nullis comitijs imperium,
” aut poteſtatem aſſequi poſſit; quid attinet tertiò capite legem Curiatã ferre iubere? Quo-
” niam quarto permittas, vt ſine lege Curiata idem iuris habeant, quod haberent, ſi optima
” lege à populo eſſent creati. Reges conſtituuntur, non decemviri, Quirites. Igitur ſicut cum *x. viri legum*
ſumma poteſtate Dictatores illi primi, ita & poſtea decemviri legibus ferendis ſine prouo- *ferendarum*
catione facti, vt optima lege creati dicebantur. Sed hoc magiſtratus genere intra trien- *cauſſa optima lege creati.*
nium ſublato ob decemvirorum inſolentiam ac tyrannidem, lex à M. Duilio tribuno ple- *Duilia lex de*
” bis de non creando ampliùs magiſtratu ſine prouocatione, perlata eſt, anno Vrbis CCCIV. *prouocatione.*
” vt qui plebem ſine tribunis reliquiſſet, quíque magiſtratum ſine prouocatione creaſſet, ter-
” go & capite puniretur. Plebs legem ſciuit, moxq. idem noua lege ſanxerunt Conſules
” L. Valerius, & M. Horatius, Ne quis vllum magiſtratum ſine prouocatione crearet: Qui *Valeria Hora-*
creaſſet, cum ius faſque eſſet occidi, néve ea cædes capitali noxæ haberetur. Auctor eſt *tia lex de pro-*
Liuius lib. III. Deinceps ergo dictaturæ quoque poteſtas prouocationi fuit obnoxia, & hac *uocatione.*
lege Duilia mirum in modum debilitata eſt; populíque libertas firmata; qui ipſum iubere
Dictatorem ipſius iuſſa infringere, poteſtatem circumſcribere poterat. Velut bello Punico
ſecundo contigit, quando populus magiſtrum equitum Dictatori imperio æquauit. Qua
ratione factum, vt cuius antè imperio omnes alij magiſtratus ſubijciebantur, tum plebeia
tribunicia poteſtas ei ſupereminere inciperet; quemadmodum Plutarchus in Fabio, Poly-
bius lib. III. demonſtrant. Neque Romæ tantùm creabatur Dictator, ſed etiam aliquando *Dictator etiam*
in caſtris; non tamen extra agrum Romanum dici poterat, cuius terminus intra Italiam *in caſtris, ſed in*
erat, vt Plutarchus in Marcello, & Liuius lib. XXII. latiùs tradunt. Quin etiam legimus *agro Romano*
apud Dionem lib. XXXVI. in oratione Q. Catuli, ſtudioſè maiores cauiſſe ne extra Italiam *ſolum dici po-*
eſſet cúm imperio Dictator: vt inuenire non ſit, vlteriùs vnquam conſtitutum; vnico (in- *terat.*
quit) eo excepto, qui in Siciliam, nullam quidem rem gerẽs, profectus eſt. A. Atilium Ca-
latinum, opinor, intelligit, qui bello Punico primo Dictator contra Pœnos exercitum in
Siciliam primus duxit, id quod in Liuij epitome libro XIX. legimus. Nomen autem ip- *Dictator unde.*
ſum nonnulli à dictando iure, alij à dictandis futuris magiſtratibus deducunt. M. Var-
” rò à dicendo, dictandoque, cùm ait lib. IIII. & V. de lingua. Dictator, quòd à Conſule di-
” cebatur, cuius dicto audientes omnes eſſent. Idem ſcribunt Plutarchus in Marcello, &
Dionyſius lib. V. Antiquitùs quia Conſules, vt dixi, Prætores appellarentur, Dictator item
quia eius maxima poteſtas, Prætor maximus vocabatur. Quemadmodum vetuſta illa lex *Dictator præ-*
de clauo pangendo docet, cuius Liuius lib. VII. meminit. Sicut autem magiſter equitum *tor maximus*
auctore Varrone appellatus eſt, quòd ſumma huius poteſtas in equites, & accenſos; ita *dictus.*
Dictator, quia ſummam poteſtatem habebat in populum, magiſter etiam populi eſt ap- *Magiſter equi-tum unde.*
” pellatus. Reliqui verò, quod minores quam hi magiſtri eſſent, dicti ſunt magiſtratus, vt *Dictator quare*
” ab albo albatus. Magiſtrum populi itaque nominat rectè Dictatorem Sex. Pompeius lo- *magiſter po-*
co iam ante dicto, & Cicero de legibus tertio, dicens, Conſuli, prætori, magiſtro populi, *puli.*
equitumque ius eſt cum patribus agendi. Idem Seneca ad Lucilium epiſtola CIX. Præter-
” ea notat eum (inquit) quem nos Dictatorem dicimus, apud antiquos magiſtrum populi.
” Hodieque id extat in auguralibus libris, & teſtimonium eſt, quòd qui ab illo nominatur,
” magiſter equitum eſt. Eam verò fuiſſe horum duorum coniunctionem tradit Dionyſius,
vt ad ſua vſque tempora Dictator ſine magiſtro equitum non fuerit. Hoc tamen ſemel *Dictator ſine*
bello Punico ſecundo, poſt cladem Cannenſem ſenatus legendi cauſſa contigiſſe, ac de- *magiſtro equi-*
mum occupata rep. à C. Cæſare neglectum fuiſſe cognoſcimus. Iuriſconſulti poſtea dicta- *tum quando.*
turam, Auguſtali imperio; magiſterium equitum, præfecturæ prætorij cõpararunt, quem-
admodum Aurelius de officio præfecti prætorio, libro digeſtorum primo teſtatur, item
” Pomponius de origine iuris. Dictatoribus (inquit) magiſtri equitum ſic iungebantur, quo-
” modo Regibus tribuni Celerum. Quod officium ferè tale erat, quale hodie præfectorum
” prætorio. magiſtratus tamen habebantur legitimi. Hinc Eutropius Valenti Auguſto ſcri-
” bens, Neque quicquam, ait, ſimilius poteſt dici quàm dictatura antiqua huic imperij pote-
” ſtati, quam nunc tranquillitas veſtra habet; maximè cùm Auguſtus quoque Octauianus,
” & antè eum C. Cæſar ſub dictaturæ nomine, atque honore regnauerint. Sed vt huic ar-

H gumento

Ornamenta, atque inſignia dictaturæ.
gumento finem imponam, erant dictaturæ inſignia atque ornamenta hæc. Purpura, faſces cum ſecuribus viginti quatuor, & equi phalerati, auctore Dionyſio lib. x. Equo tamen vehi, lege vetuſta Dictatori prohibitum erat; ſiue quòd maiores pedeſtribus copijs vires ineſſe arbitrarentur, & propter hoc Dictatorem ipſum velut ducem inter pedites manere volebant, locumque non deſerere ſuo exemplo vnumquemque exhortari; ſiue quoniam maxima, ſummaque ſit Dictatoris poteſtas, in hoc voluerint tamen populo inferiorem videri, vt inter ciues ſuos, pedes ſemper verſaretur. Refert Plutarchus, Q. Fabium Maximum, qui Cunctator appellatus fuit, accepta dictatura primum à ſenatu petijſſe, vt equo vti ſibi liceret: quod honoris ergô ipſi conceſſum. Ideoque Dictator rei gerundæ cauſſa in prouinciam abiturus ad populum ferre ſolet, vti equum aſcēdere ſibi liceret. Hoc enim ex Liuij xxiii. colligimus. Et Dictator (inquit) M. Iunius rebus diuinis perfectis, latoque, „ vt ſolet, ad populum, vt equum aſcendere liceret, ab Vrbe proficiſcitur. Habebant & hoc „ dictatura functi honoris, quod ludos publicos prætextati ſpectare poſſent. Sic enim de „ M. Claudio Glicia memoriæ proditum eſt, qui bello Punico primo Dictator à P. Claudio Coſ. in maximo reip. periculo dictus eſt; & quamuis confeſtim à ſenatu ob humilitatem conditionis, abdicare iuſſus eſſet, nihilominus ludos prætextatus deinceps ſpectauit, vt Liuius lib. xix. Verùm non attinet hoc loco quæcunque ad dictaturæ rationes ſpectant anxiè in vnum congerere; in annalibus enim ſuis locis occurrent plurima, quæ ſtudioſo fruſtra hic viderentur repetita.

Quare Dictatori in equo vehi lege prohibitum.

Q. Fabius Maximus Dictator primus equo vectus.

Dictatura priuilegium.

Quæſtores.

P. Minucius. //. f. //. n. Augurinus. Q. Sulpicius. //. f. //. n. Camerinus. Cornutus.

Minucius nono, Sulpicius anno vndecimo deinde Coſs.

ANNI. P. R. C. CCLIII.

Conſules

Ser. Sulpicius. P. f. //. n. Camerinus. M'. Tullius. //. f. n. Lōgus. In mag. mort. eſt

SIC rectè nominat Conſules Dionyſius. In Caſſiodoro & Liuio cognomina omittuntur, quæ exprimuntur in tabulis Græcis. Sed incorrectiſſimè quædam Liuij, & Caſſiodori exemplaria, Seruilius Sulpicius produnt, vnum Conſulem; cùm ex his neutrum ſit prænomen, ſed ambo diuerſarum gentium nomina. Sic etiam alter ibidem mendosè, M. Manlius Tullus appellatur. Io. Zonaras in ſecundo hiſtoriarum volumine dictaturæ initium deſcripturus, Ser. Sulpicio (inquit) & M. Tullio Coſs. motum rurſus à Latinis „ contra Romanos bellum. Sed vbique pro Marco reponendum Manij prænomen, quòd „ Tullium Conſulem habuiſſe, non ſolùm teſtatur Dionyſius, ſed etiam Cicero in Bruto de claris oratoribus, quo loco hiſtorias veteres familiarum adulatione deprauatas fuiſſe dicit. Quum homines humiliores (inquit) in alienum eiuſdem nominis infunderentur genus; „ vt ſi ego me à M'. Tullio eſſe dicerem, qui patricius cum Ser. Sulpicio Conſul anno x. poſt „ Reges exactos fuit. Manius autem prænomen ad differētiam Marci, non M. litera, ſed hoc „ charactere M'. ab antiquis ſcribitur. Quod teſtantur tam marmora paſſim antiqua, quam veterum numiſmata, in quibus frequenter ita notatum occurrit. In hoc atque alijs etiam omnibus antiquorum diligentiam imitari velim ſtudioſos, atque in primis id curæ eſſe typographis, qui in veterum libris ad fidem reddendis operam nauant.

Hiſtoriæ veteres familiarum adulatione deprauatæ.

Differentia notarum Marci & Manij prænominum.

Fidenatum à Romanis defectio.

Fidenates Tarquinij inſtinctu defecēre. Obſeſſi ſunt itaque cum valido exercitu à M'. Tullio Coſ. Dum autem Latini legationibus pro ijs intercedunt, Tarquinius ea occaſione apud plebis pauperrimos ſeditionem, & per ſeruos corruptos proditionem in Vrbe periculoſam ſtruere conatus eſt. Sed fato quodam detecta fuit per coniurationis etiam præcipuos. Itaque huic malo ſtatim occurrit Conſul Sulpicius, & de noxijs omnibus ſupplicium ſumpſit. Ob detectam verò coniurationem fœliciterque impeditam & vindicatam, S. C. eſt factum vt luſtraretur ciuitas; ludique decreti in triduum, quibus M'. Tullius Coſ. è ſacro curru in ipſo circo prolapſus, tertio poſt caſum die mortuus eſt. In reliquum verò anni tempus, quod exiguum fuit, ſolus Sulpicius magiſtratum geſſit. Vide Dionyſium libro v. Liuius autem nihil hoc anno memoria dignum geſtum fuiſſe ſcribit.

Seruorum coniuratio Romæ detecta.

Mors M'. Tullij Conſulis.

Quæſto-

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

C.Iulius. //. f. //. n. Iulus. M.Valerius.M.f.Voluſi.n. Voluſus.

Iulius XI.hinc anno ſequitur Cos. Valerius conſulatum non geſſit. Clarus tamen Senator fuit, qui altero ab hinc anno cenſuit in ſenatu remittenda plebi debita eſſe, vt Dionyſius lib.v. Videtur igitur ad minus quæſtor fuiſſe. Liuius item eius lib.II. meminit,ſed mendoſè Fuſus,pro Voluſus,in exemplaribus quibuſdam vocatur. Patrem habuit Poplicolæ primi Cos. fratrem M. Valerium Voluſum conſularem ac triumphalem. Ipſe autem augur peſte mortuus eſt anno CCXC.teſte Liuio lib.III.

ANNI. P. R. C. CCLIV.

Conſules

P. Veturius. //. f. //. n. Geminus. T. Aebutius. T. f. //. n. Elua.

PER diphthongon ſcribunt Græci Αἰβούτιο; vt extat apud Dionyſium; ſed malè ibidem adeſt Publij prænomen. Item maius mendum in cognomine, quod ἰλιάλβας ſcribitur, ſed rectiùs in Græcis tabulis noſtris ἴλουα habetur. Et Dionyſius alibi lib.VI. ipſum inter conſulares legatos nominans T. Aebutium T.f. Eluam appellat. Alterius autem Conſulis prænomen mirè variatur apud auctores: ſed Publij magis placet, quòd in eodem exprimendo Plutarchus in Poplicola congruat Dionyſio; licet in Liuij nonnullis exemplaribus Caius, in alijs verò Cneus reperiatur, in Caſſiodoro autem Lucius.

His Coſs. ait Liuius Fidenas obſeſſas, Cruſtumeriam captam, Præneſtinos ab Latinis ad Romanos deſciuiſſe, & memorabilem illam pugnam contra Latinos ad lacum Regillenſem Dictatore A. Poſtumio Albo, & T. Aebutio Elua magiſtro equitum accidiſſe. Viſum eſt tamen Dionyſio bellum hoc cum dictatura & triũpho Poſtumij in annum tranſferre CCLVII. quo Conſul ipſe Dictator creatus eſt, atque rectiùs, ſi leges ſpectemus, quum Poſtumius non antea Conſul fuerit; & lex ipſa de Dictatore creando primùm lata conſularem dicere iubebat, quemadmodum anteà ex Liuio demonſtrauimus. *Fidenæ. Cruſtumeria. Præneſtini à Latinis ad Romanos deſciſcunt.*

Latinos Fidenatibus obſeſſis auxilia miſiſſe, Sex. Tarquinium Signiam Rom. coloniam fruſtra oppugnaſſe ſcribit Dionyſius in fine lib.v. *Signia colonia Rom.*

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

P. Pinarius.//. f. //. n. Rufus. Mamercinus. Sp. Nautius. * Sp. f. Sp. n. * Rutilus

Conſules ambo Pinarius decimo, Nautius vndecimo deinceps anno fuêre. Hic frater videtur fuiſſe C.Nautij Rutili.II.viri ſacrorum, qui in Capitolinis Cos.II.extat.

ANNI. P. R. C. CCLV.

Conſules

T. Lartius. //. f. //. n. Flauus. II. Q. Clœlius. //. f. //. n. Siculus

ITA nominat Conſules Dionyſius, & correctè ſcribitur in Liuio Lartius; Cognomen verò non Flauius, ſed Flauus eſt, ſicut & illud exprimunt tabulæ Græcæ, φλάβου. τὸ. β. Qui numerus item in Liuio, & Caſſiodoro reſtituendus eſt: nam hic ſecundus T.Lartij Flauij conſulatus eſt, quem Marianus rectè annotauit. Huic anno Liuius nihil hiſtoriæ attribuit. Dionyſius autem in fine lib.v. Fidenatum his Conſulibus deditionem, Latinorum in agro Ferentino concilium. & conſpirationem contra Romanos atque dictaturæ initium enarrat, alios ſcilicet quàm Liuius ſequutus annales. *Fidenates dedunt ſeſe. Latini conſpirant aduerſus Romanos.*

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //.˙ n. //.
M.Claudius.//.f.//.n.Craſſinus.Regillenſis. L.Geganius.//.f.//.n.Macerinus

M. Claudius vel frater vel cognatus videtur fuiſſe Ap. Claudij primi, atque auus Ap. Claudij x-viri, vt colligere eſt ex fragmentis Capitolinis, & Geganius frater T. Geganij conſularis. Hunc legatum ad fruges emendos è ſenatu in Siciliam miſſum anno CCLXI. refert Dionyſius lib. VII. Neuter horum Conſul eſt factus.

ANNI. P. R. C. CCLVI.

Conſules

A.Sempronius.//.f.//.n.Atratinus. M.Minucius.//.f.//.n.Augurinus.

RECTE recenſentur hi Conſules à Dionyſio libri VI. principio, Liuius, Caſſiodorus, & Marianus Scotus cognomina omittunt, quæ ſola recenſent tabulæ Græcæ.

Saturnalia primùm inſtituta, & templum Saturni dedicatum.

Hoc anno Saturnalia primùm inſtituta, & templum Saturni dedicatum fuiſſe auctores ſunt Liuius & Dionyſius. Induciæ cum Latinis fuêre, & ſuſpenſa de debitis atque vſuris ex S.C. iuriſdictio cohibebat in Vrbe motus pauperum remiſſionem debitorum, ac tabulas nouas flagitantium. Itaque memoria dignum nihil domi foriſve eſt geſtum. Sed aliud quoque S. C. vtile, propter inſtans bellum plebem ſancijſſe refert Dionyſius, Vti mulieres Latinæ Romanis nuptæ; aut Romanæ, quæ Latinis, ſi eis videretur, intra certum diem, aut domum ad parentes redire, atque è liberis fœminas innuptas ſecum ducere; vel, ſi mallent, apud coniuges manere poſſent. Qua lege publicata, Romanæ penè omnes è Latio Romam ad parentes reuerſæ ſunt; Latinæ in Vrbe nuptæ, duabus exceptis, omnes maritos prætulerunt patriæ, omine auſpicatiſſimo futuræ victoriæ.

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //. //. .//. //. f. . //. n. //.
C.Aquilius.//.f.//.n.Tuſcus.Procul. Virginius.//.f.//.n.Tricoſtus. Rutilus

C. Aquilius decimo, Proculus Virginius vndecimo dein anno Coſs. reperientur.

ANNI. P. R. C. CCLVII.

Conſules

A.Poſtumius.P.f.//.n.Albus.Regillenſis.T.Virginius.//.f.//.n.Tricoſtus.

A. Poſtumius. P. f. //. n. Albus Regillenſis Dict.
T. Aebutius. T. f. //. n. Elua. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa.

IDEM annus præter Conſules habuit & Dictatorem, propter belli Latini grauiſſimi metum. Alter è Conſulibus Virginius natu grandior collegam Dictatorem dixit, & is T. Aebutium conſularem magiſtrum equitum ſibi adſumpſit. Virginio Cælimontani quoque cognomen tribuunt tabulæ Græcæ, quas verò Cuſpinianus adducit, Tricoſtum appellant. Vtrumque cognomen Virginijs familiare fuit antiquitus. Porrò in Plutarchi Poplicola Poſtumij cognomen mendosè βάλβος ſcribitur.

Prælium ad lacum Regillenſ.

His verò Conſulibus pugnatum fuiſſe à Poſtumio Dictatore cum Latinis ad Lacum Regillenſem memorabili illo prœlio ſcribit Dionyſius lib. VI. & apud quoſdam ita inueniri, teſtatur etiam Liuius. Quapropter dictaturam eius cum triumpho ex auctoritate Dionyſij (vt ſuprà diximus) in hunc annum retuli, alioquin enim non conſularis eſſet Dictator Poſtumius, id quod ex lege tamen requirebatur. Prœlium autem Regillenſe diffuſius narrant Liuius lib. II. Dionyſius in principio ſexti, Plutarchus in Poplicola, ad quos ſtudioſum lectorem remitto. Veluti etiam ad Florum libro I. cap. XI. Auctorem de viris Illuſtribus, & alios.

Quæſto-

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //..
T. Sicinius. //. f. //. n. Sabinus. Q. Fabius. K. f. //. n. Vibulanus.

Sicinius nono, Fabius vndecimo poſt hunc anno fuêre Coſs. Hic trium fratrum Kæſonis Fabij filiorum vnus fuit, vt ex Capitolinis Faſtis oſtendemus. Omnes enim ſæpius ad conſulatum peruenere.

A. POSTumius. P. f. //. n. Albus. Ann. CCLVII.
REGIllens. dictat. primus. de Latineis. //. //. //.

Triginta tria ferè Latinorum milia in prœlio ad lacum Regillenſem occiſa, vel capta fuiſſe, Dionyſius auctor eſt. Cecidere autem duces Latinorum inſigniores omnes, Sex. & T. Tarquinij, duo Superbi Regis filij, Octauus Mamilius eiuſdem gener. Ex Romanis autem duo conſulares legati M. Valerius Poplicolæ frater & T. Herminius. Duo item iuuenes P. & M. Valerij Poplicolæ filij, dum patrui mortem vindicare ſtudioſiûs conantur, vltrò in hoſtium denſos cuneos prorumpentes. Capta poſt prœlium vno impetu caſtra Latinorum. Pugnatum autem fuiſſe Idibus Quinctilibus teſtis eſt idem Dionyſius, eoque die quotannis poſtea in honorem Caſtoris & Pollucis, quod in prœlio Romanis apparuiſſent, equites Romani Capitolium pompam ducere ſolêre. Expreſſerunt etiam huius præclaræ victoriæ memoriam eiuſdem gentis ac familiæ poſteri, in honorem ſuæ domus ac ſtirpis in argenteis nummis. Quorum in quibuſdam in vna parte referunt Romæ deæ caput galea tectum alata, laureâque coronatum; in alijs idem caput ſine galea, cuius comam laurea ſola cingit. Adeſt nomen ROMA. In altera nummi parte viſuntur Caſtor & Pollux pileati ſtantes cum haſtis erectis, ex marmoreo cratere potum equis ſuis præbentes. Qui crater, cùm plerumque ſit fontium conceptaculum, Iuturnæ nymphæ, fontem in foro deſignat; vbi poſt prœlium Romæ viſi ea ſpecie victoriam primi nunciarunt. In his adſcripta ſunt eorum nomina, qui cudi curarunt. A. ALBINVS. vel. A. ALBINVS. C. F.

Quot Latinorũ ceciderint. Duces Latinorum caſi. Qui Romanorum occiſi. Idibus Quintilibus ſolennis ob victoriam equitum tranſvectio in honorem Caſtoris, & Pollucis. Albinorum de hac victoria denarij antiqui. Iuturnæ fons.

Triumphi autem meminit Liuius, adijcitque pronunciaſſe dictatorẽ militibus præmia; qui primus, qui ſecundus caſtra hoſtium intraſſet. L. autem Piſo in annalibus tradit, A. Poſtumium Dictatorem primum auream ex præda dediſſe coronam ei, cuius maximè opera Latinorum caſtra fuerant expugnata; ſed eius nomen ignoratur, vt refert Plinius libro XXXIII. cap. II. Plutarchus autem in vita Coriolani, vbi huius pugnæ meminit, ſcribit Cn. Marcium, qui poſtea Coriolanus dictus eſt, iuuenem adhuc, hoc in prœlio ſpectante Dictatore ſtrennuè admodum dimicaſſe, ciuemque Rom. ſuccumbentem, aduerſario eius occiſo, è morte liberaſſe, idcirco poſt victoriam ciuica corona donatum fuiſſe. Ipſe etiam Coriolanus in oratione ad legatos Rom. pacem rogantes illud ita refert apud Dionyſium libro VIII. „Prima (inquit) militiæ rudimenta poſui adoleſcens admodum quando cõtra Reges vi reditum quærentes pugnauimus. „Ex eo prœlio ciuicam coronam retuli, donatus „ab Imperatore ob ciuem ſeruatum, & hoſtem occiſum. In ipſa tamen huius anni hiſtoria Dionyſius obiter dumtaxat ſequenti poſt pugnam die coronaſſe Dictatorem omnes dicit, qui præclaram pugnando operam nauaſſent. Triumphum autem poſtea deſcribit ita. „Dictator humatis (inquit) ſuorum cadaueribus, & exercitu luſtrato, triumphans in Vrbem „redijt. In qua pompa pluribus plauſtris tranſuecta ſunt hoſtium arma, & militaris ſupel„lex, captiuorum quinque milia traducta, & quingenti. De prædæ decimis ludos, & ſacra „dijs fecit quadraginta talentorum impendio, & ædem locauit Cereri, Libero, & Liberæ, „ob annonæ inopiam ſubleuatam. Cum Latinis deinde pacem flagitantibus fœdus renouatum eſt biennio poſtea, ob fidem bello Volſco demonſtratam. Hæc lib. VI. Dionyſius aliquanto diffuſiûs, & Liuius lib. II.

Caſtrenſis corona prima ex auro. Ciuica corona. Triumphus A. Poſtumij Dictatoris. Aedes Cereris, Liberi & Liberæ. Fœdus cum Latinis.

ANNI. P. R. C. CCLVIII.

Conſules

Ap. Claudius. //. f. //. n. Sabinus. Regillenſis. P. Seruilius. P. f. //. n. Priſcus.

CLAVDIO Conſuli prænomen Appij attribuũt Liuius, Dionyſius, Cicero de Oratore lib. I. Marianus Scotus, & Caſſiodorus. Plinius etiam lib. XXXV. cap. III. vtrumque „nominat, & Claudium, ſicut cæteri, ſub prænomine Appij. Suorum clypeos (inquit) in ſa„cro vel publico priuatim dicare, primus inſtituit, vt reperio, Ap Claudius, qui Conſul cum „Seruilio fuit, anno Vrbis CCLIX. Hæc Plinius, qui Liuij, atque Dionyſij ſupputationem ſe-

quitur,& anno vno plerumque à Capitolinis tabulis diſcrepat. Hunc principem Claudiæ gentis Romam è Sabinis commigraſſe diximus, quem & Liuius poſtea Conſulem factum indicat lib. IIII. in oratione C. Canulei trib. plebis. Claudiam (inquit) gentem poſt Reges exactos ex Sabinis non in ciuitatem modo accepimus, ſed etiam in patriciorum numerum. Ex peregrino ne patricius, deinde Conſul fiet? ciui Rom. ſi ſit ex plebe, præciſa conſulatus ſpes erit? "

Mors Tarquinij Superbi Regis. *Seditionis ac diſcordiæ ſemina.* Tarquinius Superbus Cumis in exilio mortuus eſt. Eo nuncio erecti patres, erecta plebs; ſed patribus nimis luxurioſa fuit lætitia. nam plebi iniuriæ à primoribus fieri cœpêre, cum iudicia de vſuris & debitis, finito bello Latino, mox reſtituerentur: pauperesque paſſim ciues à fœneratoribus in vincula & ſeruitutem raperentur. Hinc pernicioſum odiũ conflatum eſt, ingensq. in ciuitate eſt orta diſcordia, quæ ſæpiùs deinde remp. turbauit. Signia *Aedes Mercurij.* colonia iterum deducta, Romæ tribus auctæ ſunt, atque ædes Mercurij dedicata à M. Plætorio, Bellum Volſcum & Sabinorum irruptionem, Auruncosque ad Ariciam prœlio contuſos, Seditionem inſuper plebeiam contra patricios propter addictos, & nexos æris *Mors Pythagoræ philoſophi.* alieni cauſſa, latiſſimè deſcribunt Liuius lib. II. Val. Max. lib. IX. cap. III. & Dionyſius libro VI. Pythagoram philoſophum his Coſs. mortuum ſcribit Marianus Scotus.

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n, //. .//. //. //. f. //. n. //.

Ser. Cornelius. L. f. //. n. Maluginenſis. L. Aemilius. Mam. f. //. n. Mamercinus.

Ambo Coſs. ſequentur, Cornelius abhinc decimo, Aemilius autem anno vndecimo.

ANNI. P. R. C. CCLIX.

Conſules

A. Virginius. A. f. //. n. Tricoſtus. Cælimontanus. T. Veturius. //. f. //. n. Geminus. Cicurinus.

LIVIUS, Caſſiodorus, & Marianus Scotus nulla addunt cognomina his Conſulibus. A Dionyſio nominantur pleniùs A. Virginius, A. f. Cælimontanus, T. Veturius Geminus. Tabulæ igitur Græcæ Cælimontanum & Geminum non male ſuggerunt, Aſconius item in Cornelianam de maieſtate A. Virginium Tricoſtum, & L. Veturium Cicurinum Conſules memorat, prænomen Veturij varians; niſi error ſit (vt ſuſpicor) exemplaris, qui magis liquet in cognomine; nam Coturnius, pro Cicurino reperitur. Cæterùm ne diuerſitas illa cognominum in his Conſulibus ſcrupulum lectori injiciat, intelligendum quòd Tricoſtus, & Cælimontanus in vnum cadunt Virginium: veluti etiam Geminus & Cicurinus in Veturium. Etenim non rarum fuiſſe, vt geminata eidem attribuerentur cognomina, facilè ex ſequentibus patebit.

Seditio vrbana. Seditio in Vrbe mota ob nexos æris alieni cauſſa gliſcens indies magis, Volſcis, Æquis, & Sabinis occaſionem dedit bellum mouendi; ſenatui verò in tantis reip. terroribus Dictatoris creandi. Creatus autem

M'. Valerius. Voluſi. f. //. nepos. Qui. in. hoc.
honore. Maximus. appellatus. eſt. Dict.
Q. Seruilius. P. f. //. n. Priſcus. Mag. eq.
Seditionis. ſedandæ. &. rei. gerundæ. cauſſa.

Duplex periculum Dictatorem requirebat. Imminebant enim vndequaque hoſtilia portis arma, diſcordia inſuper inteſtina in Vrbe ſæuiebat, plebe contra nobilitatem, ob graue æs alienum tumultuante, & nomina militiæ dare pertinaciter recuſante. Quæ cauſſæ ſatis graues viſæ ſunt ſenatui, vt hoc magiſtratu egeret reſp. qui abſoluta poteſtate, iam ſeditionem in Vrbe ſedaret, quàm bellum gereret. Vtrumque ſatis recte executus eſt Dictaror M'. Valerius: Nam propter bellum fœliciter confectum, huic etiam conciliatæ inter patres, ac plebem concordiæ gloriam attribuunt Cicero in Bruto, Val Max. lib. VIII. cap. IX. Zonaras & Plutarchus in Pompeio. *Valeria gens vnde primum Maximi cognomen.* Eamque ob cauſſam Maximi cognomentum meruiſſe volunt; quod idem in filio, poſteriſque reliquit. Alios ſequuti annales Liuius & Dionyſius, antè ſe dictatura M'. Valerium abdicaſſe referunt, quàm plebs in Sacrum montem ſecederet. Ipſum verò plebem grauiſſima oratione primum placaſſe, atque edicto promulgato, ne quis ciuem militare volentem vinctum aut clauſum teneret; néve quis militis, donec in caſtris eſſet, bona poſſideret,

deret, aut venderet, liberos, hæredéſve moraretur. Delectum deinde militum haud difficilem habuiſſe, decem conſcriptis legionibus. Sed bello quoque feliciter confecto, cum triumphaſſet ad ſenatum de nexis rettuliſſe, vt ſe facturum antè plebi pollicitus fuerat. Qua relatione à patribus reiecta, plenum indignationis dictatura ſemet abdicaſſe. Conſules nihilominus ſacramento militem non ſoluentes, per cauſſam renouati ab Aequis belli legiones educi ex Vrbe iuſſiſſe. Quo facto maturatam eſſe ſeditionem, & Sicinio quodam auctore totum Rom. exercitum iniuſſu Conſulum trans Anienem ſublatis ſignis ſeceſſiſſe, atque in Sacro monte caſtra communijſſe. *Prima populi ſeceſſio in montem Sacrũ, auctore L. Sicinio.*

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

C. Minucius. //. f. //. n. Augurinus. Sex. Furius. //. f. //. n. Fuſus.

C. Minucius concionem priuatus habuerat poſt Reges exactos, de bonis eorum non reddendis, vt refert Plutarchus in Poplicola. Ad conſulatum non peruenit. Sex. Ferius ſexto pòſt anno Cos. fuit.

M'. VALerius. Voluſi. f. //. n. Maximus. ann. CCLIX.
Dict. de Sabineis. //. //. //.

Non immeritò torſit aliquando ſtudioſos cùm legerent apud Liuium, M. Valerium Voluſi f. hoc anno Dictatorem creatum, & in Dionyſio M. Valerium fratrem Poplicolæ primi Conſulis; cùm tamen ex ijſdem auctoribus conſtet, M. Valerium Poplicolæ fratrem legatum conſularem antea in prœlio ad lacum Regillenſem occubuiſſe. Hic verò Dictator, auctore Liuio, non conſularis factus. Verùm fragmenta Capitolina illud ſcrupuli tollunt genuinum huius Dictatoris Valerij prænomen in triumpho præferentes. Manium enim Valerium vocant, alterumque Poplicolæ fratrem fuiſſe monſtrant: non qui bello Latino cecidit. Ideoque ipſum hoc Manij prænomen in Liuio, Dionyſio, Ciceronis Bruto, Zonara, Oroſio, alijſque auctoribus corrigendum eſt. Dictator igitur M'. Valerius, ſeditione in Vrbe compoſita, tripartito exercitu in hoſtes mouit. In Volſcos A. Virginium Conſulem miſit, qui hoſtibus mox prœlio victis, Velitras nobile eius gentis oppidum expugnauit. Aequi à T. Veturio Cos. laceſſiti pugnam detrectauêre, iugis montium ſeſe continentes. Caſtra tamen eorum expugnata ſunt, & aliquot vrbes deditæ. Volſcis autem deuictis Veliternus ager ademptus eſt. Velitras coloni ab Vrbe miſſi, coloniaque deducta. Dictator Valerius Sabinos aggreſſus prœlio fudit, caſtris exuit; & re paſſim feliciter geſta triumphans, ex more in Vrbem redijt, vt auctor eſt Dionyſius. Cuius item triumphi veſtigia permanent in Capitolinis fragmentis. Meminit & Liuius, adijcitque Dictatori, ſupra ſolitos honores, locum in circo, atque poſteris eius ad ſpectaculum, ſella curuli ibidem poſita, datum fuiſſe. Ait etiam Pædianus in Piſonianam ex Antiate ſic: Valerio Maximo (vt Antias tradidit) inter alios honores, domus quoque publicè ædificata eſt in Palatio; cuius exitus quo magis inſignis eſſet, in publicum verſus declinaretur, hoc eſt, extra priuatum aperiretur. Quem honorem Poplicolæ fratri conceſſum quoque fuiſſe, ex Plinio, alijſque diximus. An alios geſſerit magiſtratus non liquet. Augurem mortuum anno CCXC. Liuius teſtatur libro tertio, vbi item corrigendum eſt eius prænomen.

Liuius & Dionyſius reconciliati. *Volſci victi.* *Velitræ expugnatæ.* *Aequorum caſtra capta.* *Velitræ colonia.* *Sabini victi.* *Honores M'. Valerij præter triumphum.*

ANNI P. R. C. CCLX.

Conſules

Sp. Caſſius. //. f. //. n. Viſcellinus. II. Poſtumus. Cominius. //. f. //. n. Auruncus. II.
Luſtr. fecerunt. VII.

HI ETIAM antè Conſules fuerant. Nominantur item à Cicerone pro Cornelio. Per ſeceſſionem plebis (inquit Liuius) hunc ſecundum conſulatum inierunt, Kal. Septembribus, citius nempe quàm conſuetudo erat; vt maturius de plebis reditu referrẽt ad ſenatum, quemadmodum auctor eſt Dionyſius, qui his Conſulibus plebem patribus reconciliatam, opera & oratione Agrippæ Menenij, primosque tribunos plebis creatos fuiſſe ſcribit, atque ita demum pace domi parta, delectu à Conſulibus habito, Cominij ductu bellum Volſcis illatum. Quibus prœlio profligatis Longulam & Poluſcam oppida eorum capta, Coriolos munitiſſimam vrbem vi expugnatam eſſe præcipua Cn. Martij virtute,

Plebs patribus reconciliata per Agrip. Menenium. *Bellũ Volſcũ.* *Longula, Poluſca, Corioli, vrbes captæ.*

Cn. Martius cur dictus Coriolanus

Aedes Cereris, Liberi, & Liberæ.

Fœdus cũ Latinis ictum, atque colũna inciſum.

tute, cuius ſolius opera victoriam cùm in prælio, tum in vrbis expugnatione obtinuerunt Romani, vnde Coriolanus eſt appellatus. Vide præter ſuprà ſcriptos etiam Plutarchum in Coriolani vita. Val. Max libro IIII. cap. III. Zonaram, Auctorem de viris illuſtribus cap. XIX. Florum, Eutropium, & alios. In Vrbe Sp. Caſſius Cos. interim ædem Cereris, Liberi, Liberæque ad finem Circi Maximi dedicauit, votam bello Latino ab A. Poſtumio Dictatore, vt Dionyſius libro VI. memorat. Fœdus inſuper cum Latinis populis ſocietate renouata ſcribit ictum fuiſſe; quod & Cicero in oratione pro L. Balbo, & Liuius teſtantur; illudque ſuo tempore in columna ænea inciſum poſt Roſtra extitiſſe dicunt. Quod tale fuiſſe Dionyſius idem tradit:

Romanis. Latiniſque. ſocijs. æterna. pax. eſto. neque. ipſi. inter. ſe. bellanto. nec hoſtes. inducunto. iiſve. iter. præbento. At. bello. oppreſſis. opem. omnem. feronto. Manubiarum. ac. prædæ. partem. æqualem. habento. Priuatarum. litium. iudicia. intra. decimum. diem. finionto. forumque. ſeruato. eius. populi. vbi. contractum. fuerit. Fœderis. legibus. nihil. addonto. demontóve. niſi. ex. poplico. vtriuſque. populi. conſenſu.

Ferijs Latinis tertium cur dies additum.

Mors, & ſepultura Agrippæ Menenij.

In haſce pacis ac ſocietatis conditiones iuratum more ſolemni, ferijſque Latinis dies tertius eſt additus, vt auctor eſt idem Dionyſius; cum ob renouatam cum Latinis ſocietatem, tum ob ciuilem diſcordiam ſublatam. Agrippam verò Menenium, qui patribus plebem reconciliauerat eodem anno mortuum, & publico ſumptu magnificè ſextantibus à plebe collatis ſepultum, Liuius & Dionyſius auctores ſunt. Vide etiam quæ de eadem re ſcribit Auctor de viris illuſtribus. Breuiter autem totius anni huius geſta complectitur Dionyſius libro VIII. in oratione Sp. Caſſij quam habuit in tertio conſulatu poſt triumphum. Solus autẽ Dionyſius in fine lib. VI. huius cenſus atque luſtri mentionẽ facere videtur, cùm ſcribat ab his Conſulibus cenſa fuiſſe ciuium capita ampliùs CX ∞. Multò minor profectò hæc ciuium ſumma eſt, quàm luſtro ſuperiore fuerat. Rurſum meminit lib. IX. centum decem milia ciuium hoc luſtro cenſa fuiſſe, eorum qui pubertatem attigiſſent. Mulierum autem impuberum, inquilinorum, ſeruorumque triplum tantum, quantum ciuium. Atque hoc luſtrum fuiſſe VII ex ſequenti octauo conſtabit. Liuius autem ad alia feſtinans recentiora, huius vetuſtæ hiſtoriæ potiorem (ſi dicere licet) partem, cenſus & luſtra, è quibus ſtatum reip. ac incrementa vel damna in primis cognoſcere eſt, vt & alia magiſtratuum acta plurima, conſultò tranſilijſſe videtur.

Luſtrum Vrbis VII.

TRIBVNI. PLEBIS. PRIMI.

L. Sicinius. L. f. //. n. Bellutus. L. Iunius. C. f. //. n. Brutus Bubulcus.

Agrip. Menenius.

Lex ſacrata.

Tribuni plebis primum duo.

Pædiani locus.

PLEBS Romana (quemadmodum dixi) anni ſuperioris exitu propter nexos ob debita grauiter à patribus diſſentiens, Vrbe relicta iniuſſu Conſulum, Sicinio quodam auctore in Sacrum montem cum armis ſeceſſit; atque ibidem trans Anienem amnem, tertio ab Vrbe miliario, caſtra munijt. Huius verò deinde anni initio Sp. Caſſio, Poſtumo Cominio Coss. demum conditionibus inita concordia ſenatui reconciliata eſt per Agrippam Menenium facundum virum; & lex, quam ſacratam vocant, ſenatu permittente, eſt lata. Vti plebs haberet ſuos annuos magiſtratus ſacroſanctos, quibus auxilij eſſet latio aduerſum Conſules, magiſtratus quoſuis, atque nobilitatem; néve cui patrum capere eum magiſtratum liceret. Duos autem tribunos in Sacro monte creatos eſſe ab initio, Cicero in oratione priore pro C. Cornelio tradit, ſequutus Sempronium Tuditanum, & Pomponium Atticum, ex quorum annalibus primos nominat Pædianus, L. Sicinium L. f. Bellutum, L. Iunium C. f. Paterculum. Hos ſequitur etiam Suidas, Sicinium & Brutum nominans; atque idcirco mihi ſuſpectum Paterculi cognomen eſt apud Pædianum, vt mendoſum, & alienum à Iunia gente, videturque potiùs legendum eſſe Brutus Bubulcus non Paterculus. Dionyſius enim ipſum L. Iulij non ei commune cum Regum expulſore habuiſſe ſcribit, affectaſſe, & vſurpaſſe etiam Bruti cognomen: vt videretur ita infeſtus optimatum tyrannidi, vt ille Regum fuerat. Itaque & nos in hac prima magiſtratuum paucitate duos dumtaxat quotannis adducemus; donec ex L. Piſonis ſententia Liuius quinque primum creatos fuiſſe memorat, vt ſuo loco poſtea annotabo. Nec diſſentire admodum videtur ipſe Liuius, duos primùm creatos C. Licinium, & L. Albinum (vt eos appellat) tres collegas ſibi cooptaſſe ſcribens, in his Sicinium ſeditionis auctorem, de duobus reliquis, qui fuerint, minus conuenire. Sunt tamen auctores, qui tres primùm creatos fuiſſe volunt. Ex quibus Auſonius poëta ſic cecinit: in Grypho ternarij numeri

Martia

Martia Roma triplex, equitatu, plebe, ſenatu,
Hoc numero tribus, & Sacro de monte tribuni.

Dionyſius & Plutarchus, primum comitiis curiatis quinque tribunos creatos aſſerunt, ſingulos ex ſingulis claſſibus recenſetque Dionyſius, L. Iunium Brutum, C. Sicinium Bellutum, P. & C. Licinios, & C. Icilium Rugam. Hæc eſt annalium diuerſitas in re antiquiſſima, nos autem (vt dixi) ex plurium ſententia duos in primis adducemus, cæteros ab alijs nominatos, cùm ex primis tribunis, eos quoque fuiſſe opinione receptum ſit, ſequentibus annis etiam adiungemus. Hoc autem loco nonnulla de huius magiſtratus ratione, & poteſtate ſunt adferenda, quæ annalibus hiſce lucem addant.

Tribuni plebis primùm quinq; ſecūdùm quoſdam.

De tribunicia poteſtate.

TRIBVNICIAM poteſtatem, vt præcipuum libertatis plebeiæ fundamentum, ſic non minùs largum contumaciæ contra quoſuis magiſtratus, omniſque ſeditionis fontem, ſuperbia (velut dixi) atque auaritia patriciorum, penes quos poſt Reges exactos gubernacula imperij fuerunt, Romanæ reip. inuexit; parum lætis, me hercle, auſpicijs. Nimirum, ſeceſſione plebis à patribus, quæ anno Vrbis CCLIX. contigit. cùm plebs armata, Conſulibus inuitis, L. Sicinio quodam auctore, trans Anienem ſeceſſit in Sacrum montem, ſenatus ac magiſtratuum ſuperbiam incuſans, & nobilium fœneratorum auaritiam, crudelitatemque ferre diutiùs nolens. Qui in pauperum ciuium corpora ob debita nexorum, vinculis, verberibuſque ſæuiebant. Tum itaque irritatis tali iniuria plebeiorum animis, conſenſu iam obſtinata multitudo reuocari in Vrbem nullis eo anno conditionibus poterat; vt tandem ſenatus periculo territus, & extrema reip. metuens, æris alieni diminutione decreta, decem legatos de pace cum plebe reconcilianda miſerit. Quæ vnius Agrippæ Menenij oratione rudi licet, & incondita, patribus reconciliata Romam redijt; hac tamen lege, vt magiſtratus & ipſa, contra patriciorum potentiam, ac vim creare ſibi poſſet, quibus auxilij eſſet latio; néve cui patrum capere eum magiſtratum liceret. Dictique ſunt tribuni, vt vult Pomponius, quòd tunc populus in tres tantùm partes diuiſus erat, & ex ſingulis ſinguli facti. Nec deſunt, qui à tribuendo auxilio nuncupatos tribunos volunt. Lege autem ſacrata (vt inuiolabiles eſſent) primùm creati ſunt. Quam talem ex parte carptim adfert Cicero de Legibus tertio:

Tribunicia poteſtatis virtutes, & vitia.
Eius origo.
Vnde tribuni dicti.
Lex ſacrata de tribunicia poteſtate.

Plebs. quos. pro. ſe. contra. vim. auxilij. ergô. creaßit, tribuni. eius. ſonto. Quodque. ij. probibeſſint. quodque. plebem. rogaßint. ratum. eſto. Cum. populo. patribusQ. agendi. ious. habento. ieidémQ. ad. plebem. quod. cenſuerint. feronto. SanctiQ. ſonto. NeQ. plebem. orbam. tribuneis. relinquonto.

Quædam exprimit etiam Dionyſius Halicarnaſſ. Antiquitatum lib. VI.

Tribunum. inuitum. nemo. vt. vnum. è. vulgo. quicquam. facere. cogito. Nec. verberato. nec. alium. verberare. iubeto. Nec. occidito. nec. occidere. iubeto. Si. quis. contra. faxit. ſacer. eſto. bonaque. eius. Cereri. dicata ſunto. Et. qui. eum. occiderit. cædis. purus. eſto.

Sed hæc tantùm de iure inuiolabili poteſtateque ſacra tribunorum. Fuiſſe quidem & alia plura legis capita conſtat; quæ hîc congerere ex diuerſis longum foret. Præcipua quædam præterire tamen nequeo. vt hæc:

Appellati. ſubuenire ne. dubitanto. vim. prohibento. Priuilegia. ne. irroganto. De. capite. iureque. ciuium. non. ſine. comitieis. decernonto. Intercedere. collegam. ne. prohibento.

Accreuere temporum ſucceſſu plura legi capita, quæ ſuis indicare locis commodiùs erit. Legem hanc poſtea renouârunt decemviratu ſublato Conſules L. Valerius, M. Horatius anno Vrbis CCCIV. ſeceſſione plebis ſecunda. Fuit enim ab his ſancitum, vt qui tribunis plebis, ædilibus, iudicibus, decemviris nocuiſſet; eius caput Ioui ſacrum eſſet; familia ad ædem Cereris, Liberi, Liberæque venum iret; ſicut apud Liuium lib. III. legimus.
„ Partem quoque legis eiuſdem refert Sex. Pomp. hanc. Nam lege (inquit) tribunicia pri-
„ ma cauetur. Si quis eum, qui eo plebiſcito ſacer ſit, occiderit; parricida ne ſit. Ex quo
„ quiuis homo malus, atque improbus ſacer appellari ſolet. Quinetiam tum quoque, vt Zonaras annalium ſecundo prodit, tribunis plebis in comitijs conceſſa ſunt auſpicia patriciorum conſenſu; apud quos ſolos lege Romuli fuerant. Datum id quidem honoris ſpecie,

Valeria Horatia lex.
Sacer quis, & vnde dicatur.
Tribunis quoq; in comitijs cur auſpicia à patribus conceſſa.

ſpecie, in eum tamen, re vera finem, ne tribuni plebsque ipſa quiduis temerè ſciſcerent agerentque ſed religionibus auſpiciorum ſæpius impedirentur, cum interceſſores de cælo ſeruare, & obnunciare poſſent. Apparet itaque tribunorum auſpicia duntaxat fuiſſe, ius de cælo ſeruandi, & obnunciandi. Quod etiam ex Liuij Ciceroniſque varijs locis palam eſt.

Numerus tribunorum varius.

De numero tribunorum diuerſas auctorum ſententias recenſui; vt alij duo, alij tres, alij quinque primum creatos fuiſſe ſcribant. Conſtat autem quòd anno CCXXVI. Vrbis quinque tribunis, quinque alij ſint adiecti: bini ex ſingulis claſſibus, atque decem effecti.

Tribuni decem.

In eoque numero ſtante rep. illud collegium ſemper permanſit.

Dies ineundi tribunatum.

Ita & diem ſolemnem ineundi tribunatum plebis. IIII. Id. Decembr. ab initio ad ſua vſque tempora duraſſe ſcribit Dionyſius Halicarnaſſeus. Idem ex Cicerone, Liuio, & alijs paſſim colligimus. Plutarchus tribunos non gerere magiſtratum probare volens, & hoc adfert inter argumenta, quòd non anni principio, vt reliqui magiſtratus ineant. Eius fere verba, quia ad rem faciunt, hic ſubijciam. Quare tribunus plebis, ait, purpura non vtitur, cùm cæteri magiſtratus purpurati incedant? An quòd tribunus omnino magiſtratus non eſt? Nam nec lictores habet, nec in ſella curuli ſedens ius dicit; neque principio anni init, vt reliqui magiſtratus. Nec creato Dictatore ſe abdicat: ſed omni licet imperio ad Dictatorem tranſlato, ipſe poteſtatem ſuam retinet, quaſi magiſtratus non ſit. Quemadmodum autem tranſlationem ſtatum eſſe quidam rhetores negant: quippe quæ non iudicium conſtituat, ſed diſſoluat, & euertat; ſic tribunatus impedimento potius magiſtratui, quàm magiſtratus. Etenim potentiæ magiſtratuum reſiſtere, nimiamque eorum licentiam coercere, ad eius auctoritatem pertinet.

Tribunatus pro magiſtratu non habitus.

Quin Liuius tribunatum plebis ab initio vix pro magiſtratu fuiſſe habitum ſatis indicat lib. II. in deſcribenda contentione Ap. Claudij Conſulis cum tribuno plebis Lætorio, quæ contigit anno Vrbis CCXXCII. Ait enim: Adoleſcentes nobiles ſtabant nihil cedentes viatori: tum præhendi quoſdam Lætorius iubet. Conſul Appius negare ius eſſe tribuno in quemquam, niſi in plebeium. Ardens igitur ira tribunus, viatorem mittit ad Conſulem; Conſul lictorem ad tribunum, priuatum eſſe clamitans, ſine imperio, ſine magiſtratu. Antiqui quidem iuris fuiſſe ex Labeone Antiſtio, & M. Varrone probat Gellius lib. XIII. cap. XII. quòd tribuni plebis non iuridicundo, nec cauſſis querelisq; de abſentibus noſcendis crearentur; ſed interceſſionibus faciendis, quibus præſentes fuiſſent: vt iniuriam, quæ coram ipſis fieret, coërcerent: vnde præhenſionem, non vocationem in ius ipſos habere Labeo contendebat.

Quamobrem tribuni crearentur.

Prehenſio tribunis erat non vocatio.

Id ipſum adſerit M. Varro rerum humanarum libro XXI. cuius verba ex Gellio hic ſubijciam. In magiſtratu (inquit) habent alij vocationem, alij præhenſionem, alij neutrum. Vocationem, vt Conſules, & cæteri, qui habent imperium. Præhenſionem, vt tribuni plebis, & alij qui habent viatorem. Neque vocationem, neque præhenſionem, vt Quæſtores, & cæteri, qui neque lictorem habent, neque viatorem.

De quæſtoribus vrbanis intellige.

Qui vocationem habent, ijdem præhendere, tenere, abducere poſſunt; & hæc omnia; ſiue adſunt, quos vocant, ſiue acciri iuſſerunt. Tribuni plebis vocationem habent nullam; neque minùs, multi imperiti, perinde atque haberent, ea vſi ſunt. Nam quidam non modo priuatum, ſed etiam Conſulem in roſtra vocari iuſſerunt. Ego triumvir vocatus à Porcio tribuno plebis, non iui, auctoribus principibus; & vetus ius tenui. Item tribunus cùm eſſem, vocari neminem iuſſi; nec vocatum a collega parere inuitum. Pulcherrimè hæc Varro iuris Romani non ſecus ac omnis philoſophiæ peritiſſimus; primam ſcilicet tribuni plebis poteſtatem eſſe in auxilij latione, & coërcendo per interceſſionem cæteros magiſtratus, atque etiam ipſos collegas ſuos.

Tribunicia poteſtas irrita per vnius collegæ interceſſionem.

Vnius enim interceſſione, reliquorum poteſtas irrita fiebat. Id quod Cicero ad Atticum ſcribens epiſtolarum lib. III. affirmat: tribunum quippe plebis lege collegij ſui non teneri; qua cautum, ne intercedere, abrogare, vel derogare liceret.

Aelia, Fuſia leges.

Qualis fuit illa P. Clodij, quæ Aeliam, Fuſiamque leges, ſubſidia contra tribunicios furores, ſuſtulit, quæque propugnacula, vt inquit Pædianus) & muros tranquillitatis & ocij euertit.

Clodia lex.

Vetabat enim legi a tribuno plebis latæ intercedere, obnunciare concilio, aut comitijs, contra eam de cœlo ſeruare, vtque etiam faſtis diebus legem ferre tribunis liceret. Sed hanc Clodiam mirificè paſſim exagitat Cicero in orationibus, vt peſtiferam atque iniquam.

Vis interceſſionis.

Vis enim interceſſionis ſumma ſemper in rep. fuit: qua non ſolum ſenatus conſulta, verùm etiam plebiſcita, leges ac magiſtratuum acta quæuis impediri poterant. Ideoque ſenatus ad eam, veluti ad tutiſſimum contra tribunicia tela clypeum, recurrere frequenter ſolet; & interceſſorem ſibi vnum alterúmve è tribunis comparando, clauum clauo pellere. Quo quidem remedio ſenatus vix vnquam caruit: quærentibus ferè ſemper tribunorum pleriſque melioris partis gratiam.

Tribunicia poteſtatis vis.

Iam verò quamuis non ſtatim magiſtratus nomen adepti ſunt tribuni plebis, quia tamen ſacroſancti erant, potentia agendi cum populo præpollebant; præhendendi, & in vincula ducendi licentia ceteros omnes magiſtratus ſuperabant. Quemuis enim ſupplicem à iudicio liberare, velut ex Cluentiana Ciceronis colligimus; vel à prætore damnatum aſſerere, defendere à vinculis, implorati appella-

Cur tribunorũ domus ſemper apertæ.

appellatique poterant. Hinc præſides, cuſtodesque libertatis ſe iactare, eorumque domus interdiu noctuque patere omnibus, tanquam aræ ſemper acceſſibiles, afflictorumque portus, vel aſyla, ſicut apud Plutarchũ legimus in problematibus. Exemplo item eſt T. Manlius Torquatus, qui ex agro nocte in Vrbem ac ædes tribuni plebis Popillij perrexit, patrem reum ab eius actionibus vindicaturus. Ipſis verò poſtmodum, vti ſemper ciuibus præſto eſſent, à foro abeſſe, vel extra Vrbem pernoctare nefas eſſe cœpit. niſi S. C. aut plebiſcito iuſſi, reip. cauſſa aliquò proficiſcendum, aut feriæ Latinæ celebrandæ forent; quando omnes pop. Rom. magiſtratus pro publica ſalute in monte Albano Ioui ſacra facere ſolent. De qua re ſic Gellius lib. III. cap. II. diſſerit ex Varronis libro rerum humanarum quem de diebus ſcripſit. „ Præterea tribuni plebis, quos nullum diem Roma abeſſe licet, cum poſt „ mediam noctem proficiſcuntur, & poſt primam facem, ante mediam ſequentem reuertuntur; „ non dicuntur abſuiſſe vnum diem, quando ante horam noctis ſextam regreſſi, par- „ tem aliquam illius in vrbe Romana ſunt. Immo nihil poteſtatis extra Vrbem ipſis erat; quandoquidem ius prouocandi ad populum milleſimo ab Vrbe paſſu ceſſabat. Auctores ſunt Liuius lib III. Dionyſius VIII. Dio XXXVII. XLV. & LI. In Vrbe igitur ſacroſancti dantaxat regnare, conſenſu plebeio confiſi, ſenatus conſulta, leges, edicta, acta magiſtratuum, interceſſionibus reſcindere; leges nouas pro arbitrio promulgare, concilia plebis edicere, ſenatum cogere vel diſſoluere, pontificum, augurumque collegia denunciare, conciones qualeſcunque ciere, tributorum collationes, militumque delectus inhibere. Denique agros, vectigalia, pecunias publicas, magiſtratus, prouincias, quibus vellent dare, vel auferre populi ſuffragio non veriti ſunt. Adeò vt progreſſu temporis nimia licentia feroces, & proteruiores facti, illuſtres ciueis, indicta cauſſa, bonis & exilio mulctare, obtorto collo ad ſupplicium trahere, Conſules ipſos (vt omittam alios magiſtratus) in carcerem ducere pro ludicro habuerint; nihil non auſi pro libidine, libertatis plebeiæ tuendæ prætextu; vt demum libertatis publicæ fundamenta omnia ſubuerterint. Dum auro venales facti ad ſeditionum bellique inteſtini incendia faces admouere non ceſſant; quemadmodum ex annalibus noſtris ſtudioſo lectori luce clariùs conſtabit. Lege autem ſacrata excluſi ab hoc collegio patricij fuerunt, contra hos enim primùm inuenti tribuni. Cùm tamen moris eſſet, vt quando non omnes decem vnis comitijs à populo crearentur; qui primi facti eſſent, reliquos ad numerum deficientes ſibi cooptarent; effecere nonnunquam patres clientum opera, vt patricij cooptarentur; velut anno Vrbis CCCIV. contigit. De qua „ re ſic Liuius lib. III. Noui tribuni plebis in cooptandis collegis, patrum voluntatem fouerunt, „ duos enim patricios, conſularesque Sp. Tarpeium, A. Aeternium cooptauerunt.

Non licebat tribunis extra Vrbem pernoctare.

Quando tribunis Vrbe abeſſe fas fuerit.

Tribunicia poteſtas extra Vrbem nulla.

Tribunitia poteſtatis in Vrbe vis.

Eiuſdem poteſtatis abuſus.

Patricij à collegio tribun. lege ſacrata excluſi.

Quando etiam patricij ad tribunatum admiſſi.

Trebonia lex.

Hæc Liuius. Verùm L. Trebonius Aſper trib. plebis infeſtus patribus, quòd ſe ab ijs in cooptandis tribunis fraude captum, proditumque à collegis aiebat, rogationem tulit, vt qui plebem Romanam tribunos plebis rogaret, is vſque eò rogaret dum decem tribunos plebei faceret. Legi tamen non ſemper ſatisfactum eſt, nam anno poſteà CCCLII. cùm item tribunorum numerus comitijs non expleretur; pugnatum rurſus, in loca vacua vt patricij cooptarentur. Quod poſteaquam obtineri non potuit, effectum tamen, vt cooptarentur, Treboniæ legis labefactandæ cauſſa, duo patriciorum clientes C. Lucerius, M. Acutius; ex quo nõ parum contentionis enatum eſt, vt Liuius lib. V. & nos ſuo loco diffuſiùs. Progreſſu dein temporis fruſtra ſæpe tentatum de tribunatu patricijs communicando, non tamen obtentum fuit. Cuius etiam Dio lib. XXXVII. item Zonaras meminêre. Admiſſos tamen ad tribunatum patricios ſcimus, qui adoptione in plebeiam aliquam familiam priùs trãſiuerant, ſicut P. Clodius fecit, qui patricius, vt tribunus plebis fieret, & ſe de Cicerone inimico vindicaret, à M. Fonteio quodam ſe adoptari curauit. Idem feciſſe poſteà P. Cornelium Dolabellam referunt Dio lib. XLII. & Plutarchus in Antonio. Inuenta namque eſt primùm tribunicia poteſtas plebeiæ, vt dixi libertatis tuendæ cauſa, & ex plebeio corpore tribunos creare leges ſacratæ iubebant, excluſo nimirum ſenatu, contra cuius potentiam creabantur. Plebeios equites deinde Romanos etiam admiſſos Liuius lib. IIII. ſatis arguit. Excluſos tamen diutiſſimè ſenatores licet plebeios argumento eſt, quod olim tribunis plebeis curiam intrare fas non erat, velut inter antiqua inſtituta Val. Max. refert lib. II. „ cap. II. Sed ante valuas (inquit) poſitis ſubſellijs decreta patrum attentiſſima cura exami- „ nabant, vt ſi quæ ex eis improbaſſent, rata eſſe non ſinerent. Itaque veteribus S. C. litera T. „ ſubſcribi ſolet, eaque nota ſignificabatur, illa tribunos quoque cenſuiſſe. Aliam verò fuiſſe Attei Capitonis ſententiam docet Varro epiſtolicarum quæſtionum IIII. vt apud Gel- „ lium lib XIIII. cap. VIII. legimus. Namque & tribunis (inquit ibidem Capito) plebis ſena- „ tus habendi ius erat; quanquam ſenatores non eſſent ante Atinium plebiſcitum. Ex quo Gellij loco colligimus, Atinio plebiſcito tribunis plebis cum magiſtratu ſimul curiam apertam fuiſſe; eoque cautum, vt quem tribunum plebis creaſſet populus, is hoc ipſo imposterum ſenator eſſet. Quam legem à C. Atinio Labeone latam arbitrantur nonnulli anno Vr-

Patricij à plebeis adoptati adſciti ad tribunatum.

Senatores diutiſſimè excluſi.

Mos veterum tribunorum ſubſcribendi S.C.

Atinia lege primùm trib. pl. curia aperta.

no Vrbis DCXXIII. vt tum dicemus. Quin vti magis aduerſus nobilium hominum vtriuſque ſortis auctoritatem ac potentiam muniretur tribunicia poteſtas, antiqua quoque lege cautum fuiſſe diſcimus ex Liuio; ne filij, quorum patres curuli magiſtratu functi adhuc eſſent ſuperſtites, ad tribunatum, ædilitatémve plebis admitterentur. Parentum enim ius in filios poteſtatem quamuis infringere minuereq́. poſſe, perſuaſum erat. Lata lex haud dubiè fuit poſt cõſulatum, aliosque curules magiſtratus plebei communicatos; & ni fallor, poſtquam C. Flaminius tribunus plebis ſeditioſus anno DXXI. legem agrariam contra ſenatus voluntatem ferens à patre C. Flaminio priuato detractus è Roſtris, & abductus è concione fuerat. Sed quis eius auctor legis, non inuenio. Mentionem illius facit Liuius libro XXVII. de C. Seruilio æd. plebis anno DXLIV. ſcribens hæc: Seruilium negabant iure aut tribunum plebis fuiſſe, aut ædilem eſſe: quòd patrem eius, quem III virum agrarium occiſum à Boiis circa Mutinam eſſe, opinio per decem annos fuerat, viuere, atque in hoſtium poteſtate eſſe, ſatis conſtabat. Iuri igitur eius obſtaculo fuit, nõ, quod captiuus pater erat, ſed quod viuebat. Multò clariùs hoc ex alijs eiuſdem Liuij verbis libro XXX. intelligi poteſt, vbi narrat, vt idem C. Seruilius Conſul anno DI. patrem ac patruum ex Gallica ſeruitute receptos Romam reduxerit. Latum (inquit) ad populum eſt, ne C. Seruilio fraudi eſſet, quòd patre, qui ſella curuli ſediſſet, viuo (cùm id ignoraret) tribunus plebis; atque ædilis plebis fuiſſet, contrà quàm ſancitum legibus erat. Hac rogatione perlata, in prouinciam redijt. Itaque in eum ſolum finem è prouincia Romam veniſſe veriſimile eſt. Denique cùm in ſummam ampliſſimamque dignitatem ſucceſſu temporis tribunicia poteſtas

Lex antiqua de tribunatu plebis capiendo.

C. Flaminius.

A L. Sulla ad ſtirpem quaſi detruncata trib. poteſtas.
Leges Corneliæ de tribunicia poteſtate.

exercuiſſet; velut tumultuum, ac diſſenſionum ciuilium ſtirpem L. Cornelius Sulla per vim Dictator occupata rep. factus, non ſolùm detruncauit, ſed ferè radicitus ſuſtulit, legibus ad eam imminuendam latis. Primum ne quis tribunus plebis, niſi ſenator crearetur. Ne qui fuiſſet, ad alios magiſtratus admitteretur. Ne ius ferendarum legum, concionandíve; ſed intercedendi dumtaxat ipſis eſſet, vt apud Appianum Alexandrinum, Liuium, Plutarchum, Suetonium, & alios reperimus. Itaque Cicero de legibus libro III. poteſtatem iniuriæ faciundæ tribunis Sullam abſtuliſſe, auxilij ferendi reliquiſſe dicit. Cæterum Sulla mortuo C. Aurelius Cotta Conſul ius honorum petendorum mox tribunis reſtituit, priſtinaque dein poteſtas paulo pòſt à Pompeio Magno ipſis eſt redintegrata. Auctores ſunt Salluſtius in Catilinario, & oratione Macri tribuni plebis, Velleius, Cæſar ciuilium primo, & Cicero in oratione pro Cluentio; iſque ob prauitatem iudiciorum à populo Rom. plenam poteſtatem efflagitatam, & neceſſariò à Pompeio Magno reſtitutã, actione ſecunda in Verrem ſcribit. Vt haberent nimirum iniuria oppreſſi, quò, velut ad aram, refugerent. Bis itaque tribuniciam poteſtatem è rep. penè ſublatam cognoſcimus: ſemel creatis X. viris legum ferundarum, quam plebs per ſeceſſionem mox recuperauit. Iterum Dictatore, vt diximus, L. Sulla, quæ à Cn. Pompeio reſtituta eſt, cuius redditæ Pompeium ipſum poſtea ſæpe pœnituit. Nec diu poſtea ſacroſanctum illud tribunicium ius, tranſlato per Cæſares ad monarchiam reip. ſtatu, ſenatus populique voluntate primùm Auguſtus, dein reliqui Imperatores ſibimet in perpetuum adſcripſere. Nomen nihilominus, ac velut vmbra tribunatus plebis per aliquot poſt ætates in rep. remanſit. Quemadmodum ſtudioſo lectori latiùs ex noſtris Annalibus conſtabit.

Aurelia lege tribunis ius petendorum honorum reſtitutum.
Pompeia lex eis priſtinam poteſtatem redintegrauit.
Bis è Republica pene ſublata tribunicia poteſtas.
Tribunicia poteſtas ad Imperatores trãſlata, nomine tantum in rep. relicto.

AEDILES. PLEBIS. PRIMI.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

[C. Mucius. c. f. //. n. Cordus. Scæuula.] [Q. Mucius c. f. //. n. Cordus. Scæuula.]

Non inuenio quemquam veterum primos plebis ædiles nominaſſe. Cogit nos igitur inſtituti ratio vacua loca magiſtratuum qualicunque modo ſupplere, & fingere primos ædiles C. Muci Cordi primi Scæuulæ duos filios: cuius familiæ poſteritas multis ſæculis Romæ continua ſerie floruit.

De ædilitate plebis.

Aediles quando primum & quare creati.

VETVSTVS item eſt magiſtratus plebeia ædilitas patricios excludens, & eodem hoc anno cum tribunatu plebis reip. inducta, vt Dionyſius Halicarnaſſ. & Zonaras auctores ſunt. Non tamen ſimul cum tribunis in monte Sacro creatos ædiles Dionyſius tradit, ſed poſtea reconciliatis iam ordinibus, creatiſque dudum tribunis, plebem à ſenatu petiiſſe, vt ſibi permitteret, binos è ſuo corpore ſingulis annis creare, qui tribunis ſubminiſtrarent, quique eas cauſas iudicarent, quas ipſi eis committerent, vnde etiam iudices primùm

primùm vocabantur. Quique ſimul ſacrificiorum, Feriarum Latinarum, publicorum priuatorumque locorum, annonæ, forîque venalium curam haberent. Quo etiam à ſenatu permiſſo duouiros è plebe creatos tanquam tribunorum ſocios, miniſtros, ac iudices, qui deinde ab ædium cura, in quibus omnia ſua ſcita plebs deferebat, ædiles appellati ſunt; quemadmodum Pomponius de origine iuris, & M. Varro atteſtantur. vel ab aditu, quod facilis ad eos aditus eſſet, vt vult Sex. Pompeius. Zonaras aſtipulatur

Iudices prius ædiles dicti fuere.

Aediles vnde dicti.

„ etiam Dionyſio. Recens creatis (inquit) tribunis duo ædiles ſunt adiuncti, quorum
„ miniſterijs ad ſcripturas vterentur. Qui cùm omnia decreta, omnia ſenatuſconſulta ac-
„ ciperent, & aſſeruarent, nihil eorum quæ agebantur omnium ipſos latebat. Olim
„ igitur his de his cauſſis iuris dicundi ergò creabantur. Poſt autem cum alia, tum forum
„ rerum venalium eis commiſſum. Vnde à Græcis ἀγορανόμοι appellantur. Quando autem ſenatus conſulta primùm cuſtodiæ ædilium commiſſa fuerint, Liuius libro III. declarat. Inſtitutum hoc eſſe ſcribens poſt decemuiros exactos à M. Horatio, & L. Valerio Conſulibus; vt ſenatus conſulta in ædem Cereris ad ædiles plebis deferrentur, quæ antè arbitrio Conſulum ſupprimebantur, vitiabanturque. Vt igitur tribunis plebis ſcribundo adeſſent, leges, plebiſcita, ac ſenatus conſulta aſſeruarent, ius item ex tribunorum commiſſione inter priuatos dicerent, creati ſunt. Acceſſit progreſſu temporis ludorum quorundam ſolemnium, feriarum, viarum, cloacarum, aquæductuum, publicorumque quaſi omnium operum tutela, atque cura; atque ijs præſertim annis, quibus cenſorum magiſtratus in Vrbe nullus erat. Id quod ex Frontino colligimus, quum

Aediles Græcè ἀγορανόμοι.

Senatus conſultorum cuſtodia quando ijs primùm commiſſa.

Aedilium officium.

„ dicat libro II. de aquæductibus. Ad quem autem magiſtratum ius dandæ, vendendæ-
„ ve aquæ pertinuerit, in ijs ipſis legibus variatur. Interdum enim ab ædilibus, inter-
„ dum à cenſoribus permiſſum inuenio; ſed apparet quotiens in rep. erant, ab illis po-
„ tiſſimum petitum, cùm ij non erant, ædilium eam poteſtatem fuiſſe. Hæc Frontinus, qui poſtea adijcit, eorum quoque operum probandorum curam fuiſſe apud cenſores, & aliquando apud ædiles. Inſuper menſurarum ac ponderum, rerumque in Vrbe venalium examen eis commiſſum erat. Hinc Perſius Satyra prima de ſuperbiente municipali ædile.

Seſe aliquem credens Italo quòd honore ſupinus
Fregerit heminas Arreti ædilis iniquas.

Sic Iuuenalis Satyra X.

Et de menſura ius dicere, vaſa minora
Frangere pannoſus vacuis ædilis Vlubris.

Erat enim in municipijs hic magiſtratus ſæpe maximus. Quod verò cloacæ publicæ, aquæductus, viæ, vici, cæteraque vrbana ædificia integra, munda, lauta, atque expedita aſſeruarentur, ædilium oneri etiam incumbebat. Referunt Dio & Suetonius, inter imperij omina Veſpaſiani Aug. quod ipſum ædilem Caligula princeps iratus, propter curam verrendis vijs non adhibitam, lutum toga prætexta iuſſiſſet exportare. Ex Liuio noſtriſque Annalibus ſtudioſus lector facilè colliget pecuarios, laniones, nummularios, aliosque rerum venalium mercatores, ſi fraude circumueniſſent emptores, ab ædilibus multatos frequenter fuiſſe, pecuniamque multatitiam operibus publicis faciundis applicatam. Denique quicquid rerum vitioſarum pro ſincero, fractum pro integro veniſſet, ædilicio edicto redhiberi ſolet, atque etiam puniri. Auctor Suetonius à Claudio Cæſare ſenatorem prætura functum fuiſſe relegatum, quòd in ædilitate inquilinos prædiorum ſuorum contra vetitum cocta vendentes multaſſet, villicumque interuenientem flagellaſſet, eaque de cauſſa popinarum coercionem ædilibus ab ipſo ademptam. Quin etiam ſub Nerone cùm ædilium, tum tribunorum plebis poteſtas cohibita diminutaque eſt, vt apud Tacitum libro XIII. legimus. Sed parum neceſſe iudicaui omnia quæ progreſſu temporis pro occaſione vel principum libidine in hiſce magiſtratibus immutata ſunt, anxiè hic congerere, quandoquidem ſingula ſuis locis in ipſo opere pleniùs ſint perſequenda. Illud tamen adiungere hoc loco non incongruum erit, ædiles, licet magiſtratus eſſent populi Rom. quia tamen vocationem, præhenſionémve non habebant, in ius etiam à priuato trahi olim ad prætorem potuiſſe. Docet hoc Gellius libro XIII. cap. XIII.

Publicorum locorum, ædificiorumque cuſtodia ijdem quoque muniebant.

Fori etiam rerumque venalium curam gerebant.

Aediles neque vocationem neque præhenſionem habebant.

„ ex M. Varronis rerum humanarum lib XXI. in quo ita ſcriptum fuit: Qui poteſtatem ne-
„ que vocationis populi viritim habent, neque præhenſionis, eos magiſtratus à priuato in
„ ius quoque vocari eſt poteſtas. M. Læuinus ædilis curulis à priuato ad prætorem in ius eſt
„ eductus. Nunc ſtipati ſeruis publicis non modò præhendi non poſſunt; ſed etiam vl-
„ trò ſummouent populum. Hoc Varro in ea libri parte de ædilibus. Ex quo colligimus vocationem in ius hunc magiſtratum olim non habuiſſe, neque præhenſionem, niſi iuſſu tribunorum plebis: Ideo nec lictoribus, nec viatoribus, ſed ſeruis dumtaxat publicis eos vſos eſſe.

Quæſtores

Ex S.C. quæſtores huius anni Agrippæ Menenij funus ſumptu publico libitinarijs locauerunt, æsque collectitium plebi reddere iuſſi ſunt. Quod ipſum plebs recipere nolens liberis defuncti largita eſt. Dionyſius in fine VI.

. //. //. f. //. n. //.   . //. //. f. //. n. //.

P. Valerius. P. f. Voluſi. n. Poplicola.   M. Fabius. K. f. //. n. Vibulanus.

P. Valerium hunc Poplicolæ filium dicit fuiſſe Dionyſius libro VII. & anno ſequenti legatum in Siciliam miſſum ad fruges emundas. Itaque quæſtorem hoc ferè tempore fuiſſe opinor. Ad conſulatum tamen ſeriùs peruenit, quem ſecundum quoque geſſit, vt monſtrant tabulæ Capitolinæ, in quibus & Poplicolæ filius aſſeritur. M. Fabius vnus eſt ex tribus fratribus Fabijs eius temporis conſularibus, qui cum fratre Kæſone procos. poſt ſecundum conſulatum legatus ad Cremeram occiſus eſt. vt dicetur.

ANNI P. R. C. CCLXI.

Conſules

T. Geganius. //. f. //. n. Macerinus.   P. Minucius. //. f. //. n. Augurinus.

IN Oroſio mendoſiſſimè leguntur horum Conſulum nomina, T. Geſſonius. P. Numicius. Rectè Liuius, & Dionyſius libro VII. T. Geganium Macerinum, & P. Minucium produnt. Tabulæ Græcæ, & quas Cuſpinianus citat, Macerinum & Augurinum, quæ horum cognomina ſunt.

Annona caritas. Compoſita domi diſcordia, & foris à bello cùm quieta eſſent omnia, annonæ ſumma caritas Vrbem afflixit, ex incultis per ſeceſſionem plebis agris orta, additam penuriæ *Peſtis.* peſtilentiam ſcribit Oroſius libro II. cap. V. Vide Liuium & Dionyſium libro VII. principio. Prœlium Athenienſium ad Marathonem ſedecim annis poſt mortem L. Bruti Regum exactoris acciddiſſe Dionyſius auctor eſt lib. V. Gellius libro XVII. cap. vltimo contigiſſe ſcribit anno Vrbis CCLX. à Capitolinis tabulis anno vno diſcrepans.

Tribuni plebis.

Sp. Icilius. //. f. //. n. Ruga.

Seditioſus Icilius conciones aduerſus Conſules, & patricios habuit ipſorum malitiæ famis neceſſitatem attribuens. Legem de tribunicia poteſtate tulit hanc:
Icilia lex de cōcionibus tribunicijs. *Concionanti. apud. populum. tribuno. nemo. contradicito. nec. dicentem. interpellato. Si. quis. contra. faxit. vades. dato. tribuneis. ſoluturum. ſe. multam. quam. impoſuerint. Qui. vades. non. dederit. morte. multator. & bona. eius. ſacra. ſunto. Si. quid. controuerſia. multarum. huiuſmodi. cauſſa. inciderit. iudicia. penes. populum. ſunto.* Dionyſius lib. VII. qui & eum libri ſexti fine nominat inter legatos plebis ad ſenatum cùm de cōditionibus concordiæ ageretur.

. //. //. //. f. //. n. //.

C. Licinius. //. f. //. n. * Caluus *

Aediles.

L. Sicinius. L. f. //. n. Bellutus.   L. Iunius. C. f. //. n. Brutus. Bubulcus.

Qui ſeceſſionis plebeiæ auctores, & tribuni plebis anno ſuperiore fuerunt. Ab Icilio tribuno in concionem producti acerbiſſimè in patricios inuecti ſunt. Dionyſius.

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //.   . //. //. //. f. //. n. //.

C. Iulius. C. f. L. n. Iulus.   Sp. Furius. //. f. //. n. Fuſus.

Hic vndecennio, ille decennio pòſt Conſul, qui item X. vir poſtea ſic reperitur ſcriptus in Capitolinis tabulis.

ANNI.

ANNI. P. R. C. CCLXII.

Conſules.

M.Minucius.//.f.//.n.Augurinus.II. A.Sempronius.//.f.//.n.Atratinus.II.

Livio & Caſſiodoro adijciendi ſunt numeri apud Conſules, nam iterum hoc anno conſulatum adeptos teſtatur Dionyſius, additque Cn Coriolanum in petitione huius conſulatus paſſum repulſam: cui & ſuffragatur Plutarchus.

Cn.Marcius Coriolanus nobilium primus damnatus à plebe perduellionis eſt, quòd de tribunorum poteſtate abolenda diſſeruiſſet in ſenatu; neque priùs frumentum è Sicilia aducctum populo diuidendum cenſuiſſet. Damnatus in Volſcos exulatum abijt, minitans patriæ, hoſtileſque iam ſpiritus gerens: ideoque venientem Volſci Romanorum hoſtes benignè exceperunt. Hiſtoriam latiſſimè enarrauit Liuius, Dionyſius & Plutarchus in Coriolano, Gellius libro XVII. fine. *Cn Coriolanus à plebe perduellionis damnatus, & in exilium miſſus eſt.*

Tribuni plebis.

L.Sicinius.//.f.//.n. Bellutus.II. M.Decius.//.f.//.n. * Mus *

M Decium verò nominat inter legatos plebis ad ſenatum, cùm de concordia ageretur. Dionyſius lib. VI. fine, qui omnes tribuni deinde facti ſunt. Cn. Marcium Coriolanum patricium virum perduellionis diem ad populum dixêre, liberiùs reſiſtentem per miniſtros ædiles comprehẽdere, & ſaxo Tarpeio deijcere conati ſunt: ſed obſtante omni nobilitate, ac ſenatu prohibiti. Tandem de eius capite plebem primis tributis comitijs in ſuffragia vocârunt, atque abſentem, vt Liuius tradit, exilio damnârunt. Atque hoc primum de capite hominis patricij iudicium tribunicia poteſtas ſenatui extorſit, qua plebis potentia plurimum incrementi cepit, eoque exemplo poſtea ſæpiùs plebs, vt non immeritò quoſdam damnauit, ita in præclaros ciues aliquos iniquiſſimè etiam graſſata eſt. Vide Dionyſium, Liuium, Plutarchum & alios. *Primum plebis de capite patricij iudicium.*

Aediles.

L.Iunius. C. f. //. n. Brutus. Sp.Icilius. //. f. //. n. Ruga.
Bubulcus. II.

Tribunorum plebis iuſſu Cn. Marcium Coriolanum, indicta cauſſa comprehendere tentantes, à patricijs iuuenibus pulſati ſunt. Dionyſius & Plutarchus. *Aediles pulſati.*

Quæſtores.

Ex S.C. frumentum è Sicilia, alijſque locis aducctum vili precio vendidêre, pecuniamque in ærarium redegêre. Dionyſius, Liuius.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
Cn.Manlius.P.f.//.n.Cincinnatus. M.Horatius.M.f.//.n.Puluillus.

Hic eius qui Capitolium dedicauit filius: pater M.Horatij, qui Conſul X.viros exegit, quem M.Horatij, qui Capitolium dedicauit, nepotem dicit Liuius. Collegæ autem Cn.Manlij filius A.Manlius extat Conſul in Capitolinis tabulis.

ANNI. P. R. C. CCLXIII.

Conſules.

Q. Sulpicius.//.f.//.n.Camerinus. Sp. Lartius.//.f.//.n.Flauus. II.

Hoc modo Conſules reddunt Dionyſius, & Marianus Scotus, licet à Liuio penitus omittantur, qui triennij fere totius hiſtoriam ſuperioris anni conſulatus eſt amplexus. Cauſſam cur hoc fecerit non inuenio, niſi dicamus hæc tempora leuiter & raptim eum voluiſſe percurrere, & quaſi ad grauiora feſtinare. Sunt tamen nonnulli qui librariorum culpa duorum annorum Conſules in Liuio prætermiſſos opinantur, quos ſuis locis reſtituere ſe velle ſcribit Franc. Robertellus Liuium emendatiorem multò ſtudioſis pro-

Liuij locus ſuppletur.

mittens. Atque hos Conſules ita ferè Liuio interſerendos eſſe coniectura ducor. Q. Sulpicio. Sp. Lartio II. Cos Coriolanus hoſpitio vtebatur Tulli. Atij, &c. „

Prodigia
Peſtis cauſſa in ludos vitioſos relata.

Prodigia hoc anno varia in religionem animos ciuitatis vertiſſe narrat Dionyſius, accedente etiam peſte cum magna pecorum clade. Cauſſam verò mali ex Ti. Atinij cuiuſdam ſomnio in ludos magnos (quos bello Latino Dictator A. Poſtumius vouerat) vitioſè celebratos referunt; eò quòd paterfamilias quidam ipſis ludis ſeruum ante pompam flagellârat. Quemadmodum diffuſè idem Dionyſius narrat, item Liuius, Plutarchus, Val. Max. libro I. cap. VII. Lactantius, D. Auguſtinus, & alij.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Mænia lex de ludis.
Macrobius corrigendus.

* P. * Mænius. //. f. //. nepos. Lex Mænia ex S. C. de ludis Romanis inſtaurandis, addendoq́. Circenſibus inſtauratitio quotãnis die hoc anno lata eſt. Eius meminit Macrobius Saturnalium lib. I. cap. XI. Sed mirum in modum vitiata ſunt in exemplaribus propria nomina, cùm anni Vrbis condita notis: quæ ex hiſtoriæ ipſius, atque annalium fide debent emendari. Perperam enim Vrbis hic annus in exemplaribus exprimitur CCCCLXXIIII. lexq́ue Mænia, Menia; atque Atinius ægrotus in ſenatum deportatus, Annius appellantur.

L. Albinius. //. f. //. nepos. Hic inter primos tribunos plebis recenſetur à Liuio.

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

C. Sicinius. L. f. //. n. Bellutus.   P. Licinius. //. f. //. n. * Caluus *

Cùm conſtet exemplis eo tempore ex tribunitijs ædiles fieri quoque ſolere: non obſtabit, quin & more noſtro ex his ædilitates pleraſque exempli cauſa ſuppleamus, ob rationes in præfatione adductas. Atque hos quidẽ ex primis tribunis fuiſſe vult Dionyſius.

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

T. Virginius. T. f. T. n. Tricoſtus. Rutilus. C. Seruilius. //. f. //. n. Structus. Ahala.

Qui Conſules ſequentur, Seruilius abhinc duodecimo, Virginius vndecimo.

ANNI. P. R. C. CCLXIV.

Conſules.

C. Iulius. //. f. //. n. Iulus.   P. Pinarius. //. f. //. n. Rufus Mamercinus.

PERPERAM Tullus mutârunt paſſim librarij pro Iulus. Nam hoc verum cognomen Iuliorum ab Aſcanio Aeneæ filio gentis auctore, vt Virgilius non vno loco ſatis indicat:

At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo.   Et alibi:

Iulius à magno demiſſum nomen Iulo. Idem ex fragmentis Capitolinis poſtea patebit. P. Pinarij duplex cognomen eſt; Dionyſius & tabulæ Græcæ Rufum appellant. Quas autem Cuſpinianus adducit, Mamercinum. Atque hoc etiam eſſe Pinariorum, alibi apparebit.

Liuij locus ſupplendus.
Ludi magni inſtaurati rurſus.
Volſcorum iuuentus à coss. Vrbe pellitur.
Belli Volſcorum Cn. Coriolano duce.

In Liuio, vt dixi, non reperiuntur hi Conſules, qui tamen rectè interſeri ſuo loco poſſe videntur, hoc modo, C. Iulio deinde & P. Pinario Coss. ad eos ludos auctore Tullo Atio „ vis magna Volſcorum venit. Non tamen iſtud affirmo penitus, ſed ſuſpicor tantummodo. „ Sub his enim Conſulibus ludos magnos, antea non ritè factos magnificentiſſimè à Romanis inſtauratos fuiſſe, tradit Dionyſius. Ad quos cùm magna vis hominum ex vicinis ciuitatibus confluxiſſet, Volſcorum ſola iuuentus, quæ frequentiſſima aduenerat, ignominioſè à Conſulibus, tanquam inſidias moliretur, Vrbe expulſa fuit, procurante hoc eorum principe Tullo & Cn. Marcij Coriolano exulis, qui ad eum confugerat, conſilio; dum honeſta belli inferendi cauſa quæritur. Qua iniuria irritati Volſcorum populi omnes,

ues, ipſo Tullo auctore, ac duce Cn. Coriolano in Romanum agrum irrumpunt, Circeios profecti, colonos Romanos expulêre. Vide Dionyſium, Liuium & Plutarchum in Coriolano.

Tribuni plebis

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
C. Sicinius. L. f. //. n. Bellutus. [L. Icilius. //. f. //. n. Ruga.]

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
C. Icilius. //. f. //. n. Ruga. [C. Iunius. //. f. //. n. Bubulcus.]

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //. //. .//. //. f. //. n. //.
C. Cornelius. //. f. //. n. Lentulus. Eſquilinus. C. Horatius. M. f. //. n. Puluillus.

Lentulus Cos. anno dein vndecimo ſuffectus eſt, C. Seruilio in magiſtratu mortuo. C. Horatius videtur fuiſſe filius M. Puluilli, qui Capitolium dedicauerat, & hic anno CCLXXVI. Cos. fuit. Anno deinde CCC. mortuum augurem Liuius annotauit lib. III.

ANNI. P. R. C. CCLXV.

Conſules.

Sp. Nautius * Sp. f. Sp. n * Rutilus. Sex. Furius. //. f. //. n. Fuſus.

COGNOMINA Conſulum non habentur in Liuio, Dionyſio, Caſſiodoro vel Mariano; ſed è tabulis Græcis, & Cuſpiniani ea deſumpſi, licet poſterius nonnihil corruptum fuerit. Sp. Nautius hic frater maior natu C. Nautij fuiſſe colligere eſt ex ratione temporum, quem in conſulatu ſuo faſti Capitolini Sp. f Sp. n. vocant in annali CCLXXIX.

Expeditionem mouit Coriolanus contra patriam, captiſque Satrico, Longula, Poluſca, Coriolis, Nouella, Labicis, Lauinio, alijſque nonnullis Latini nominis & Romanæ ditionis oppidis, tandem ad quartum ab Vrbe lapidem caſtra poſuit, Romam ipſam hoſtibus infeſtiſſimis in excidium daturus. Neque vllis, vel etiam virginum Veſtalium, legationibus placari, aut auerti potuiſſet: niſi matris Veturiæ, vxoris Volumniæ, ac mulierum Romanarum obuiam in caſtra prodeuntium precibus, ad miſericordiam fuiſſet commotus. Quarum comploratione fractus, ex agro Romano legiones mouit. Et non diu poſteà ob rei inuidiam à Volſcis occiſum ferunt. Vide Liuium, Plutarchum, Dionyſium & Val. Max. libro V. cap. II. & IIII.

Oppida & vrbes Romanorũ a Volſcis capta.
Roma obſeſſa.
Roma vt ab obſidione liberata.
Cn. Coriolanus occiſus.

Tribuni plebis

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
M. Plætorius. //. f. //. nepos. P. Licinius. //. f. //. n. * Caluus. *

M. Plætorius primipili centurio antea fuerat, magnæ auctoritatis apud plebem. cui populus dedicationem ædis Mercurij, ſpretis Claudio & Seruilio Coss. dederat anno CCLVIII. vt auctores ſunt Liuius, Dionyſius VI. & Val. Maximus.

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
L. Sicinius. L. f. //. n. Bellutus. II. C. Licinius. //. f. //. n. * Caluus *.

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
T. Menenius Agrippæ. f. C. n. Lanatus. A. Virginius. T. f. T. n * Tricoſtus. Rutilus.

Ambo ſequentur eodẽ ferè quo priores quæſtores interuallo Conſules, Menenius XI. Virginius XII. abhinc annis.

ANNI. P. R. C. CCLXVI.

Conſules.

C. Aquillius. //. f. //. n. Tuſcus. T. Sicinius. //. f. //. n. Sabinus

QVAEDAM exemplaria, tam Liuij, quàm Dionyſij, & Caſſiodori, alterum Conſulem T. Siccium, non Sicinium nominant, cognomina ex tabulis Græcis, & Cuſpiniani addidimus, in quibus eius anni Conſules Tuſcus & Sabinus leguntur.

Volſcum & Hernicum bella. Bellum cum Volſcis & Hernicis hoc anno geſtum, Sicinio Volſci, Aquillio Hernici prouincia euenit. Hernici deuicti, cum Volſcis æquo Marte diſceſſum eſt. Vt obiter de hoc bello Liuius. Aliter tamen Dionyſius, qui Volſcos deuictos, cum Hernicis pari fere prœlio certatum fuiſſe ſcribit.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
L. Albinius. //. f. //. nepos. II. P. Licinius. //. f. //. n * Caluus * II.

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
L. Icilius. //. f. //. n. Ruga. C. Icilius. //. f. //. n. Ruga. II.

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
Sp. Seruilius. //. f. //. n. Structus. Q. Seſtius Vibi. f. //. n. Capitolinus

Seruilius Conſul factus eſt hinc poſt decennium, Q. Seſtius pater P. Seſti Conſulis & decemviri fuit, qui in Capitolinis faſtis Q. F. VIBI. N. ſcribitur.

C. Aquillius. //. f. //. n. Tuſcus anno. CCLXVI.
Cos. ouans de Herniceis. //. //. //.
T. Sicinius. //. f. //. n. Sabinus anno CCLXVI
Cos. de Volſceis. //. //. //.

Aliquanto accuratiùs bellum hoc à Dionyſio refertur. Hernicos difficili quidem prœlio ſuperatos, caſtraque eorum deſerta poſtridie Romanos cepiſſe, eiusque victoriæ cauſſa *C. Aquillij Ouatio de Hernicis.* Conſuli ouationem decretam. A collega Sicinio Volſcos ingenti prœlio victos, & in eo cecidiſſe, dum expugnantur caſtra, Tullum Atium Cn. Marcij Coriolani hoſpitem, qui auctor fuerat, vt hic lapidibus obrueretur. Sicinio autem Conſuli quia maiore metu Vrbem *Mors Tullij Atij huius belli Volſcis principis.* liberauerat, deleto quaſi Volſcorum exercitu, duce cæſo, triumphum eſſe conceſſum. Igitur inuectus eſt Vrbem (vt Dionyſius ait) equis tractus auro phaleratis, cultu (vt mos eſt) regio, prælatis antè ſpolijs, captiuis currum præcedentibus, ſequente militum turba. Hæc *T. Sicinij triumphus de Volſcis.* fere Dionyſius, qui libro item decimo in oratione L. Sicinij Dentati huius belli & victoriæ meminit, Conſules etiam nominans. Dentatum enim ſcribit à Conſule Sicinio in locum occiſi centurionis ſuffectum, & à cohortis ſuæ militibus corona aurea donatum fuiſſe, eo quod ſignum militare, reiectis ſolus hoſtibus, ſeruaſſet.

Hernicorum ſitus. Vnde dicti. Hernicos Stephanus inter Latinos enumerat. Sunt medij inter Campanos, Latinos, & Volſcos. Metropolis Anagnia eſt. Dicti ab Herno Pelaſgo eorum duce, vt vult Macrobius: vel vt alij tradunt, ab agri ſaxoſi qualitate, quem incolunt. Saxa enim Hernas vocant, ad quod alluſiſſe videtur Virgilius Aeneid. VII.

——————— Et roſcida riuis
Hernica ſaxa colunt, quos diues Anagnia paſcit.

Item Silius Italicus lib. IIII.

Quoſq́; in prægelidis duratos Hernica riuis
Mittebant ſaxa, & nebuloſi rura Caſini

Anagnini populi. Idem poëta non vno loco frugiferas, & pingues Anagniæ glebas laudat. Populi Anagnini vocantur, quos Plinius lib. III. cap. V in prima regione Italiæ collocat, de ijs triumphatum fuiſſe a Q. Marcio Tremulo Conſule ſuo loco dicemus. Strabo Ananiam vocat, ſi modo liber correctus eſt.

ANNI.

A N N I. P. R. C. C C L X V I I.

Conſules.

Sp.Caſſius.//.f.//.n.Viſcellinus III Proculus.Virginius.//.f.//.n.Tricoſtus.Rutilus.

IN Liuio & Dionyſio non adſunt his cognomina,quæ ex tabulis Græcis, aliiſque quas Cuſpinianus citat,adiunximus,in quibus Rutilus,& Viſcellinus III legitur. Diodorus Siculus bibliothecæ hiſtoricæ lib. XI Tricoſti cognomen addit Virginio,licet in Latinis,& impreſſis exemplaribus corruptum ſit: in manuſcripto tamen codice Antonij Cardinalis Granuellani caſtigatè leguntur ita hi Conſules: *Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Σπόριον Κάσσιον, καὶ Πρόκλον Οὐεργίνιον Τρίκοστον.* Interpres autem ignorans *Τρίκοστος* cognomen eſſe, vocabulum hoc corrupte ſcriptum putauit, pro *τριακοστοςὸς*; & male paſſim, Triceſimus, vertit. Numerus verò III. Caſſio adiungendus eſt in Liuio & Caſſiodoro: nam hic tertius eiuſdem conſulatus eſt,& vltimus,vt teſtatur ipſe Dionyſius. Trium enim (ait) conſulatuum, duorum triumphorum honore ciuibus ætatis ſuæ præcellens clariùs ſe gerebat. Libro rurſus decimo ter Conſulem, bis triumphalem appellat. Valerius item Maximus lib. VI. cap III. ſuſpicionem concupitæ dominationis Caſſio plus nocuiſſe refert, quam tres magnifici conſulatus,ac duo ſpecioſiſſimi triumphi profuerunt. *Sp. Caſſius III. coſ. & triumphalis.*

Conſules hoc anno Virginius Aequos, Caſſius Volſcos & Hernicos populationibus ad deditionem,& amicitiam petendam compulerunt. Cum Hernicis fœdus ictum Sp. Caſſio auctore,& agri partes ademptæ ſunt. Is Conſul deinde legem agrariam primus promulgare cœpit,de agro Hernicorum Latinis,ciuibusque Rom.diuidundo; quemque publicum à priuatis ciuibus poſſideri criminabatur. Vtique pecunia è Siculo frumento contracta plebi egenæ diuideretur. Eaque ratione plebem largitionibus ſibi contra nobilitatem conciliare conatus eſt. Cum tribunis item plebis de magiſtratibus non ſubrogandis egit. Ideoque regni affectati inſimulatus,poſtea pœnas dedit. Diffuſiùs hæc apud Liuium, Dionyſium,& Val.Max.lib.V.& VI. *Caſſia lex agraria prima, Liuio auctore, nunquam deinde ſine magnis rerum motibus agitata.*

Tribuni plebis.

C. Rabuleius. //. f. //. nepos. Hic in concione legis Caſſiæ caput approbauit, agros ciuibus Rom. diuidundos eſſe,non Latinis,ac Hernicis,Dionyſius lib.VIII.

//. //. //. f. //. n. //.
[M. Silius. //. f. //. nepos.]

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
[C.Iunius.//.f.//.n.Bubulcus.II.] M.Plætorius. //. f. //. nepos.

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
C.Nautius.Sp.f.Sp.n.Rutilus. L.Furius.//.f.//.n.Medullinus.Fuſus.

C.Nautius duovir ſacrorum,poſtea Conſul iterum ſequetur in Capitolinis, L. Furius XII.abhinc anno Conſul erit, frater vt apparet, Sp. Furij Medullini, cuius item magiſtratus habebimus.

Sp.Caſſius.//.f.//.n.Viſcellinus II.ann. CCLXVII.
Cos. III.de Volſceis.& Herniceis. //. //. IVN.

Hunc triumphum ſecundum Caſſius,coactis ad fœdus petendum Volſcis,& Hernicis, magis gratia,quàm iure impetrauit: quum nec vllas vrbes expugnaſſet,neque hoſtem acie fudiſſet. Idcirco nullis ſpoliorum ferculis, nulla captiuorum pompa ornatus, Vrbem inuectus eſt: vt arrogantiæ opinionem potius, quàm gloriam aliquam ſibi adeptus fuerit. Auctor eſt Dionyſius lib.VIII Liuius autem non belli,non triumphi, ſed agrariæ tantùm legis ab eo prolatæ mentionem facit. Bis quidem Caſſium triumphaſſe, paulo ante demonſtrauimus etiam ex Valerio Max. & alio Dionyſij loco.

ANNI.

ANNI. P. R. C. CCLXVIII.

Conſules.

Q.Fabius.K.f.//.n.Vibulanus.Ser.Cornelius.L.f.//.n.Maluginenſis.Coſſus.

Livivs, Dionyſius & Caſſiodorus Q. Fabium,& Ser. Cornelium Conſules produnt. In Diodoro Siculo adduntur etiam cognomina σιλουανός καὶ τείχοσρς; mendosè, pro ὀυιβυλάνος καὶ κόσσος. Coſſus enim Ser.Cornelij cognomen eſt.quòd filio L.Cornelio idem fuiſſe cognoſcitur ex fragmentis Capitolinis in triumpho eius de Antiatibus anno. ccxciv. Tabulæ Græcæ Fabium & Malugnienſem habent.

Volſci, & Aequi à Fabio Conſule deuicti ſunt, Veientibus annuæ induciæ datæ, Liuius, Dionyſius & Diodorus lib.xi.

Tribuni plebis

Nouem tribuni pleb. viui cremati.

P. Mucius. //. f. //. n. Scæuula. Ex ſenatus, populiq́ue Rom. auctoritate (vt quidam Annales produnt)nouem collegas ſuos,qui duce Sp.Caſſio id egerant, vt magiſtratibus non ſubrogatis communis libertas in dubium vocaretur, viuos cremauit. Val Max lib.vi.cap.iii.ex eorum proculdubio Annalibus, qui etiam tum decem tribunos plebis fuiſſe volunt. Sed Liuius, Dionyſiusve non meminerunt. Zonaras tamen adſtipulatur Valerio,vbi de diſſenſione nobilium, & plebeiorum multa differit. » Neque hoc (inquit) ſeditiones coërcuit, quòd tribuni à populo cremati ſemel fuerint. Diodorus in ſeceſſione plebis ſecunda primùm,decemviratu ſublato, legem latam dicit de comburendis tribunis qui ſibi ſucceſſores non ſubrogaſſent. Tanta eſt Annalium eius temporis diuerſitas,vt obſcurum ſit in extrema illa antiquitate, quibus nam auctoribus fides haberi poſſit. Plures inſuper volunt,necdum decem tribunos eò tempore creari ſolere.

Lex de trib. comburendis. Annalium diuerſitas.

//. //. //. f. //. n. //.

M. Tarquitius. //. f. //. n. Laurentinus. Index cum fratre Publio coniurationis de occupanda vrbe pro Tarquinijs,anno CCLIII. Atque propterea tum ciuitate, agri vicenis iugeribus,ac denis drachmarum milibus ex publico donatus.Dionyſius lib.v. Fuiſſe prius videntur ex egena plebe inquilini, ſed ciues facti Tarquiniorum nomen, quod cum Regibus exulabat,depoſuiſſe; Tarquitios enim poſtea reperimus, non Tarquinios,niſi librariorum vitio,ante Ciceronis,ac Cæſarum deinde tempora. Tunc ſenſim regium hoc nomen denuo cœpit irrepere.

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

C. Licinius. //. f. n. Caluus.II. — C. Rabuleius. //. f. //. nepos.

Quæſtores.

K. Fabius. K. f. //. n. Vibulanus. — L. Valerius. M. f. P. n. Potitus

Sp. Caſſius perduellionis reus. Mors eiuſdem.

Iuuenes nobiles patricios dicit Dionyſius, hunc Poplicolæ nepotem,illum verò Q. Fabij Conſulis fratrem. Sp. Caſſium, conſulatu cum abijſſet, perduellionis reum fecerunt, quòd agraria largitione ad regnum ſibi præparaſſe viam viſus eſſet. Qui conuictus,& populi iudicio damnatus,è rupe Tarpeia deiectus eſt. Aedes eius dirutæ ſunt, & area publicata. Quidam domeſtico iudicio à patre condemnatum,& ſupplicio affectum volunt. Liuius, Dionyſius, Diodorus. Vide item Val Max. libro v. cap. viii & libro vi. cap. iii. Plinium libro xxxiiii. cap. iiii. L. Florum libro i. fine. Iidem Quæſtores manubias de Volſcis & Aequis captas ſub haſta vendiderunt,pecuniamque in ærarium redegerunt. Auctores Liuius & Dionyſius.

ANNI.

ANNI. P. R. C. CCLXIX.

Conſules.

L. Aemilius. Mam. f. //. n. Mamercinus. K. Fabius. K. f. /. n. Vibulanus.

VOCANTVR hi Conſules à Liuio & Caſſiodoro, L. Aemilius, & Cæſo Fabius. A Dionyſio, L. Aemilius Mamerci. f. Cæſo Fabius Cæſonis f. qui Sp. Caſſium damnauerat. à Diodoro Siculo καίσων φάβιος, καὶ λεύκιος αἰμίλιος Μαμέρκος, licet interpres prænomen Cæſo forſan non intellectum, velut corruptum, & ſuperuacuum omiſerit, quod in manuſcripto Græco exemplari non deſideratur. Cæſones autem appellati ſunt, qui mortuis matribus execti ſunt, vt auctor eſt Val. de prænominibus. Idem affirmat Sex. Pompeius, denique Plinius libro VII. cap. IX. Cæſarum primus (ait) à cæſo matris vtero dictus eſt; qua de cauſſa & Cæſones appellati. Hoc autem prænomen veteres K. litera notabant, ad differentiam Cai, quod per C. ſignificabatur. Illud facilè animaduertes, ſi diligenter cum fragmentis Capitolinis conferas Liuium, & alios auctores qui Cæſones Fabios, Cæſonum filios, nepotéſve nominant. Auctor eſt etiam Terentianus Maurus in libello de literis, ſyllabis, & metris, qui Cæſo prænomen K. litera notari ſolere dicit hoc verſu, quo loco de hac litera diſſerit. *Cæſones unde dicti.* *Differentia notarum Ca. & Cæſonis prænominum.*

Sæpe Kæſones notabant hac vetuſti litera.

Studioſis quidem poſthac curæ ſpero fore, vt approbatæ antiquorum illæ notæ in vſum redeant, & in auctoribus paſſim, vbi librariorum ignorantia vel negligentia periêre, reſtituantur. Quod ipſum & typographis minimè negligendum qui plurimum profectò gratiæ ſibi conciliarent apud doctos, ſi notarum antiquarum characteres typis etiam ſuis imitarentur aliquanto diligentiùs.

Volſcos & Aequos rebellantes proſpero prœlio vicerunt Aemilio duce Romani. Caſtoris ædes vota bello Latino ab A. Poſtumio dictatore, Idibus Quintilibus à filio eius II. viro dedicata eſt, Liuius & Dionyſius VIII. *Caſtoris ædes dedicata.*

Tribuni plebis.

//. //. /. f. //. n. //.   .//. /. //. f. //. n. /..

[M. Titinius. //. f. //. nepos.] C. Sicinius. L. f. /. n. Bellutus. II.

Aediles.

/. /. //. f. //. n. //.   ./. /. /. f. /. n. //.

L. Albinius. //. f. //. nepos. [M. Silius. /. f. //. nepos.]

Quæſtores.

//. /. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.

A. Manlius. Cn. f. P. n. Vulſo. Vopiſcus. Iulius. //. f. /. n. Iulus.

Manlius abhinc decennio Cos. deinde X. vir in Faſtis Capitolinis, ſic ſcriptus reperitur. Iulius autem Cos. anno XI. poſtea fuit.

ANNI. P. R. C. CCLXX.

Conſules.

M. Fabius. K. f. //. n. Vibulanus. L. Valerius. M. f. P. n. Poplicola Potitus

HIC annus ingratos plebi Conſules habuit, M. Fabium, Cæſonis, qui præerat comitijs, fratrem; & L. Valerium magis inuiſum accuſatione Sp. Caſſij, vt ait Liuius. Idem ſcribit & Dionyſius, & appellat M. Fabium Cæſonis filium, L. Valerium M. f. Cognomina in Diodoro mendosè leguntur σιλβαῖος καὶ πόπλιος, pro Vibulano & Poplicola, Tabulæ Cuſpiniani Fabium & Potitum ſuggerunt; Græcæ noſtræ Fabium & Valeſium.

Veiens bellum finitis inducijs initum, & cum Volſcis ancipiti prœlio pugnatum eſt, ſeditione tamen domi, propter agrariam legem expectatam, non ceſſante. Acceſsêre ad *Seditio ob legem agrariam.*

omnium

Oppia virgo Veſtalis viua defoſſa. omnium ægras mentes prodigia varia. Qui terrores eò euaſerunt, vt Oppia virgo Veſtalis (quam Opimiam Dionyſius vocat) damnata inceſti pœnas dederit viua defoſſa. Liuius & Dionyſius.

Tribuni plebis.

C. Mænius. //. f. //. nepos. Delectui Conſulum, quò ad potuit, Mænius interceſſionibus obſtitit, plebe decemviros agris terminandis, diuidundisq; à ſenatu Sp. Caſſio Cos. permiſſos, flagitante. Comitia deinde conſularia ſuſtulit interceſſionibus, adeò vt ad interregnum ſenatus venire cogeretur. Dionyſius lib. VIII. fine. Liuius eodem anno de agraria lege cum tribunis certatum acriter fuiſſe ſcribit obiter lib. II. (Interregnum.)

//. //. //. f. //. n. //.
P. Licinius. //. f. //. n. Caluus II.

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
C. Licinius. //. f. //. n. Caluus III. M. Tarquitius. //. f. //. n. Laurentinus

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
P. Furius. //. f. //. n. Fuſus. Ap. Claudius. M. f. //. n. Sabinus. Regillenſis

Bis Cos. deinde Furius eſt factus, & in ſecundo occiſus in prœlio eſt. Ap. Claudius pater X. viri poſt conſulatum quomodo reus ſit factus, poſtea dicemus.

ANNI. P. R. C. CCLXXI.

Conſules

C. Iulius. C. f. L. n. Iulus. Q. Fabius. K. f. //. n. VIBVLANVS. II.

PERPERAM in Liuio Tullius, pro Iulius legitur; quod ipſum Dionyſius, Marianus & Caſſiodorus indicant; atque Liuius item, vbi Iulium inter decemviros libro III. nominat. Simili errore mutauerunt quidam cognomen Iulus, in Tullus; vt etiam ſuprà in huius patre C. Iulio, L. f. annotaui, qui Conſul fuit anno CCLXIIII. Hunc autem poſtea inter decemviros conſulares recenſet etiam libro X. Dionyſius; & eo loco C. F. L. n. exprimunt fragmenta Capitolina. Q. Fabio iterati conſulatus nota adiungenda eſt in Liuio; hæc enim in Dionyſio, Caſſiodoro, & fragmentis Capitolinis non deſideratur.

Interregnum ob ſeditionem. Conſules ab interrege Sp. Lartio, comitijs diſcordia impeditis, creatos ſcribit Dionyſius. Interim Aequi Latinorum agros & Veientes Romanorum populando infeſtarunt, quibus obuiam tardiùs cum exercitu iuere Conſules. Idem obiter memorat Liuius.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
L. Albinius. //. f. //. nepos. III. P. Tarquitius. //. f. n. Laurentinus

Hic ex plebe vrbis inquilina cum fratre donatus ciuitate, agro & pecunia, ob indicium coniurationis anno CCLIII. vt antea dixi ex Dionyſio.

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
C. Rabuleius. //. f. //. nepos. II. C. Mænius. //. f. //. nepos.

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
L. Pinarius. //. f. //. n. Rufus. Mamercin. Ti. Aemilius. L. f. Mam. n. Mamercinus

L. Pinarius decimo, Ti. Aemilius duodecimo ſequuntur anno Coss.

ANNI.

ANNI. P. R. C. CCLXXII.

Conſules.

K. Fabius. K. f. //. n. Vibulanus. II. Sp. Furius. //. f. //. N. FVSVS.

CONSVLES deſignati (vt Dionyſius) à ſenatu Cæſo Fabius iterum, is qui Caſſium tyrannidis damnauerat, & à plebe Sp. Furius. Sic etiam nominantur à Liuio, & Caſſiodoro. Cognomen Fabij ſatis liquet; Furij Fuſus eſt, vt fragmenta Capitolina, & tabulæ Græcæ oſtendunt. Diodorus Medullinum vocat, quod etiam Furiorum cognomen eſſe conſtat, mendosè tamen legitur ibidem μεγελλαῖος.

Cum Aequis & Veientibus hoc anno bellatum eſt. Nam Aequi Latinam vrbem Artonam oppugnabant. Veientes pleni iam populationum Romam ipſam ſe oppugnaturos minitabantur. Qui terrores, cùm compeſcere deberent, auxêre inſuper animos plebis, tribunorum aliquot auxilio, militiam detrectantis. Quibus tamen inuitis, ad duo ſimul bella exercitus ſcriptus: Fabio in Veientes, in Aequos Spurio; vbi quidem nihil dignum memoria geſtum eſt. Fabio plus negocij cum ciuibus, quàm cum hoſtibus fuit. Fuſos enim ab equitibus hoſtes inſequi pedes odio Conſulis noluit. Vide Liuium lib. II. Dionyſium in principio libri IX. & Zonaram lib. II. Val. Max. lib. IX. cap. III.

Artona vrbs Latinorum ab Aequis obſeſſa.

Tribuni plebis.

Sp. Icilius. //. f. //. n. Ruga II. Legem agrariam à Sp. Caſſio motam renouauit, & eius ferendæ cauſſa delectum à Conſulibus indictum impedire conatus eſt. Sed collegarum quatuor auxilio Conſules Icilium retuderunt, eiusque actionibus intercellione ſublatis, delectum habuerunt. Liuius & Dionyſius. Hic ſecundus eſt Sp. Icilij tribunatus, ſi modò idem eſt, qui ante decennium tribunus plebis fuit.

Caſſia lex ab Icilio renouata.

//. //. //. f. //. n. //.

[L. Genutius. //. f. n. //. Auentinenſis.]

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

[M. Titinius. //. f. //. nepos.] P. Decius. //. f. //. n * Mus *]

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

A. Virginius. A. f. A. n. Tricoſtus. Cælimõtanus. Q. Seruilius. Q. f. P. n. Priſcus.

Conſul Virginius duodecimo abhinc anno, Seruilius decimotertio.

ANNI. P. R. C. CCLXXIII.

Conſules.

Cn. Manlius. P. f. //. n. Cincinnatus. M. Fabius. K. f. //. n. VIBVLANVS. II
In. prœlio. occiſus. eſt.

COGNOMINA Conſulum ex tabulis Græcis, & Cuſpiniani deſumpſimus: nam Liuius, Dionyſius, Diodorus & Caſſiodorus, Cn. Manlium, & M. Fabium tantummodo vocant. Hic antea Conſul fuerat, vt monſtrat Dionyſius; ille pater decemviri A. Manlij fuiſſe videtur, qui in fragmento Capitolino. CN. F. P. N. vocatur.

Bellum hoc anno graue cum Veientibus, Etruſcisque fuit, & cruento prœlio certatum pertinaciſſimè; vicêre tandem Romani, non tamen ſine clade, vel ſanguine. Etenim occubuerunt non ſolùm Cn. Manlius Conſul, ſed & frater Conſulis alterius, Q. Fabius Vibulanus legatus, qui bis Conſul fuerat. Et ipſe M. Fabius immani vulnere ſauciatur. Nihilominus ſumma virtute caſtra, quæ perdiderant, recuperârunt Romani, victoriamque obtinuêre, M. Fabio quidem triumphus decretus, ſed amiſſo collega, & familia priuato luctu funeſta, triumphare noluit. Itaque depoſito in tempore triumpho, gloria

Veiens, & Etruſcum bella.

M. Fabij modeſtia, moderatióque in recuſando triumpho.

triumpha-

triumphales omnes anteceſſit. Pulchrè omnia Liuius,& Dionyſius libro IX. Item Oroſius lib. II. cap.V. Zonaras, Frontinus in Stratagematibus,& Val.Max. lib.V cap.V.

Tribuni plebis.

Ti.Pontificius. //. f. //. nepos. Legis agrariæ executionem ſollicitans,delectus item impedijt,veluti Sp.Icilio priùs ſucceſſiſſet. Sed Conſules eodem, quo ſuperiores, interceſſionis remedio tribunitias actiones ſuſtulerunt.Liuius lib. II. Dionyſius IX.

//. //. //. f. //. n. //.
C. Rabuleius. //. f. //. nepos. II.

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
L. Albinus. //. f. //. nepos. II. — P. Tarquitius. //. f. //. n. Laurentinus

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
T. Numicius. //. f. //. n. Priſcus. — [M. Volumnius. M.f.M.n.Amintinus.]

T. Numicius vndecimo deinde anno Cos. inuenietur. M. Volumnius maior fortè frater P. Volumnij conſularis,qui M. F. M. N. in Capitolinis vocatur.

ANNI P. R. C. CCLXXIV.

Conſules

K.Fabius.K.f.//.n.Vibulanus.III. T.Virginius.T.f.T.N.TRICOST.RVTILVS.

CAESO Fabius, qui Sp. Caſſium damnauerat, nobilium opera tertiùm fit Cos. &, vt auctor Dionyſius,ex interregno; cùm frater M. Fabius ob ægritudinem vulneris Romam reuerſus,poſt victoriam magiſtratum ante tempus depoſuiſſet, & comitiorum cauſſa interregem prodere ſenatum iuſſiſſet. Cæterùm hoc,teſte Dionyſio, rarum fuit eo ſæculo decus,quòd trium fratrum Kæſonis, Marci, & Quinti auctoritate, & meritis in domo Fabia conſulatus per ſeptennium continuatus ſit. In Zonara quidem mendosè Manlius tertium Conſul legitur, pro Vibulano. Adiungitur collega T. Virginius à Liuio, Dionyſio, Diodoro, & alijs; cuius genuinum cognomen in fragmentis Capitolinis adhuc extat.

In domo Fabia conſulatus per ſeptennium continuatus.

K. Fabius Cos. Aequos Latinorum agros infeſtantes reppulit, Collegæ Virginio à Veientibus penè obſeſſo, & periclitanti auxilio venit, & hoſtes aduentu ſuo diſpulit. Veiens deinde bellum Fabia gens priuato nomine ſibi poſtulauit. CCCVI. omnes patricij Cæſone Conſule duce, cum quatuor millibus clientium ad Cremeram fluuium profecti, caſtra munierunt, Veienteſque aſſiduis incurſionibus infeſtando, bellum ex Romano agro in hoſticum tranſtulêre. Hiſtoria notiſſima eſt ex Liuio, Dionyſio, Zonara, Ouidio in Faſtis, Oroſio,Eutropio,Floro,Gellio,& alijs.

Veiens bellum à Fabia gente propria impenſa geſtum.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
C.Iunius. f. //. n. Bubulcus. II. — C. Icilius. //. f. //. n. Ruga. II.

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
Sp. Icilius. //. f. //. n. Ruga II. — M. Decius. //. f. //. n. * Mus *

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
[M. Minucius. M.f. //. Augurinus] — [P.Minucius. P. f. //. n. Augurinus]

Conſularium ambo filij,quorum Marci pater anno CCLVI. Publij anno CCLXI. Conſules fuerant. Et ambo fratres conſulares habuiſſe videntur. L. Augurinum Marcus, Quintum Publius; de quibus poſtea.

ANNI

ANNI. P. R. C. CCLXXV.

Conſules

L. Aemilius. Mam. f. . n. Mamercinus. II. C. Seruilius. //. f. //. n. STRVCTVS. AHALA.
In. mag. mort. EST. IN. EIVS. LOC. F. E.
C. Cornelius. //. f. //. n. Lentul. ESQVILINVS.

CONSVLIBVS à Liuio, Dionyſio, Caſſiodoro & Mariano nulla adduntur cognomina. Aemilij tamen ex Diodoro & ſuperiore eius conſulatu conſtat. C. Seruilium verò Structum Ahalam vocari, monſtrant fragmenta Capitolina: velut etiam in magiſtratu ipſum vel obijſſe, vel ſaltem aliqua de cauſa abdicaſſe: & in eius locum fuiſſe ſuffectum Eſquilinum quendam, ſiue is ſit T. Herminius, vt aliquorum eſt coniectura; ſiue C. Cornelius Lentulus, quem L. Aemilio adiungit hoc anno Diodorus Siculus. In tabulis item Græcis Eſquilini huius cognominis porrò remanent quædam veſtigia; in quibus ſic eduntur hi Conſules, αἰμιλίου καὶ ἰρχυλίνου; ſed mendosè pro ἰσκυιλίνου. Suffecti verò Conſulis non meminêre Liuius & Dionyſius.

Volſci & Aequi fœdere iuncti in agrum Romanum irrupêre. Veientes, acciris ex Etruria auxilijs, præſidium Cremeræ oppugnârunt, ſed ab Aemilio Conſule repulſi, ac prœlio victi, pacem petierunt. Sed pacis impetratæ mox ante deductum Cremera præſidium pœnituit. A vicinis enim impulſi bellum ſubitò renouârunt, vt Liuius & Dionyſius auctores ſunt. *Pax breui cum Veientibus.*

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[P. Decius. //. f. //. n * Mus *] M. Flauuleius. //. f. //. nepos.

Hic primipili centurio laudatæ fortitudinis, bello Veienti ante biennium primus ante prœlium iurauit ſe ſigna non deſerturum; ſuoque exemplo totum exercitum iurare fecit. Poſt prœlium ob res benè geſtas, præmijs virtutis pro concione donatus eſt à Conſule M. Fabio. Auctores Liuius & Dionyſius.

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
Ti. Pontificius. //. f. //. nepos. [L. Genucius. //. f. //. n * Auentinenſis *]

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[L. Volumnius. //. f. //. n. Amintinus.] [M'. Tullius. M'. f. //. n. Longus.]

Volumnius fortè, frater vxoris Cn. Coriolani, Tullius M'. Longi Cos. anno CCLIII. potuit filius fuiſſe.

Prouinciæ.

K. Fabius. K. f. //. n. Vibulanus. Procos. Præſidium. ad. Cremeram. extra. ordinem. obtinuit.

Sp. Furius. //. f. //. n. Fuſus. Procos. Aequos extra. ordinem obtinuit.

Extraordinarios primùm exercitus, atque prouincias ſenatum cum proconſulari imperio commiſiſſe hoc anno priuatis conſularibus, apud Dionyſium reperio, cuius hæc eſt ferè hiſtoria. Cùm bellum hinc inde mouerent Volſci & Aequi, nunciareturque Etruriam omnem ad opem Veientibus ferendam in bellum Romanum conſpiraſſe, viſum eſt ſenatui tres eo anno conſcribere exercitus. Properatiſque delectibus L. Aemilius Conſul contra Etruſcos eſt miſſus. C. Seruilius in Volſcos, Sp. Furius verò, qui ante biennium Conſul fuerat, in Aequos tertium duxit exercitum pro conſule. In vnoquoque duce legiones erant, & Latinorum, Hernicorum, aliorumque ſociorum par numerus. Cæſo Fabius anni ſuperioris Conſul magiſtratu functus gentili bello, quod ad Cremeram ipſius auſpicijs ſuſceptum erat, & nec dum confectum, vt ſibi intereſſe liceret, à ſenatu petijt. Id quod conceſſum, eſtque ei proconſularis addita poteſtas. Sp. Furius procos. non minus feliciter, quàm celeriter bellum confecit. Vno enim prœlio fudit Aequos, ac fugauit,

Imperia ac prouinciæ extra ordinem primum.

Sp. Furius pro. cos.

K. Fabius pro. cos.

gauit, primo congreſſu territos, deinde agros eorum vaſtauit, hoſte compulſo intra mœnia. C. Seruilius Conſul cum Volſcis temerè congreſſus multis amiſſis intra caſtra ſe continere & bellum ducere coactus eſt. Hæc ferè Dionyſius lib. IX.

DE. PROCONSVLATVS. PROPRAETVRAE. ET. PROVINCIARVM. ORIGINE.

EX IAM dictis colligere eſt Romanum populum ex auctoritate ſenatus hoc quaſi tempore Veientis, aliorumque bellorum occurrentium occaſione, partim alienis præſidijs fines ſuos tutari, partim etiam extraordinariorum exercituum duces noua proconſulatus poteſtate præmunire, atque ornare cœpiſſe. Atqui apud Liuium de proconſulatu nihil quicquam prius reperio, quàm in hiſtoria anni Vrbis CCXXCIX. prœlio contra Aequos infeliciter Sp. Furij Cos. ductu commiſſo, maximoque terrore Vrbi illato. Tum enim A. Poſtumio alteri Conſulum, qui in Vrbe remanſerat, negocium datum, VTI. VIDERET. NE. QVID. DETRIMENTI. RESPVBLICA. CAPERET. Ipſum Conſulem Romæ manere, ad conſcribendos omnes qui arma ferre poſſent, optimum viſum eſt; & T. Quinctium Barbatum pro conſule ſubſidio obſeſſis caſtris cum ſociali exercitu mitti, vt ſuo loco dicturus ſum. Cùm autem nihil aliud eo loco Liuius de proconſulari imperio adijciat, videtur & antea dudum in republica fuiſſe. Veriſimile eſt igitur, quod hoc quaſi tempore, & ex his vel ſimilibus initijs proconſulatus, ac prouinciæ imperij Romani originem traxerint. Vnde quædam hoc loco de ijs præfari, à noſtro inſtituto nõ alienum erit. ¶ Prouincia (vt auctor eſt Sex. Pompeius) proprie regio dicitur, quam populus Rom. prouicit, id eſt, antè vicit. Quod onus cùm quotannis à ſenatu, & populo magiſtratibus, vel priuatis, ſorte, vel extra ordinem imponeretur: obtinuit vſus, vt pro qualicunque officio vel munere cuiquam impoſito accipiatur vox, prouincia. Cùm verò deinde ſemel extra Italiam, ſubactis eius populis, effunderet Romana potentia, tum primùm regiones ab Italia diſſitas in poteſtatem redactas, quas legibus imperioque ſuo ſubiecerant, prouincias appellare cœperunt, velut procul victas. Earumque prima fuit Sicilia, vt auctor Cicero Verrinarum quarta. Hinc eſt quod Aegeſippus ſcribit; Romani, cum in ius ſuum vincendo redigerent procul poſitas regiones, appellauêre prouincias. Et quoniam præfecti ad eas gubernandas cum imperio mitti ſolebant: factum eſt, vt onus ipſis impoſitum appellaretur etiam prouincia. Sic Terentius in Phormione. O Geta, prouinciam cepiſti duram. Vetus autem prouinciarum adminiſtrandarum à primis reip. temporibus forma fuit hæc, vti conſules, prætoresque ſtatim inito magiſtratu ſortirentur, vel inter ſe compararent prouincias, quas ſenatus tum nominaſſet, vt in eas cum imperio proficiſcerentur. Annuo autem ſui magiſtratus tempore finito, ſuccedebant ſequentis anni magiſtratus, niſi ſenatui populoque viſum eſſet, alicui prorogare prouinciam; velut ſæpiùs poſtea contigit. Itaque fiebat, vt ad prouinciales magiſtratus creandos comitijs non eſſet opus, ſi hæc ordinaria ratio ſemper conſtare potuiſſet. Verùm creſcentibus cum imperij magnitudine bellis, vt ordinarij magiſtratus ad ea adminiſtranda non ſufficerent, quemadmodum hoc Veienti bello contigiſſe primùm animaduertimus; opus erat aliquando extraordinaria poteſtate ad exercitum ducendum, vel prouinciam aliquam conſulum, prætorúmve loco cum imperio obeundam Hinc proconſule primùm dicebatur exercitum ducere, vel prouinciam obtinere: qui loco conſulis cum imperio mittebatur; atque deinde inuenta prætura, proprætore, qui loco prætoris. A prota quidam hæc eſſe vocabula volunt, at in Faſtis triumphalibus, alijſque antiquis marmoribus puncto diſtingui videmus, & hoc modo notari PRO. COS. & PRO. PR. ſic vt præpoſitiones ablatiuis ſuis iunctas potiùs, quàm compoſita eſſe intelligas. Non minus etenim benè vel eleganter quis pro conſule, vel pro prætore rem gerere, vel triumphare dicitur; quàm in nominandi caſu, proconſul, vel proprætor. Sæpe tamen non eadem his eſt conditio, ſed compoſita videntur; vt etiam deriuata, procõſulatus, proconſularis, & proprætura. Sed hæc Grammaticis excutienda relinquamus. Porrò ijs qui Romanæ reip. rationes accuratiùs cognoſcere cupiunt, & veterum auctorum ſcripta rectè intelligere; animaduertendum eſt, proconſulatum, & proprætu ram inter legitimos magiſtratus non cenſeri. Nam (vt doctè annotauit Carolus Sigonius in XXVIII. Liuij) conſtat, magiſtratus quidem omnes cum poteſtate fuiſſe; cum imperio autem non niſi eos, quibus nominatim mandatum eſſet imperium. Quemadmodum enim Sex Pompeius ait, Cum poteſtate eſſe dicebatur is, qui à populo alicui negocio præficiebatur, Cum imperio autem, cui nominatim à populo dabatur imperium: hoc eſt, adminiſtrandæ rei bellicæ abſoluta facultas Hoc enim ex Philippica Quinta Ciceronis colligitur, vbi ſic legimus. Demus imperium Cæſari, ſine quo res militaris adminiſtrari non poteſt. Et apud eundem, ex Antonij ſententia, Imperator eſt, belli gerendi adminiſtrator, à quo militibus nulla erat prouocatio,

T. Quinctius pro. cos.

Prouincia vnde dicta, & quid ſit.

Prouincia munus etiam vel officium quodcunque.

Regiones extra Italiam cur Prouinciæ Romanis dictæ: earumq́; prima Sicilia.

Vetus adminiſtrandarum prouinciarum forma.

Proconſule exercitum ducere quis dictus ſit. Item proprætore quis.

Vetus in his vocabulis notandi ratio.

Proconſulatus & proprætura magiſtratus non ſunt.

Cum poteſtate quis eſſe dictus ſit.

Cum imperio quis.

uocatio, quæ alioquin ciuibus in Vrbe ad populum erat. Legem ipſam de militari impe-
„ rio recitat ita Cicero de legibus libro tertio, MILITIAE. AB. EO. QVI. IMPERABIT. PRO-
„ VOCATIO. NE. ESTO. QVODQVE. IS. QVI BELLVM. GERIT. IMPERASSIT. IVS. RATVM-
„ QVE ESTO.. Mandabatur autem imperium his dumtaxat magiſtratibus, Dictatori vide-
licet, Conſuli, ac Prætori. Neque ſimul ſtatim cum magiſtratu, ſed cum res poſtularet, ne-
que iiſdem comitijs, ſed magiſtratus primum centuriatis, deinde decreta prouincia, impe-
rium curiatis pleruumque, vel priuato tributis, aut ſenatus conſulto. Quemadmodum ex
Liuio & Cicerone pulchre de ciuium iure probat Sigonius, ad quem huius argumenti ſtu-
dioſum lectorem remitto, ne hic omnia repetere neceſſe ſit. Magiſtratus igitur cum pote-
ſtate ſemper, cum imperio non prius, quàm hoc iis cum exercitu & prouincia decreuiſſet
populus, eſſe dicebantur. Cum vero extra ordinem dabatur priuatis prouincia cum exer-
citu & imperio; ij vel proconſulibus, duodecim etiam faſcibus, alijſque ornamentis, non
ſecus atque Conſules, ornati; vel pro prætoribus, ſex videlicet prætorum more lictoribus
ſtipati res gerebant. Et dicebantur quidem eſſe cum poteſtate, & imperio, attamen ſine
magiſtratu, & auſpicijs. Quin etiam, vt poſtea vſurpatum, quibus prorogabatur imperium
poſt conſulatum vel præturam, noui ſemper in eorum locum Conſules vel Prætores ſub-
rogabantur. Magiſtratus autem ſua ſequebantur auſpicia, atque eadem quæ deceſſores:
maiora, ſi maiores; minora, ſi minores eſſent, alioquin vitio facti putabantur. Proconſules
igitur, proprætoreſque poteſtatem & imperium quidem, non tamen magiſtratum habere,
ex his manifeſtum eſt, & Liuius non vno loco demonſtrat, vtpote lib. X. XXVIII. & XXXI.
rationem reddens, cur iis qui ex priuatis proconſules facti, rebus licet benè geſtis, non
triumphârint: nimirum quod ſine magiſtratu res geſſiſſent. Quemadmodum P. Scipio
ſubigata Hiſpania bello Punico ſecundo; cuius etiam meminit Plutarchus. Hic enim ex-
tra ordinem cum imperio proconſule in Hiſpaniam miſſus, pulſis Pœnis totam ſubiuga-
uit. Reuerſo triumphus non eſt decretus, quia neminem ad eum diem triumphaſſe qui ſi-
ne magiſtratu procos. rem geſſiſſet, conſtabat, vt aperte Liuius & Plutarchus memoriæ
prodiderunt. Primus ex his L. Lentulus ouationem obtinuit; de quo ſic Liuius lib. XLI.
„ Res triumpho dignas eſſe cenſebat ſenatus; ſed exemplum à maioribus non accepiſſe, vt
„ qui neque Dictator, neque Conſul, neque Prætor res geſſiſſet, triumpharet. Proconſule
„ illum Hiſpaniam, non Conſulem, aut Prætorem obtinuiſſe. Decurrebatur tamen eò, vt
„ ouans Vrbem iniret. Cn. Pompeius Magnus poſtea extra ordinem priuatus, nec dum ſena-
tor, eques tantum Romanus, bis imperium, atque prouinciam obtinens, bella geſſit, atque
etiam ſine magiſtratu triumphauit: ſed eo ferè tempore, quo ſilebant inter arma leges.
Cæterum non adeò difficulter ad triumphi lauream peruenere, qui ex conſulatu, vel præ-
tura prorogato imperio feliciter res geſſerunt. Primus enim fuit, auctore Liuio, Q. Publi-
lius Philo, cui poſt conſulatum ex S. C. & plebiſcito prorogatum fuit imperium, vt pro-
cos. rem gereret, donec cum Palæopolitanis debellaſſet; idemque primus acto magiſtratu,
„ hoſtibus deuictis procos. triumphauit. Ait enim ita libro VIII. Duo ſingularia hæc ei vi-
„ ro contigère; prorogatio imperij non antè in vllo facta, & acto honore triumphus. Ex iam
dictis igitur intelligi poteſt, proconſules, aut propretores, magiſtratus non eſſe. Atqui non
habere auſpicia M. Tullius libro II. de diuinatione aperte teſtatur. Bellicam (inquit) rem
„ adminiſtrari maiores noſtri niſi auſpicatò noluerunt. Quàm multi anni ſunt, cùm bella à
„ proprætoribus, & proconſulibus adminiſtrantur, qui auſpicia non habent? Itaque nec am-
„ nes tranſeunt auſpicatò, nec tripudio auſpicantur. Durabat autem proconſuli imperium,
„ donec ſucceſſore accepto prouincia deceſſiſſet, & ad Vrbem veniſſet. In Vrbe autem præ-
terquam magiſtratibus nemini fuit imperium, hoc eſt, præhendendi, coercendique pote-
ſtas: quod etiam erat diuerſum à militari imperio; id eſt, exercitum habendi, belliique ge-
rendi poteſtate. Ideoque neceſſe erat, cum triumphus, rebus feliciter geſtis, proconſuli de-
cerneretur ipſo ante Vrbem expectante, de eius in Vrbe, donec triumphaſſet, imperio no-
uam legem ferre, vt ex Liuij XXVI. & Appiani ciuilium primo colligimus. Varijs autem
modis extraordinariæ illæ poteſtates proconſulatus, ac proprætura ex arbitrio ſenatus po-
pulique pro temporum occaſione immutari, prouinciæque quæ antè prætoriæ, ſi grauius
aliquod bellum impendebat, vt ampliore imperio & exercitu maiore adminiſtrarentur,
conſulares ad tempus fieri ſolent. Sic M. Marcellus ex prætura procos. ad bellum miſſus,
auctore Liuio libro XXIII. C. Coſconius prætor Hiſpaniam vlteriorem procos. obtinuit, &
M' Aquillius Siciliam fugitiuorum bello, quæ ambo prætoriæ tunc erant prouinciæ. Rur-
ſus aliquando quæſtori, in prouincia prætoria, imperium proprætore datum eſt, velut Cn.
Piſoni in vlteriore Hiſpania, teſte Salluſtio, licet iam antea poſt bellum ciuile Marianum
conſtitutione reip. Sullana quid certi ordinatum fuiſſe de prouincijs videatur, quæ conſu-
lares, quæve prætoriæ eſſent. Vtique Conſules prætoreſque niſi bella auocarēt, iuriſdictio-
nes anno ſuo in Vrbe obirent, atque inde ſortirentur prouincias quas ſenatus decreuiſſet

Lex de imperio militari.

Quorum magiſtratuum imperium fuerit.

Magiſtratibus poteſtas ſemper, imperium non item.

Ornamenta, atque inſignia proconſulibus, & proprætoribus quæ.

Magiſtratuum auſpicia.

Ex priuatis procōſules facti triumphare cur nequiuerunt.

L. Lentuli extra ordinem ouatio.

Pompei Magni honores & triumphi præter leges.

Q. Publilius proconſule.

Proconſulibus, & proprætoribus nulla auſpicia.

Proconſuli imperium quamdiu.

Vrbanum imperium.

Militare imperium.

Extraordinariæ poteſtatis & prouinciarum mutatio.

Sullana prouinciarum conſtitutio.

conſulares, vel prætorias, cum imperio, quouſque ſucceſſores eis mitterentur, obtinendas. Qua ratione factum, vt ordinariæ fierent prouinciæ ferè omnes, atque de prorogando imperio, decernendíſve prouincijs, populus indies non eſſet rogandus. Nihilominus extra ordinem ſæpe contra leges, & inuito ſenatu, populus ambitione principum ciuitatis impulſus, plures vni prouincias poſtmodum, & immenſa largitus eſt imperia; quemadmodum Cn. Pompeio Magno Pyraticum & Mithridaticum bellum, M. Craſſo Parthicum, C. Cæſari Gallias per decennium. Sed hæc demum bellis ciuilibus occaſionem dedêre, libertatemque publicam funditus ſubuertendi. Qua mox à C. Cæſare oppreſſa, inconſtans & varia deinceps ex monarcharum libidine fuit prouinciarum conſtitutio, & proconſulum, proprætorumque poteſtas: quemadmodum ſtudioſus lector ex Annalibus noſtris latius cognoſcet. In quibus ordine ſuo, quæ in his pro ſtatu & occaſione rerum tam reip. quàm monarchiæ tempore frequentiſſimè immutata ſunt, declarare conabor. Quod in cauſſa eſt, vt huic argumento diutius immorari neceſſe non ſit: maximè cùm etiam extet pulcherrimus de officio proconſulis & legati titulus digeſtorum libro primo, in quo ſatis exactè à iuriſconſultis referuntut omnia quæ ad proconſularem poteſtatem pertinent: cùm item Paullus Manucius multa præclarè de prouincijs adferat in libro de legibus, ad quem ſtudioſum remitto. Admonitum tamen hoc loco lectorem cupio (ne libros corruptos exiſtimet) frequenter hæc nomina Conſul, Proconſule, Prætor, Proprætore cõfundi à ſcriptoribus: quemadmodum P. Scipio Africanus Hiſpaniæ prætor, ab Auctore de viris illuſtribus; C. Verres Siciliæ, à Cicerone dicitur, cum tamen hic poſt præturam vrbanam proprætore Siciliam, ille priuatus cum proconſulari imperio Hiſpaniam rexerit. Item Liuius P. Scipionem Conſulem in Africa bellum geſſiſſe dicit, cùm poſt conſulatum prorogato imperio proconſule in Africam venerit. Item C. Cæſar Galliæ prætor vocatur, P. Rupillus Siciliæ, à Cicerone in Verrinis non ſemel; in quas tamen prouincias ambo ex conſulatu cum imperio proconſulibus miſſi ſunt. Verùm in abutendis hiſce nominibus non minor libertas ſcriptoribus antiquis; quàm ſenatui populoque Rom. in mutandis prouinciarum adminiſtrationibus fuiſſe videtur. Ex priſco tamen Latini fœderis ritu, atque inſtituto primitus omnes appellatos fuiſſe prætores, qui prouinciam aliquam obtinebant, Sex. Pompeius Feſtus nos docet, his verbis: Prætor ad portam nunc ſalutatur is, qui in » prouinciam pro. prætore, aut pro. cos. exit. Cuius rei morem ait fuiſſe Cincius in libro de » Conſulum poteſtate talem. Albanos rerum potitos vſque ad Tullum Regem * Alba de- » inde diruta, vſque ad P. Decium Murem cos. populos Latinos ad caput Ferentinæ, quod » eſt ſub monte Albano, conſulere ſolitos, & imperium communi conſilio adminiſtrare. Ita- » que quo anno Romanos Imperatores ad exercitum mittere oporteret iuſſu nominis La- » tini, complures noſtros in Capitolio, ſole oriente, auſpicijs operam dare ſolitos. Vbi aues » addixiſſent, militem illum, qui à communi Latio miſſus eſſet, illum, quem aues addixerant, » prætorem ſalutare ſolitum, qui eam prouinciam obtineret prætoris nomine. Idem Feſtus » Pompeius affirmat, prætores initio appellatos fuiſſe, qui poſtea Conſules, & qui bella adminiſtrabant. Quorum tabernaculum quoque dicebatur prætorium, & porta in caſtris prætoria, qua exercitus educebatur in prœlium ac expeditionem.

Prouinciæ ordinariæ.

Vni à populo contra leges plures quandoque prouinciæ datæ.

Inconſtans & varia ſub Monarchia prouinciarũ conſtitutio.

Nominũ Conſulis & Proconſulis: Prætoris & Proprætoris confuſa apud auctores vſurpatio.

Omnes primũ qui prouinciam obtinebãt prætores dicti.

** deeſt in vulgatis aliquid. Ex V. C. notatur in margine Ant. Auguſt. (at Poectum) quid ſi (ad portam?)*

Conſules ipſi prætores initio dicti.

ANNI. P. R. C. CCLXXVI.

Conſules

C. Horatius. M. f. //. n. Puluillus. T. Menenius. Agrippæ. f. C. n. LANATVS.

IN Diodoro incorrectè μινύκιος, pro μενήνιος: & πολύειδος, pro πουλυίλλος legitur. Tabulæ Græcæ Lanatum & Puluillum produnt: Liuius & Dionyſius, C. Horatium Marci eius, qui Capitolium dedicauit, & T. Menenium, Agrippæ Menenij, qui plebem patribus reconciliauit, filios fuiſſe conſentiunt. Et veriſimile eſt illum patruum fuiſſe Horatiorum, è quibus alter, Conſul anno CCXCVI. in tabulis Capitolinis legitur, C. HORATIVS. M. F. M. N. PVLVILLVS: alter verò ſuffectus x. viris anno CCCIIII. in triumphorum tabulis appellatur M. HORATIVS. M. F. //. N. BARBATVS. quem Liuius teſtatur nepotem fuiſſe M. Horatij qui Capitolium dedicauit. Quorum pater M. Horatius apud auctores non reperitur: quæſtorem nihilominus magiſtratuum ſupplendorum cauſſa, ſuo tempore fingimus; nec tamen abſurdè vel ipſum, vel alios, quorum filij, nepotéſve ad ſummos honores peruenerunt. Tales enim autumo non tam obſcuros fuiſſe, vti rempublicam, primóſve magiſtratus non delibaſſe dici debeant. Quod autem ad Conſules huius anni attinet,

tinet, non dubito quin eorum nomina in Gellij vulgatis exemplaribus exprimantur mendoſe, libro XVII. cap. vltimo, M. Horatius, Menenius Agrippa. cùm alioquin C. Horatius M. f. & T. Menenius Agrippæ f. deberent appellari. Etenim Agrippa in Menenijs prænomen eſſe ignorârunt librarij, qui Gellij locum corruperunt.

Horatio bellum Volſcum prouincia, T. Menenio Veientes obuenêre, cum quibus Cremerenſi victoria elatis Menenius malè pugnauit; adeò vt ſequenti die victores hoſtes Ianiculum occupârint; obſeſſaque Vrbs foret, annona etiam premente, & Etruſcis Tiberim tranſgreſſis, ni Horatius Conſul cum ſuo exercitu è Volſcis eſſet reuocatus. Tam vicinum nihilominus fuit periculum, vt primò pugnatum ad Spei ſit æquo Marte, iterum ad portam Collinam, vbi paruo momento ſuperior res Romana fuit. Vide Dionyſium libro IX. & Liuium II. *Volſcum, & Veiens bella.* *Ianiculum à Veientibus occupatum.*

Tribuni plebis

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
C. Rabuleius. //. f. //. nepos. III.	[L. Flauuleius. //. f. //. nepos]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
M. Flauuleius. //. f. //. nepos.	C. Icilius. //. f. //. n. Ruga III.

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. n. //. n. //.
[T. Aebutius. T. f. T. n. Elua.]	Sp. Poſtumius. A. f. P. n. Albus. Regillenſis.

Aebutij pater Conſul, & magiſter equitum fuerat, & eius frater Conſul ſequetur, Sp. Poſtumius vndecimo ab hinc anno. Hic filius fuit A. Poſtumij Dictatoris, qui Latinos vicit ad lacum Regillenſem.

Prouincia

K. Fabius. K. f. //. n. Vibulanus. procos. præſidium. ad. Cremeram. obtinuit. in. prœlio. occiſus. eſt.

Memorabilis hoc anno clades ad Cremeram accepta eſt, cuius diem populus Romanus inter atros & nefaſtos retulit. Fabij enim ad Cremeram cùm ſæpius hoſtes fudiſſent, crebra victoria incautiores facti, inſidijs hoſtium Etruſcorum circumuenti, ad vnum omnes cum procos. Kæſone, & eius fratre Marco legato occiſi ſunt, Trecenti ſex vnius gentis omnes patricij periêre, cum omni clientium exercitu, præſidiumque expugnatum eſt. Vide Liuium, Dionyſium, Ouidium in Faſtis, & alios ſuprà nominatos. Meminit etiam Diodorus libro XI. *Idibus Februarijs clades Cremerenſis contigit, qui dies poſtmodum ater à Romanis eſt habitus.* *Fabiæ gentis interitus.*

ANNI. P. R. C. CCLXXVII.

Conſules.

*A. Virginius *T. f. T. n * Tricoſtus. Rutilus.	Sp. Seruilius. //. f. //. n. STRUCTVS.

ITA nominat hos Conſules Diodorus. In Liuio, Dionyſio, Caſſiodoro, & Mariano non habentur cognomina. In Græcis tabulis ῥουτίλου καὶ στρούκτου legitur. Structus item extat in fragmento Capitolino.

Annonæ penuria laboratum grauiter in Vrbe, quòd Veientes populationibus continuis velut ab arce Ianiculi paſſim in Rom. agrum impetus dabant; non vſquam pecora tuta, non agreſtes erant. Auſi etiam traiecto nocte Tiberi, Seruilij Conſulis caſtra oppugnare, ſed inde reiecti non ſine clade in Ianiculum ſe receperunt. Confeſtim & Conſul ipſe tranſit Tiberim, ſed temerè aduerſo Ianiculo ad caſtra hoſtium aciem erexit, fœdiusque inde pulſus eſt, quàm pridie pepulerat. Interuentu tamen collegæ tam ipſe quàm exercitus eſt ſeruatus. Tum inter duas Conſulum acies Etruſci circumuenti occidione occiſi ſunt, atque cladis Cremerenſis talionem accepêre. Vide Dionyſium & Liuium. *Annonæ ſumma Romæ penuria.* *Etruſci occidione cæſi.*

Tribuni plebis

T. Genucius. //. f. //. n. * Auentinenſis * | Q. Conſidius. //. f. //. nepos.

Lex agraria. T. Menenius capitis anquiſitus. Multa, & mors eiuſdem.

Legem agrariam promulgantes plebem contra patres concitârũt T. Menenium Agrippæ f. ſuperioris anni Conſulem capitis anquiſitum, quòd malè pugnando aduerſum Etruſcos populi Rom. maieſtatem minuiſſet, quodque Cremeræ præſidium culpa atque ignauia ſua perdidiſſet, damnârunt tributis comitijs. Damnato multam dixerunt, duo millia æris. Negant tuliſſe ignominiam; ex animi enim mœrore, atque inedia non diu pòſt morbo contracto, diem obijt. Liuius lib. II. Dionyſius libro IX.

Aediles

//. //. //. f. //. n. //   //. //. //. f. //. n. //.

M. Decius. //. f. //. n. * Mus * II. | P. Mucius. //. f. //. n. Scæuula.

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //   //. //. //. f. //. n. //.

Sp. Furius. //. f. //. n. Medullinus. Fuſus. | [M'. Papirius. M'. f. //. n. Mugillanus.]

Huius pater primus Rex ſacrorum factus erat Regibus exactis, vt auctor Dionyſius libro V. Furius XI. dein anno Cos. ſequitur.

ANNI. P. R. C. CCLXXVIII.

Conſules

P. Valerius. P. f. Voluſi. n. Poplicola. | C. Nautius. Sp. f. Sp. n. RVTILVS

CONSVLVM nomina ex fragmentis Capitolinis ſuppleta ſunt, in quibus ſecundus vtriuſque conſulatus extat. In Diodoro mendoſè γάϊος ἄπιος ῥοῦφος, pro C. Nautio Rutilo habetur.

Veientes & Sabini à Romanis: Volſci & Aequi à Latinis victi.

Veientes & Sabini, qui ſimul arma ſociârant contra Romanos, à Poplicola prœlio ſuperati ſunt. Volſci & Aequi, dum Latinorum populantur fines, ſine Romano duce ab ipſis Latinis victi & caſtris exuti ſunt. C. Nautius Cos. poſtea ab Vrbe miſſus cum exercitu, nil aliud quàm agros hoſtium, nullis ad prœlium prodeuntibus, eſt populatus. Vide Liuium & Dionyſium.

Tribuni plebis

L. Cædicius. //. f. //. nepos. | T. Statius. //. f. //. nepos

Sp. Seruilius maieſtatis reus, ſemet defendit, & abſolutus eſt.

Sp. Seruilio, cùm conſulatu abijſſet, initio anni maieſtatis reum fecerunt, ac diem ad populum dixerunt, quòd ab Etruſcis caſtra ſua oppugnari per ignauiam permiſiſſet. Verùm reus conſtanti oratione plebem, & tribunos accuſando, exprobrãdoque T. Menenij damnationem, & mortem, cuius patris munere reſtituta quondam plebs eas leges, eosque magiſtratus haberet, quibus tum ſæuiret; ſemet defendit, & populi iudicio abſolutus eſt. Liuius libro II. Dionyſius lib. IX.

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

[L. Flauuleius. //. f. //. nepos.] | [Q. Mucius. //. f. //. n. Scæuula.]

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //.

[C. Foſtius. //. f. //. n. Flaccinator.] | [Sex. Papirius. Sex. f. //. nepos]

A Fauſtulo paſtore Romuli ac Remi nutritore prognati ſunt Foſtij, vel Foſlij, vt in antiquis

antiquis monumentis huius gentis antiquiſſimæ nomen exprimitur. Sex. Papirium hunc Sex. filium adfero, illius, qui Tarquinij Superbi temporibus ius Papirianum condidit, legibus regijs omnibus in vnum volumen congeſtis, vt auctor eſt Pomponius de origine iuris.

P. Valerius. P. f. Voluſi n. Poplicola. ANN. CCLXXIIX.
cos. de Veientibus. Sabineisqve. K. Mai

Poplicola Conſul eadem hora (inquit Liuius) duos fudit fugauitque exercitus, duas potentiſſimas gentes, impunè vaſtatis eorum agris, quaſi ſubiugauit, & perdomuit. Redeunti itaque populus ad multum viæ coronatus occurrit, ſuffitum thuris tranſeunti faciens, & poculis mulſi militem excipiens. Senatus triumphum decreuit: vt auctor eſt Dionyſius. Liuius autem bellum hoc ſuccinctè deſcribens, triumphi nullam mentionem facit, cuius tamen extant reliquiæ in faſtis Capitolinis. *Poplicolæ à populo qui honores exhibiti.*

ANNI. P. R. C. CCLXXIX.

Conſules

L. Furius. //. f. //. n. Medullinus Fuſus.	A. Manlius. Cn. f. P. n. Vulſo Luſtrvm. F. VIII

IN Diodoro nominantur Conſules L. Furius Medullinus, & A. Manlius Vulſo; ſed mendosè in exemplaribus habetur, Μάρκος Μάνιος, pro αὖλος Μάνλιος οὐόλσων. Eius nomen in Liuio, Mariano & Caſſiodoro perperam legitur C. Manlius, vel Manilius; ita enim variatur in exemplaribus. Auli verò prænomen Manlio fuiſſe, cum Dionyſio vt credam, in cauſſa eſt, quòd idem ita appelletur inter decemviros poſtea, cùm ab ipſo Liuio & Dionyſio, tum in ſaxis etiam Capitolinis. Tabulæ Græcæ Mallium & Furium proferunt. A. Manlio Conſuli bellum Veiens prouincia obuenit, is hoſtes obſidione preſſos pacem petere coëgit, quibus induciæ in annos quadraginta ſunt conceſſæ, frumento ſtipendioque imperato. Auctores ſunt Liuius & Dionyſius. *Induciæ cum Veientibus.*

His item Conſulibus cenſum actum fuiſſe prodit Dionyſius, & ciuium cenſa fuiſſe centum triginta milia, & aliquot inſuper capita. Porrò Luſtrum quod hoc anno conditum in Vrbe fuit, ordine octauum eſſe monſtrant Capitolina fragmenta. Superiora verò ſeptem in ijs temporum iniuria periêre, quæ nos ex Dionyſio, Valerio Maximo, & alijs auctoribus, in tabula ſuis locis repoſuimus. *Luſtrum Vrbis VIII.*

Tribuni plebis

Paci externæ mox continuatur domi diſcordia: plebs namque tribunitijs ſtimulis agrariæ legis cauſſa furebat; Conſules nihil Menenij damnatione, nihil periculo Seruilij deterriti, ſumma vi reſiſtunt; ſed abeuntes magiſtratu rei facti ſunt, vt ſequenti annali dicemus. *Seditio Romæ ob legem agrariam.*

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
K. Atinius. //. f. //. n. Longus.	[Q. Mucius. //. f. //. n. Scæuola.]

Auus ille L. Longi, qui vnus ex primis tribunis militum plebeis conſulari poteſtate fuit, vt lapides Capitolini demonſtrant. Q. Scæuola frater P. Scæuolæ.

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
Ti. Pontificius. //. f. //. nepos.	Q. Conſidius. //. f. //. nepos.

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
A. Poſtumius. A. f. P. n. Albus. Regillenſis	L. Aebutius. T. f. T. n. Elua.

A. Poſtumius maior filius Conſulis & Dictatoris, qui primus Regillenſis ob inſignem de Latinis victoriam appellatus eſt, vt indicant Capitolina fragmenta in huius conſulatu, L. Aebutius item patre conſulari videtur natus, & ipſe poſtea Conſul.

A. Man-

A. Manlius. Cn. f. P. n. Vulſo. ANN. CCLXXIX.
Cos. ouans. de Veientibus. IDIBVS. MART.

Auctor eſt Dionyſius libro IX. Manlio Conſuli ouationem conceſſam, quòd Veientes per obſidionem coëgiſſet pacem petere. Liuius ouationis non meminit. At in fragmento Capitolino aliqua eius extant veſtigia. Nam cùm Idibus Martijs anno CCLXXIX. triumphatum fuiſſe monſtret, hanc ouationem indicari omnino exiſtimo.

ANNI. P. R. C. CCXXC.

Conſules.

L. Aemilius Mam. f. //. n. Mamercinus. III. | Vopiſcus Iulius. //. f. n. IVLVS.

OPITER Virginius Vopiſci Iulij locum obtinet in Liuio, Mariano & Caſſiodoro. Attamen faſtorum fragmenta Capitolina hunc per cognomen IVLVS, quod Iuliorum eſt, indicant. Neque tacet Liuius in quibuſdam Annalibus reperiri Vopiſcum Iulium, quem habent etiam tabulæ Græcæ, item Dionyſius, & Diodorus, licet incorrectè in hoc λούκιος ςούδιος ἴουλιος ſcriptum ſit. Vopiſci autem prænomine gens Iulia eſt vſa, quo appellabantur ij qui gemini concepti, altero per abortum intercepto, ipſi retento vtero editi, ad legitimam ætatem perueniſſent. Auctores ſunt Valerius de prænominibus, Feſtus, Plutarchus in Coriolano, & Nonius Marcellus. Rara & maxima circa talem partum miracula eſſe Plinius adijcit lib. VII cap. X.

Vopiſci unde dicti ſint.

Foris pax fuit, domi ſeditio plebeia ob legem agrariam, & delectum contra Conſules, & optimates Cn. Genucio tribuno plebis auctore, & duce Volerone Publilio exarſit. Fracti in delectu Cõſulum faſces, pulſati à turba lictores, cùm Voleronem ad nomina non reſpondentem ſpoliare, & virgis cædere vellẽt. Conſules è foro profugere in curiam coacti ſunt. Vide Liuium, Dionyſium & L. Florum lib. I. cap. XXII.

Tumultus maximi lex agraria, & delectus cauſſa.

Tribuni plebis

Cn. Genucius. //. f. //. nepos. In poteſtate mortuus eſt.

L. Furium, A. Manlium conſulatu abeuntes reos Genucius fecerat, quòd populi maieſtatem læſiſſent agrariæ legi reſiſtentes: ſed ipſo iudicij die tribunus accuſator domi mortuus inuentus eſt. Multi diuinitus impeditum iudicium, plures patriciorum dolo tribunum ſublatum credidêre. Liuius, Dionyſius, Zonaras.

Cn. Genucij tribuni plebis mors repentina.

//. //. //. f. //. n. //.
C. Icilius. //. f. //. n. Ruga. III.

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //. | //. //. //. f. //. n. //.
T. Genucius. //. f. //. n. | L. Cædicius. //. f. //. nepos.
* Auentinenſis. *

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //. | //. //. //. f. //. n. //.
P. Seruilius. Sp. f. P. n. Priſcus. | L. Lucretius. T. f. T. n. Tricipitinus.

Ambo pôſt Conſules reperiuntur in Capitolinis fragmentis ita ſcripti. Ex quibus colligimus P. Priſci patruum, Cos. fuiſſe ann. CCLIIX. patrem Sp. Priſcum ad conſulatum non perueniſſe. L. Lucretij verò patrem T. Lucretium fuiſſe, quem bis antea Conſulem recenſuimus.

ANNI. P. R. C. CCXXCI.

Conſules.

L. Pinarius. //. f. //. n. Rufus. Mamercinus. | P. Furius. //. f. n. FVSVS.

LIVIVS, Dionyſius, Marianus, Caſſiodorus & Macrobius Saturnalium primo ex Varrone nulla addunt his Conſulibus cognomina. Diodorus Siculus L. Pinarium Mamercinum,

mercinum, & P. Furium Fuſum prodit; licet in exemplaribus hæc nomina non ſatis correcta reperiantur, præſertim Latinis. Hiſce Coſs. intercalarum fuiſſe teſtatur ex M. Varrone Macrobius Saturnalium lib. 1. cap. XIII. dicens antiquiſſimam legem fuiſſe inciſam Romæ in columna ærea à L. Pinario & P. Furio Coſs. cui * mentio intercalaris aſcribitur. *Sic habēt vulgati codices, ſed mallē ibi legere cui mētio, &c.*

Prodigia Vrbem terruère. Peſtilentia ſæuit non ſolùm Romæ, ſed per totam ferè Italiam. Virgo Veſtalis Vrbinia inceſti conuicta pœnas dedit, & viua defoſſa eſt. Vide Liuium & Dionyſium libro IX. *Vrbinia Veſtalis ob inceſtum viua defoſſa.*

Tribuni plebis.

Volero Publilius //. f. //. n. Pulo. Homo plebeius, & infimæ ſortis, qui ordines duxerat. Is anno ſuperiori, Cn. Genucio tribuno plebis intercepto morte, Conſulibus delectum habentibus ferociter obſtitit. Ideoq; illum amplexa plebs, proximis comitijs tribunum plebis creat in eum annum, qui L. Pinarium, P. Furium Conſules habuit. In quo magiſtratu rogationem de comitijs tulit ad populum:

„ *Vti.tribuni.&.plebei.ædiles.tributis.non,curiatis.crearentur.comitijs* *Lex Publilia.*

„ *Et.quicquid.tribunus.plebem.rogaret.ijſdem.ſciſceretur.comitijs.*

Qua ratione patricijs omnem poteſtatem creandi per cliētium ſuffragia tribunos quos vellent, & omnem à ſenatu potentiam auferre conatus eſt. Habebat, vt ait Dionyſius, è quatuor collegis duos ferendæ legis ſocios. Reſiſtentibus tamen ſumma vi patribus, legem eo anno non pertulit. Liuius libro II. Dionyſius IX. qui tum temporis quinque tribunos fuiſſe vult, alios Annales ſequutus. *Lex impeditur.*

C. Lætorius //. f. //. nepos. Hic alter ex collegis Publilij adiutoribus legis ferendæ nominatur à Liuio & Dionyſio in ſecundo tribunatu: quem bellica gloria ferocem referunt. Nam eius ætatis haud quiſquam manu promptior erat.

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
Q. Conſidius. //. f. //. nepos. II.	T. Statius. //. f. //. nepos.

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
T. Veturius. T. f. P. n. Geminus. Cicurinus.	P. Volumnius. M. f. M. n. Amintinus. Gallus.

T. Veturij pater Conſul anno CCLIX reperitur. P. Volumnius Coſ. in Capitolinis fragmentis plenè deſcriptus eſt, qui primus ex ea gente patricia conſulatum obtinuit, vt conſtat ex Faſtis.

ANNI. P. R. C. CCXXCII.

Conſules.

Ap. Claudius. M. f. //. n. Sabin. Regillenſis.	T. Quinctius. //. f. //. n. Barbatus. Capitolinus.

AP. CLAVDIVM Ap. f. Conſulem alterum vocant Dionyſius & Liuius. Qui ſi pater Ap. Claudij decemuiri eſt, vt ex Liuio & Dionyſio ferè colligitur, ſecundum faſtos Capitolinos, quos ſequimur, M. f appellari debet. In Diodoro corrigenda ſunt amborum Conſulum nomina. In Liuio, Caſſiodoro & Mariano ſatis rectè leguntur, licet cognomina omittantur. Sed poſtea Barbati, Capitolini cognomina Quinctio Liuius & Zonaras attribuunt.

T. Quinctius ex Aequorum finibus magnam prædam retrulit. Ap. Claudius ab exercitu ſuo, cui maximè inuiſus erat, deſertus & proditus, nihil in Volſcis gloria dignum præſtare potuit: immo ſpōtanea militum fuga ex acie pulſus, multos amiſit Ex hoſtico reuerſus concione vocata, centuriones, dupliciariosque qui ordines reliquerant, virgis cæſos, ſecuri percuſſit: ceteram multitudinem ſorte decimauit. Liuius, Dionyſius, Zonaras & L. Florus lib. 1. cap XXII. Valerius Max. lib. IX. cap. III. *Aſpera militaris diſciplina.*

Trib.

Trib. plebis

Volero Publilius. //. f. //. n. Philo II. — C. Lætorius. //. f. //. nepos. II.

Lege de comitijs ſuperiore anno non perlata, plebs Voleronem tribunum reficit. Adduntur collegæ duo, vt vult Dionyſius, qui adiutores legis ferundæ fuerant. In primis itaque Lætorio aſſiſtente, lex tandem, conſenſu patrum, ſed Ap. Cos. inuito per ſummam contentionem perlata eſt. Ex quo deinceps tempore, comitia creandorum tribunorum, atque ædilium plebis, non captis auſpicijs, ſuffragio dumtaxat tribuum peracta ſunt. Liuius, & magis diffusè Dionyſius.

Lex Publilia perlata.

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

P. Mucius. //. f. //. n. Scæuula II. — K. Atinius. //. f. //. n. Longus

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

Ser. Sulpicius. Ser. f. P. n. Camerinus. — C. Claudius. M. f. //. n. Sabinus Regillenſis.

Ser. Sulpicius patre conſulari & Curione maximo natus, ipſe decimo ab hinc anno Conſul reperitur, & x.vir: item in Capitolinis faſtis ſic recenſetur. C. Claudius frater erat Ap. Claudij Cos. Nam Liuius patruum Appij x.viris fuiſſe teſtatur lib. III. quem Capitolina marmora AP. F. M. N. notarunt.

ANNI. P. R. C. CCXXCIII.

Conſules

L. Valerius. M. f. P. n. Poplicola. Potitus. II. — Ti. Aemilius. L. f. M. n. Mamercinus.

NUMERUS II. deeſt in Liuio apud L. Valerium Conſulem, ſicut & in Diodoro, qui Poplicolam appellat, & rectè; nam alterum eius cognomen eſt, quemadmodum ex priore conſulatu & quæſtura eius patet. Quamuis in Liuio, Diodoro & Mariano Scoto Conſul alter T. Aemilius ſcribatur, quia tamen hoc prænomen in Aemilia gente non reperio, ſuſpectum videtur, vt librariorum ignorantia, qui promiſcuè contra veterum morem Titus, & Tiberius per literam T. notârunt, corruptum; præſertim cùm in Dionyſij codicibus Tiberius Aemilius graphicè reperiatur, & in ſecundo quoque conſulatu ſic etiam appellet eundem Diodorus, L. Aemilij ter Conſulis filium teſtatur Dionyſius, & alienum à ſenatu fuiſſe, ob triumphum patri in ſecundo conſulatu denegatum de Veientibus. Itaque inſtantibus tribunis plebis ipſum inito conſulatu de lege agraria, decemviriſque ex S.C. antè promulgato creandis rettuliſſe, patremque eius primùm rogatum ſententiam, pro plebe dixiſſe. Aduerſatum ſummis viribus Ap. Claudium, vehementique oratione effeciſſe, ne S.C. de agris diuidendis decemviriſque creandis fieret; iratis tribunis plebis, quòd repulſam eſſent paſſi, Vide Dionyſium ac Liuium

Valerius Conſul cum exercitu in Aequos profectus, agros eorum vaſtauit; cùm ad pugnam elici non poſſent; à caſtris hoſtium expugnandis vi tempeſtatis prohibitus. Ti. Aemilius autem in Sabinis bellum geſſit, & cum hoſte populationibus excito ingenti à meridie ad noctem vſque prœlio, pugnans, dubia tamen victoria diſceſſit. Vide Liuium libro II. Dionyſium libro IX.

Atrox cũ Sabinis prœlium.

TRIBUNI. PLEBIS. PRIMUM. QUINQUE. TRIBUTIS COMITIIS. LEGE. PUBLILIA. CREATI.

C. Sicinius * C. f. L. n. * Bellutus — L. Numitorius. //. f. //. nepos

M. Dui-

M. Duilius. //. f. //. nepos. Sp. Icilius Sp. f. //. n. Ruga

L. Mæcilius. //. f. //. nepos.

Tributis primùm comitijs ex lege Publilia, tribunos plebis anno ſuperiore creatos Liuius & Dionyſius auctores ſunt. Numero etiam additos tres L. Piſo in Annalibus tradit, perinde ac duo antea fuerint. L. Piſonis ſententiam ſequitur Diodorus libro XI. nominatque C. Sicinium, qui perperam Cn. Siccius in Liuij exemplaribus legitur, L. Numitorium, M. Duilium, & Sp. Icilium. In hoc tamen diſcrepat à Piſone, quod L. Mæcilium omittat, & quatuor dumtaxat creatos ſcribat. Verùm hæc fortaſſis errore librariorum contigere, vt vno negligentia in exemplaribus omiſſo, poſtea quis numerum quinarium mutauerit in quaternarium, quatuor tantum nomina reperiens. Ex ſupradictis tribunis C. Sicinius & M. Duilius, Ap. Claudio, qui Conſul paulo antè fuerat, maieſtatis diem dixerunt: quod Conſul ſacroſanctam poteſtatem læſiſſet tribunitiam, ſeditioſas contra plebem orationes habuiſſet; quodque agrariæ, & Publiliæ legibus obſtitiſſet. *Ap. Claudius maieſtatis reus.* Cauſſam ſemel ad populum tanta conſtantia dixit, vt tribunos, plebemque obſtupefecerit, atque diem ipſi vltro producerent. Quæ antequam veniſſet, reus morbo, vel, vt Dionyſius, ſua ſponte moritur. Cuius cùm laudationem tribuni impedire vellent, plebs fraudari ſolenni honore ſupremum diem tanti viri noluit: & laudationem mortui æquioribus audiuit auribus, quàm viui accuſationem audierat, & eius funus frequens celebrauit. Liuius, Dionyſius & Zonaras. *Ap. Claudij mors eiuſdemque laudatio, & funus.*

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

L. Cædicius. //. f. //. nepos. II. T. Statius. //. f. //. nepos. II.

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

L. Quinctius. L. f. L. n. Cicinnatus L. Cornelius. Ser. f. L. n. Maluginenſis

Summæ virtutis & auctoritatis vir Quinctius hic fuit, vt ſuis locis dicetur. Conſul ſic ſcriptus eſt in Capitolinis fragmentis: ex quibus & L. Cornelij nomen concinnare licebit, quem Liuius aſſerit fratrem M. Cornelij X. viri in iiſdem Capitolinis deſcripti.

ANNI. P. R. C. CCXXCIV.

Conſules

A. Virginius. A. f. A. n. Tricoſtus. Cælimontanus. T. Numicius. //. f. //. n. Priſcus.

LIVIVS, Diodorus & Caſſiodorus Conſules in annum præſentem ſuggerunt A. Virginium, T. Numicium: quibus cognomina ſua addit Dionyſius. Cæterum Cælimontanus per AE. ſcribi debere, non per OE. Romanæ docent inſcriptiones antiquæ, Ex quibus vnam adferre ſatis eſt, in Quirinali adhuc ad Malum Punicum extantem, in hortulo quondam doctiſſimi viri Iacobi Sadoleti Cardinalis. Quæ ſic legitur ſub Herculis, Iouis, ac in monte ſedentis Genij ſimulachris.

HERCVLI IVLIANO IOVI CAELIO GENIO CAELIMONTIS
ANNA SACRVM

A. Virginius videtur filius illius, qui Conſul anno CCLIX. fuit. T. Numicius in Diodoro perperam Minucius ſcribitur. Ambo Conſules Aequorum Volſcorumque agros latè depopulati ſunt. Virginius ex inſidijs penè cladem acceperat ab Aequis; ni virtus militum rem prolapſam imprudentia Conſulis reſtituiſſet. Meliùs in Volſcis imperatum eſt. Vbi primo fuſi prœlio hoſtes, & in vrbem Antium acti, captaque Cenone vicina eſt portus Antiatium; ingenſque inde præda abacta, & longè naues viginti duæ. Poſtea coniunctis exercitibus Conſules in Sabinos profecti (qui abſentibus Conſulibus ad portas vrbis vſque *Volſci victi. Cenone portus Antiatium.*

vſque populantes inceſſerant) plus cladis regioni hoſtium intulêre, quàm Romanus ager acceperat. Liuius libro II. & Dionyſius libro IX.

Tribuni plebis

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	
[Cn. Apronius. //. f. //. nepos.]	M. Decius. //. f. //. nepos. II.
P. Mucius. //. f. //. n. Scæuula. II.	C. Mænius. //. f. nepos. II.
K. Atinius. //. f. //. n. Longus. II.	

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n.
Volero. Publilius. //. f. //. n. Philo.	C. Lætorius. //. f. //. nepos.

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
L. Minucius. //. f. //. n. Augurinus.	C. Horatius. M. f. M. n. Puluillus.

Minucius infelix Conſul XI. ſequetur anno. C. Horatius non patrem, ſed auum ac patruum conſulares habuit, vt ex tabulis Capitolinis colligimus.

ANNI. P. R. C. CCXXCV.

Conſules

T. Quinctius. //. f. //. n. Barbatus. Capitolinus II.	Q. Seruilius. Q. f. P. n. Priſcus.

STRVCTI, non Priſci cognómen Seruilio attribuit Diodorus, opinantur filium fuiſſe Q. Seruilij magiſtri equitum anno CCLIX. Alter P. Quinctius perperam in Liuij & Caſſiodori aliquot exemplaribus vocatur.

Horum Conſulum comitijs irata plebs ob denegatam agrariam diuiſionem intereſſe noluit; itaque per patres, clientesq́ue patrûm creati ſunt. Quinctio Volſci, & Aequi: Seruilio Sabini prouincia obuenit, quorum agros late vaſtauit. T. Quinctius illius collega Volſcos ad Antium bis magno prœlio vicit, & vrbem per deditionem cepit. Liuius in fine lib. II. Dionyſius libro IX.

Tribuni plebis

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	
[C. Pontificius. //. f. //. nepos.]	[L. Titinius. //. f. //. nepos.]
[C. Conſidius. //. f. //. nepos.]	[M. Genucius. //. f. //. n. Auentinenſis]
[L. Romulcius. //. f. //. nepos.]	

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
C. Sicinius. * C. f. L. n. * Bellutus.	M. Duilius. //. f. //. nepos.

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
Q. Minucius * P. f. * //. n. Augurinus.	Sp. Virginius. A. f. A. n. Tricoſt. Cælimontanus

Ambo

Ambo poſtea Conſules facti ſunt, Minucius patre conſulari, vt annorum ſpacium inter eorum magiſtratus inſinuat. Virginius item, quem ſuperioris anni Conſulis A. Virginij fratrem fuiſſe, Dionyſius indicat.

T. Quinctius //. f. //. n. Barb. Capitolinus. ann. CCXXCV.
Cos. II. de Volſceis Antiatibus. //. //. //.

In Volſcis rem egregiè geſtam ducis diligentia aſtuciaque, & militum opera, ſcribunt Liuius & Dionyſius. Nam primùm æquo campo, ſignis collatis, pugnatum ingenti cæde, & plurimo vtrinque ſanguine; retuliſſetque gradum Romanus, ni ſalubri mendacio Conſul fugere hoſtes à cornu altero clamitans, conciraſſet aciem, hostesque in fugam compuliſſet. Altero poſt paucos dies prœlio pugnatum eſt, dum Volſci viribus aucti caſtra noctu Conſulis obſident; ſed Romanorum audacia ac virtute luce prima pulſi, & prœlio victi, caſtra ipſi ſua perdidêre. Antium mox obſeſſum, & deditione captum eadem eſt expeditione. T. Quinctius Cos. itaque potitus vrbe, accepto ſtipendio, cæterisque, quibus opus habebat exercitus, relicto ibidem præſidio, reduxit Romam exercitum; exceptusque eſt honorificè, triumphali pompa Vrbem inuectus. Auctor Dionyſius lib. IX. Liuius autem triumphi non meminit, ſatis abruptus in fine libri ſecundi. *Antium captum.*

Antium nobiliſſimam Volſcorum vrbem dicit Dionyſius lib VI. & VIII. quæ infero vel Thyrreno mari imminet; nauigationibus & portu celebris: Ἄντειαν appellat Stephanus de vrbibus, cuius verba hæc ſunt: ἄντεια πόλις ἰταλίας ὑπήκοος ῥωμαίων. ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Κίρκης παιδὸς. Ὀδυσσέως γὰρ καὶ Κίρκης υἱοὶ τρεῖς, ῥῶμος, ἄντεια, ἄρδεια. ὁ πολίτης ἀντιάτης, ὡς ἀρδεάτης. Idem tradit ex Dionyſio Chalcidenſi, & Xenagora hiſtorico Halicarnaſſæus libro primo, nempe Vlyſſis & Circes tres filios fuiſſe vrbium conditores, Romum, Antiam & Ardeam: & ab his Romam, Antium & Ardeam vrbes nomina habuiſſe. A Romanis Antium ſæpiùs direptum, & dirutum eſt: & poſtea colonis eò deductis reſtauratum. Nam florentiore vrbis Romæ ſæculo municipium fuit, celebre templo Fortunarum, vt teſtantur Suetonius in Caligula, Macrobius, & Porphirio in illud Horatij carminum primo: *Antij vrbis ſitus.* *Vlyſſis & Circes tres filij.* *Antium Fortunarum templo celebre.*

O Diua gratum quæ regis Antium.

Nunc vix vllæ eius viſuntur reliquiæ; Oppidum enim ſolummodo extat ignobile Columnenſium ditioni ſubiectum, & Neptunium appellatur; vbi noſtro adhuc tempore legitur in S. Franciſci æde, baſi marmoreæ inſculptum tale votum: *Neptunium oppidum.*

FORTVNIS. ANTIATIBVS.
M. ANTONIVS. RVFVS. AXIVS.
DAMASCO. S. D. D.

Volſci verò Antiates ad differentiam Ecetranorum dicuntur. Duæ enim vrbes Volſcorum capita erant; Ecetra, & Antium, à quibus hi populi ea cognomina habuêre. Quorum meminit lib. IIII. & X. Dionyſius pluribusque in locis etiam Liuius. *Volſci Antiates, ab Antio. Volsci Ecetrani, ab Ecetra.*

ANNI. P. R. C. CCXXCVI.

Conſules

Ti. Aemilius. L. f. Mam. n. Mamercinus. II. — Q. Fabius. M. f. K. n. Vibulanus.

Recte hoc loco Diodorus cum Dionyſio Tiberij prænomen Aemilio attribuit, qui etiam addit cognomina. In Liuio autem & Caſſiodoro Titus Aemilius librariorum imperitia remanſit. Quod ad Q. Fabium attinet, hic eius gentis vnus ſuperſtes ex clade Cremerenſi remanſerat, non impubis, vt Liuius & Ouidius volunt, ſed ætate iam ad magiſtratus resque gerendas idoneus, quemadmodum Dionyſius aſſerit. Clades enim decennio ſolum ante eius conſulatum acciderat.

Aemilius Sabinos vaſtauit: Q. Fabius Aequos pacem petere, ducto in eos exercitu, coëgit; quam non diu poſtea depopulati Latinorum agros irritam fecêre. Ager Volſcis ademptus plebi diſtributus eſt, & Antium colonia deducta. Liuius libri III. principio, Dionyſius libro IX. *Pax non diuturna cum Aequis. Antium colonia.*

Tribuni plebis

Conſule Aemilio adiutore agrariæ legis actiones renouârunt, effeceruntque, vt agri Volſci pars plebi diuideretur: & triuiri agro diuidundo crearentur, T. Quinctius, A. Virginius, P. Furius, conſulares omnes, vt Liius & Dionyſius. *Volſcorū agri pars plebi diſtributa. III. viri agrarij conſulares.*

L //. //. //.

//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.
[C. Duilius. //. f. //. nepos.]
C. Mæuius. //. f. //. nepos. III.
T. Statius. //. f. //. nepos. II.

.//. //. //. f. //. n. //.
.//. //. //. f. //. n. //.
M. Decius. //. f. //. n. * Mus * III.
L. Cædicius. //. f. //. nepos. II.

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.
L. Numitorius. //. f. //. nepos.

.//. //. //. f. //. n. //.
Sp. Icilius * Sp. f. * //. n. Ruga.

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //.
T. Romilius. T. f. T. n. Rocus. Vaticanus.

.//. //. //. f. //. n. //.
C. Veturius. //. f. //. n. Cicurinus

Romilius Cos. poſtea, & x. vir ſic ſcriptus reperitur in Capitolinis, C. Veturius collega Romilij in conſulatu fuit, item augur & x. vir poſtea, ſicut Liuius & Dionyſius auctores ſunt.

ANNI. P. R. C. CCXXCVII.

Conſules

SP. POSTVMIVS. A. F. P. N. ALBVS. REGillenſis

Q. Seruilius. Q. f. P. n. Priſcus. II.

ALBI cognomen Poſtumio Conſuli dant fragmenta Capitolina, quod etiam patris illius A. Poſtumij dictatoris fuit, qui de Latinis triumphauit. In Dionyſio & Diodoro Albini appellantur frequētiùs, quàm Albi; ſed mendosè: nam diu poſtea cognomen Poſtumiæ gentis Albus, mutari cœpit in Albinus, vt facilè ex Romanis faſtis colligimus.

Dij Fidij templum dedicatum.

Ductus in Aequos exercitus per Seruilium Conſulem, ſed is nihil memoria dignum geſſit morbo implicitus. Romæ Sp. Poſtumius Dij Fidij templum à Tarquinio Superbo locatum dedicauit. Liuius lib. III. Dionyſius lib. IX.

Tribuni plebis

//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.
Volero. Publilius. //. f. //. n. Philo. III.
[M. Pompilius. //. f. //. nepos.]
[M. Manilius. //. f. //. nepos.]

.//. //. //. f. //. n. //.
.//. //. //. f. //. n. //.
C. Sicinius * C. f. L. n * Bellutus. II.
[P. Silius. //. f. //. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.
L. Mæcilius. //. f. //. nepos.

.//. //. //. n. //. n. //. //.
[Cn. Apronius. //. f. //. nepos.]

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //.
A. Aeternius. //. f. //. n. Fontinalis.

.//. //. //. f. //. n. //.
Sex. Quinctilius. Sex. f. P. nepos.

Aeternium Conſulem & patricium tribunum plebis fuiſſe dicemus, & Quinctilium in conſulatu mortuum.

ANNI.

ANNI. P. R. C. CCXXCVIII.

Conſules

Q. FABIVS. M. F. K. N. VIBVLANVS. II. — T. Quinctius. //. f. //. n. Barb. Capitolinus. III.

Luſtrum fecerunt IX.

RECTE recenſet Conſules Dionyſius. In Liuio & Diodoro adijciendi ſunt numeri. Ter enim Conſulem fuiſſe T. Quinctium teſtatur poſtea eodem libro Liuius, vbi Cæſonis Quinctij damnationem narrat. Et Q. Fabius altero antè anno eundem honorem geſſerat. Aequi priùs ingenti prœlio à Fabio Conſule profligati, Romanum agrum nihilominus cum robore exercitus repentino incurſu populati ſunt, ad mœnia vrbis vſque. Sed ab eodem præda onuſti in reditu inopinanter ita excepti ſunt; vt pauci euaſerint, & præda omnis recepta fuerit. Liuius libro III. Dionyſius lib. IX. *Q. Fabij cos. Victoria de Aequis.*

Cenſus actus eſt hoc anno, & conditum à Quinctio Conſule luſtrum, quo cenſa ciuium capita CXXIIII. milia CCXIIII. dicuntur, præter orbos, orbaſque, vt refert Liuius; Dionyſius autem cenſus nullam mentionem facit. *Luſtrum Vrbis IX.*

Tribuni plebis

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	
[Q. Decius. //. f. //. n. *Mus*]	[M. Pontificius. //. f. //. nepos.]
[M. Metilius. //. f. //. nepos.]	[M. Conſidius. //. f. //. nepos.]
[P. Lætorius. //. f. //. nepos.]	

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[C. Pontificius. //. f. //. nepos.]	[L. Titinius. //. f. //. nepos.]

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
Sp. Tarpeius. M. f. M. n. Montanus. Capitolinus.	P. Horatius. * P. f. P. n. * Tergeminus.

Conſules ſequentur ambo, Tarpeius item conſularis tribunus plebis.

ANNI. P. R. C. CCXXCIX.

Conſules

A. POSTVMIVS. A. F. P. N. ALBVS. REGILLENſis — Sp. Furius. //. f. //. n. Medullinus, Fuſus.

A. POSTVMIVM Album. Sp. Furium Conſules prodit Dionyſius. A. Poſtumium Regillenſem, Sp. Furium Medullinum Diodorus Siculus; & rectè quidem cognomina dat vtrique ſua, hunc appellando Medullinum, non Mediolanum (vt habent mendosè exemplaria) quod & Furijs tunc familiare fuit: illum Regillenſem, nam A. Poſtumij, qui primus cognomen hoc ex victoria de Latinis ad Lacum Regillenſem prœlio fuſis rettulit, erat filius: & frater Sp. Poſtumij, qui biennio antè Conſul fuerat, ſicut monſtrant prænomina patris auique in fragmento Capitolino adhuc extantia. In Liuio & Caſſiodoro A. Poſtumius Albus, Sp. Furius Fuſius leguntur Conſules. At cognomen hoc mendoſum eſt, idque exiſtimo inde proueniſſe, quod Furios Fuſios à quibuſdam nominari, ibidem adijciat Liuius. Quapropter ita legendus videtur ille locus. Conſules inde, A. Poſtumius Albus, Sp. Furius Fuſus. Furios, Fuſios ſcripsêre quidam; id admoneo, ne quis immutationem ipſorum virorum eſſe, quæ nominum eſt, putet. Hinc cognomen Fuſus, *Furij Fuſij primùm dicti. Liuij locus reſtitutus.*

quidam auferendum, alij in Fuſius mutandum cenſuêre; non intelligentes de ipſo gentis nomine loqui Liuium non cognomine: Furios ſcilicet, ab aliquibus Fuſios vocari. Vetus exemplar Aldinum, quod habeo, genuinæ lectionis veſtigia quædam habere videtur. In quo ſic legimus, licet mendoſè: Conſules inde Poſtumius Albus, Sp. Furius „ Fuſius. Fuſios Furios Fabius ſcripſere quidam; id admoneo, ne quis, &c. Palàm eſt, Po „ ſtumij prænomen hic perijſſe, & Furij cognomen corruptum eſſe librariorum imperitia. „ Quid ſi ita corrigamus reliqua quæ ſequuntur, literis paucis tantùm immutatis? Fuſios „ Furios Fabius ſcripſit. Equidem id admoneo, ne quis, &c. Non malè, meo iudicio, niſi „ me fallit imperitia.

Clades Romana. Exercitus Romanus cum Furio Conſule ab Aequis in Hernico obſeſſus eſt, magna in prœlio clade accepta; Conſule vulnerato, & fratre eius P. Furio legato occiſo. Veniſſetque procul dubio in periculum res Romana, niſi T. Quinctius pro.cos. cum ſubſidijs ſociorum veniſſet auxilio. Liuius & Dionyſius.

Tribuni plebis

//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

L. Domitius. L. f. //. n. Ahenobarbus. Filius L. Domitij, qui primus Ahenobarbus appellatus eſt, eò quòd Caſtores victoriam de Latinis anno CCLVII. partam rure reuertenti nunciantes barbam demulcendo, ex nigra rutilam, vel æneam feciſſent. Vt Plutarchus in Paullo Aemilio, Cicero de natura deorum ſecundo, & Suetonius in Nerone produnt.

L. Cædicius. //. f. //. nepos. III.   [M. Cædicius. //. f. //. nepos.]
[L. Mænius. //. f. //. nepos.]   [Cn. Genucius. //. f. //. n. Auentinenſis]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.
[M. Pompilius. //. f. //. nepos.]   [C. Duilius. //. f. //. nepos.]

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.

P. Seſtius. Q. f. Vibi. n. Capitolinus.   T. Menenius. T. f. Agrip. n. Lanatus.

Seſtium ex Capitolino magiſtratu deſcripſi. Menenium opinor patrem conſularem habuiſſe T. Lanatum, quem populus damnauerat, & auum Agrippam Lanatum, qui plebem patribus reconciliarat. Et hic Cos. ſequetur.

Prouincia.

T. Quinctius. //. f. //. n. Barbatus. Capitolinus. Procos. Aequicum. bellum. extra. ordinem. obtinuit.

Hoc primùm anno, vt dixi, Liuius mentionem proconſulatus facere incipit: nihil tamen de eius origine adijciens. Obſeſſo autem cum exercitu Furio Conſule, Senatus A. Poſtumio Cos. negocium dedit; VIDERET. NE. QVID. RES. PVBLICA. DETRIMENTI. CAPERET. *Vltima neceſſitatis ſenatuſconſultum.* Quæ forma ſenatuſconſultui vltimæ ſemper neceſſitatis eſt habita: qua ſimul abſolutum in Vrbe imperium Coss. dabatur. Ipſum Conſulem Romæ manere, ad conſcribendos omnes qui arma ferre poſſent, optimum viſum eſt: Proconſulem T. Quinctium, ſubſidio caſtris, cum ſociali exercitu mitti. Ad eum explendum Latini, Hernicique, & Antium colonia ſubitarios dare milites iuſſi. T. Quinctius Aequos in obſeſſa caſtra intentos, occiſique legati caput ferociter oſtentantes, improuisò adortus, in fugam vertit, & obſidione caſtra leuauit. Latiùs omnia Liuius & Dionyſius. Hic addit T. Quinctium cum proconſulari imperio miſſum, qui ter Cos. fuerat.

ANNI.

ANNI. P. R. C. CCXC.

Conſules.

P. SERVILIVS. SP. F. P. N. PRISCVS. In. mag. mort. eſt. | L. Aebutius. T. f. T. n. Elua. In.magiſtratu.mortuus.eſt.

INIERVNT magiſtratum Cōſules, vt tunc anni principium, inquit Liuius, Kal. Sextilibus L. Aebutius, P. Seruilius, quemadmodum eos nominat & Caſſiodorus. Aebutio cognomen Eluæ attribuit Diodorus, & Seruilio Structi. Dionyſius cum fragmento Capitolino Priſcum appellat Seruilium.

Volſci & Aequi impune Latinum & Romanum populati ſunt agrum, dum peſtis ſæuiſſima vrbem tam occupatam teneret, vt cum hoſtibus neceſſariò conniuendum fuerit. *Peſtis Romæ ſæuiſſima.* Vtrumque Conſulem, quartam partem ſenatus, maiorem collegij tribunorum, quàm plurimos viros nobiles ea tabe perijſſe; militares item copias non ſolùm infectas, ſed quaſi penitus fuiſſe abſumptas, Liuius, & Dionyſius conſentiunt: & reliquum anni tempus per interregna tranſactum teſtantur. Deſcribit eam peſtilentiam Oroſius quoque, lib. II cap. XII. licet incorrectè ibidem notetur annus V.C. pro CCXC^{o}. CCLX^{us}. librariorum culpa procul dubio.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. In poteſtate mortuus eſt. | //. //. //. f. //. n. //. In poteſtate mortuus eſt.

//. //. //. f. //. n. //. In poteſtate mortuus eſt.

//. //. //. f. //. n. //. | //. //. //. f. //. n. //.

[C. Licinius. C. f. //. nepos.] | [M. Sellius. //. f. //. nepos.]

[C. Volſcius. //. f. //. nepos.] | [P. Publilius. //. f. //. n. Philo.]

[C. Iunius. L. f. C. n Brutus. Bubulcus.]

Aediles.

Mortuis peſte Conſulibus, ac maiore parte tribunorum plebis, circuitio, atque Vrbis cuſtodia ædilium plebis fuit, ad eos ſumma rerum, & maieſtas conſularis imperij in ea ſolitudine venerat. Liuius libro II.

//. //. //. f. //. n. //. | //. //. //. f. //. n. //.

[M. Metilius. //. f. //. nepos.] | [M. Pontificius. //. f. //. nepos.]

Quæſtores.

Ap. Claudius Ap. f. M. n. Sabinus. Regillenſis. | Sp. Veturius. Sp. f. P. n. Craſſus. Cicurinus.

Sic ambo deſcripti ſunt x. viri legum ferendarum in faſtis Capitolinis.

ANNI. P. R. C. CCXCI.

Conſules.

L. LVCRETIVS. T. F. T. N. TRICIPITINVS. | T. Veturius. T. f. P. n. Geminus. Cicurinus.

IN Diodoro Lucretius malè εὐχεγάνος, & in Latinis exemplaribus L. Luctatius appellatur. T. Veturio ibidem rectè Cicurini cognomen datur, vt etiam in Liuio & Dionyſio Gemini. Nam hæc duo cognomina ſæpe eidem Veturio impoſita cognoſcimus. Onufrius Panuinus Sp. Veturium Craſſum vult eſſe, qui poſtea inter x. viros fuit, & conſularis dicitur a Dionyſio & Liuio: cùm tamen ijdem auctores cum Diodoro, Mariano & Caſſiodoro hanc Conſulem T. Veturium appellent. Ob eorum conſenſum nihil hic mutare volui.

Ceſſante iamdudum peſte, & ad bellum inferendum ſatis valida ciuitate, duos conſulares exercitus conſcripſit populus Rom. vt de his qui anno ſuperiore agrum impunè Romanum depopulârant, pœnas ſumeret. Veturius cum exercitu in Volſcos & Aequos profectus, eos primo prœlio fudit. Lucretius populationibus arcendis ſociorum agro oppoſitus, non vltrà quam in Hernicos proceſſit, vt auctor Liuius libro III. A quo nonnihil diſcrepat Dionyſius. Volſcos Veturio prouinciam obueniſſe, & Aequos Lucretio: illos primo prœlio fuſos, hos caſtris primum ſeſe continuiſſe, & poſtea in Romanum agrum populabundos deflexiſſe, & in reditu à Lucretio cæſos fuiſſe ſcribens in fine libri IX.

Volſci & Aequi cæſi.

Tribuni plebis

Sex. Titius. //. f. //. nepos. Actiones agrariæ legis veteres in forum fruſtra reuocauit, ab ipſa plebe cohibitus, & feliciora tempora expectare iuſſus. Auctor Dionyſius lib IX. fine.

Actiones agrariæ legis ab ipſa plebe repulſa.

C. Terentius. //. f. //. n. Arſa. Abſentibus Conſulibus per aliquot dies patrum ſuperbiam ad plebem criminatus, maxime in conſulare imperium, tanquam nimium ac intolerabile ciuitati liberæ, inuehebatur. Eò patricios ferocire; duoſque pro vno Rege dominos quotannis imponere; qui ſoluti atque effrenati ipſi, vim imperij, legumque ſupplicia verterent in ſolam plebem. Legem itaque promulgauit.

Vti crearentur. Quinqueuiri. ſcribendo. de. imperio. conſulari. legibus. Vti. quòd. populus in. ſe. ius. dederit. eo Conſules. vterentur. non. libidinem. ac. licentiam. ſuam. pro. legibus. haberent. Diſſuaſit legem Q. Fabius præfectus Vrbis, & acriter in tribunos inuehendo, vti in aduentum Conſulum differretur, effecit. At Conſules reditum in comitiorum vſque tempus extraxêre. Liuius lib. III. Dionyſius non meminit in huius anni, ſed ſequentis hiſtoria lib. X. principio.

Conciones ſeditioſæ in patricios & conſularem imp.

Terentia lex de poteſtate cõſulari circumſcribenda. Lex differtur.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	
[M. Decius. M. f. //. n. Mus.]	[M. Conſidius. //. f. //. nepos. II.]
[C. Feſcennius. //. f. //. nepos.]	

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[L. Mænius. //. f. //. nepos.]	[Cn. Genucius. //. f. //. n. Auentinenſis.]

Quæſtores.

Prædam à Volſcis & Aequis receptam, & à L. Lucretio Conſule aduectam, eius iuſſu in campo Martio per triduum expoſuerunt; vti ſuum quiſque cognitum auferre, vel abducere poſſet. Quod verò ſuperfuerat, ſub haſta venum dedêre, pecuniamque in ærarium retulêre. Liuius libro III.

Præda à Volſcis & Aequis recepta triduũ in campo Martio exponitur.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
T. Genucius. T. f. T. n. Augurinus.	M. Cornelius. Ser. f. L. n. Maluginenſis

Hic frater L. Maluginenſis, auctore Liuio, qui Conſul cenſum egit triennio poſtea. Genucium verò ex Capitolinis faſtis deſcripſimus.

L. Lucretius. T. f. T. n. Tricipitinus. ann. CCXCI
cos. de Volſceis & Aequeis. //. //. //.
T. Veturius. T. f. P. n. GEMINUS. Cicurinus. ann. CCXCI
cos. ouans. de VOLSCEIS ET Aequeis. //. //. //.

Lucretius Conſul Volſcorum prædonum agmen, latè Præneſtinum, Tuſculanum, atque Gabinum vaſtans, præda onuſtum, in reditu adortus, in cauas valles compulit, circumuenitque. Vbi Volſcum propè nomen deletum eſt: XIII. milia CCCCLXX. cecidiſſe in acie ac fuga; MCCL. viuos captos, ſigna XXVII. militaria relata, in quibuſdam Annalibus reperiri ſcribit Liuius. Conſules inde caſtra coniungunt, & Volſci Aequique in vnum afflictas vires ſuas conferunt. Denuoque pugnarum eadem fortuna fuit, fuſi hoſtes, & caſtra capta ſunt. Conſules Romam rediêre, Lucretius cum ingenti præda, maiore multo gloria. Ea expoſita in Campo Martio per triduum, vt ſuum quiſque cognitum abduceret, reliqua

Volſci ad internecionem cæſi.

reliqua autem vendita eſt. Debebatur omnium conſenſu Conſuli triumphus, ſed obſtitit tribunus Terentius, de lege ſua priùs peragi volens. Iactata per aliquot dies tum in ſenatu res eſt, tum ad populum: ceſſit tamen ad vltimum maieſtati Conſulis tribunus, & deſtitit. Tum imperatori exercituique honos ſuus datus, triumphauitque de Volſcis Aequisque Lucretius, triumphantem ſequutæ ſuæ legiones. Alteri Conſuli datum, vt ouans ſine militibus Vrbem iniret. Hæc breuiter ex Liuio. Dionyſius autem, licet parumper in deſcriptione belli diſcrepet, de triumphis tamen Conſulum ferè eadem ſcribit. „ Lucretius, inquit, triumphans Vrbem inuectus eſt. Veturius ouans rediȷt ex S. C. pom- „ pa pari cetera, niſi quòd pedibus, non curru ingreſſus eſt. Extant paucula quædam adhuc in minutis fruſtulis Capitolinorum triumphorum veſtigia, ouationis T. Veturij Gemini Conſulis. *Terentius trib. plebis Conſulis triumphum impedire conatur. L. Lucretij triumphus. T. Veturij ouatio.*

ANNI. P. R. C. CCXCII.

Conſules

P. VOLVMNIVS. M. F. M. N. AMINTINVS. GALLVS.	Ser. Sulpicius ✱ Ser. f. P. n. ✱ Camerinus.

P. VOLVMNII cognomen Auentinus perperam in Latinis Diodori exemplaribus habetur. In Græco manuſcripto rectiùs ἀμιντῖνος. Galli cognomen & Græcæ tabulæ huic attribuunt, quæ ſolæ ſuffragantur hoc loco Capitolinis fragmentis. Nam Liuius, Dionyſius & Caſſiodorus cognomina omittunt. Ser. Sulpicium volunt filium eſſe illius, qui anno CCLIV. fuit Conſul. Habet item hos Coss. Val. Maximus lib. I. cap. VI. vbi prodigia huius anni refert; ſed P. non C. Volumnius ſcribendus erit. Similiter in Liuij III. cap. LVI. non benè L. Volumnius appellatur. In vtroque ergo auctore corrigenda eſt ea prænominis varietas.

Carne pluit, bos locuta, & cælum ardere viſum eſt, variaque alia hoc anno prodigia euenêre. Quæ latiùs, videbis cùm apud iam nominatos auctores, tum apud Liuium & Dionyſium libro X. Itaque libri Sibullini per duumviros aditi, pericula à conſpiratione alienigenarum Vrbi prædixêre. Grauis iterum in Vrbe ſeditio exarſit plebeiorum contra patricios, ob legem Terentiam impeditam. Kæſo Quinctius L. Cincinnati. f. eò quòd violentiùs obſtitiſſet tribunis legem ferentibus, à plebe damnatus, in exilium abiȷt. Pater diuenditis bonis multam ſoluere coactus fuit. Hiſtoriam latè Liuius libro III. & Dionyſius libro X. Diſcrepat ab his Auctor de viris illuſtribus; patris voluntate Kæſonem damnatum ſcribens, & à Cenſoribus notatum, & idcirco à patre abdicatum; quem vide cap. XVII. *Varia prodigia. Libri Sibullini per II. viros aditi. Seditio ob impeditam legem Terentiam.*

Tribuni plebis

A. Virginius. //. f. //. nepos. Lex Terentia à toto relata tribunorum collegio, duce & auctore A. Virginio. Atque in hunc ferè modum, vt apud Dionyſium legimus, promulgata eſt.

Decemviri. legitimus. à. populo. comitijs. creentur. ætate. prudentia. ac. dignitate. præſtantiſſimi. qui. leges. de. negocijs. tam. priuatis. quàm. publicis. ciuitati. præſcribant. quibus. iura. ſua. magiſtratibus. definiant. eaſq. ad. populum. ferant. *Lex Terentia denuo promulgata.*

Summo tamen niſu patrum, lex hoc anno impedita eſt, & duce Kæſone Quinctio, L. Cincinnati filio, feroce iuuene, nobilitate, & bellica gloria claro, pulſi foro ſæpe tribuni, fuſa fugataque plebs. Cui eam ob cauſſam, ex collegio vnus A. Virginius capitis diem dixit, atque confeſtim, indicta cauſſa, ducere in carcerem voluit; ſed interceſſione collegarum, inſtante ſenatu, prohibitus. Vades decem dare reum iuſſit, Qui niſi iudicij die ſiſtatur, populo multam trium milium æris ſinguli ſoluant. Itaque primus hic reus Vades publicos dedit; quibus deſertis poſtridie exulatum abiȷt in Tuſcos. Pater eius bonorum maxima parte diuendita, vadimonij deſerti multam ſoluere coactus eſt; vt aliquandiu trans Tiberim veluti relegatus, quatuor iugerum ruſculum colens, in tugurio pauper vixerit. Vide Liuium lib. III. & Dionyſium X. *K. Quinctius reus capitis primus vades publicos dedit. Vades publici primum dati. K. Quinctij exilium.*

M. Volſcius //. f. //. n. Fictor. E collegio tribunorum fuiſſe vnum ait Dionyſius, verùm, ſi Liuio credendum, iam ante aliquot annos tribunus plebis fuerat. Hoc anno teſtis ab A. Virginio productus ad populum, K. Quinctium falsò homicidij teſtimonio grauauit, & vti penè reus populi impetu interiret, effecit; quemadmodum diffusè iȷdem auctores enarrant.

//. n.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.
[C. Numitorius. //. f. //. nepos.] [L. Sicinius. L. f. L. n. Bellutus.]
L. Mæcilius. //. f. //. nepos. II.

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
C. Terentius. //. f. //. n. Arſa. [M. Sellius. //. f. //. nepos.]

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
T. Antonius. //. f. //. n. Merenda. M. Sergius. //. f. //. nepos.
Ambo poſtea inter x. viros legum ferendarum fuêre.

ANNI. P. R. C. CCXCIII.

Conſules

P. VALERIVS. P. F. VOLVSI. N. POPLICVLA. II
IN. MAG. MORTVVS. EST. IN. EIVS. L. F. E.
L. QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNATUS

C. Claudius. M. f. //. n. Sabinus Regillenſis

P. VALERIVS Conſul filius primi Poplicolæ fuit, velut hîc indicant Capitolina fragmenta. C. Claudius mendoſe Regulus, pro Regillēſis, vocatur in Diodoro, & P. Claudius in quibuſdam Caſſiodori exemplaribus. Liuius C. Claudium Ap. f. & x. viri patruum dicit; ſed nos ex profeſſo Capitolinorum faſtorum auctores ſequimur, & M. f. ſcribimus, ſicut antè etiam teſtati ſumus. Tabulæ Græcæ Poplicolam iterum, & Sabinum huic anno adſcribunt.

Capitolium ſerui, & exules per ſeditionem occupant.
P. Valerij Coſ. mors.
Eiuſdem funus.
L. Quinctius Cincinnatus ex agro ad conſulatum accitus.

Dum acris in Vrbe flagrat ſeditio, ſerui & exules ad quatuor milia quingenti, Ap. Herdonio duce, Capitolium nocte occupant, quod tandem cruento recuperatum eſt prœlio; in quo P. Valerius Conſul dux, & auctor præcipuus, inter primores pugnam ciens occubuit. Hinc Diuus Auguſtinus de ciuitate Dei libro III. cap. XVII. Valerium Conſulem „ faciliùs ædi Iouis prodeſſe potuiſſe, quàm illi turbam tot numinum, dicit. Plebem verò „ ſcribit Liuius, gratitudinis ergò in mortui domum quadrantes iactaſſe, vt funere amplio- re efferretur. In eius autem locum C. Claudius, collegam L. Quinctium Cincinnatum, patrem Cæſonis, qui in exilium iuerat, ſibi ſubrogauit: cumque menſe Decembri inijſſe magiſtratum Liuius auctor eſt. Dionyſius accitum à viatore ad conſulatum ex agro tradit; quod Liuius, & alij omnes, poſtea illi accidiſſe in dictatura volunt. Hic patrum ſtudio reficiebatur in annum ſequentem, maximè cùm populus tribunos plebis reficere conaretur. Verùm ipſe rem, velut mali exempli, conſtanter diſcuſſit, vt Liuius, Dionyſius & Val. Maximus libro IIII. cap. I. referunt.

Trib. plebis

A. Virginius. //. f. nepos. II. M. Volſcius. //. f. //. n. Fictor. II.
Ad legem Terentiam perferendam, refectos in annum ſequentem tribunos plebis eoſdem referunt Liuius & Dionyſius. Et ex ijs A. Virginium populo auctorem fuiſſe, detrectandæ militiæ contra Herdonium, & fugitiuos qui Capitolium occupauerant. M. Volſcium ex Dionyſij, non Liuij ſententia adiungimus.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.
[C. Numitorius. //. f. //. nepos. II.] L. Mæcilius. //. f. //. nepos. III.
[L. Sicinius L. f. L. n. Bellutus. II.]

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
Sex. Titius. //. f. //. nepos. [M. Decius. M. f. //. n. Mus.]

Quæſto-

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

M. Horatius. M. f. M. n. Barbatus. Lar. Herminius. * T. f. * //. n. Aquilinus.

Conſulatus amborum ſequentur, vbi de ijs plura.

ANNI. P. R. C. CCXCIV.

Conſules

Q. FABIVS. M. F. K. N. VIBVLANVS. III. L. Cornelius. Ser. f. L. n. Maluginenſis. Coſſus.

Luſtrum fecerunt x.

L. CORNELII cognomen mendoſum in Diodoro eſt, vbi etiam deſideratur numerus apud Fabium; nam hic tertius eiuſdem eſt conſulatus Liuio, Dionyſio & Caſſiodoro teſtibus. Tabulæ Græcæ Βιβυλάνον τὸ γ. καὶ Μαλογαννησιὸν proferunt, Q. Fabius haud procul Antio Volſcorum caſtra expugnat, & Aequos inde, qui Tuſculanam arcem inuaſerant, longa obſidione, & fame preſſos, finibus exturbat. Atque poſtea ingenti certamine bifariam ambo Conſules ingreſſi hoſtium fines, hinc Volſcos, hinc Aequos populantur. Tandem Aequis petentibus pax data eſt, Liuius & Dionyſius. *Volſci & Aequi victi. Pax cum Aequis.*

Cenſus priore anno inchoatus erat, vt auctor eſt libro tertio Liuius: attamen luſtrum condi propter Capitolium captum, Conſulemque occiſum religioſum fuit. Idque luſtrum (vt inquit idem) ab origine Vrbis decimum conditum eſt, quo cenſa fuerunt ciuium CXXXII. ∞. CCCCXIX Conſtat itaque ex Liuio nouem ante luſtra fuiſſe condita, quemadmodum nos etiam ex auctoritate cùm Val. Maximi, tum fragmentorum Capitolinorum in tabula poſuimus, licet Liuius ea neglectim antea ſæpe prætererit. Hoc extremum à Conſulibus luſtrum fuiſſe conditum docet etiam Dionyſius in fragmento libri XI. vt ſuo loco poſtea dicam. Meminit huius cenſus etiam Eutropius, in quo numerus ciuium planè deprauatus, & procul dubio ſecundùm ſupputationem Liuianam reſtituendus eſt. Reperiuntur enim codices, in quibus tam in libro III. quàm in eius epitome numeri nihil inter ſe diſcrepant, vt de illorum fide dubitandum non ſit. *Luſtrum Vrbis X. Extremum luſtrum à coss. conditum. Eutropij locus.*

Trib. plebis

A. Virginius //. f. //. nepos. III. M. Volſcius. //. f. //. n. Fictor. III.

Tribunos plebis eoſdem, reclamantibus Conſulibus, tertiùm refectos fuiſſe, Liuius, & Dionyſius auctores ſunt; Eoſque, profectis ad bellum Conſulibus, de lege Terentia perferenda aſſiduè contendiſſe. Obtinuiſſe tamen P. Lucretium Præfectum Vrbis, vt actiones tribunitiæ in aduentum Conſulum differrentur.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //.

[C. Numitorius. //. f. //. nepos. III.] [L. Sicinius. L. f. L. n. Bellutus. III.]

L. Mæcilius. //. f. //. nepos. IV.

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

[M. Conſidius. //. f. //. nepos.] [C. Feſcennius. //. f. //. nepos.]

Quæſtores

A. Cornelius. Ser. f. L. n. Maluginenſis. Coſſus. C. Seruilius * C. f. //. n. Structus Ahala *

Antij inter manubias repertum aurum ac argentum cum omni pecunia in ærarium retulerunt, vt Dionyſius libro x. M. Volſcium K. Quinctij accuſatorem falſi reum fecerunt, diemque ad populum dixerunt. Sed tribuni plebis comitia de reo habere non paſſi *M. Volſcius falſi reus.*

ſunt,

ſunt, niſi de lege Terentia priùs eſſent habita. Liuius libro III. Dionyſius Volſcium ex collegio tribunorũ eius temporis facit; ceterùm de eius accuſatione nihil, alios, quàm Liuius ſequutus Annales. A. Cornelium fratrem eſſe puto L. Cornelij Cos. De Seruilio nihil aliud reperio. Videtur tamen filius eſſe potuiſſe C. Seruilij Structi, qui Conſul anno CCLXXV. fuit. Quidam enim codices Liuiani ſic habent: A. Cornelius & „ C. Seruilius; non A. Cornelius atque Seruilius. „

Q. Fabius. M. f. K. n. Vibulanus. ann. CCXCIV.
COS. III. de AEQVEIS. & Volſceis. //. //. MAI

L. Cornelius. Ser. F. L. N. Maluginenſis ANN. CCXCIV
Coſſus. COS. DE VOLSCEIS. ANTIATIB. IV. ID. MAI.

Conſulum hoc anno, Liuio Dionyſioq; teſtibus, magna domi belliquе fuit gloria. Qui triumphantes victore cum exercitu Vrbem iniere: pacem cùm foris peperiſſent, & domi licet non concordem, minùs tamen, quàm aliàs infeſtam ſeditionibus ciuitatem, continuerunt. Certum tamen affirmare non audet Liuius, eò quòd nullam apud vetuſtiores eius rei mentionem inueniat: deſciſſe videlicet, eodem anno Antiates, & L. Cornelium Conſulem id bellum geſſiſſe, oppidumque cepiſſe. Aſſerit tamen hoc Dionyſius, & venientibus Conſulibus ſenatum iuiſſe obuiam, & ambobus triumphum decreuiſſe. Fragmenta etiam triumphorum Capitolina ſuffragantur Dionyſio, & ijs, quibus fidem adhibere Liuius non audet. Nam de Antiatibus Volſcis Cornelium Cos. triumphaſſe declarant. Et cùm vtrumque Conſulem Liuius ipſe triumphaſſe fateatur, Cornelio hoc idem conceſſum fuiſſe, ex vna Volſci agri populatione, non ſatis veriſimile eſt: quum omnis Volſci Aequiciq; belli perfecti gloria penes vnum Fabium fuerit: Quo tempore Vrbi præſidio erat Cornelius, nec ipſe Roma profectus, antequam, pulſo mœnibus hoſte, periculum eſſe deſierat, eodem Liuio referente.

Antiates deſciuerunt à Romanis, & à L. Cornelio COS. victi ſunt.

ANNI. P. R. C. CCXCV.

Conſules

C. NAVTIVS. SP. F. SP. N. RVTILVS. II. L. Minucius. //. f. //. n. Augurinus. Ob res in Algido malè geſtas coactus abdicauit

L. QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNATVS Dict.
L. TARQVITIVS. L. F. FLACCVS. Mag. EQ. Rei gerundæ cauſa.

IN LIVIO & Caſſiodoro, contra Dionyſium, Diodorum, Marianum & marmora Capitolina mendoſè L. Nautius legitur; Tu C. Nautius vtrobique ſcribes, & numerum adiunges; ne uideatur alius ab eo, qui antea ſemel Conſul anno CCLXXVIII. fuit. Alteri autem Conſuli prænomen Marcus in Floro, & Auctore de viris illuſtribus Quintus non rectè adiungitur; cùm L. Minucius paſſim ab alijs appelletur. In tabulis Græcis cognomen Atratinus perperam pro Augurinus habetur: cùm hoc Minuciorum familiare ſit, illud autem Semproniorum. Prorſus igitur reijciendum quoque Minucij cognomen Carutianus, vel χαρυτιανὸς in Diodori exemplaribus: velut apud Glareanum & alios, Carbetus. Val. Maximus libro V. cap. II. de gratis, vt habent manuſcripta exemplaria, Nautio & Minucio Coss. iuuentutem Rom. ſponte ſacramento militari nomina obtuliſſe ſcribit, vt opem ferret Tuſculanis benemeritis; alios quàm Liuius Annales ſequutus, qui plebem, reclamantibus tribunis, benignè arma cepiſſe dicit, ob nouum à Sabinis iniectum terrorem. Tuſculanis verò latum vltrò auxilium triennio poſtea, Romulio & Veturio Conſulibus, vt idem & Dionyſius tradunt.

C. Nautius Conſul Sabinos ad Eretum fœlici prœlio vicit. Aequi interim, pace rupta, contra fœdus, ex Latino agro & Tuſculano, prædam ingentem populabundi, Cælio Graccho duce, abegerunt. Contra quos miſſus cum exercitu L. Minucius Conſul, ad Algidum, metu pauidus, in caſtris continens militem, ab hoſtibus obſeſſus eſt. Quo nuncio in Vrbem relato, magna paſſim fuit trepidatio. Et cùm parum præſidij eſſe videretur in Conſulibus, dictatorem dici placuit. Omnium itaque conſenſu, L. Quinctius Cincinnatus, ſpes vnica populi Romani, tum temporis, ab aratro ad ſummum imperium accerſitus eſt. Is Dictator factus L. Tarquitium Flaccum magiſtrum equitum ſibi dixit. Aduertat lector imperitia librariorum, tanquam malè correctum, hoc nomen in vulgare Tarquinij fuiſſe

Aequi fœdifragi.
L. Minucius COS. cum exercitu ab hoſtibus obſeſſus.
L. Quinctius Cincinnatus ab aratro ad dictaturam accerſitus.

fuiſſe mutatum in Liuio, Dionyſio, & alijs auctoribus. Sed non animaduertêre, qui illud correxerunt, Tarquinij nomen ſimul cum Regibus Vrbe eiectum fuiſſe, & L. Tarquinium Collatinum ob illud in primis in exilium ire coactum: poſtque illud tempus hoc adeò apud Romanos malè acceptum fuiſſe, vt neminem eo inſignire vellent, niſi quem ſumma cuperent grauatum inuidia, regnique affectari crimine notatum, in vitæ diſcrimen adducere. Quemadmodum libertatis aſſertores poſtea, decemviros, decem Tarquinios appellârunt in ſenatu. Quapropter Capitolinis fragmentis maior eſt danda fides, quæ L. Tarquitium, L. f. Flaccum nominant magiſtrum equitum. Ipſum verò Liuius & Dionyſius ſolummodo belli peritia fuiſſe inſignem teſtantur, pedibusque ſtipendia feciſſe propter paupertatem, patriciæ licet gentis eſſet. Quod adijcere de Tarquinia gente regia, otioſum fuiſſet. Quæ iam à primo illo Tarquinio Damarati filio inter patricios fuerat, antequam tota in exilium ageretur. Hunc ſanè Tarquitium non admodum claræ ſtirpis fuiſſe indicant, & Capitolina fragmenta, quæ patris ſolummodo prænomen adſcribunt, cùm aui nomen ciere non poſſent, vt Liuij verbis dicam.

Tarquinij nomen Romanis inuiſum.

L. Cincinnatus Dictator, conſcripta ſtatim omni militari iuuentute, Conſuli Minucio in auxilium ſumma celeritate perrexit: hoſtes, Romana caſtra obſidentes, vna eademque nocte circumvallatos obſedit, & ad deditionem poſtera luce coëgit; captisque ducibus, omnem Aequorum exercitum ſub iugum miſit. Prædam ſuis tantum militibus diſtribuit. Minucium Conſulem, quòd adeò ignauiter ſe obſideri paſſus eſſet, abdicare, & legati dumtaxat poteſtate exercitui præeſſe iuſſit; licet ab eodem, & exercitu liberato, corona obſidionali donatus aurea libræ pondo, & patronus ſalutatus eſſet. Auctores ſunt Liuius libro III. Dionyſius X. Eutropius, Florus, Auctor de viris illuſtribus. Val. Max. de diſciplina militari ſcribens libro II. cap. VII. & alij diuerſi. Præclara enim eſt hiſtoria, quam rurſum libro XI. ſimul cum Conſulibus pulchrè adducit Dionyſius in oratione L. Valerij Poplicolæ.

Dictator exercitum obſidione liberat, ſub iugum miſſis hoſtibus.

Minucius Conſul abdicare coactus eſt. Corona obſidionalis aurea.

Trib. plebis.

A. Virginius. /. f. //. nepos. IIII. M. Volſcius. /. f. /. nepos. IIII

Tribuni plebis ijdem, inuitis Conſulibus, ob legem Terentiam perferendam refecti quartùm, Liuio & Dionyſio auctoribus. Et vt legi Terentiæ Conſules; ita iudicio de M. Volſcio reo, tribuni obſtiterunt. Delectum contra Aequos more ſuo impedierunt, & forſan ad vltimum impedijſſent: ſed nouus ſubitò terror additus à Sabinis, infeſta populatione ad mœnia Vrbis vſque excurrentibus, plebem inuitis tribunis nomina dare coëgit. Atque ita duo magni exercitus conſcripti, vt refert idem Liuius.

//. //. //. f. /. n. //. .'. /. /. f. /. n. //.
//. //. //. f. //. n. /.

[C. Numitorius. /. f. //. nepos. IIII] L. Mæcilius. . f. //. nepos. V.
[L. Sicinius. L. f. L. n. Bellutus. IIII.]

Aediles

//. //. //. f. /. n. //. .'. //. /. f. . n. .
[C. Volſcius. //. f. /. nepos.] [P. Publilius. //. f. . n. Philo.]

Quæſtores

M. Valerius. M'. f. Voluſi. n. Maximus T. Quinctius. /. f. . n. Barb. Capitolinus

Hic ter Conſul fuerat, vt inquit Liuius. Et ideo maior in his quæſtoribus auctoritas erat, ad iudicium de Volſcio perſequendum. Sed obſtantibus pertinaciter tribunis, cum Virginius maximè de lege ageret, duûm menſium ſpacium Conſulibus datum eſt ad inſpiciendam legem Terentiam: vt cùm edocuiſſent populum, quid fraudis occultæ ferretur, ſinerent deinde ſuffragium inire. Hoc interuallum datum, rei Volſcij damnationem ſimul prolongauit, & res tranquillas in Vrbe fecit. Confectis demum bellis Dictator Cincinnatus confeſtim ſe magiſtratu abdicaſſet, ni comitia M. Volſcij falſi teſtis tenuiſſent; ea ne impedirent diutiùs tribuni, Dictatoris obſtitit metus. Volſcius damnatus Lanuuium exulatum abijt. Kæſo reuocatus, & in integrum reſtitutus eſt, vt auctor eſt Cicero in oratione pro domo ſua. Vide Liuium libro III. Sed nihil de Volſcij iudicio Dionyſius. T. Quinctij tamen quæſtoris meminit, cum ſcribens intellecta caſtrorum

Volſcius exilio mulctatur. K. Quinctius reuocatur.

ſtrorum obſidione, à Q. Fabio Præfecto Vrbis, cum ſelecto copiarum vrbanarum robore præmiſſum auxilio obſeſſis, iunctumque Dictatoris exercitui, mox ſubſequentis fuiſſe.

L. QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNATVS. ANN. CCXCV
DICT. DE. AEQVEIS. IDIBVS. SEPTEMBR.

Clariſſimus dictatoris Cincinnati triumphus.

Dictatori Cincinnato, ſubiugatis feliciter hoſtibus, Romæ adiudicatus à ſenatu, abſenti adhuc, cum quo veniebat agmine, triumphus. Ducti ante currum dux hoſtium Cloelius Gracchus, alijque principes Aequorum, militaria ſigna prælata, ſequebatur exercitus præda onuſtus. Epulas inſtructas fuiſſe, ſcribit Liuius, ante omnium domos; militeſque epulantes carmen triumphale cantando, & ſolemnes iocos iactando, commeſſantium modò currum ſequutos fuiſſe. Sed eius non meminit Dionyſius, Quinctium obiter dicens reuerſum clariore triumpho, quàm vllus ducum ad eum diem; & catenatum præ ſe egiſſe hoſtium ducem cum alijs captiuis illuſtribus. Oroſius item L. Quinctij expeditionem & triumphum breuiter, & doctè depingit libro II cap XII. Ab aratro (inquit) accerſitus ad " imperij faſces, ſumpto honore, inſtructoque exercitu mox victor effectus, iugum boum " equis impoſuit, victoriamque, quaſi ſtiuam tenens, ſubiugatos hoſtes præ ſe egit primus. " Poſt triumphum verò Quinctius ſexto decimo die dictaturam, quam in ſex nihilominus menſes acceperat, vltrò depoſuit; ac in prędium ſuum denuò ſe recepit, ad aratrum rediens triumphalis agricola: Repudiatis à populo Rom. oblatis ſibi agris, & ex præda mancipijs: non minùs animi moderatione, & frugalitate, quàm triumpho, & inſignibus rebus geſtis clarus. Vide Liuium, Dionyſium, Florũ, Eutropium, Auctorem de viris illuſtribus & alios.

Cincinnatus abdicata decimoſexto die dictatura ad aratrum triumphalis agricola rediit.

ANNI. P. R. C. CCXCVI.

Conſules.

C. HORATIVS. M. F. M. N. PVLVILLVS. | Q. Minucius. //. f. //. n. Augurinus.

IN Liuio & Caſſiodoro perperam M. Horatius appellatur; Dionyſius & Marianus rectè Caium vocant: quibus ſuffragantur Capitolina marmora. Error tamen is eſt in Mariano, quòd ob numerum, alicuius librarij inſcitia, fortaſſis adiectum videatur idem cum C. Horatio qui ante viginti annos Conſul cum T. Menenio fuit. Mendoſior eſt Diodorus Siculus, nam in fine XI. libri pro huius anni Conſulibus λεύκιος πόπλιος ποστύμιος καὶ Μάρκος ὠέγανος habentur.

Sabini & Aequi populantur. *Corbio diruta.* *Aequi victi.*

Sabini atque Aequi Romanum agrum latè vaſtârunt, ſeditionem domi agitantibus tribunis plebis, quæ tandem compoſita eſt, permittente ſenatu, vt plebeius ille magiſtratus augeretur. Inde delectu habito prouincias ſortiti ſunt Conſules; Sabinos Minucius, Aequos Horatius, & hoſtium agros viciſſim populatus eſt Romanus: Corbionem diruit, propter proditum Aequis præſidium. Aequi autem occurrere auſi in prœlio ſuccubuêre. Liuius libro III. & latiùs Dionyſius libro X.

Tribuni plebis

A. Virginius. //. f. //. nepos. v. | M. Volſcius. //. f. //. n. v. *Ex Dionyſij ſententia.*

Actiones Terentiæ legis reuocatæ.

Anni ſuperioris extremo, cùm L. Cincinnatus dictator poſt M. Volſcij (vt vult Liuius) damnationem abdicaſſet, ſublato dictatoriæ poteſtatis metu, tribuni plebis actionem legis Terentiæ reuocàrunt. Sed quia duo exercitus aberant, ne quid ferretur ad populum, patres obtinuerunt: plebes vicit, vt quinto eoſdem tribunos crearet. Qui hoc anno in ſummo terrore belli Sabini Aequicique, delectus impediendo extorſerunt a patribus; vt quoniam ipſi in lege quinquennium cluſi eſſent, parumque in paucis numero tribunis plebei præſidium foret, decem deinde tribuni crearentur. Expreſſit hoc neceſſitas patribus, factumque in hanc ſententiam S.C. licere plebem tribunos ſibi quotannis creare decem, modò ne quis reficeretur, qui proximo anno eundem magiſtratum geſſiſſet. Id S.C. promulgauit Virginius, factumque plebiſcitum, vt decem extempló tribuni plebis in annum ſequentem crearentur. Sic Dionyſius libro X. Liuius id modò Patres excepiſſe dicit, ne poſtea eoſdem tribunos iuberent.

Virginia lex de decem tribunis creandis.

// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .

[C. Numitorius. // . f. // . nepos. v] [L. Sicinius. // . f. // . n.
L. Mæcilius. // . f. // . nepos. vi. Bellutus. v.]

Aediles

// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .
Sex. Titius. // . f. // . nepos. ii. [C. Iunius. L. f. C. n.
Brutus. Bubulcus.]

Quæſtores.

// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .
M. Fabius. Q. f. M n. M. Geganius. M. f. // . n.
Vibulanus. Macerinus.

Horum alij magiſtratus poſtea ſequentur. M. Fabius ex clade Cremerenſi ſuperſtitis Q. Fabij filius fuit, M. Geganius patrem conſularem T. Geganium habuiſſe videtur.

ANNI. P. R. C. CCXCVII.

Conſules

M. VALERIVS. M'. F. VOLVSI. N. MAXVMVS. Sp. Virginius. A. f. A. n. Tricoſtus. Cælimontanus.

LIVIVS, Dionyſius, Cenſorinus, Caſſiodorus, & Marianus Scotus cognomina non addunt his Conſulibus; quæ tamen habentur in Græcis & Cuſpiniani tabulis. Item in Diodoro, qui Valerio Lactucæ cognomen tribuit; quod approbare videtur etiam Plinius, Lactucinos in Valeria familia appellari quoſdam non puduiſſe dicens, libro XIX. cap. IIII. Quare videndum an corrigi ne debeat hoc cognomen in Diodori exemplaribus, & (Lactucinus) ſcribi. *Valerij Maximi Lactucini dicti à Lactucarum cultu*

Annona Romæ laboratum eſt, ob aquarum intemperiem; alioquin domi foriſque ocium fuit, vt Liuius libro III.

Ludi ſæculares primum

// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . II. viris. S. F.

M. Geganio * T. F. T. n. * Macerino. C. Nautio. Sp. f. Sp. n. Rutilo.

Anno P. R. C. CCXCVII
Ex S. C. facti ſunt.

Ludos ſeculares primos his Conſulibus Romæ celebratos fuiſſe volunt XV. virum commentarij, & D. Auguſti edictum: modo quid certi ex Cenſorini libello de die natali colligere eſt, cap. XIIII. Ille enim locus, vbi ſæcularium tempora recenſet, non ſolum corruptus eſt, ſed etiam mutilus; vt lectorem, doctum licet, facile decipiat, cui hoc argumentum diligentius peruestigare operæpretium non eſt. Adfert autem de primis his ludis duas opiniones. Vnam Valerij Antiatis, & aliorum, qui paulo pòſt exactos Reges, à P. Valerio Poplicola factos fuiſſe, anno poſt Romam conditam CCL contendunt; alteram verò eorum, qui commentarios duumvirum ſequuntur, & anno Vrbis CCXCVII. hiſce Conſulibus celebratos fuiſſe adſerunt. Quod non animaduertens Cuſpinianus, Cenſorinum putat dicere, primos ludos à Poplicola, ſecundos verò his Conſulibus anno CCXCVII. eſſe factos. At verba Cenſorini ita ſupplenda & legenda videntur. Primos enim ludos ſæculares, exactis Regibus, poſt Romam conditam anno CCL. à Valerio Poplicola inſtitutos eſſe volunt non nulli; at II. virorum verò commentarij anno CCLXXXXVIII. M. Valerio, Sp. Virginio Conſulibus. Cenſorinum enim ita intelligendum eſſe video, ſi quid certi ex eo *De ludorũ ſæcularium tempore duplex opinio.* *Cẽſorini locus.*

M auctore

auctore velis dicere; non quòd temerè in alieno opere mutandum quid putem, ſed vt Cenſorini verba planè obſcura, mutila, & incorrecta ſtudioſis apertius exponantur. Quod ipſum faciam in ſecularibus, & alijs etiam ludis, quorum Cenſorinus meminit. Vt autem illud obſeruandum, in annis Vrbis conditæ, Varronis ſupputationem ſequi Cenſorinum, non ſecus ac Plinius & Cicero faciunt; & inde fieri, quod anno vno prægreditur tabulas Capitolinas. Hos autem ſæculares ludos intelligere puto Euſebium in Chronico, quum dicit, Olympiadis xxvi. anno quarto Romæ clarior agon centenarius est actus. „
Marianus Scotus, qui Chronologiam ſuam ex Euſebio concinnaſſe videtur, explicatius „
idem. Romæ ſcribens tum ludos ſæculares primum actos fuiſſe. Ambo tamen biennio tardius, quàm Capitolini faſti, aſſignant ſæculares: videlicet anno ccxcix. ſed numeros, quemadmodum in Cenſorino, corruptos exiſtimo. Nobis autem viſum fuit, in adſcribendis tabulæ noſtræ ſæcularibus, ex profeſſo Capitolinorum faſtorum auctores ſequi. Hi enim non ex Liuij, vel Valerij Antiatis, non ex Cn. Gellij, vel L. Piſonis ſententia ſæculares diſtribuiſſe videntur; ſed omnino ex ordinatione D. Auguſti, & ex commentarijs xv. virûm ſacris faciundis, qui his item ludis præeſſe ſolent. Sibullinorum etenim librorum ex auctoritate celebrabantur, quorum hi cuſtodes erant. Ex quibus libris deſcriptum extat oraculum apud Phlegontem Trallianum de mirabilibus & longæuis, & apud Zoſimum Comitem hiſtoriarum libro II. quod heroico carmine ludorum iſtorum tempus, ſacrificia, ritus, ac cæremonias ſingulatim explicat. De quorum quidem origine & antiquitate cùm ipſe Zoſimus, Varro, Valerius Maximus, & ex his alijsque diuerſis auctoribus omnia diligenter Onufrius Panuinius in commentariolum redegerit, quæ cognitione digna reperire potuit: ne hic longior ſim, ac actum agere videar, ad eum, te lector ſtudioſe, remitto.

Ludorum ſæcularium origo.

Tribuni. plebis. primùm. x. facti.

Anno xxxvi. à primis tribunis plebis, inquit Liuius, comitijs habitis in hunc annum ſequentem creati ſunt decem: bini ex ſingulis claſſibus. Et ita cautum eſt, vt poſtea crearentur.

L. Icilius. C. f. //. n. Ruga. Qui princeps eius collegij fuit, vir induſtrius, & eloquens. Primus auctor ſuis fuit conuocandi ſenatum, quod antea nunquam factum erat. In concionibus tantum regnabant tribuni: ſenatum vocare, aut ſententiam dicere, vel rogare eis non licuit, ſed Conſulum is honos fuit, vt auctor Dionyſius. Legem de Auentino monte plebi ad priuata ædificia diuidundo promulgauit hanc:

Trib. plebis ſenatum conuocare incipiunt.

Icilia lex.

„ *Priuati.homines.bono.iure.parta.poſſidento.*
„ *Per.vim.aut.fraudem.ædificijs.ex.publico.occupata.reſtituento.*
„ *Ex.arbitrorum.ſententia.precium.ædificationis.reddonto.*
„ *Quæ.publica.ſunt.ea.ſine.precio.plebi.diuidonto.*

Dionyſius libro x. legem comitijs centuriatis ex pontificum, & augurum auctoritate perlatam dicit, & extare in Auentino inciſam columnæ æreæ. Liuius quoque legem de Auentino publicando latam hoc anno ſcribit, quam poſtea Iciliam appellat.

L. Allienius. //. f. //. nepos. Refert poſtmodum Dionyſius proximo ante ædilitatem anno L. Allienium tribunum plebis fuiſſe. Ex quo item colligimus hoc anno cum L. Icilio creatum, & ſequenti cum alijs collegis refectum fuiſſe.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.

K. Duilius. //. f. //. nepos. Q. Pœtelius. //. f. //. n. Libo. Viſolus.

Quos plebeios x. viros Ap. Claudium ſibi poſtea collegas adſciuiſſe, ad conciliandam ſibi plebem refert Dionyſius libro x. Quare veriſimile eſt honoratos, atque de plebe benemeritos ipſum delumpſiſſe.

M. Oppius. //. f. //. nepos Sex. Manilius. //. f. //. nepos.

Ex viginti tribunis militum hi duo creati ſunt, poſtea principes ſeceſſione plebis contra decemviros, qui ſummæ rerum præeſſent, vt refert Liuius libro III. Itaque auctoritatem ſibi paraſſe videntur plebeis magiſtratibus ante deſeruitis.

C. Fulci-

C. Fulcinius. //. f. //. nepos. Sp. Antius. //. f. //. nepos.

L. Roſcius. //. f. //. nepos. Qui poſtea occiſi inter quatuor legatos à Larte Tolumnio Rege, bello Fidenati: ipſi,vt apparet, honoribus plebeis functi, quod etiam conſularem collegam habuerunt C.Iulium.

[P. Licinius. P. f. //. nepos.]

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

[M. Claudius. //. f. n. Cicero.] M'. Marcius. //. f. //. n. * Rutilus *

Primus poſt famem Marcius ædilis plebis, populo frumentum in modios aſſibus dedit, vt auctor Plinius libro XVIII. cap. III. Quod hoc ferè tempore factum videtur, quo graui laboratum annona eſt, vt hiſce Conſulibus contigit. vt Liuius lib. III.

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C. Iulius. C. f. C. n. Iulus. Agrip. Furius * Sp. f. * //. n. Fuſus.

C. Iulius hic ter poſtea Cos. frater patruelis C. Iulij X. viri videtur fuiſſe, qui C. F. L. N. in Capitolinis notatur. Furium verò Sp. Furij Fuſi bis Conſulis filium opinari poſſumus, donec quid certius inueniatur. Hic Cos. item fuit.

ANNI. P. R. C. CCXCVIII.

Conſules.

T. ROMILIVS. T. F. T. N. ROCVS. VATICANUS. C. Veturius. //. f. //. n. Cicurinus.

EX Dionyſij & Diodori Græcis exemplaribus conſtat, ex his alterum Romilium vocari, quibus etiam adſtipulantur Capitolina fragmenta, etiamſi in Liuij, & Caſſiodori codicibus Romulius legatur, quemadmodum & in Plinio libro VII. cap. XXVIII. Liuius, Dionyſius & Caſſiodorus cognomina Conſulum prætereunt. Diodorus libro XII. T. Romilium Vaticanum, C. Veturium Cicurinum nominat.

Anno ferè integro tumultuatum in Vrbe, ob legem agrariam, non tamen ceſſatum à bello, in gratiam Tuſculanorum; ob recens eorum meritum auxilij dati contra Herdonium, & exules Capitolium occupantes. Vltrò namque nomina dabant patricij, plebiſque maxima pars, & miſſi ambo Conſules contra Aequos, qui Tuſculanum latè depopulabantur; ſed aduentu Romani exercitus cùm diſcederent, ad Algidum tandem, maximo prœlio, à Romanis ſunt victi, caſtris, L. Sicinio Dentato duce, captis. Latiſſimè Dionyſius libro X. Liuius tertio. Meminit etiam Val. Max. libro V. cap. II. Verùm Tuſculanis ſubſidia miſſa biennio antè dicit, alios ſequutus Annales. *Aequicum bellum in gratiam Tuſculanorum.* *Aequi victi.*

Trib. plebis

L. Icilius * C. f. * //. n. Ruga. II. L. Allienus. //. f. //. nepos. II.

Sequens annus (ait Dionyſius) Conſules habuit T. Romilium, & C. Veturium; tribunos L. Icilium cum collegis refectum. Dionyſio adſtipulatur Liuius, ſed neutercauſam reddit, cur hæc contra S. C. & legem Virginiam paulo antè latam, quæ tribunos plebi continuare vetabat, auctore Dionyſio. Liuius illud à patribus tunc exceptum ſcribit, ne poſtea eoſdem tribunos viderent: quaſi diceret, ne Virginius cum ſuis reficeretur. Quapropter apparet, quod de alijs poſtea reficiendis nihil cautum fuerit.

Nam plurimos, & ſæpiùs refectos deinceps fuiſſe conſtabit ex ſequentibus. Et nos in ſupplendis tribunis idem imitamur, Plebeios enim æquè, ac patricios ante annales leges ad magiſtratus eoſdem ſæpiùs redijſſe, ex hiſtoria ipſa conſtat. Hi tribuni varijs ciuitatem motibus agitârunt, leges agrariam & de æquando iure magiſtratuum promulgantes. Agrariam ſuaſit L. Sicinius Dentatus, facinora, ac præmia ſua militaria recenſens. Sed patriciorum opera, per magnas contentiones impedita fuit. Ex his vt inſigniores multati à plebe Clœlij, Poſtumij & Sempronij, quòd tribunos inuitos coegiſſent contra legem ſacratam. Multam à populo redemptam, patriciorum omnis ordo damnatis reſtituit. Latè Dionyſius libro x. Attingit tantùm Liuius lib. III.

Multi ex patricijs à plebe multati.

//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.

Q. Pœtelius. //. f. //. n. Libo. II. — K. Duilius. //. f. //. nepos. II.
[P. Licinius. //. f. //. nepos. II.] — L. Roſcius. //. f. //. nepos. II.
Sp. Antius. //. f. //. nepos. II. — C. Fulcinius. //. f. //. nepos. II.
M. Oppius. //. f. //. nepos. II. — Sex. Manilius. //. f. //. nepos. II.

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.
[M. Silius. M. f. //. nepos.] — [C. Pompilius. //. f. //. nepos.]

Quæſtores

Prædam ac manubias ab Aequis captas, propter ærarij inopiam, Conſulum iuſſu, haſtæ ſubiecerunt, pecuniamque in ærarium redegerunt. Quod inuidiæ tamen ad exercitum fuit, eaque criminandi ad plebem Conſules materiam tribunis præbuit. Liuius lib. III.

Præda vendita, in ærariumq; redacta.

//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.
M. Genucius. L. f. L. n. Augurinus — A. Sempronius. A. f. //. n. Atratinus.

M. Genucius frater T. Augurini fuit Conſulis ac x. viri poſtea teſte Dionyſio: & Sempronius qui ex primis tribunis militum conſulari poteſtate fuit, patrem habuit A. Sempronium bis antea Conſulem.

ANNI. P. R. C. CCXCIX.

Conſules

Sp. TARPEIVS. M. F. M. N. MONTAN. CAPITOLINUS. — A. Aeternius: //. f. //. n. Fontinalis.

APVD Diodorum libro XII. mendosè leguntur Conſules, σπβελος ταρπήϊος, καὶ αὖλος ἀςέριος φοντήϊος. De Sp. Tarpeio nihil dubij eſt apud auctores, Liuium, Dionyſium, Plinium, Gellium libro II. cap. XI. Solinum, Marianum & Caſſiodorum. Huic tabulæ Græcæ Capitolini cognomen attribuunt fragmenta Romana Montani & Capitolini. At alterius Conſulis nomen corruptiſſimè variatur apud auctores iam dictos. Liuius A. Aeternium vocat, quemadmodum etiam Plinius libro VII. cap. XXVIII. Dionyſius verò A. Ternium, vel Termenium, & Solinus cap. VI. A. Thermum nominauêre. Quo Minuciorum cognomine reperitur etiam in nonnullis Plinij exemplaribus loco ſupra ſcripto. Mariano & Caſſiodoro Aternius eſt; vt & Gellio libri XI. principio, vbi legem ab ipſo ſancitam Aterniam appellat, aliquot tamen exemplaria Aretinam, vel Paterinam exprimunt mendosè. Sigonio quidem magis placuit Aterius, vt nomen magis notum, quam ſunt reliqua. Mihi tamen magis ſecurum videtur Liuij, Plinij, Caſſiodori exemplaria ſequi correctiora, in quibus Aeternius appellatur, donec alicubi quid certius depræhendatur.

Fontina-

Fontinalis cognomen non minùs aptè conuenit Aeternio; quàm Montanus & Capitolinus, Tarpeio..

Conſules legem de multis, vel æquando iure magiſtratuũ tulêre, V T I. *liceat. magiſtratibus. omnibus. ſua. poteſtatis. læſæ. reos. & . conuictos. multare*: quod prius lege Valeria ſolis Conſulibus permiſſum erat. Sed multæ grauiſſimæ modus præfinitus, duarum quippe ouium, ac triginta boum * in ſingulos. Cautumque vt bos centuſſi, ouis decuſſi æſtimaretur. Legem Tarpeiam in voce Peculatus appellat Sex. Pompeius, à nomine alterius Conſulis; ſicut ab alterius nomine Aeterniam Gellius, libro vndecimo velut antè dixi. Idem exprimit boum ouiumque precium Plutarchus in Poplicola, & M. Varro quæſtionum epiſtolicarum libro primo, maximam multam appellatam ab antiquis referẽs trium milium, & viginti aſſium: quia non licebat quondam pluribus triginta bobus, & duabus ouibus quenquam multare. Latam hoc anno diuque ſeruatam legem teſtatur Dionyſius. Ceterùm in multæ inſtitutæ modò (niſi error, vt exiſtimo, poſtmodum eius hiſtoriæ ſit inductus à ſciolis) prorſus contradicit Varroni, Feſto ac Gellio: duorum quippe boum fuiſſe tradit, & triginta ouium. Cur autem Varroni, Gellio & Feſto potiùs accedam, rationes faciunt, quas idem Gellius ex Timæo de rebus Italicis, & Varrone de rebus humanis adducit. Nimirum, quòd in Italia tunc boum copia, ouium penuria fuerit.

Tarpeia Aeternia lex de multis.
Multa grauiſſima.
*In Gellio * in ſingulos dies. an rectè, conſideres lector.*
Dionyſij locus.

Ab externis bellis quietus annus fuit; domi de legibus certatum cum tribunis, Qui lenius agere cum patribus cœperunt, poſtulàruntque, vt communiter legum latores & ex plebe, & ex patribus, qui vtriſque vtilia ferrent, quæque æquandæ libertatis eſſent, ſinerent creari. Rem non aſpernabantur patres. Itaque ex S. C. legati Athenas, in Græciam miſſi ſunt, qui Solonis ac Draconis leges inclytas populo Rom. deſcriberent. Fuerunt autem, Sp. Poſtumius, Ser. Sulpicius, A. Manlius, conſulares omnes. Vide Liuium lib. III. Dionyſium lib. x. fine. Meminit & Caſſiodorus.

Legati Athenas ad leges deſcribendas miſſi.

Trib. plebis.

L. Sicinius. //. f. //. n. Dentatus. Vir corporis, & animi fortitudine clariſſimus, de cuius virtute bellica, victorijs, & donis militaribus multa Varro de lingua, Dionyſius libro x. qui Siccium appellat: ſed an rectè, dubito: Frequens enim eſt in Romanis deſcribendis nominibus Græcorum amanuenſium lapſus. Plinius & Solinus locis proximè citatis. Gellius libro II. cap. XI. & Val. Max. libro III. cap. II. Is T. Romilium conſulatu abeuntem violatæ tribunitiæ poteſtatis accuſatum, & malè acti imperij militaris conuictum, populi ſuffragijs damnauit, multa x. milium æris irrogata, Dionyſius & Plinius lib. VII. cap. XXVIII. meminit, & Dionyſio de Romilij damnatione aſtipulatur. Locus tamen truncus & mutilus eſt, vt ipſa ſatis indicat hiſtoria. Quem videas lector, an corrigi vel ſuppleri rectè poſſit. Plinij verba ſunt hæc. Præterea (quod optimum in operibus eius reor) vno ex ducibus T. Romilio ex conſulatu ad populum conuicto malè acti imperij rei militaris *. Reliqua, quæ ſententiam explerent, deſiderantur. Quæ ex Dionyſij Halicarnaſſæi libro x. ſic reſtitui fortaſſe poſſent. * capite litem trib. plebis non æſtimauit. Cuius ſeruati ciuis non diu poſt in ſententiam S. C. factum eſt de petendis ex Græcia duodecim tabularum legibus, quo patribus plebs eſt reconciliata. Simile quid ibidem in Plinio deſiderari nil dubitandum eſt, ideoque locus, vt hiulcus & mutilus, aſteriſco ſignandus erit.

T. Romilius violatæ trib. poteſtatis reus.
C. Plinij locus.

C. Claudius. //. f. //. n. Cicero. Liuius nihil dicit de tribunatu L. Sicinij Dentati, alios procul dubio quàm Dionyſius ſequutus Annales. T. Romilium verò Conſulem à C. Claudio Cicerone tribuno plebis decem milibus æris multatum refert non à L. Dentato.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.

Sp. Oppius. //. f. //. n. Cornicen. Qui poſtea x vir plebeius.
Sex. Titius. //. f. //. nepos. II. M'. Marcius. //. f. //. n. * Rutilus *
[L. Albinius. L. f. //. nepos.] [M. Claudius. //. f. //. n. Cicero.]
[M. Titinius. M. f. //. nepos.] [M. Tarquitius. M. f. //. n. Laurentinus]
L. Mamilius. //. f. //. n. Vitulus. Tuſculanorum dux, & princeps anno CCXCV.

 ciuitate

ciuitate donatus fuerat, ob merita ac fidem erga Romanos, teſte Liuio, à quo Mamiliorum familia conſularis defluxiſſe videtur. Sed perperam in Liuio Manilius legitur.

Aediles.

L. Allienius. //. f. //. nepos. Proximo anno, vt ait Dionyſius, tribunus plebis fuerat Allienius: qui ædilis nunc, C. Veturium conſulatu abeuntem violatæ tribunitiæ poteſtatis reum egit, & XV. millibus æris, populi iudicio damnatum, multauit. Liuius & Dionyſius.

C. Veturius læſæ tribunitiæ poteſtatis reus.

//. //. //. f. //. n. //.
A. Virginius. //. f. //. nepos.

Quæſtores.

Legatis conſularibus in Græciam profecturis triremes ex ærario adornârunt pro maieſtate imperij Romani, Dionyſius.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
L. Valerius. P. f. P. n. Poplicola. Potitus. — C. Curtius. //. f. //. n. Philo.

Valerius Cos. poſtea rempublicam à decemvirorum tyrannide liberauit, primi Poplicolæ nepos, vt dicemus. C. Curtij conſulatus item ſequetur.

ANNI. P. R. C. CCC.

Conſules.

SEX. QVINCTILIVS. SEX. F. P. Nepos. In magiſtratu mortuus eſt. — P. Horatius * P. f. P. n. Tergeminus.

LIVIVS & Caſſiodorus collegam Quinctilij P. Curiatium nominant; ſed Dionyſius & Marianus Scotus Horatium. Quos idcirco ſequuti ſumus, quòd ex Curiatiorum familia raros, imò nullos habeamus eius temporis Conſules. In tabulis autem Græcis ſolùs Sex. Quinctilius malè pro duobus Conſulibus ſeruit, hoc modo: φίςῳ κὴ κωντίλλου. Sic etiam apud Diodorum, vbi & Horatij cognomen Tergeminus perperam illi adijcitur. Habetur enim, ῥωμαῖοι μὲν κατέςησαν ὑπάτους σέξτον κοίντον τεργέμινον.

Fame atque peſtilentia fœda magis, quàm prius vnquam, Vrbs hoc anno exhauſta eſt: & inter alios magni nominis mortuus eſt Conſul Quinctilius. Collegam illi ſurrogatum fuiſſe, non dicit Liuius, neque indicat Capitolinum fragmentum; licet aliter Dionyſius, qui Sp. Furium Fuſum refert illi ſuffectum, & in magiſtratu etiam peſte abſumptum fuiſſe. Cladis item illius meminêre præter Liuium & Dionyſium, D. Auguſtinus de ciuitate Dei libro III. cap. XVII. Oroſius libro II. capite XII.

Fames & peſtis Romæ graſſantur.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. In poteſtate mortuus eſt. — //. //. //. f. //. n. //. In poteſtate mort. eſt.
//. //. //. f. //. n. //. In poteſtate mort. eſt. — //. //. //. f. //. n. //. In poteſt. mort. eſt.

Auctor eſt Dionyſius, quatuor tribunos plebis peſte tunc mortuos eſſe, cui adſtipulatur & Liuius libro III. in correctioribus exemplaribus.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
[L. Apronius. //. f. //. nepos.] — [C. Mænius. C. f. //. nepos.]
[C. Memmius. //. f. //. nepos.] — [P. Furius. //. f. //. nepos.]
[C. Mælius. C. f. //. nepos.] — [Q. Romulcius. //. f. //. nepos.]
[M. Silius.

[M. Silius. M. f. //. nepos.] [M. Terentius. //. f. //. n. Arſa.]
[L. Volumnius. //. f. //. n. Flamma.] N. Otatilius. //. f. //. nepos

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
L. Icilius. * C. f. * //. n. Ruga. Q. Pœtelius. //. f. //. n. Libo Viſolus.

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
L. Atilius. //. f. //. n. Longus. L. Papirius. //. f. //. n. Mugillanus

Atilius vnus ex primis tribunis militum conſulari poteſtate ſequetur, quem ſolum patricium cognomine Longum in iſta gente reperio. Mugillanum verò, quem principem familiæ ſuæ Cicero ad Pætum ſcribens nominat, familiarium epiſt. lib. IX. bis Conſulem & cenſorem ex primis vnum habebimus.

ANNI. P. R. C. · CCCI.

Conſules.

P. SESTIVS. Q. F. VIBI. N. CAPITOLINUS. T. Menenius. T. f. Agrip. n. Lanatus.

IN LIVII vetuſtioribus quibuſdam exemplaribus (vt rectè animaduertit Cuſpinianus) hi Conſules omnino deſiderantur. Legitur enim, vbi ait de peſte ſuperioris anni, „Multiplici clade fœdatus annus, ab hoſte ocium fuit, domi motus orti. Quo loco hæc ita „(vt correctiores docuêre libri) ſunt reſtituēda. Ab hoſte ocium fuit. Inde Conſules T. Me„nenius, P. Seſtius Capitolinus, neque eo anno quicquam belli externi fuit, domi motus orti. Nomina tamen Conſulum paſſim quiſque ex ingenio ſuo corrupit. Apud Liuium enim & Caſſiodorum prior Conſulum P. Sextius, alicubi Sextilius appellatur: quem Dionyſius & Diodorus rectè πόπλιον σήστιον dixêre. His etiam accedunt Capitolini faſti. Cognomen Vaticani perperam ex tabulis ſuis adiunxit Caſpinianus. Capitolinum appellari, teſtantur fragmenta, vt vides, antiqua, & tabulæ Græcæ: quæ Capitolinum, & Lanatum Conſules produnt. Item cum Diodoro & Liuio Sex. Pompeius in vocabulo peculatus: vbi de multa grauiſſima & lege Tarpeia agit, ſic dicens: Ea lege ſanxerunt T. Menenius „Lanatus, & Seſtius Capitolinus. Verùm is locus mendoſiſſimus eſt; licet alij legant, cam „legem ſanxerunt. Quod falſum eſſe, & legem biennio ante latam, ex ſuperioribus conſtat. Menenij Conſulis prænomen variàrunt admodum librarij. Liuio Caius eſt, Dionyſio Lucius, Diodoro autem & Sex. Pompeio Titus: quod placet, vt ſit eius filius qui Conſul fuit anno CCLXXVI.

Liuius Mancus. *Sex. Pompei Feſti locus.*

Supplicationes & ludi, peſte iam ceſſante, ſunt facti, & annonæ penuria, comportato vndique frumento leuata eſt. Legati item cum legibus Atticis ex Græcia Romam reuerſi ſunt. Vide Liuium lib. III. Dionyſium lib. X. *Supplicationes & ludi.*

Trib. plebis

Conſules ac ſenatum ſollicitarunt, vti ex S.C. legiſlatores crearentur, legumque ſcribendarum initium fieret Liuius & Dionyſius.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Sex. Titius. //. f. //. nepos. III. M. Oppius. //. f. //. nepos. III.
C. Fulcinius. //. f. //. nepos. III. [M. Iuuentius. //. f. //. nepos.]
[L. Fulcinius. //. f. //. nepos.] [C. Pompilius. //. f. //. nepos.]
[P. Tarquitius. P. f. //. n. Laurentinus.] [C. Sextius. //. f. //. nepos.]
[T. Genucius. T. f. //. n. Auentinenſis.] [C. Rabuleius. C. f. //. nepos.]

Aediles

Aediles

. . . f. . n. . . . . . f. . n. .

K. Duilius. . . f. . . nepos. Sp. Oppius. . . f. . . n.Cornicen.

Quæſtores

. . . . . f. . n. . . . . . . f. . n. .

L. Sempronius. A. f. . . n. Atratinus. M'. Rabuleius. . f. . . nepos.

Sempronij pater bis Cos.fuerat,hic ipſe Cos.& cenſor ſequetur,& M'.Rabuleius x.vir, quem Dionyſius patricium fuiſſe teſtatur.

ANNI. P. R. C. CCCII.

Conſules

AP. CLAVDIVS. AP. F. M. N. CRASSINVS. T.Genucius. L. f. L. n. Augurinus.

ABDICARVNT. VT. Deſignarentur ex patrum ordine.

DECEMVIRI. CONSVLARI. poteſtate. legum. ferendarum cauſſa

CRASSINVS, Ap.Claudij cognomen non apud auctores, ſed in fragmento Capitolino reperimus. A Diodoro enim & Suetonio in vita Tiberij Cæſ. Regillanus auito cognomine appellatur. Auum autem habuiſſe M. Claudium hoc loco apud Plinium monſtrat fragmentum Capitolinum. Et cùm ex Liuio conſtet C.Claudium,qui Conſul fuerat anno CCXCII. patruum fuiſſe huius Ap.Craſſini,quem ipſum Dionyſius filium monſtrat Claudij Sabini Conſulis anno CCLVIII. cum P.Seruilio Priſco: neceſſarium nobis fuit, qui auctoritati Capitolinorum faſtorum nihil derogatum cupimus, Claudio illi Sabino huius auo Marci prænomen,non Appij tribuere. Quamuis Liuius, Dionyſius alijque omnes Ap. Claudium vocent, veluti ſupra etiam admonuimus. Cæterùm quod ad hunc Ap.Craſſinum attinet malè Publij prænomen illi tribuitur apud Ciceronem de finibus libro II. Item apud Diodorum,vbi alter etiam Conſul incorrectè, Τιτος Μινύκιος vocatur. Rectius vtrumque prodit Zonaras.

Senatus conſultum anno ſuperiore ex Ap. Claudij Cos deſignati ſententia factum erat,vt legum ferendarum cauſſa crearentur ex patrum ordine decemviri conſulari poteſtate,atque etiam ampliori, ne videlicet ab his eſſet prouocatio,& omnes alij eo anno magiſtratus ceſſarent. Ne vero admiſcerentur plebei, controuerſia aliquandiu fuit a tribunis agitata. Poſtremò conceſſum patribus eſt,modò ne lex Icilia de Auentino,aliæque ſacratæ leges abrogarentur. Quo S.C. a plebe comprobato Conſules,præſente populo, magiſtratum abdicarunt, & in eorum locum creati ſunt in hunc annum decemviri. Vide Liuium lib.III.& Dionyſium lib.x.

Decemviri cōſulari poteſtate,& ſine prouocatione.

AVCTORVM LOCA EMENDATA, VEL EXPLICATA

ANNALIVM POPVLI ROM. LIBRO SECVNDO.

C.Plinij maioris,pag.69.125.134.135. Auctoris de viris illuſtribus,pag.69.75.78.12. T.Liuij,pag.66.69 74 80.84.89.98.104.116.117. 118. 121 & inde. Caſſiodori 75.84. 116.118.119.126.128.& poſtea. Mariani Scoti.75 13 .132 134 Valerij Max.75 121 128. M.Ciceronis.79.138. Valerij de prænominibus.79. Dionyſij Halicarnaſſei.80.85 89. 120.129.134.& inde. Io.Zonaræ.84.106 Plutarchi.86. Aſconij Padiani.88.90. Pauli Oroſij.89.96.123. Diodori Siculi.101.102.103 105 110.112.117.121.12 .12 .126.& ſequentibus. Macrobij.9 .115 In tabulis Græcis Siculis.79.1 7.128.136. A. Gellij.11 . 134 Eutropij.12 . L.Iulij Flori.128 Henrici Glareani.128. Cenſorini 131. Feſti Pompeij. 132 C. Iulij Solini. 4. Sex.Pompeij Feſti.83.110.137. Io. Cuſpiniani tabula Cos. antiquis.137.

FINIS LIBRI SECVNDI.

AEQVIPETA.

LIBER III. ANNAL. POP. ROM.

PER STEPHANVM VINANDVM PIGHIVM, CAMPENSEM.

PRAEFATIO IN LIBRVM III.

AD

ILLVSTREM AC REVERENDVM VIRVM D. BENEDICTVM ARIAM MONTANVM, REGIAE M^tis SACELLANVM, ET CONGREGATIONIS EQVITVM D. IACOBI IN VRBE HISPALENSI PRÆFECTVM.

IOANNES MORETVS architypographus Belgij noſtri nuper ad me ſcribens, memoriam mihi valde iucundam, & grande deſiderium excitauit tui: ſimulque diuturnum mœrorem olim falſis de tua morte ſparſis rumoribus conceptum deterſit. Cùm etenim iam magiſtratuum atque prouinciarum populi Romani meos Annales typis ſubmittere vellet; mihi porrò curæ cœpit eſſe, vt hiſce pignoribus meis inſigneis aliquot patronos cõciliem, quorum auctoritate non ſolùm tuti eſſent à maleuolorum inuidia atque iniurijs; verùm etiam quorum virtutibus ornatiores prodire poſſent in publicum. Hac igitur occaſione primùm te nobis adhuc ſuperſtitem eſſe, per Moretum certior ſum factus: cùm à me rogatus quoſdã mihi ſuggereret Mæcenates, quibus meos hoſce partus commendarem. Et inter præcipuos tuum nomen perlegens, ſtupore nouitatis depulſo, mox gaudium ac veneratio mentem occupant: cum cogitarem in Hiſpanijs mihi nunc quaſi renatum optimum patronum pro Antonio Perrenoto Cardinale Granuellano, vel Antonio Auguſtino, qui ambo mea amplecti ſtudia, magnoque fauore proſequi ſolebant. Tum obuerſari confeſtim animo cœpit tuarum virtutum memoria, quas olim bona fortè fortuna mea in Belgio coram ſum expertus, cùm à Sereniſſimo Potentiſſimoq. Rege Hiſpaniarum Philippo conſtituendæ reip. eccleſiaſticæ in ſuis iſtis prouincijs ad normam canonum Tridentini concilij cauſſa miſſus, Bruxellæ in ædibus Granuellani Cardinalis ſæpe verſareris, & me ibi pro tua maxima humanitate propter ingenua ſtudia ſponte tua peramanter complexum ad amicitiæ, familiaritatiſque conſuetudinem inuitaueris. Meminiſſe iuuat ſemper, quàm amicè, quamq; familiariter mecum in bibliotheca ſolitus ſis agere: quantopere nos doctiſſimis humaniſſimiſque tuis oblectare ſoleas alloquijs; cùm honoris & officij cauſſa comitatus Andrea Maſio, vel Læuino Torrentio viris doctiſſimis aliquando te viſerem in hoſpitio. Nec ſolùm Bruxellæ nobis hic tuus fauor contigit, verùm etiam Antvverpiæ cum Ioanne Goropio Becano, & alijs tuarum virtutum cultoribus: quo

Exordium à narratione quæ cauſam diuturni ſilentij ſui reddit.

Mæcenates doctorum hominum duo magni.

Renouat memoriam contractæ in Belgio familiaritatis cum Aria Montano.

Andreas Maſius.

Læuinus Torrentius.

Ioannes Goropius Becanus.

Biblia quinque linguarum Complutenſia Antuerpiæ recuſa.

tempore regijs auſpicijs atque impenſis vtriuſque teſtamenti ſacræ quinque linguarum πανδέκται, te curante typis auguſtioribus diuini cultus atque ſanctarum diſciplinarum in vſum per Chriſtophorum Plantinum imprimi debebant. O pulchrum opus, ac immortale! in quo, quanto cum fœnore tibi credita talenta quinque in tui domini lucrum expenderis, æſtimare nobis difficile eſt. Me quidem tunc mea fortuna, ſic Deo volente, traxit è Belgio in

Pighij peregrinatio cum Carulo Cliuenſium Principe.

Pannones cum Carulo Guilielmi Iuliæ, Cliuiæ, Montiumq. Ducis maiore filio ad aulam Cæſaris Maximiliani II: & eodem demum poſt triennium in comitatu Cæſaris tranſactum ex humanis in Italica peregrinatione ſublato, me temporum, rerumque mearum ſtatus afflictiſſimus hîc ad Rheni ripam inter

Pighij ſedes ac domicilium Vbiis.

Veterum, Traianæque coloniæ rudera Sanctis ſedem figere compulit, dum in patria bellorum ciuilium incendijs vbique gentium omnia flagrant. Spes quidem erat Muſis meis hîc pacis tranquillum aliquod domicilium fore; ſed tertiò poſt aduentum meum anno ciuilis mali fatale incẽdium iſtud è vicinia ſerpens in Vbios & Tentheros ſuis me flammis circumvolutum hactenus te-

Quid abſens audierit de Aria Montano Pighius.

net, ſtudijſque vix ocij laxamentum vllum permittit. Tua interim te celſa VIRTVS, dum abſum, per operoſa ſua penetralia ductum varijs honorum infulis ſacris Regia liberalitate decorauit; vt mihi in aula Cæſaris manenti literis amicorum tunc nunciatum fuit. Idem & à Plantino, Torrentioque poſtea; te ſcilicet, reuocatum è Belgio in Hiſpaniam abijſſe, & apud potentiſſimum Regem in ſumma gratia ac auctoritate haberi, atque inter illuſtres D. Iacobi equites primum in conuentu Hiſpalenſi locum obtinere. & porrò ad ampliores dignitatum gradus peruenire tuo facilè merito potuiſſe, ni pro inſigni tua & laudata omnibus modeſtia, honores vltrò ſæpe oblatos reſpuiſſes. Quod quidem ſæpiùs poſtmodum intelligere periucundum mihi ſemper fuit,

Falſus rumor de morte Montani.

donec rumor de tua morte aliquandiu conſtans Colonia Agrippina primùm allatus ante triennium nos quaſi Lethæi fluminis vndis madidos ac mœſtos grauiter affligeret. Quem ſanè dolorem ex tam falſo rumore conceptum Plantini gener Moretus omnino ſuſtulit, æſtate præterlapſa ſuis literis certiorem me reddens, te viuere ac valere, tuaque in Eſaiam noua commentaria ſe iam ſub prelo habere; perſuadens etiam facilè, patrocinium mei te haud illubenter pro ſummo tuo in ſtudioſos amore ſuſcepturum Malè tamen interim me vehementer habet, quòd non potuerim inter ceteros tuarum virtutum cultores iam olim felicem in Hiſpaniam reditum literarijs officijs gratulari; atque omne quod bonum fauſtumque tibi atque reipublicæ Chriſtianæ (cuius maxi-

Ad veri honoris templum ſola virtute duce peruenitur.

mè ob cauſſam VIRTVS ipſa tecum ad ſibi proximum & contiguum HONORIS ſublime templum ſcandere voluit) votis verbiſque precari. Sed ferreum iſtud vicinis in prouincijs ſæculum in culpa eſt, quòd non potuerim hactenus officioſi clientis debitum ſoluere. Etenim amicitiæ veteris beatiſſimo fructu iam diu priuor, & ab humanitate quaſi diuulſus proximis annis hîc maneo ſeptus circumcirca perpetuis latrociniorum periculis, vt pedem portis efferre ſine metu nequeam. Nam extra muros in finibus noſtris vbique gentium ferè nil aliud oculis obuium, quàm crebra ſolitudo, nil aliud auribus, quàm triſte ſi-

Martis equi timor & terror.

lentium; & ad omnem ſtrepitum Martis equi Homerici δεῖμος καὶ φόβος occurrunt, quocumque nos vertimus. Periclitor ſæpe tabellas, vt ab amicis procul abſentibus quid boni intelligam, ſolatiúve quid accipiam, ſed albo coruo rariores redeunt. Quid igitur mirum? ſi de tuis honoribus, feliciq́ue ſtatu quàm tardiſſimè ſim factus certior? Sed quorſum hæc? inquis. Quaſi iamdudum effluxerit tibi, quàm apud me frigere ſoleant aulicæ cæremoniæ. Rectè

Solida virtus fulturis non indiget.

ſanè. Nam memini tuæ humanitatis ſolidam virtutem altiùs egiſſe radices, certiuſque fundatam eſſe; quàm vt ſimilium tibicinum fulturis indigeat. Perſuaſum

ſuaſum etiam mihi eſt, animi tui tot heroïcarum virtutum diſciplinis inſigniter exculti magnitudinem prudenter temporum rerumque vices expendere, & moderari; nec adijcialibus illis cæremoniarum pompis commotam præuaricari vnquam, & propter has eum amicitia ſancta diuortium facere velle.

Adijciales pompæ.

Nihilo tamen minùs, cùm videam multos eruditione præclaros viros eam voluptatem, quam in iſtis tuis virtutibus percipiunt incredibilem, publicè teſtari ſcriptis ſuis non dubitent: nec mihi, qui per annos iam multos in tua ſum clientela, committendum putaui, vt ego vnus tanquam ſtupidus tacerem ſemper, nec animi mei in te veterem obſeruãtiam qualicunq. literario munuſculo proferrem in publicum. Laborioſos igitur meos illos Annales multis annorum interuallis, identidem, ſic volente fortuna mea, latitantes, cùm ex Italia reuerſus protrahere ex tenebris incepiſſem; mox R^mi atque Ill^mi patroni mei Granuellani Cardinalis Antonij Perrenoti, (cuius imperio atque auſpicio Labyrinthum hunc ingredi iam olim ante ſeptem luſtra ſum auſus) hortatu; nec non multorum doctorum hominum (qui quantum temporis atque ſudoris in his impenderim norunt) flagitatione motus, eos ſum exorſus ita polire, ac in ordinem redigere; vt blattis, & tineis pabulum, me deficiente, non remaneant; ſed gradatim prodire, lucem aëremque ferre pedetentim palpitando diſcant.

Labyrinthus Annalium.

Quare dum excutio ſingulos Annalium libros, & perſcrutor ſeriò, quidnam ex his tuo fortaſſe placiturum palato, tuæque dignitati non prorſus incongruum ſeligere, & in obſeruantiæ meæ pignus præſentare poſſem: confeſtim proſilit in medium geſtiens meus Aequipeta liber tertius, & vt ad æqui boniique conſultiſſimum te virum mitteretur, multis precibus rogat.

Dialogiſmo cõcludit epiſtolam.

Riſi ludibrium iſtud. Non potui tamen non probare promptam eius voluntatem, quòd ſponte nexu mancipioque tuus eſſe cupiat. Conuerſus igitur. An, inquam, penſi minus habes, quòd profanus adire ſacros adytus; quòd rudis, incomptus, immo lacer, ac pannoſus in conſpectum ingenij politiſſimi prodire debeas? anne cenſorias eruditiſſimi domini metues quandoque virgas? Nequaquam, ait. Humanitatem enim illius tot egregijs partam diſciplinis facilè mihi conciliabit lubens obſequium. Sed bona verba, quæſo. Non adeò ſemper ſerui nefaſta conditio eſt, vt ab omnibus ſacris arceatur vſque. Quin & aliquando feſtus ac feriatus ipſe, cùm Saturno ſoluuntur compedes, tãquam herus ac paterfamilias colitur à Verna domino ſuo: quem ſibi obnoxium (tunc Crœſo, Craſſóve ditior) Xenijs ſuis facit.

Saturnalibus ſerui dominabantur olim.

Nec offendent meum, quæ mecum adferam munuſcula Saturnalitia: non porrum, non piper, non fabas aut betas: ſed ſtudioſiſſimo diuini humaniique iuris vindici dabo ex antiqui iuris ſcripti reliquijs XII. tabularum, quæ colligere potui, fragmina. Rogas, aliáne reſtent iocularia, queis domini frontem ſoluere, tędiaque pectoris nonnunquam potero? Reliquis ſigillariorum diebus, alijsque genialibus non teſſeras, non talos aut nuces dabo: ſed, quibus delectari ſoler, artis priſcæ ſigilla, gemmas, nummos ac lemmata heroum immortalia facta, victorias atque triumphos referentia. Hæc renouare iucundam doctis, & politis ingenijs virtutum cogitationem quandocunque poterunt.

Renouant virtutum cogitationem verum eximiè geſtarum imagines.

Si pulchrum eſt atrijs pictos oſtendere vultus,
Vel Curios iam dimidios, naſumque minorem
Coruini, & Galbam auriculis, mentoque carentem:

quemadmodum verè non minùs, quàm falsè Satyricus poëta cecinit: quanto pulchriùs, ſemideos illos proceres præclaris rebus geſtis, atque virtutibus memoriæ chartis imprimere, & animi oculis delineatos ſubijcere? Quales ego Brutos, Valerios, Horatios, Quinctios, Coſſos, Camillos alioſque non paucos ſuggeram. En, vides vir doctiſſime atque illuſtris, quomodo nugigerulum

meum Aequipetam abiturientem retinere non potuerim: quem à me venientem pro tua ſolita humanitate vt comiter excipias, maiorem in modum precor. Et illi ſi aurem, cùm ridere voles, atque à publicis curis, vel à tuis ſanctioribus ſtudijs tantulum dabitur, præbere non pigebit, voluptatíſve quid adferre poterit, mihi quidem inter omnia perquàm gratiſſimum erit. Quamuis denique non ignorem, quòd incognitum, nouúmve nil ſit allaturus: Volupe tamen mihi, lætaborque ſæpiùs, ipſum mei perpetui amoris qualecunque μνημόσυνον apud te manere. Benè feliciterque diu vale virtutum optime patrone, & me inter tuos habe. Sanctis è Traiana. Poſtridie Kal. Ianuarias. Anno Sal. noſtræ CIƆ. IƆ. XCVIII.

CHARACTER AEQVIPETAE, LIB. III.



AEQVA. PETIT. SONIPES. POPVLVS. QVI. COMPARE. CVRSV. GAVDET. ET. AD. IVSTAS. LEGVM. SE. FLECTERE. METAS.

ARGVMENTVM. LIBRI. III.

Duoderim legum tabula.

AEQVIPETA. *Liber tertius annorũ* LXXV. *pop. Romani, iuris æquitatem in vna eademq́; ciuitate flagitantis continet hiſtoriam, ſuccinctè, dilucideque principio narrans, vt, allatis per legatos Atticis legibus, ad componendas proponendasq́; eas* X. *viri ſine prouocatione, ceſſantibus alijs magiſtratibus, creati ſi:t. Hinc* XII. *tabularum leges, ex cõplurium veterum auctorum monumentis collectas, tripartito ordine proponit. Decemuiri autem cùm modeſtè ſe,* X. *tabulis legum vno anno propoſitis, in honore geſſiſſent, duasq́; adhuc tab. deeſſe perfectioni iuris Romani populo perſuaſiſſent, altero quoque anno eundem eſſe magiſtratum placuit. At verò vbi poſt complura impotenter facta, vt tyranni a, magiſtratum in annum quoq; tertium continuare volunt, eorum imperio finem attulit nefanda libido. Ap. enim Claudius in ingenuam cùm exarſiſſet virginem, eius patrem Virginium eò neceſſitatis adduxit, vt lanei cultro filiam interimere coactus ſit, ne in ſeruitutem ſtuprũ illaturi veniret. In caſtris etiam L. Sicinius vir fortiſſimus, quòd verba*

pro

Seceſſio plebis ſecunda.

pro libertate feciſſet, fœdè trucidatur. Ob hæc tanta facinora plebs per ſeceſſionem Auentinum occupans X. viros abdicare coëgit.

COSS. denuo creati.

Tum COSS. *denuo, ac tribuni plebis ædiles, ac quæſtores creati fuere, & leges pro populi libertate plures latæ ſunt.*

Leges pro libertate.

Conſules admodum populares proſpere cùm contra Volſcos, Æquos & Sabinos pugnaſſent, primi iniuſſu patribus iuſſu populi triumpharunt. Quæſtores hactenus à COSS. *fieri ſoliti, nunc populi ſuffragijs creantur.*

T. Quinctius.

Multiplices ciuiles diſſentiones ſua oratione T. Quinctius ſuſtulit. Lex de connubio patrum, ac plebis inuito Senatu perlata eſt: nec non de plebeijs conſulatu communicando agi cœpit, quæ tamen actio cùm plebi tribunos mil. creare ex S. C. permitteretur, faciliter diſcuſſa eſt.

Cenſorum nouus magiſtratus.

Nouus etiam cenſorum magiſtratus ciuitati adiectus eſt. Itaque cenſura deſcribitur, eiusq́. poteſtatis laus, iura, priuilegia, ornamēta, inſignia, vſus, abuſus, augmentum, decrementumque, & quicquid denique cõmodè de ea dici potuit, adiūgitur.

Tyrannidis oppreſſio.

Maxima fame preſſo populo Rom. Sp. Melius, frumentum largiendo ſibi plebem cõcilians, regnum affectauit; ſed L. Quinctij dictatoris iuſſu, à C. Seruilio mag. eQ. occiditur. Cenſuræ tempus contrahitur. A. Cornelius Coſſus COS. *ſecunda opima ſpolia retulit. Fidenæ captæ ſunt.*

Quæſtores primum quatuor.

Quæſtorum duplicatur numerus. Seruorum de incendenda Vrbe coniuratio detegitur. P. Poſtumius cùm Volas oppugnaret, militibus prædã promiſit: ſed vbi capto oppido fidem mutauit, exercitu lapidibus obruitur. Vehementi peſte grauiq́; annona Romæ laboratum. E plebe primùm Quæſtores creantur.

Veiens bellum.

Veientibus bellum indicitur: in quorum obſidione exercitu ſub pellibus hybernare coacto trib. pl. ſeditiones excitant. Quibus diſcuſſis Ap. Claudius eleganti oratione omnẽ multitudinẽ in ſuas partes traxit. Stipendium ex ærario militibus decretum: equitesq́. ſuis equis merere cœperũt. A cenſoribus ad matrimonia coacto populo, cœlibes æra in ærarium deferre iuſſi. Ad tribunatum militũ primùm plebei admittuntur. Peſtis auertendæ cauſſa primùm lectiſternium à II viris ſacrarum indicitur. Ob Albani lacus inundationem Oraculum Delphicum conſuluerunt per legatos Romani, cui crateram auream donum miſerunt.

M. Camillus.

M. item Camillus victis Veijs prædæ decimam partem Apollini Delphico votam miſit. Idem trib. mil. Faliſcos obſidens proditos ſibi hoſtium filios parentibus remiſit, inſigni iuſtitiæ exemplo in pædagogum proditorem edito; ſtatimque deditione facta, iuſtitiam conſequuta victoria eſt.

Ludi Magni.

Eiuſdem ex voto Magni Ludi fiunt. Cùm alter Cenſorum deceſſiſſet, alius in eius locum ſufficitur: quod poſtea nefas habitum ob Vrbem eo luſtro à Gallis captam.

M. Camillus in exilium pulſus.

M. Camillus, cùm ei dies à trib. pl. dicta eſſet, ſponte exulatum abijt: abſens ab irata plebe multatur.

Roma capta ab eodem liberatur.

Qui poſtea, cæſis ad Alliam à Gallorum exercitu Romanis, ac deinde, præter Capitolium, Vrbe capta, direpta & incenſa, abſens Dictator II. dictus; ſeptimo quo obſideretur Capitolium menſe, coactis ob famem cum hoſte paciſci obſeſſis, inter ipſas pactiones ſuperueniens, pulſos Vrbe Gallos in fuga proſtrauit, ne cladis quidem relicto nuncio. Trib. plebis Veios propter incenſam & dirutam Vrbem commigrandum promulgabant; verùm id conſilij auctore Camillo diſcuſſum eſt.

Aius Loquutius.

Prorogato illi in annum dictatorio imperio, Famæ ſiue Aio Loquutio fanum eo loco vbi Gallos adventare auditum erat, fecit. Hinc M. Camillus dictator III de Aequis, Volſcis & Etruſcis triumphauit.

M. Manlij Capitolini damnatio.

M. Manlius, qui Capitolium defenderat, gloriæ Camilli inuidẽs, plebem ſibi largitionibus conciliat, regnum ambiens; is in carcerem coniectus, & populi ſuffragijs damnatus, de ſaxo Tarpeio deijcitur. Domus eius in Capitolio diruta, & Marci prænomen in Manlia gente interdictum. Pomptinus ager plebi diuiditur.

T. Quinctius Cincinatus dictator.

T. Quinctius Cincinatus dictator Præneſtinos ab Vrbis Romæ portis ad Alliam perſequutus prælio fudit, Præneſte in deditionem accepit, cùm antè nouem diebus totidem oppida expugnaſſet.

Leges tribunitiæ.

Leges trib. pl. promulgârunt, de fœnore, de agrorum modo, & de conſularibus comitijs: quibus COSS. *promiſcuè è patribus & plebe creari volebant. Quas ob leges obſtinatè tanta contentione, tantoque tumultu certatum eſt, eiſdem ſemper tribunis plebis refectis; vt quinquennio reſpub. ſine ſummo magiſtratu fuerit, comitiaque præter ædilium & tribunorum plebis nulla ſint habita.*

T. *Liuio, Faſtorum tabulis Capitolinis, Solino, Eutropio, Euſebio Cæſarienſi, M. Cicerone, C. Ælio, Q. Lutatio, M. Varrone, Paulo Oroſio, Sex. Cæcilio Iuriſcos. A. Gellio, Diodoro Siculo, Dionyſio Halicarnaſſæo, Val. Maximo, Antonio Flocco, C. Plinio maiore, Pomponio Iuriſcos. Phauorino philoſopho, Draconis & Solonis legibus, Platone, XII. tabulis, Macrobio, Regum commentarijs, Sex. Papirio Iuriſcos. Maximo Tyrio, Auſonio poëta, Sex. Ælio Pæto Iuriſcos. Modeſtino Iuriſc. Polybio hiſtorico, Sex. Pompeio Feſto, Martiano Iuriſcos. Portio Latrone, Caio Iuriſcos. Vulpiano Iuriſcos. Inſtitutionibus Iuſtiniani, Gordiano Aug. in Cod. Porphirione Grammatico, Acrone Grammatico, Horatio poëta, Cenſorino, Seruio Grammatico, Iulio Sabino, Virgilio poëta, Fabio Quinctiliano, Corn. Tacito, Aggeno Vrbico, Arnobio Theologo, Paullo Iuriſcos. Verrio Flacco, Seneca philoſopho, Plutarcho, Caſſiodoro, Zonara, Mariano Scoto, L. Floro, Auctore de viris illuſtribus, Pædiano, Columnis triumphalibus Capitolinis, Tab. Græcis Siculis, Val. Probo Grammatico, Suida, Licinio Macro, Libris linteis ad Monetæ, Verannio, Iul. Frontino, Dione Caſſio, Cenſorum tabulis, Q. Ælio Tuberone, Marmoribus antiquis, Nummis antiquis, Corn. Strabone, Stephano Byzantio, Ouidio poëta, Val. Antiate, Propertio poëta, Priſciano Gram. Carulo Sigonio, Cn. Gellio hiſtorico, Caſſio Hemina, Appiano Alexandrino, Velleio Paterculo, Corn. Nepote, Tabula Capitolina T. Quinctij dict. L. Cincio hiſtorico, Næuio poëta, Epigrammatibus Vrbis Romæ, Nonio Marcello, Hygino, Arato poëta.*

AE QVI-

A E Q V I P E T A

L I B E R. T E R T I V S.

A N N A L I V M. S T E P H A N I. P I G H I I. C A M P E N S I S.

ANNI. P. R. C. CCCII. X.VIRI.

AP. CLAVDIVS. AP. F. M. N. CRASSINVS.	Sp. Poſtumius. A. f. P. n. Albus. Regillenſis.
T. GENVCIVS. L. F. L. N. AVGVRINVS.	P. Seſtius. Q. f. Vibi. n. Capitolinus.
SP. VETVRIVS. SP. F. P. N. CRAſs. Cicurinus.	Ser. Sulpicius. Ser. f. P. n. Camerinus.
C. IVLIVS. C. F. L. N. Iulus.	T. Romilius. T. f. T. n. Rocus Vaticanus.
A. MANLIVS. CN. F. P. n. Vulſo.	P. Horatius * P. f. P. n. * Tergeminus.

ANNO itaque poſt Romam conditam trecenteſimo altero, vt ait Liuius, iterum mutatur forma ciuitatis, tranſlato imperio à Coss. ad decemviros: quemadmodum à Regibus antè ad Conſules peruenerat. Suffragantur Liuio & Capitolinis faſtis Solinus, Eutropius, Euſebius in Chronico, alijque recentiores. Item Cicero de finib. lib. ſecundo, L. Virginium ſcribens poſt libertatem receptam anno ſexageſimo filiam occidiſſe. In Oroſio autem ſuſpicor annorum, atque Olympiadis numerum corruptum eſſe, cùm ſcribat ipſe trecenteſimo anno, hoc eſt, Olympiade nonageſima quinta poteſtatem Conſulum decemviris traditam reip. magnam perniciem inuexiſſe. Vide eum lib. II. cap XII. Sic apud Gellium Sex. Cæcilius iuriſcos. anno CCC. tabulas decemvirales compoſitas, & ſcriptas dicit; vbi etiam notas feſelliſſe exiſtimo, lib. XX. cap. I. vel alios Annales hi ſequuti ſunt. *Reip. Romana mutatio.*

In nominandis autem X. viris non nihil diſcrepant auctores, ſed magis librariorum culpa, quàm opinionum diuerſitate. Errores & differentias ſecundùm ordinem tabulæ hoc loco recenſebo. Sp. Poſtumius, ex tribus legatis vnus, qui leges è Græcia attulerant, Cos. fuerat anno CCXCVII: in Diodoro mendoſum Καλβῖνος cognomen habet, & in Dionyſio prænomen Publij, vbi inter X. viros recenſetur, cùm alioqui inter legatos rectè Sp. appelletur. Sp. Veturius in Liuio malè L. Veturius appellatur. Dionyſius autem loco huius T. Veturium poſuit, & inter conſulares recenſet: eundem fortè cum illo, qui Cos. anno CCXCI. ouationem de Volſceis & Aequeis obtinuit. Ser. Sulpicium Camerinum hoc loco rectè nominat Dionyſius: veluti etiam in conſulatu Liuius, Diodorus, Val. Maximus, & alij omnes. Idem enim eſt, qui Cos. anno CCXCII. fuit, deindè legatus deſcribendarum legum cauſſa. Sed non benè in Liuio P. Sulpicius, in Diodoro C. appellatur, vbi eum inter X. viros recēſent. A. Manlius Vulſo librariorum negligentia prætermiſſus eſt in Diodoro: Cos. fuit, & cenſum egit anno CCLXXIX. & legatus poſtea legum deſcribendarum cauſſa. In Flocco, & alijs recentioribus perperam Manilius ſcribitur. P. Horatius à Liuio Curiatius appellatur, ſicut & in conſulatu quem geſſit anno CCC. vbi dixi cur P. Horatium maluerim vocare. Eius quoquè nomen intercidit in Diodoro Siculo. Ceterùm Claudio & Genucio, qui deſignati in eum annum Coss. fuerant, pro honore honos redditus eſt: & Seſtio alteri Coss. prioris anni, quòd de creandis X. viris, inuito collega, ad ſenatum retulerat. His proximi legati tres habiti, ſimul vt præmio eſſet honos, ſimul vt periti legum peregrinarum ad condenda noua iura eſſent vſui. Suppleuêre ceteri numerum graues ætate; vt pulchrè narrat Liuius libro tertio. *Nominum reconciliatio.*

Decemviri hoc anno viciſſim, ſinguli decimo quoque die, ius populo ſumma moderatione, & æquitate dixerunt. Eoq́ue die penes præfectum iuris faſces duodecim erant; collegis nouem ſinguli accenſi apparebant. Legum item decem tabulas conſcripſerunt, quas in foro propoſitas ab omnibus & legi, & examinari voluêre; vt id iuris populus Romanus haberet, quod ipſi placuiſſet. Itaque & centuriatis deinde comitijs approbatæ, & *Decemvirûm iuriſdictio ordinaria.* *Decem tabulæ legum conſcriptæ & promulgatæ.*

perlatæ

Hermodorus Epheſius Solonis Græcarumq́; legũ interpres.

perlatæ ſunt. Solonis autem Græcasque alias leges x. viris interpretatus eſt Hermodorus Epheſius, exul tunc in Italia. Cui ideo publice locata ſtatuta in Comitio eſt, vt auctores ſunt Plinius lib.xxxiiii.cap.v. & Pomponius de origine iuris. Ex his verò exceperunt decemviri Romanis moribus, & reip. libertati maxime congruas: quibus Romuli, Numæ, aliorumque Regum, nec non magiſtratuum ſuperiorum leges vel emendare, vel ſupplere; atque vniuerſæ ciuitati, diſſentionis tollendæ cauſſa, ius ordinibus omnibus æquum conſtituere poſſent. Quod ipſum viros prudentes ſumma cum laude præſtitiſſe conſentiunt omnes. Cum enim decem prius tabulis optimas tum Romanas, tum Græcas leges promulgaſſent, duasque adhuc deeſſe, quibus adiectis, Romani iuris totius corpus poſſet abſolui, populo perſuaſiſſent; facilè effecerunt, vt rurſus in annum ſequentem x.viri crearentur. Duabusque alijs tum adiectis, duodecim tabulas effecerunt. Quas Cicero de Oratore libro primo philoſophorum omnium bibliothecas exuperare teſtatur. Et in ſecundo de legibus inquit: Diſcebamus pueri xii. vt carmen neceſſarium, quas nunc nemo diſcit. Itaque tum moris fuit pueros memoriter ediſcere xii. tabulas: & illos malè inſtitutos æſtimare, qui à primis annis has non imbibiſſent. Quas Fauorinus philoſophus apud Gellium, ſe non minùs cupidè, quàm illos decem libros Platonis de legibus legiſſe dicit. Ex quibus deinde fontem omnis publici priuatiq. iuris manaſſe apud Romanos, in immēſo aliarum ſuper alias aceruatarũ legum cumulo, Liuius affirmat. Reliquias igitur qualeſcunque ſparſim apud veteres auctores adhuc reſiduas, ab alijs etiam collectas, quam breuiſſime & meliore, quo potero ordine, nunc vt adferam inſtitutũ noſtrum requirere videtur; vt lector ex Annalibus noſtris cognoſcere poſſit, quáſnam Regum, priorumq́ magiſtratuũ leges à nobis antè adductas, decemviri in ſuas tabulas retulerint: quaſq́. deinde pro temporum vſu poſteri vel mutârunt, vel antiquârunt, in iure in primis priuato. Non mirum idcirco videbitur nos quaſdã de iure ſacro & publico maximè leges prius adductas hîc repetere ex Cicerone de legibus: quas ipſo teſtante non ſolum ex xii. tabularum, ſed etiam Romuli, Numæ, alijsq́. veteribus Romanis legibus optimis conſcripſit, vt optimæ reip. conſentaneas: quam Africanus ſuus in libris de optimo reip. ſtatu veterem illam Romanam, inter ſecundum & tertium Punica bella, legibus atque inſtitutis optimè moratam iudicabat fuiſſe. Et Macrobius in ſomnium Scipionis ſcribens ait in proœmio, Platonem ordinaſſe quidem remp. qualis eſſe deberet: Ciceronem verò in libris de rep. ſuis, qualis antiquitus à maioribus eſſet inſtituta, diſſeruiſſe. Itaque prorſus eſt vero conſentaneũ, x. viros, de iure in primis ſacro, de quo nulla inter patres plebemq́. erat controuerſia, leges ex Romuli, Numæ, Regumq́. commentarijs, & Sex. Papirij voluminibus etiam conſtituiſſe, atque in tabulas ſuas tranſtuliſſe: non ex peregrinis Græcorũ legibus. E quibus eas dumtaxat retuliſſe credēdum eſt, quæ ius publicũ, priuatumq́ æquarent; lites ac diſſidia ciuium iuſtè componerēt. Profectò nil aliud fere Solonis ac Draconis leges ſcriptas cōtinuiſſe, quàm ius publicũ ac priuatum, aperte nobis oſtēdunt Maximi Tyrij verba in oratione qua Socratem defendit, quod reus vti apologia apud populum Athenienſem noluerit. Refelleret, inquit, aduerſarios, ac iudicibus probaret, iuuentutem nequaquam corrupiſſe, neque ſe nouos dæmones induxiſſe? Vide quam rē ageret, quantumq́. oneris acciperet: qui homines artis ignaros de his quæ ſummæ ſunt artis inſtrueret. Quomodo Athenienſes intelligerent, quid eſſet iuuentutem corrumpere? quid virtus? quid dæmon? aut quomodo colendus? de quibus neque mille iudices, fabarum ſuffragijs creati, vnquam inquirunt: neque Solon aliquid ſcripſit, aut Draconis venerandis in legibus habetur. In quibus potius agitur de citatione, de peculatu, de accuſationibus, de rationibus reddendis, de iuramento. Quæ quidem omnia in Eliaca peritiſſimè tractantur, & ſimilia ſunt puerorum pugnis, contentionibusque, quas ſæpius talorum luſus ſolent excitare: dum ſe inuicem inter ludendum aut rapiunt, aut aliqua iniuria exagitant. Ex his quidem Maximi Tyrij verbis apertum eſt, quídnam iuris ſcriptæ Solonis Draconisque leges præcipuè complecterentur. Vt hinc etiam manifeſtum fiat x.viros de iure ſacro ſuas leges, non à Solone vel Dracone deſumpſiſſe: niſi forte paucas de nuptijs, ſepulchris, matrimoniorum & funerum ritibus, quæ etiam ad ius priuatum pertinent. Sed ad decemvirales leges nunc veniamus, quas tripartitas fuiſſe antiqua & conſueta iuris diuiſione Auſonius poëta nobis artificioſo diſticho ſignificat, ita canens:

Leges XII. tabularum.

Quas ferè leges Romanas x. viri in ſuas tabulas retulerint.

Quid Solonis ac Draconis leges ſcriptæ continuerint.

XII. tabularum ius tripartitum.

Ius triplex, tabulæ quod ter ſanxêre quaternæ,
Sacrum, priuatum, populi commune quod vſquam eſt.

Sex. Aelij Pæti Tripartita.

Sed priuatum publico præponit verſus cauſſa, nos ordinem legitimum ſequemur, publicum priuato præferentes. Hinc etiam Tripartitam appellauit ſuum opus Sex. Aelius Pætus, Iuriſcoss. apud Romanos vetuſtiſſimus, quòd in has duodecim tabulas ſcripſit, & ab auctore ius Aelianum poſtea dictum fuit.

X.VI-

X.VIRVM. LEGES. TABVLAR. XII.

EX. VARIIS. FRAGM. COLLECTÆ.

DE. IVRE. SACRO.

De cultu deorum.

DIVOS. *adeunto. caſtè, pietatem. adhibento,opes amouento. Qui.ſecus.faxit, Deus. ipſe vindex. eſit. Separatim.nemo habeſſit.deos,néve.nouos, neve.aduenas:niſi.publicè.adſcitos.priuatim.colunto.Conſtructa. à.patribus.delubra.habento,lucos.in. agris. habento. & Larium.ſedes.Ritus.familiæ. patriæque.ſeruanto.Diuos, & eos.qui.cæleſtes.ſemper.habiti,colunto.Ollos.quos.in. cælum.merita.vocauerunt,Herculem,Liberum,Caſtorem, Pollucem,Quirinum; Aſt.olla.propter.quæ.datus.homini.adſcenſus.in cælum.Virtutem, Pietatem, Fidem: earumque.laudum,delubra.ſunto.Nec.vlla. vitiorum.ſacra.ſollemnia.obeunto.Ex.patrijs.ritibus.optima.colunto.*Hæc ferè Cicero de legibus lib.II.

Modeſtinus lege I. de ritu nuptiarum.

De ferijs ac feſtis.

*Ferijs.iurgia. amouento.eaſque.in.famulis. operibus. patratis,habento. Itaque.vt.ita.cadat.in.annuis.anfractibus.deſcriptum.eſto.*Cicero de legibus II.lib.

*Certas.fruges. certaſque. baccas. ſacerdotes. publicè. libanto.Hoc.certis.ſacrificiis & .diebus:itemq;.** alios. addes.Vbertatem.*lactis.ſœturæq;.ſeruanto. Idque.ne. committi.poſſit.ad.eam. rem. & . orationem. curſus. annuos.ſacerdotes.finiunto.Quæque. quoique.diuo. decoræ. gratæ.ſint.hoſtiæ.prouidento.*Cicero.

* In quibuſdam exemplaribus *alios ad dies vbertatem*,&c. Rectiùs. Sed fortè legendum, *alios dies ad vbertatem*, &c. Nam loqui videtur de conceptiuis ferijs.

De ſacrificijs ac hoſtijs.

*Nocturna.mulierum.ſacrificia.ne ſunto. præter. olla. quæ.pro.populo.rite.fient.néve.initiantor.niſi.vt.aſſolet. Cereri.Græco.ſacro.Sacrum.commiſſum.quod.neque.expiari.poterit.impie commiſſum. eſto. quod. expiari. poterit.publici.ſacerdotes.expianto.*Cicero.

De ludis publicis.

*Ludis.publicis.ſiue.curriculo.ſiue.certatione.corporis. fiant.popularem. lætitiam. moderanto. eamque. cum. diuum.honore.iungunto.*Cicero.

Sacrum.ſacrove.commendatum. qui. clepſerit. rapſeritve.paricida.eſto.Periurij.pœna. diuina. exitiũ. humana.dedecus.eſto. Inceſtum. pontifices.ſupremo.ſupplicio. ſanciunto.Impius.ne.audeto.placare donis.iram. deum. Sanctè.vota.reddunto.Pœna violati.iuris. eſto. Quocirca.ne.quis.agrum.cõſecrato.Auri.argenti. eboris.ſacrandi.modus.eſto.Sacra.priuata.perpetua.manento. Cicero.

De dijs Manibus.

*Deorum.manium.iura.ſancta.ſunto. Hos. leto. datos. diuos. habento. Sumptum. in. ollos. luctumque. minuunto.*Cicero.

De funerum ſumptu.

*Hominem.mortuum.in.vrbe.ne ſepelito.néve. vrito. Tribus.ricinijs. & . vinculis. purpuræ, & . decem tibicinibus. *. Hoc.plus.ne.facito.Rogum.aſcia.ne.polito.Ne.*

* Deeſſe quid videtur. fortè, cadauer educito, vel ſimile quid.

mortuo.

Feſtus ex Varrone. Plinius XI. cap. XXXVII. Cicero ſecundo de legib. & ſecundo Quæſtionum Tuſculan.

fortè meliùs * ſublata.

Cicero, Plinius.

* arguitur malè,

mortuo.murratam.indito. Mulieres. genas. ne.radunto. néve.leſſum.funeris.ergo.habento.Vltra. decimum.menſem.luctum.non.protrahito.Ploratus, & lamentationes. in.funere.*ſuo.larę.ſunto. Homini.mortuo.ne. oſſa.legito, quo poſt funus fiat: ni.peregrè. vel. militiæ. mortuus ſit. Dum.funus. effertur. ne.incomitiato. Defuncti. iniuria.ne.afficiuntor. Seruilis. vnctura. tollitor. omniſque. circumpotatio. Ne.ſumptuoſa.reſperſio.ne. longæ. coronæ, ne.acerræ.præferantur. Néve.aurum.addito: Quoi.auro. dentes. vincti. eſunt, aſtim. cum. ollo. ſepelirier, neſi. fraude.eſto. Qui.coronam.pacit. ipſe.pecuniáQ.eius.virtutis.ergo.* adduitor. Cicero. Plinius XXI. cap. III.

Rogum.buſtúmve.nouum.inuito.domino.ne.propius. addito.ædes.alienas.ſexaginta.pedes.adducito. Veſtibulum.ſepulchri.buſtúmve.ne.vſucapito. Omni.monumento.dolus malus.abeſto. Cicero lib. II. de legibus.

De ſacerdotum generibus.

Diuis.alijs.alij.ſacerdotes. omnibus.pontifices. ſingulis.flamines.ſunto. Virgines. Veſtales.cuſtodiunto. in. vrbe.ignem.foci.publici.ſempiternum. Quóque. & .priuatim. & .publicè.modo. rituque.fiant. diſcunto. ignari. à. publicis.ſacerdotibus. Eorum. autem.duo.genera.ſunto. Vnum.quod.præſit.cæremonijs.ac.ſacris, alterum. quod. interpretetur.fatidicorũ.vatum.effata. incognita, quum. Senatus.adſciuerit. Interpretes.autem. Iouis. Opt. Maxumi.augures.ſignis. & auſpiciis * poſtera.vidento. diſciplinam.tenento. Sacerdoteſque.vineta.virgetaq; & . ſalutem.populi augurãto. Quique.rem. duelli. agent. quiq; populare.auſpicium.præmonento.olliſque. obtemperanto. Diuorum.iras.prouidento.ijſque. parento. cæliquefulgura regionibus ratis temperãto. Vrbémque. & .agros. & . templa.liberata. & .effata. habento. QuæQ. augur. iniuſta.nefaſta.vitioſa.dirãve.dixerit.irrita.infectáque.ſunto. Quíque.non.paruerit.capitale. eſto. Fœderum. pacis. belli.induciarum.oratores.feciales.iudicéſve.ſunto. bella. diſceptanto. Prodigia. portenta. ad. * Etruſcos.aruſpices.ſi. Senatus.iuſſerit.deferunto. Etruriæ. principes. diſciplinam.docento. Quibus. diuis. creuerint. procuranto. Iidémque.fulgura.atque.oſcina.pianto. Cicero.

* poſtea, malè in vulgatis.

* Etruſcos & aruſpices, aliàs, in vulgatis.

DE. IVRE. PVBLICO.

De iure maiorum magiſtratuum atque imperij in urbe.

Iuſta.imperia.ſunto.iiſque.ciues modeſtè.ac.ſine.recuſatione.parento. Cicero de legibus. III.

Magiſtratus.nec.obedientem. & .nocuum.ciuem.multa.vinculis verberibúſve.coërcento.ni.par.maiórve. poteſtas populúſve.prohibeſſit. ad. quos. prouocatio. eſto. Cùm.magiſtratus.iudicaſſit.irrogaſſitve. * per.populum. multæ.pœnæve.certatio.eſto. Cicero.

* aliàs ad

Regio.imperio.duo.ſunto. ijque. præeundo.iudicando. conſulendo.prætores.iudices. conſules. appellantor. Militiæ.ſummum.ius. habento. nemini. parento. Ollis.ſalus. populi.ſuprema.lex.eſto. Cicero.

Aſt quando. duellum. grauius. diſcordiæue. ciuium. eſunt.* eſto. vnus. ne. ampliùs. ſex. menſes. ſi. Senatus. creuerit. Idem. iuris. quòd. duo. conſules. teneto. Iſque. aue. ſiniſtra. dictus. populi. magiſter. eſto.

* male in vulgatis eſſunto.

* Aequitatem. quicunqne. regat. habeto. pari. iure. cum. eo. quicunque. erit. iuris. diſceptator. Aſt. quando. * conſulis. eſt. magiſtratúsve. populi. nec. reliqui. magiſtratus. ne. ſunto.

* aliàs Equitem cumq; qui regat habeto pari iure. Fortè melius * Equitatum qui regat, habeto par ius. Miſerè iugulatus hic locus eſt, vt exemplariũ diuerſitas indicat. Nam in quibuſdam legitur, * Conſulatus eſt, magiſtérve populi. Rectiùs. Sed quid ſi ita: Conſul vnus eſt, magiſtérve populi, reliqui magiſtratus, &c.

De imperio militari ac iure magiſtratuum extra Vrbem.

Militiæ. ab. eo. qui. imperabit. prouocatio. ne. eſto. Quodque. is. qui. bellum. gerat. imperaſſit. ius. ratúmque. eſto. Imperia. poteſtates. legationes. cùm. Senatus. creuerit. populúsve. iuſſerit. ex. vrbe. exeunto. Duella. iuſta. iuſtè. gerunto. Socijs. parcunto. Se, & . ſeruos. continento. Populi. ſui. gloriam. augento. Domum. cum. laude. redeunto. Cicero de legibus III.

De iure minorum magiſtratuum.

Minores. magiſtratus. * periti. iuris. plures. in. * prœlia ſunto. Militiæ. quibus. iuſſi. erunt. imperanto. eorúmque. tribuni. ſunto. Cicero.

* aliàs partiti iuris plures in plura ſunto. Antiquè. Sic Pacuuius: Plera pars populi poſſundatur.

Plebes. quos. pro. ſe. contra. vim. auxilij. ergo. decem. creaſſit. tribuni. eius. ſunto. Quódque. hi. prohibeßint. quódque. plebem. rogaßint. ratum. eſto. ſanctíque. ſunto. Neque. plebem. orbam. tribunis. relinquunto. Cicero.

Suntóque. ædiles. coërtores. vrbis. annonæ. ludorúmque. ſollemnium. Cicero.

At. ſi. quid. erit. quod. extra. magiſtratus. * coërario. æſuſſit, qui. coëret. populus. creato. eíque. ius. coërandi. dato. Cicero.

* aliàs coëratore annus ſit. Fortè melius, coërare opus ſit.

Auſpicia. patrum. ſunto. ollique. ex. ſe. produnto. qui. comitijs. creare. conſules. ritè. poßint. Omnes. magiſtratus. auſpicium. iudiciúmque. habento. * Ex. ijsque. Senatus. eſto.

* aliàs Ex quei eis.

Eius. decreta. rata. ſunto. Aſt. ni. poteſtas. par. maiórve. prohibeßit. S.C. * præſcripta. ſeruanto. Is. ordo. vitio. vacato. ceteris. ſpecimen. eſto. Cicero.

* aliàs perſcripta.

Senatori. qui. nec. aderit. aut. cauſſa. aut. culpa. eſto. Loco. ſenator. & . modo. orator. cauſſas. populi. teneto. Cicero.

De comitijs & iure populi.

Creatio. magiſtratuum. iudicia. populi. iuſſa. vetita. ſuffragio. cùm. conſciſcentur. optimatibus. nota. plebi. libera. ſunto. Quodcunque. poſtremum. populus. iuſſerit. id. ius. ratúmque eſto. Cicero. Liuius lib. VII.

Cum. populo. patribúsque. agendi. ius. eſto. conſuli. magiſtro. populi. equitúmque. eíque. quem. produnt. patres. conſulum. rogandorum. ergo. Cicero.

Collegis. quibus. ius. coëundi. eſt. paciſcendi. inter. ſe. poteſtas. eſto. dum. ne. quid. ex. publica. lege. corrumpant. Caius cap. IV. dig. de colleg. & corp.

Tribunisque. quos. ſibi. plebes. rogaßit. ius. eſto. cum. patribus. agendi. Ijdem. ad. plebem. quod. cenſuerint, ferunto. Cicero.

Vis. in. populo. abeſto. Par. maiórve. poteſtas. plus. valeto.

leto. Quæ.cum.populo,quæ.cum.patribus.agentur. modica.ſunto.Aſt. * qui.turbaſſit.*in.agendo.fraus.auctoris.eſto.Interceſſor.rei.malæ.ſalutaris.ciuis.eſto.*Cicero.

* aliàs Si quid turbaſſitur.

Ioue. tonante. vel. fulgurante. comitium. dirimunto. Cicero.

Qui.agent.auſpicia.ſeruanto.auguri.publico. parento. Promulgata. propoſita. in. ærario. * cognita. *agunto. Nec.pluſquam.de.ſingulis.rebus.ſemel.conſulunto. Rem.populum.docento.doceri.à.magiſtratibus.priuatisq́ue. patiuntor.* Cicero de legib. III.

aliàs, condita.

Cicero pro domo ſua, & in Sextiana.

De iure ciuium Rom.

*Priuilegia.ne.irroganto. De.capite.ciuis.niſi.per. maximum.comitiatum.ne.ferunto. Sanatibus. idem. iuris. quod. fortibus. eſto.*Feſtus Pompeius.

Legẽ ſic ſupplet ex Feſti fragmentis Dion. Lambinus. *Nexo. Solutoq. forti ſanatiq. idem ius.eſto.*

De criminibus publicis.

Donum.ne.capiunto.néve.danto. néve. petenda. néve.gerenda.néve.geſta. poteſtate. * Quiſquis. *earum. rerum.migraſſit.noxiæ.pœna.par.eſto.Iudicem.arbitrúmve.iure.datum.qui.ob.rem.dicendam.accepiſſe.pecuniam.conuictus.erit.capite.puniũto. Qui falſum. teſtimonium. dixiſſe.conuictus.erit.è.ſaxo. Tarpeio. deijcitor. Qui.hoſtes.concitârit.opémve. hoſti. tradiderit. quíve. rempublicam.maieſtatémve.populi.læſerit.pœnam. capitis.dato. Hominem.indemnatum.ne.occidito.occidendi.cauſſa.cum.telo.non.eſto.Cœtus.nocturnos.in.vrbe.ne. agito. Incendiarium.vinctum.verberatúmque.igni.necato.* Caius in legem, Qui ædes. De incendiarijs.

* aliàs, Qui quàm earum.

Gellius lib. XX. cap. I.

Polybius lib. V.
Martianus l. III. ad legem Iuliam.

Cicero pro Milone. Porcius Latro in Catilinam.

DE IVRE PRIVATO PERSONARVM.

Liuius lib. IV. Dionyſius lib. X.

De matrimonijs.

Patribus.cum.plebe.connubia.ne. ſunto. Auſpicia. ne. turbanto.

Gellius lib. III. cap. II. Macrobius Saturn. lib. I. cap. III.

Mulier.ſui.iuris.annum.vnum.apud. virum. matrimonij. cauſſa.morata.ni. trinoctium. vſurpatum. iſſet. pro.vſu.capta.habeatur.

Ex Romuli legibus translatam in tabulas fuiſſe, hinc intelligere eſt; quòd ex actis etiã Regibus per multas ætates viguerit in republica. Quod conſtat ex Dionyſio, Gellio & diuerſis alijs.

*Vxorem. adulteram. temulentámve:cum. propinquis. cauſſa.cognita.marito.puniendi,occidendíve.ius.poteſtáſque.eſto.Si.cõiunx.coniugi.nuncium.mittat.clauim. adimat. eámque. ſibi.res. ſuas. habere. iubeat. diuortium eſto.*Cicero Philippica II. Caius ad legem Iuliam.

Gellius lib. III. cap. XVI. Vlpianus in fragmentis tit. XXII.

De iure hæreditario.

In.decimo.menſe.legitimus.infans.naſcitor. &. etiam. poſthumus.in.familia.ſua.hæres.eſto.

Filius.arte.carens.patris.incuria.eidem.vitæ. neceſſaria.ſubſidia.ne.præſtato. Alioqui.parentes. educare. cogitor. E.meretrice.natus.patrem.ne.alito.

Vlpianus in fragmentis tit. X. Dionyſius Halicarnaſſæus lib. II.

De patria poteſtate.

Vendendi.filium.patri.poteſtas. eſto. Si.pater.filium. ter.venundauit.filius.à.patre.liber.eſto.

De duplici tutela.

Tutores.liberis.in.poteſtate.teſtamento.parentes.danto.Si. non. ſunt. dati. agnati. qui.ſucceſſionem. ſperant. danto.vel.tutores.ſunto.Sed.ſi.aliqua.ſit.inſidiarum. ſuſpicio.apud.alios.pupillus.educator. Tutor. cum. pupillorum. matre. ne. habitato. Suſpecti. tutores. remouentor. Dolus.tutoris.qui.pupillũ.ſuum.fraudauerit.vindicator.

Vlpianus de ſuſpectis tutelis.

Cicero offic. libro III.

Mulieres.

Mulieres.orbæ.innuptæve.in.fratris. agnatíve. proximi. tutula.ſunto.

Vlpianus in fragmentis tit. II. & XIII. Cicero pro Murena.

De curatoribus prodigi & furioſi.

Prodigo. bonorum. ſuorum. adminiſtratio. interdicta. eſto. Si.furioſus.exiſtet.agnatorum.gentilíumque. in. eo. pecuniáque.eius.poteſtas.eſto.

Cicero de inuent. II. Tuſculan. III. Vlpianus. Rhetoricor. ad Herenniũ lib. I.

De ſuis & legitimis hæredibus ab inteſtato.

Inteſtatorum.hæreditates. primò. ſuorum. hæredum. velint. nolíntve.ſunto. &. in. locum. filiorum. nepotes. ſuccedunto.Cui.ſuus. hæres. non. extabit.agnatus.proximus.familam.habeto.Agnatos.capite. diminutos. quique. ex.his.progeniti. ſunt. inter. legitimos: hæredes. non. habento.Si.libertus.inteſtatò.moriatur. nullum. ſuum. hæredem.relinquens,patronus.ei.ſuccedito.

Inſtitutionum Iuſtiniani lib. III. tit. I. II. V. & VIII. Vlpianus tit. XXVI. in fragm. Ad Herennium Rhetoric. lib. I. Item de inuentione Rhetoric. II.

Iuſtinianus de ſucceſs. liber. & Vlpianus in epitome.

De teſtamentis & legatis.

Hæreditates. in. teſtamento.facto. datæ. ratæ. ſunto. Paterfamilias.vti.quiſque.legaſſit.ſuper.pecunia. tutelá-ve.ſuæ.rei.ita.ius.eſto.

Cic. de inuent. lib. II. Inſtitution. Iuſtiniani lib. II. III. XXII. Caius l. I. de teſt. tut. Vlpian. in fragm. Ad Herenniũ Rhetoric. lib. I. Pomponius.

Familiæ hereiſcundæ.

Cohæredes.à.communione.diſcedere. volentes.agunto. Pro. hæreditaria. parte. debitores. hæredibus. obligati. ſunto.Pro.portionibus.hæreditarijs.hæredes. tenentor.

Caius l. I. ff. fam. erciſc. Gordianus Cod. cap. VI. & alibi.

De iudicijs.

Si.quis.in.ius.vocet.ito.Si.morbus.æuitásve.vitium. eſit.qui.in.ius.vocabit.iumentum dato.ſi.volet.arceram. ne.ſternito. Si. vis.vocationi.fuat. anteſtaminor.igitur. aurem.capito.anteſtati. Si.caluitur.pedémve. ſtruit. manum.endo iacito.Si.iudex.vel.alteruter.ex. litigatoribus. morbo.ſontico.impediatur.dies.iudicij.diffiſus.eſto.Si.ſtatus.dies.cum.hoſte.ſit. venito. Aduerſus. hoſtem. æterna. auctoritas.eſto. Cicero lib. I. offic.

Gellius lib. XX. cap. I. Auctor ad Herennium. Vlpian. dig. I. III. Si quis cautionib.

Acron & Porphyrio in Horat. Satyr. lib. I. Feſtus in voce Struit. Plinius XI. cap. XLV. Feſtus in voce Reus, ſimilem adfert ex Numæ legibus, vbi ſic. Quid horum fuat vitium iudici arbitróve, reóve, is dies diffiſus eſto. Meminit item legis Vlpian. Dig. I. tit. Si quis.

Ante.meridiem.cauſſam.gnoſcito,cùm.perorant.ambo. præſentes.poſt.meridiem.litem.addicito.ſi. ambo.præſentes.Sol.occaſus.ſuprema.diei.tempeſtas.eſto.

Gellius lib. XVII. cap. II. Rhetoric. ad Herenn. lib. II. Varro, Macrobius, Cenſorinus de die natali.

Si.quis lege.agendo.plus.petierit.cauſſa.cadito. Cicero de Oratore.

De vindicijs.

Aſsiduo.vindex.aſsiduus.eſto.Proletario.ciui. quiuis. volet. vindex.eſto. Rem. vindicaturi. in. iure.manum. conſerunto.Si.quis.vindiciam.falſam. tulit.rei.ſiue.litis. arbitros.tres.dato.eorum.arbitrio.fructi. duplione.damnum. deciditor. Libertatis. controuerſæ. vindicias. lite. pendente.ſecundùm.libertatem.dicito.Patronus.ſi.clienti.fraudem.faxit.ſacer.eſto.

Gellius lib. XVI. cap. X. & XX. cap. IX.

Feſtus in voce Vindiciæ.

Dionyſius Halicarnaſſ. lib. XI. & Pomponio de origine iuris, cap. I. Liuius lib. III. Seruius & Iul. Sabinus in Virgilium.

De teſtibus.

Qui.ſe.ſierit.teſtarier.libripénsve.fuerit.ni. teſtimonium.fariatur.improbus.inteſtabiliſque.eſto.Cui.teſtimonium. * deſit. *is. tertijs. diebus. ob. portum. obuagulatum. ito.*

Gellius lib. VI. cap. VII. & XV. cap. XIII. Feſtus in voce, Portus pro domo, item, voce Vagulatio.

* *defugerit* aliàs.

De debitis & re iudicata.

Aeris.confeſſi.æríſve.debiti. iudicatis. triginta. dies. iuſti.ſunto.Pòſt.dein.manus.iniectio.eſto.in.ius. ducito. ni.iudicatum.faxit.nemut.quips. endo. eo. iure. vindex. eſit. Secum.ducito. vincito. aut. neruo. aut. compedibus. XV.pondo.ne.minore.aut.ſi.volet.maiore.vincito.Si.volet ſuo.viuito. Ni.ſuo. viuit. qui.em.vinctum.habebit. libram.farris.endo.die.dato.ſi.volet.plus. dato. Ni.cum. eo.pacit.in.vinculis.ſexaginta.dies.habeto.Trinis.nundinis. continuis. ad. prætorem. in. comitium. procitato.

Gellius lib. XV. cap. XIII. Quintil. lib. III. cap. VIII.

De addictis.

Gellius lib. XX. cap. I.

O *æriſque.*

ærisque.æſtimiam.iudicati.prædicato. Tertijs. nundinis. capite pœnas.dato aut. trans.Tiberim.peregrè.venum. ito Et.ſi. plures. eſunt.quibus. reus. iudicatus. eſit. tertijs.nundinis.partes.ſecanto.Si.plus.minúsve.ſecuerunt. neſi.fraude eſto.

Cicero in Topicis,& in Cæciniana.

Vſus.auctoritasque fundi.biennis.ceterarum.rerum. annuus eſto.

Cicero offic. III. de oratore lib. I. Feſtus.

Qui nexum.faciet.mancupiúmve vti.lingua.nuncupaſſit.ita. ius.eſto. vti. nominaſſit. locutúsve. eſit. ita. ius.eſto. De pactis.

Cicero offic. III. Ex Numæ legibus ſumpta eſt.

Pacta.tenentor.& .vti.lingua nuncupaſſunt.ita. ius. eſto.quæ.qui inficiatus.eſit.dupli pœnam.ſubito. Iuriſiurandi.ad fidem aſtringendam.præcipua.vis eſto.

Inſtitut. Iuſtiniani lib. II. tit. I.

Venditæ.res.&.traditæ.poſt precium.ſolutum.aut.ſi. alio.modo.ſatisfactum.exiſtat.emptori.adquiruntor. De emptis & venditis.

Modeſtinus cap. XXV de ſtatu lib.

Vendendi.ſtatu.liberos.ius.poteſtasque.eſto.ſed. eius. ſtatui.venditio.ne.noceto.

Corn. Tacitus Ann. V.

Vnciario.fœnore.ampliùs.ne quis.exerceto. De fœnore.

De.confinio.agrorum.vicini.ne.iurganto. tres. arbitri.fineis.regunto. De finibus regundis.

M. Varro de lingua, lib. VI. Caius de ſeruitute prædiorum cap. VIII. Aggenus Vrbicus. Cic. in oratione pro A. Cæcina.

Viæ.publicæ.iter. actus. eſto. Viæ. latitudo. in. porrectum.octo.pedes.in. anfractum. hoc. eſt. vbi. flexum. eſt. ſedecim.habeto.Si.via interrupta.ſit. vel. immunita.ito. agito.per.vicini.fundum.Inter. vicinorum. prædia. quinque.pedes.communes ſunto.neque.intra.id.ſpacium.vſucapito.vtriſque.dominis.iter.actus.eſto.

Cicero I. de leg.

Caius lib. IV. ad leg. XII. tab. Item cap. vltimo. Fin. reg.

Si.quis ſepem. vel. maceriam. iuxta. alterius. regionem.effoderint.terminum.ne.excedunto. Si.autem.murum.pedem.vnum.ſi domum.duos.pedes.relinquonto Si. verò. ſepulchrum. aut. foueam. effoderint. quantum. ſit. profundum.tantundem.relinquunto. Si.puteum.paſſum. Qui ſecus.faxit.&. terminum. exaraſſit. ipſus. &. boues ſacri.ſunto.

Caius ibidem.

Oliuam.autem.aut.ficum.nouem. pedes. ab. extranea. regione.plantato. In.ceteris. arboribus. quinque. pedes. ſeruanto.Si.in.agrum.alterius.arbor. impendeat vſque. ad XV.pedes altius.à terra.coërcito. Et. ne vmbra.arboris.vicino.prædio.noceat.ſedecim.pedes.altius.ramos. circumcidito. Glandem. in. alienum. fundum procidentem. colligere.fas.eſto.Si.immiſſum.ab.aliquo.pecus.glandem. ex.arbore.aliena. procidentem.in.fundo. alieno. depaſcatur.de. paſtu. pecoris. actio. eſto. Si. aqua. pluuia.nocet. arceſto.

Vlpianus cap. I. D. de arb. cædend.

Plinius lib. XVI. cap. V. Caius lib. I. ad XII. Tab. Vlpian. cap. XIIII. D. de præſcript. verb.

Paullus cap. V. Pomponius.

Gellius lib. XX. cap. I.

Si. iniuriam. alteri faxit.XXV.æris. pœnæ. ſunto. Re. perſona tempore. loco. atrociores. iniuriæ. iudicantor. Mœchum.in.adulterio. deprehenſum. necato. Vim.ingenuæ.virgini.inferre.aut. eam. ſuaſione. in. tuam. ſententiam.trahere.caueto. Sororem.aut. filiam. in. ſtupro.deprehenſam.vendito. Si.puerum. quis. caſtrauerit.licet. precioſiorem. fecerit. quadruplum. præſtato. Si. membrum. rapſerit. ni. cum. eo. pacit. talio.eſto.propter. De iniurijs.

Feſtus in Talione, ex Verrio Flacco. Gellius, ſed minus correct. citat legis verba. libro XX. cap. I.

os.ve-

os. verò. fractum. nummariæ. pœnæ. conſtitutæ. ſunto.

De famoſis libellis. *· Si. quis. occentaſſit. actitaſſit. ſiue. carmen. condidiſſit. quod. infamiam. faceret. flagitiumque. alteri. precaretur. capite. pœnas. luito.* Cicero de rep. IV. & Arnobius IV. contra gent. & cap. D. de iniurijs & famoſis libellis.

Qui. fruges. excantaſſit. qui. malum. carmen. incanſſit. pœnas. dato. néve. alienam. ſegetem. pellexeris. excantando. Ne. agrum. defrugato. Ne. frugem. aratro. quæſitam. nocte. furtim depaſcunto. Puberes. ſi. ſecanto. Cereri. * cos. *ſuſpendunto. Impuberes. arbitratu. prætoris. verberanto. ac. noxam. duplionémve. decernunto. Si. quadrupes. pauperiem. fecerit. animal. quod. commiſit. noxam. dato. aut. noxæ. æſtimationem. ferto. Si. rupitias. ſarcito. Qui. ædes. aceruómve. ſciens. prudens. combuſſit. vinctus. verberatus. igni. necator.*

Plinius libro XXVIII. cap. II. Seneca lib. IV. nat. Quæſt.
Plinius lib. XVIII. cap. III.
* necatos fortè.
Vlpianus. l. I. Si quadr. pauper. Iuſtinianus Inſtitut. lib. IV.
Feſtus Rupitiæ.
Vlpianus. Caius lib. IV. ad leges XII. tab.

De furtis. *Furtiuæ. res. non. vſucapiuntor. Furem. qui. manifeſtò. præhenſus. erit. ſi. furtum. aut. noctu. faciat. aut. interdiu.* * cùm præhenditur. *ſe. telo. defendat. occidito. E. ceteris: manifeſtis. furibus. liberos. verberato. &. ei. cui. luce. factum. furtum. eſit. addicito. Si. ſeruus. furtum. faxit. noxamve. nocuit. ſciente. domino. ſerui. nomine. actio. noxalis. eſto. Seruos. autem. manifeſto. furto. præhenſos. verberibus. afficito. &. è. ſaxo. præcipitato. Pueros. impuberes. prætoris. arbitratu. verberato. noxamque. ab. his. factam. ſarciri. facito. Si. nox. furtum. faxit. ſi. im. aliquis. occiſit. iure. cæſus. eſto. Furta. quæ. per. lancem. liciumque. concepta. erunt. velut. manifeſta. vindicanto. Si. adorat. furtum. quod. nec. manifeſtum. eſit. duplionem. luito.*

Gellius. XI. libri fine, & XX. principio. Cic. pro Milone. Macrob. Saturn. lib. I. cap. IV. Inſtit. Iuſtin. lib. II. tit. VI. Vlpianus, Caius.
* malè in vulgatis *comprehenderetur*.
Vlpian. cap. II. D. de noxal. action.
Macrobius. Feſtus.
Paullus ſententiarum lib. II. Gellius.
Feſtus. Adorare.

Tignum. alienum. ædibus. vineiſve. iniunctum. ne. vindicato. ne. ſoluito. ſed. dupli. pro. eo. actionem. habeto. Si. tibi. furtim. arbores. cæſæ. ſunt. agito. in. ſingulas. æris. viginti. quinque. exigito.

Vlpianus. l. I. de Tigno. Feſtus. Tignum.
Plinius lib. XVIII. cap. I. Caius ad leg. lib. I. ad XII. tab.

Hactenus X. viralium legum reliquias ex Liuio, Dionyſio, Pandectis, Cicerone, Plutarcho, Gellio, Macrobio, Plinio, Seruio, alijſque veteribus retulimus: & eas de religione, & iure publico, pauciſſimis exceptis, ex Ciceronis libris de legibus. Quas ipſe ciuitati ſuæ non ex X. virûm tabulis ſolummodò, verumetiam ex alijs optimis Romanis, Græciſque legibus tulit. Omiſimus tamen obiter ex ijs, quas putamus in XII. non fuiſſe: quaſque conſtat diu poſt tabulas perlatas in Remp. Rom. introductas eſſe. Vt illæ de ſacris Aeſculapij, Matris deûm, ludis ſcænicis: vt illæ de tribunis ærarijs, triumvirisque capitalibus; & æris, argenti, aurique ſignandi: vt leges annales, de liberis legationibus, de cenſura, ædilitate curuli, ac prætura: de quibus ſuo tempore in Annalibus verba faciemus. Et licet prætoris mentio fiat aliquoties in XII. palàm eſt, nihilominus prætores tunc necdum creari cœpiſſe: ſed Cos. ad hæc tempora vſque vulgò prætorem appellari conſueuiſſe, vt lex ipſa de conſulatu lata docet, & ex Zonara quoque paulo poſt dicemus. Demum te non latere lector candide, volo, non omnes leges me XII. tab. verbis ipſis expreſſiſſe, quæ ſanè pauciſſima nunc temporis extant reſidua: ſed quibus ferè legum argumenta ſenſumque nobis auctores expreſſerunt.

Conſul olim prætor dictus.

ANNI. P. R. C. CCCIII.

Decemviri.

AP. CLAVDIVS. Ap. f. M. n. Craſſinus. II. Q. Fabius. M. f. K. n. Vibulanus.

O a M. COR-

M. Cornelius. Ser. f. L. n. Maluginenſis. — L. Minucius. //. f. //. n. Augurinus.
T. Antonius. //. f. //. n. Merenda. — M'. Rabuleius. //. f. //. nepos.
M. Sergius. //. f. //. nepos. — K. Duilius. //. f. //. nepos.
Q. Pœtelius. //. f. //. n. Libo. Viſolus. — Sp. Oppius. //. f. //. n. Cornicen.

Decemviri iterum denuo creati.

EXPECTATIO, vt dixi, ſupplendarum legum, cùm comitiorum dies appropinquaret, deſiderium creandi iterũ x. viros fecit. Patribus quidem, ne ferrẽt denuò tribunorum plebis ſuperbiam, atque importunitates. Iam plebs verò, Coss. nomen nõ ſecus ac Regum peroſa, ne tribunitium quidem auxilium, cedentibus inuicem (vt modeſtiſſime ſinguli ſe hactenus habuerant:) appellatione x. viris, quærebat. Comitia igitur x. virum creandorum omnium conſenſu indicta ſunt: & Ap. princeps collegij patribus ob ſummam plebis gratiam ſuſpectus, comitia (ne ſemet ipſe creare poſſet) habere iuſſus eſt. Is tamẽ, impedimentum pro occaſione arripiens, aura populari fretus, deiectis honore duobus Quinctiis, Capitolino & Cincinnato; & C. Claudio patruo ſuo, & alijs eiuſdem faſtigij ciuibus, ſeipſum in primis reficit, & ſibi collegas quos voluit ſubrogauit. Eos ordine nominant Liuius, Dionyſius & Diodorus. Cum Liuio Dionyſius conſentit M. Corn. fratrem eſſe L. Cornelij Cos anno CCXCIIII. In Diodoro quidẽ Q. Fabius, T. Antonius, K. Duilius librariorum culpa deſiderantur: & pro Sp. Oppio, Sp. Veturius falsò ſuppoſitus eſt. M. Sergius eidem C. Sergius appellatur. Et Dionyſio mendosè M. Seruilius. Sed M'. Rabuleium correctè nominant. Liuij autem codices malè Robuleium habent. Caſſiodorus M. Rubellium. Q. Pœtelius in Diodoro perperam κοίντος πόπλιος. Hunc Dionyſius & Sp. Oppium, & K. Duilium plebeios fuiſſe affirmat, reliquos verò omnes patricios non magni ſplendoris, excepto vno Fabio, qui ter Conſul fuerat.

Decemviratus eo anno in apertam exiuit tyrannidem: coniuratione enim clandeſtina inter eos fœdus ictum: Ne quis e collegio vlla in re alteri aduerſaretur, ne ſenatum conuocarent, néve comitia haberẽt. Idcirco quas duas legum prioribus addiderant tabulas, non pertulerant, vt moris erat, centuriatis comitijs. Denique inter eos conuentum, non deponere magiſtratum, ſed in perpetuum continuare, omnia pro imperio agere. Igitur idibus Maijs, initio magiſtratus, primo honoris die ſinguli cũ duodenis faſcibus, & magna clientum turba ſtipati in publicum prodeuntes, & centum viginti lictoribus forum implentes, decem Regum ſpeciem, ſummo Romani populi terrore, repræſentàrũt: & ex libidine mox cuncta ſummo conſenſu, ſpretis legibus, geſsêre. Nec erat quicquam præſidij in populo, prouocatione ſublata; & interceſſionem irritam conſenſu fecerant, dum alter alterius acta ſuperbiore ſententia comprobat. Nam iudicia domi conflabant, pronunciabant in foro, conſulebaturq. in miſeros ciues iniquè, & crudeliter: nec abſtinebatur à ſecuribus & virgis, bonorumque publicatione. Quæ tamen ſæpius pro libidine inter auaros clientes, quorum cateruæ eorum tribunalia obſidebant, donabantur. Igitur primores patrum, illuſtrioresque ciues indignitate rerum cedebant Vrbe, atque in prædia ſua tranſmigrabant; x. viris conniuentibus, quò tutiùs regnarent. Sed hæc latius apud Liuium & Dionyſium; ad quos, ne nimis longus ſim, lectorem remitto.

Optimates Vrbe cedunt.

ANNI. P. R. C. CCCIV.

Decemviri.

Ap. Claudius. Ap. f. M. n. Craſſinus. II. — Q. Fabius. M. f. K. n. Vibulanus.
M. Cornelius. Ser. f. L. n. Maluginenſis. — L. Minucius. //. f. //. n. Augurinus.
T. Antonius. //. f. //. n. Merenda. — M'. Rabuleius. //. f. //. nepos.
M. Sergius. //. f. //. nepos. — K. Duilius. //. f. //. nepos.
Q. Pœtelius. //. f. //. n. Libo. Viſolus. — Sp. Oppius. //. f. //. n. Cornicen.

Coacti abdicarunt, ob facinus Ap. Claudij. in eorum locum facti ſunt coss.

L. Vale-

L. Valerius. P. f. P. n. Poplicola. Potitus | M. Horatius. M. f. M. n. Barbatus.

DECEMVIRI hoc anno nullis comitijs habitis, iniuſſu populi, ſine patrum auctoritate magiſtratum continuare ſunt aggreſſi. Et dum in Vrbe deploratur libertas, contemni cœpit à finitimis populus Rom. Sabini itaque primùm incurſionem fecêre. Aequi inde caſtra in Algido locant, & Tuſculanum depopulantur agrum, contra quos legiones conſcriptæ ſunt. Decemviri inter ſe prouincias diuiſerunt, Appio Vrbana iuriſdictio relicta eſt, vt magis violento, & ad Vrbanas ſeditiones compeſcendas idoneo; adiutor datus eſt Sp. Oppius, relictæque ad præſidium duæ legiones. Bellum in Sabinis mandatum Q. Fabio, M'. Rabuleio & Q. Pœtelio, cum tribus legionibus. Reliqui in Algidum contra Aequos cum M. Cornelio miſſi ſunt cum reliquis legionibus, & magnis ſociorum auxilijs. Nihil tamen militiæ melius, quàm domi, odio ducum, res geſtæ; fuſi enim vtrobique ſunt exercitus, à Sabinis ad Eretum, & ab Aequis in Algido. Quum igitur dominatio decemvirorum maximo flagraret odio, tam apud ſenatum, quàm apud plebem, duo nefanda eorum domi militiæque acceſsêre facinora, quæ occaſionem maturandæ libertatis populo Rom. dedêre. L. enim Sicinium Dentatum fortiſſimum virum Decemviri imperatores in caſtris ad Cruſtumeriam ob libertatem linguæ per inſidias trucidare iuſſerunt. In Vrbe autem Ap. Claudius decemvir, ingenuam virginem, filiam L. Virginij centurionis in Algido militantis in ſeruitutem aſſerere, vt eius amore potiretur, conatus eſt; patremque eò neceſſitatis adduxit, vt filiæ libertatem ac pudicitiam, lanij cultro eam occidendo, tutari coactus fuerit. Cuius rei atrocitas ſeditionem ingentem cùm in Vrbe, tum in caſtris vtriſque excitauit; vt ſublatis ſignis, miles omnis, deſertis imperatoribus, ad Vrbem properârit, Auentinum montem occupârit, & per ſeceſſionem & minas, decemvirûm pœnas, tribuniciam denuò poteſtatem, & conſulare imperium repetierit. Itaque decemviri abdicare coacti ſunt, & in eorum locum per interregem facti Conſules centuriatis comitijs L. Valerius Poplicola, & M. Horatius Barbatus acerrimi decemviratus impugnatores; hic pronepos Horatij, qui cum P. Valerio Conſul poſt Reges exactos Capitolium dedicauit. Ille verò filius eius, qui contra Herdonium & exules Capitolium defendens occubuit, nepos Poplicolæ qui Reges eiecit. In Diodori codicibus planè mendoſè Conſulum nomina tam Græcè quàm Latinè leguntur. Itaque ex auctoritate Faſtorum, Liuij etiam atque Dionyſij corrigẽda ſunt, ſicut & in Mariano, nam ibi & incorrectè L. Horatius pro L. Valerius habetur. Zonaras rectè, L. Valerium & M. Horatium nominat. Horum conſulatus omnino popularis fuit. Quapropter (vt Zonaras ex quibuſdam Annalibus auctor eſt) hi primùm Conſules appellari cœperunt, cùm antea prætores vocarentur. Nam multas tulerunt leges libertati plebis conſulendo, quibus etiam patrum auctoritatem minuerunt. Atque omnium primùm

Vim magiſtratũ continuant x. viri.

Bellum Aequorum atque Sabinum ex ciuili diſcordia concitatur.

L. Sicinij Dentati cædes.

Ap. Claudij x. viri nefarium factum.

Seceſſio plebis ſecunda in Auentinum.

Conſules vnde & quando primum.

Vt. quod. tributim. plebes. iuſſiſſet. populum. teneret. Qua lege patricij etiam plebiſcitis ſubijciebantur, quod antea in controuerſia fuerat. Liuius & Dionyſius.

Leges Valeriæ & Horatiæ.

Legem de maieſtate tulerunt. *Vtique qui. tribunis. plebis. ædilibus. iudicibus. nocuiſſet. eius. caput. Ioui. ſacrum. eſſet. familia. ad. ædem. Cereris. Liberi. Liberæ que. venum. iret.* Hanc legem Horatiam appellat Liuius. Vide item Dionyſium & Zonaram, qui auſpicia inſuper ab his Conſulibus conceſſa fuiſſe tribunis plebis ſcribunt. De conſulatu etiam plebi communicando tranſactum in hac ſeceſſione fuiſſe tradit Diodorus Siculus; ſed ex alijs Annalibus, quàm quos ſequuntur Liuius & Dionyſius. Hi enim huius rei mentionem nullam faciunt. Liuius tamen in oratione T. Quinctij Conſulis, quam triennio poſtea ad plebẽ habuit, tale quid indicare videtur, cùm dicit de hac ſeceſſione: Tribunos plebis iterum creare voluiſtis, creaſtis. Conſules facere veſtrarum partium, & ſi patribus videbamus iniquum; patricium quoque magiſtratum plebi dignum fieri vidimus. Sed hæc ipſum de Conſulibus huius vel de tribus x. viris plebeijs antè creatis Quinctium dixiſſe opinari etiam poſſumus.

Auſpicia primùm trib. plebis conceſſa.

Decemviri tyrannidis pœnas dederunt. Ap. Claudius & Sp. Oppius in carcere perierunt; reliqui fuga, & voluntario exilio ſemet damnârunt; bona verò omnium ſunt publicata. Duodecim tabulas legum æreas ante roſtra publicauerunt Conſules: atque inſtituerunt, vt S.C. in ædem Cereris ad ædiles plebis deferrentur; quæ antea arbitrio Conſulum ſupprimebantur & vitiabantur. Hiſtoriam omnem late proſequuntur Liuius libro III. Dionyſius XI. Diodorus XII. Zonaras, Oroſius, Eutropius, Florus & Auctor de viris illuſtribus. Meminit Pædianus in Cornelianam.

Decemuiri puniti.

XII. tabulæ legum publicatæ.

Tribuni plebis.

L. Virginius. //. f. //. nepos. Reuocata in Vrbem plebe, cùm abdicaſſent decemviri, & redintegrata inter patres ac plebem cõcordia; in Auentino pontifice maximo habente comitia tribuni plebis decem creati ſunt. Ac primùm omnium L. Virginius. Is Ap. Claudium qui x. vir fuerat, quòd ab libertate in ſeruitutem contra leges dediſſet vindicias, in carcerem duci iuſſit; vbi ante damnationem ſibi ipſe mortem conſciuit. Liuius lib. III. Dionyſius XI.

Ap. Claudij x. viri mors.

L. Icilius. C. f. //. n. Ruga. III. Tribunicium virum acrem, & expertæ virtutis pró cauſſa plebis produnt hunc Liuius & Dionyſius. Bis antè tribunum fuiſſe demonſtraui. Is plebem rogauit, plebesque ſciuit. *Ne. cui. fraudi. eſſet. ſeceſſio. à. decemviris. facta.* Diem M. Claudio aſſertori Virginiæ ſponſæ ſuæ dixit; damnatumq́ exilio multauit. Poſt victoriam de Aequis & Sabinis, primus ad populum inuitis patribus de triumpho Conſulum rogationem tulit; Populus, reclamante ſenatu, Conſules triumphare iuſſit. Liuius & Dionyſius.

Icilia lex. M. Claudius damnatus. Icilia rogatio de coss. triumphis.

P. Numitorius. //. f. //. nepos. Auunculus Virginiæ, nominatus à Liuio inter auctores ſeceſſionis Sp. Oppium collegam Ap. Claudij in vincula duxit, quòd ciuem Romanum iniuſtè virgis cæcidiſſet; At Oppius ante iudicij diem in carcere mortuus eſt. Liuius, Dionyſius.

Sp. Oppius in carcere moritur.

M. Duilius. //. f. //. nepos. II. Hunc ante decemviros creatos, geſſiſſe inſignem tribunatum Liuius teſtatur, qui virum prudentem & moderatum dicit. De Conſulibus creandis rogationem pertulit.

Legem de tribunicia poteſtate tulit. *Qui. plebem. ſine. tribunis. reliquiſſet. quique. magiſtratum. ſine. prouocatione. creaſſet. tergo. &. capite. puniretur.* Auctor eſt Liuius. De eadem lege Diodorum loqui exiſtimo, cùm dicit: Vtique tribuni plebis, exacto ſui magiſtratus anno, mox totidem alios in annum ſequentem deſignarent; quòd ſi prætermiſiſſent, illico viui concremarentur. Porrò Val. Max. auctor eſt, P. Scæuulam trib. plebis nouem collegas Sp. Caſſij coniuratione detecta, viuos concremaſſe; quòd non ſubrogatis ſucceſſoribus libertatem plebis in dubium vocaſſent. Vt in anno CCLXXVIII. dixi. Ex quibus colligere eſt, ſecundùm quoſdam Annales legem iſtam de tribunicia poteſtate multo antè latam fuiſſe. Punitis morte, vel exilio decemviris, ſuppliciorum finem fecit, & obliuione ſimultatum decreta; reliquis qui x. virorum voluntati ſubſeruiſſent, impunitatem dedit. Liuius & Dionyſius lib. XI.

Duilia lex.

C. Sicinius. C. f. L. n. Bellutus. Progenies (inquit Liuius) eius, qui primus tribunus plebis in Sacro monte ſeceſſionis auctor creatus eſt. Hic patrem habuiſſe videtur trib. plebis anno CCXCIII. inter primos decem tribunos.

M. Titinius. * L. f. * //. nepos. M. Pomponius. //. f. //. nepos.
C. Apronius. //. f. //. nepos. P. Villius. //. f. //. nepos.
C. Oppius. //. f. //. nepos. Alios tribunos quoque ſic enumerat Liuius, quos ſpe magis, quàm meritis electos dicit. Mendosè quidem in exemplaribus pleriſque legitur Ap. Iulius, pro P. Villius.

Aediles.

Tabulas decemvirales, vt quidam ſcribunt, iuſſu tribunorum plebis publicârunt. S.C. in æde Cereris conſeruanda primi locârunt, Liuius & alij.

C. Claudius. //. f. //. n. Cicero. [M. Titinius. M. f. //. nepos.]

Quæſtores.

Bona damnatorum x. virûm populi iuſſu ſub haſta venundata publicârunt. Dionyſius.

Agrip. Menenius. T. f. Agrip. n. Lanatus. L. Iulius. Vopiſci. f. //. n. Iulus.
Quorum magiſtratus alij maiores ſequentur.

L. Valerivs. P. F. P. N. Poplicola. POTIT: ANN. CCCIV.
Cos. de. AEQVIS IDIBVS SEXTIL.
M. Horativs. M. F. M. N. BARBATVS. ANN. CCCIV.
Cos. de SABINEIS. VII. K. SEPTEMBR.

Sublata decemuiratus tyrannide, rebus vrbanis compoſitis fundataque domi concordia, bellum contra Sabinos & Aequos ſumma vi apparauerunt Coss. qui hoſtes feliciter diuerſis exercitibus, geminaque confuderunt victoria, Horatius Sabinos, Valerius Aequos & Volſcos in Algido, & caſtris vtrobique captis ingenti præda potiti ſunt. Conſulibus redeuntibus à ſenatu triumphus negatus eſt, quòd nimium in magiſtratu plebi ſtuduiſſent, ſenatus auctoritati derogantes. Nihilominus inuitis patribus tribunorum, populique iuſſu primi triumpharunt; Valerius de Aequis, Horatius autem de Sabinis, veluti etiam fragmenta monſtrant Capitolina. Auctores ſunt Liuius lib. III. Dionyſius lib. XI.

Sabini, Aequi & Volſci victi.

Conſulũ triũphus iuſſu populi inuitis patribus primus.

ANNI. P. R. C. CCCV.

Conſules.

Lar. Herminius. T. f. //. n. Aquilin'. T. Virginius. T. f. //. n. Tricoſtus. Cælimõtan[9]

TABVLÆ Græcæ Herminium & Tricoſtum ſuggerunt Coss. Lar. Herminij prænomen, vt rarius; ita obſcurius in Liuio & paſſim apud auctores Latinos vel corruptum eſt, vel penitus intercidit. In Græcis hiſtoricorum exemplaribus aliqua eius adhuc extant veſtigia. In Diodoro enim λαρῖνος ἑρμήνιος vocatur. In Dionyſio λαρὸς ἑρμίνιος. In Liuio autem, Caſſiodoro & Mariano Sp. Herminius legitur. Porrò Lartis prænomen huic Conſuli propriè tribui teſtatur Probus in epitoma de prænominibus, cuius verba hoc modo
„ correctius legenda videntur, quàm extant in vulgatis exemplaribus. Lar, Lartis, præno-
„ men eſt, ſumptum à Laribus. Tuſcum autem creditum eſt prænomen eſſe; fuitque Con-
„ ſul Lar Herminius cum T. Virginio Tricoſto. Quis autem non videt corrupta eſſe hæc,
„ quæ ſic leguntur: Laërtis prænomen eſt ſumptum à Laribus, Tuſcum antè creditum eſſe,
„ fuitque conſularis. Herminius eſt prænomen T. Virginio Tricoſto. Hunc verò Conſulem in Diodoro quoque perperam prodidere librarij Τίτον σαρτίνιον στρυκτον. Tricoſtus enim Virginiorum cognomen eſt, non Structus. A Dionyſio rectè Cælimontanus appellatur, altero videlicet cognomine Virginiorum.

Lar prænomẽ.

Probi Grammatici de prænominib' Rom. locus correctus.

Domi atque foris ocium fuit. Liuius lib. III.

Trib. plebis.

Sp. Tarpeius. M. f. M. n. Mõtanus. Capitolinus. A. Aeternius. //. f. //. n. Fõtinalis

Conſpiratio inter Tribunos ſuperioris anni facta erat, vt iidem reficerentur, fautoribusque plebis Conſulibus Valerio, Horatioque continuarent magiſtratum. Sed fortè quadam vtili ad tempus, vt comitijs præeſſet, M. Duilio potiſſimum ſorte euenit, cernenti inuidiam ex continuatione magiſtratus imminentem: qui ex veteribus tribunis negauit ſe vllius rationem habiturum. Repugnantibusque collegis comitia habuit, & quinque nouis tribunis plebis creatis, cùm alij tribus non ſuppeterent ob ſtudia tribunorum veterum apertè petentium, dimiſit concilium, nec deinde comitiorum cauſſa habuit, ſatisfactum legi dicens, quæ numerum comitijs, tribuni modò relinquerentur, præfinitum nuſquam ſanxiſſet: ſed ab alijs qui creati eſſent, cooptari collegas iuberet. Atque eo modo Duilius, cum ad vltimum perſeueraſſet, victa collegarum cupiditate magiſtratu abijt. Noui tribuni plebis in cooptandis collegis patrum voluntatem fouerunt, duos etiam patricios, Conſularesque Sp. Tarpeium & A. Aeternium cooptauerunt. Vide Liuium lib. III. qui omnia diffuſiùs enarrat. Dionyſius in fine lib. XI. mutilus eſt, vbi hæc, & alia deſiderantur.

Diſcordia in comitijs tribunorum plebis.

Quinque tribuni plebis creati, alij quinque cooptati.

Duo patricij conſulares tribuni plebis facti.

L. Trebonius. //. f. //. n. Qui in hac poteſtate Aſper appellatus eſt. Infeſtus patribus, quòd ſe in cooptandis tribunis fraude captum à collegis aiebat, rogationem de comitijs tribunicijs tulit: *Vt qui. plebem. Romanam. tribunos. rogaret. is. vſque. eo. rogaret. dum decem. tribunos. plebei. faceret.* Qua lege cooptatio tribunorum interijt. Idem inſectando aſſiduè patricios tribunatum gerens; Aſperi cognomen rettulit. Liuius libro III.

Trebonia lex de comitijs tribunicijs.

//. //. f.

// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .

[Q. Conſidius. Q. . // . nepos.] L. Allienius. // . f. // . nepos. III.
M'. Marcius. // . f. // . nepos. II. C. Claudius. // . f. // . n. Cicero. II.
C. Fulcinius. // . f. // . nepos. IV. [L. Albinius. // . f. // . nepos. II.]
M. Claudius. // . f. // . n. Cicero. II.]

Aediles

// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .
[L. Volumnius. // . f. // . n. Flamma.] [P. Tarquitius. P. f. // . n. Laurentinus.]

Quæſtores

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
[C. Sergius. C. f. C. nepos.] M. Papirius. // . f. // . n. Craſſus.

Papirius ſeptimo dein anno Cos. ſequetur. C. Sergius L. Sergij qui primus Fidenas appellatus eſt, frater haberi poterit.

ANNI. P. R. C. CCCVI.

Conſules

M. Geganius. M. f. // . n. Macerinus. C. Iulius. C. f. C. n. Iulus.

MACERINI cognomen addunt Geganijs Capitolinæ tabulæ, & ita reperitur etiam in manuſcriptis Diodori codicibus, in vulgatis perperam Macrinus legitur. Alter Conſul in Diodoro L. Iulius, & mendoſè in Caſſiodoro Claudius Iulius habetur. Liuius & Marianus rectè C. Iulium vocant. Dionyſij autē hiſtoria hoc loco interrupta eſt, aliquot folijs iniuria temporum perditis, adeò vt hi Coſs. ſimul cum actis eius anni deſiderentur.

Res domi quieta. Sedatæ ſunt hoc anno tribunorum aduerſus nobilitatem conciones, plebs enim metu delectus, inſtante Volſcorum, atque Aequorum bello, à ſeditionibus abſtinuit. Liuius libro III.

Tribuni plebis.

// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .

P. Villius. // . f. // . nepos. II. [L. Villius. // . f. // . nepos.]
C. Oppius. // . f. // . nepos. II. Sex. Manilius. // . f. // . nepos. III.
Sp. Antius. // . f. // . nepos. III. [M. Silius. M. f. // . nepos. II.]
[C. Pompilius. // . f. // . nepos. II.] [C. Virginius. // . f. // . nepos.]
[C. Antius. // . f. // . nepos.] M. Icilius. // . f. // . n. Ruga

Iuuenem ſtrenuum M. Icilium dicit Dionyſius lib. X. qui patrem veteranum à Conſule T. Romilio cum L. Dentato ad oppugnanda hoſtium caſtra, velut in certam mortem miſſum deſerere noluerat, anno CCXCVIII.

Aediles.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
M. Titinius. * L. f. * // . nepos. M. Pomponius. // . f. // . nepos.

Quæſto-

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
M. Cornelius * L. f. L. n. Maluginenſis.	C. Nautius. C. f. Sp. n. Rutilus.

Nautius C. Nautij bis Conſulis filius, cuius nomen extat in Capitolinis faſtis. M. Cornelius Cos ſequetur, videtur frater patruelis fuiſſe M. Cornelij x. viri.

ANNI. P. R. C. CCCVII.

Conſules.

T. Quinctius. //. f. //. n. Barb. Capitolinus. IIII. Agrippa. Furius. //. f. //. n. Fuſus

SVGGERVNT Cõſules Liuius, Diodorus, Caſſiodorus & Marianus Scotus, T. Quinctium Capitolinum IIII. & Agrippam Furium. Huius prænomen, Agrippa, tamen errore librariorum in Liuij & Caſſiodori vulgatis aliquot exemplaribus mutatum eſt in Aulus. In Diodoro & Mariano remanſit. In tabulis Græcis Furium & Capitolinum III. habemus, ſed mendoſè, vt ordo Conſulatuum eius monſtrat.

Diſcordiæ patrum, ac plebis in aperta erupêre certamina. Qua occaſione Volſci & Aequi arma ſumpsêre, & ad portas quaſi Vrbis populabundi excurrerunt. Itaque diſſenſiones ciuiles intermiſſæ graui oratione populum caſtigante T. Quinctio Conſule, & validus eſt conſcriptus exercitus, quo inimicis ambo Conſules occurrerunt. Prœlium eſt atrox commiſſum ad Corbionem, quo Volſci & Aequi ad internecionem ferè cæſi ſunt, caſtra capta eodem impetu Romanusque miles præda ditatus abijt. Conſules triumphum non poſtulaſſe, nec delatum ab ſenatu fuiſſe ſcribit Liuius.* Meminit item victoriæ Diodorus Siculus, ſed mendoſè Volſci eo loco vocantur Volumnij: ſicut is auctor in proprijs nominibus admodum corruptus eſt. Populus Rom. iudex factus de agro controuerſo inter Aricinos & Ardeates, vnius Scaptij plebei hominis teſtimonio, agrum, ob quem ſocij toties armis inter ſe dimicârant, ſibimet, reclamante ſenatu, adiudicauit. Liuius in fine lib. III. Reliqua eſt etiam huius hiſtoriæ pars in Dionyſio lib. XI. fine.

T. Quinctij Cos. auctoritas.

Victoria de Volſcis & Aequis.

Tribuni plebis.

Iuuenibus patricijs quibuſdam ob tribunos ac plebem læſos, diem dixêre; ſed nouis ſæpe certaminibus per nobilium factiones turbatæ conciones fuêre Itaque delectui obſtitêre militari, donec tandem T. Quinctij Cos. auctoritate & oratione repreſſis tribunis diſſenſio tolleretur. Appellati à P. Scaptio ſene nonagenario, vt ſibi poteſtas loquendi de republica in concilio populi de agro controuerſo ſuffragia inituri inuitis Conſulibus fieret; eidem dedere, vt cupidæ audiendi plebi, quæ vellet, diceret. Liuius lib. III. fine.

Patricij iuuenes rei.

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
L. Allienius. //. f. //. nepos. IV.	[M'. Marcius. //. f. //. nepos. III.]
P. Numitorius. //. f. //. nepos. II.	[M'. Pomponius. //. f. //. nepos.]
L. Trebonius. //. f. //. n. Aſper. II.	L. Roſcius. //. f. //. nepos. III.
[L. Fulcinius. //. f. //. nepos. II.]	[M. Claudius. //. f. //. n. Cicero. III]
[M. Allienius. //. f. //. nepos.]	[P. Scaptius. P. f. //. nepos.]

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
C. Sicinius. C. f. L. n. Bellutus.	C. Apronius. //. f. //. nepos.

QVAESTO-

QVÆSTORES. PRIMVM. POPVLI. SVFFRAGIO. CREATI. VT. AVCTOR. TACITVS.

L. Valerius. * L.f.M.n. * Potitus. Mam. Aemilius * M.f.//.n. * Mamercinus.

EN VT inualeſcens diſcordijs ac ſeceſſionibus tribunicia poteſtas ſenatui ac nobilitati patriciæ ius dominij ſenſim extorſerit. In hunc enim annum vſque Coſs. creati ſibi Quæſtores è patricijs iuuenibus nominare ſolebant, deinceps vti à populo quotannis crearentur duo patricij Quæſtores à patribus concordiæ cauſſa fuit impetratum, vt auctor eſt Tacitus Annalium lib. XI. cuius verba ſuperiore libro magiſtratus huius originem deſcribens attuli. Verum eius iſta narratio quantum à Plutarcho & alijs ſcriptoribus diſcrepet, *Cōſulibus olim delegendi ſibi quæſtores poteſtatem fuiſſe.* obiter tunc etiam dixi. Refert autem manſiſſe Conſulibus poteſtatem vt olim Regibus fuerat delegendi, quos vellent Quæſtores vſque ad annum hunc poſt Reges exactos LXII. ſed tunc eum quoque honorem a populo mandari cœpiſſe. Aliter tamen ſcribere Plutarchum, Zonaram ac alios, qui anno libertatis primo P. Valerium Poplicolam hoc iuris indulſiſſe populo ſcribunt, vti quotannis duos Quæſtores ærario præfuturos crearet, antè declaraui. Et quidem è patricijs ad annum vſque CCCXLIV. creari ſolitos fuiſſe conſentiunt omnes, vt nobis etiam ex Liuij quarto manifeſtum fit, qui & antea patricios Quæſtores *Taciti locus.* nominat, quemadmodum Tacitus etiam hos primos à populo creatos, L. Valerium Potitum, & Mam. Aemilium Mamercinum: vt eos correctius pleniusque proferam, quàm ab ignauis & indoctis librarijs olim proditi fuêre; qui omiſſis prænominum notis, vt illis procliue ſemper fuit negligere non intellecta, mendoſiſſimè Valerium Poſtumium, Aemilium Mamercum voluminibus ſuis inſcripſerunt. Quæ quidem nomina doctiſſimus Iuſtus Lipſius etiam ex antiquis exemplaribus, ſicut & totum Tacitum, deterſis maculis, nitidiùs nobis protulit, Valerium Potitum & Aemilium Mamercinum. Populares autem & ordini plebeio grati, non dubito, quin fuerint Hic idem, qui octauo dein anno tribunus militum conſulari poteſtate, & poſtea ter Dictator fuit: ille primi Poplicolæ pronepos, & L. Potiti filius, qui regnum Sp. Caſſij ſubuertit. Idque ex Dionyſio, & ordine temporum colligo. Iam vero quod Tacitus hos creatos ſcribit, vt rem militarem comitarentur, & gliſcentibus deinde negocijs duos additos, qui Romæ curarent: παράδοξον quid eſſe videtur, & auctorum opinioni receptiſſimæ contrarium, ex quorum ſcriptis conſtat, Quæſtores ærarium publicum Romæ poſt Reges exactos curaſſe, & aliquando crimina anquiſiuiſſe capitalia, damnatorumque bona publicaſſe, quamdiu duo tantùm quotannis creabantur, hoc eſt, ad annum vſque CCCXXXII. Tunc etenim duo in eum finem addi cœperunt, vt Conſulibus ad miniſteria belli præſtò eſſent, quemadmodum Liuius teſtatur apertè & ſuo loco latius dicemus. Quatuor igitur tunc poſtea quotannis creabantur, duo qui ærarium, vti priùs, Romæ curarent, & vrbani vocabantur: duo, qui rem militarem comitarentur, *Taciti locus ſuſpectus.* militares inde dicti. Ordine quidem inuerſo hæc eſſe in Tacito prodita comperimus Quod an auctori ſit imputandum, an potius librarij ſcriptoris alicuius negligentiæ qui forſan verſiculo tranſpoſito, verum hiſtoriæ contextum conturbauit, necdum ſatis liquet.

ANNI. P. R. C. CCCVIII.

Conſules.

M. Genucius. L. f. L. n. Augurinus. C. Curtius. //. f. //. n. Philo.

HORVM Conſulum mentionem facit M. Varro, de lingua lib. IIII. vbi de lacu Curtio varias auctorum opiniones adfert. C. Aelius (inquit) & Q. Lutarius ſcribunt, cum locum eſſe fulguratum, & ex S. C. ſeptum. Idque factum eſſe à Curtio Conſule, cui M. Genucius fuit collega; Curtium lacum appellatum eſſe. Varronis itaque auctoritas mihi facilè perſuadet hunc Conſulem C. Curtium appellandum eſſe, non P. vel C. Curiatium, ſicut habent vulgari codices, Liuij & Caſſiodori; vel C. Quinctium, vt Dionyſij exemplaria; in quibus & collega quoque perperam M. Minucius vocatur. Adiuuant noſtram opinionem non ſolùm tabulæ Græcæ, quæ Genucium & Curtium Conſules produnt; ſed etiam Diodorus, licet incorrectus, cùm Agrippam Curtium appellet: Item Zonaras, qui rectè M. Genucium C. Curtium Coſs. prodit.

Ardeates ob iniuriam abiudicati agri à populo Rom. deſciuerunt. Inſtabat & Veiens bellum. Volſci & Aequi ſociorum agros impunè depopulari ſunt, tribunis plebis delectum impedientibus. Liuius lib. IIII. principio. Dionyſius lib. XI. fine.

Tribuni plebis.

C. Canuleius. //. f. //. nepos. Legem de connubio ac plebem communicando inuito ſenatu tulit. Id quod Claud a lege decemvirali prohibitum fuerat. Liuius libro IIII. diffuſe. Meminit item L. Florus lib. I. cap. XXV. Tertiam (inquit) ſeditionem „ excitauit matrimoniorum indignitas, vt plebei cum patricijs iungerentur, qui tumul- „ tus in monte Ianiculo duce Canuleio tribuno plebis exarſit. Canuleium tribunum nominat item Dionyſius, & legem de plebeio conſulatu ſuaſiſſe dicit. *Canuleia lex de connubijs.*

C. Furius. //. f. //. nepos. Eodem anno moueri per tribunos plebis lex cœpit de conſulatu plebeis hominibus communicando. Eoque res proceſſit deinde, vt rogationem omnes tribuni plebis præter vnum C. Furium magnis contentionibus aduer- „ ſante ſenatu promulgarent. *Vti populo. poteſtas. eſſet. ſeu. de plebe. ſeu. de. patribus. quos.* „ *vellet. Conſules. creandi.* Sed tandem cùm ex S.C. permitteretur plebi, vt, quos vellet, tribunos militum crearet; actionem de lege tribuni intermiſerunt. Liuius libro IIII. Dionyſius XI. Zonaras. *Lex de communicando plebi conſulatu moueri cœpta eſt.*

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
C. Claudius. //. f. //. n. Cicero. III.	M. Titinius. //. f. //. nepos. II.
[L. Furius. //. f. //. nepos.]	[C. Virginius. //. f. //. nepos. II]
[L. Oppius. //. f. //. nepos.]	[Cn. Apuleius. //. f. //. n. Panſa.]
[Ti. Pontificius. Ti. f. //. nepos.]	[T. Latinius. T. f. T. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
P. Villius. //. f. //. nepos.	C. Oppius. //. f. //. nepos.

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[C. Foſlius. C. f. //. n. Flaccinator.]	Poſtum. Aebutius. //. f. //. n. Elua. Cornicen.

ANNI. P. R. C. CCCIX.

PRIMI. TRIBVNI. MILITVM CONSVLARI POTESTATE.

A. Sempronius. A. f. //. n. Atratinus	T. Clœlius. //. f. //. n. Siculus.
L. Atilius. //. f. //. n. Longus.	Vitio facti abdicârunt.

In eorum loc. facti ſunt Coss.

L. Papirius. //. f. //. n. Magillanus.	L. Sempronius. A. f. //. n. Atratinus.

ANNO poſt Romam conditam trecenteſimo nono, velut auctor Capitolinorum Faſtorum tradit, vel trecenteſimo decimo vt Liuius & alij volunt, primum tribuni militum pro Conſulibus temp. adminiſtrare cœperunt conſulari poteſtate, & inſignibus præditi, anno videlicet tertio Olympiadis octogeſimæ quartæ, imperante Athenis Diphilo, vt auctor Dionyſius. Diſcrepat ab alijs Suidas in vocabulo χιλίαρχος, ſcribens anno CCCXV. illud accidiſſe. Itaque non videtur hos primos ſupputaſſe; forſan quia vitio facti abdicârunt, ſicut paulo poſt declarabo. Hic autem magiſtratus vnicum remedium per multos annos fuit ad defendendam contra plebeios conſularem dignitatem. Cùm enim è corpore ſuo Conſulem alterum quotannis fieri magnis contentionibus plebs poſtularet, tribuniſque

bunisq́ue plebis auctoribus, grauiori indies ſeditione lex de plebeio conſulatu agitaretur nec eorum cupiditati diutius obſtari poſſet; patres veriti, ne ſe inuitis lex tandem perferretur, in C. Claudij ſententiam S.C. fecerunt. Vt pro Conſulibus crearentur tribuni militum tres ex patricijs, totidemque ex plebe, qui conſulari poteſtate remp. adminiſtrarent. Eorum autem annuo finito imperio, rurſum ex S. C. plebs rogaretur, Conſules ne an tribunos mallent; quiq́ue magis placuiſſent, fierent. Eoque contenti tribuni, contenta plebs fuit. Comitijs igitur habitis tres dumtaxat patricij tribuni militum creati ſunt, A. Sempronius Atratinus, L. Atilius Longus, T. Clœlius Siculus, quemadmodum nominantur à Dionyſio, Liuio & Diodoro; Quorum in magiſtratu concordia domi, pacem quoque foris effecit. Verum tertio menſe quàm inierunt, perinde ac contra auſpicia creati, honore abiêre, augurum decreto; quòd C. Curtius, qui comitijs præfuerat, parum rectè tabernaculum cœpiſſet. Hæc ferè Liuius libro quarto. Dionyſius autem libro XI. ſeptuaginta tres dies tantùm obtinuiſſe hunc magiſtratum, vltroque ipſos depoſuiſſe ſecundum patrias conſuetudines, ob miſſa quædam ſigna à dijs prohibentia eos publica adminiſtrare. Itaque vitio facti putabantur magiſtratus illi, quos contra auſpiciorum rationem creatos eſſe, augurum decreuiſſet collegium. Nomina tribunorum in quibuſdã exemplaribus ſunt corrigenda, vt in Liuio pro Cæcilio reponendus Clœlius, vt etiam in Diodoro pro Quinctio. Græca Dionyſij exemplaria perperam quoque Κλύσιος, pro Κλοίλιος habent, & cognomen Atilij λῶσγα, pro λόγγος.

S.C. de tribunorum militum creatione.

Interregnum.

Porro cùm abdicaſſent tribuni, res ad interregnum redijt; & magna contentio patres ac plebem per dies complures tenuit, cum ſenatus & interrex Conſulum comitia, tribuni plebis, ac plebs tribunorum vt haberentur, contẽdunt. Vicêre tandem patres, & T. Quinctius Barbatus interrex Conſules fecit L. Papirium Mugillanum, & L. Sempronium Atratinum, fratrem A. Sempronij, qui cum collegis abdicauerat, quos Conſules etiam, omiſſis tribunis militum, eo anno nominat Marianus Scotus. Hos tamen in Annalibus priſcis, vel libris magiſtratuum non reperiri adſerunt Liuius & Dionyſius, auctorem eos ſolummodo habere Licinium Macrum, & libros linteos ad Monetæ repoſitos; reperiri etiam in fœdere Ardeatino, quod ſub his Conſulibus renouatum fuiſſe volunt. Ardeates enim depoſita agri abiudicati actione, per legatos arbitrium leuandæ iniuriæ ſuæ ſenatui permiſerunt, & amicitiam ſocietatemq́ue populi Rom. denuò ſunt amplexi. Mentionem facit item Conſulum illorum Cicero familiarium lib. IX. in epiſtola quadam ad Papirium Pætum, vbi L. Mugillanum Conſulem Papiriæ familiæ minorum gentium principem dicit. In Dionyſio corruptè μενύκιος παπίριος appellatur.

Fœdus cũ Ardeatibus renouatum.

Tribuni plebis

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.

N. Sextius. //. f. //. n. Sextinus. Auus L. Sextij. qui trib. plebis demum patricijs conſulatum plebeium extorſit, ſicut poſtea dicemus.

* Sp. * Icilius. C. f. //. n. Ruga. Frater L. Icilij ſponſi Virginiæ & ter tribuni, cuius Liuius & Dionyſius meminêre, impigrum iuuenem equis citatis L. Virginium è caſtris exciuiſſe ſcribentes.

P. Numitorius. //. f. //. nepos. III.	C. Sicinius. C. f. L. n. Bellutus. II.
M. Pomponius. //. f. //. nepos. II.	Sex. Manilius. //. f. //. nepos. IV.
C. Apronius. //. f. //. nepos. II.	[C. Pompilius. //. f. //. nepos. III.]
[L. Cædicius. L. f. //. nepos.]	[Q. Mælius. C. f. //. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
L. Trebonius. //. f. //. n. Aſper.	M. Icilius. //. f. //. n. Ruga.

Quæſto-

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
L. Sergius. C. f. C. n. Qui poſtea Fidenas appellatus eſt	[Mam. Aemilius. * Ti. f. L. n. * Mamercinus]

L. Sergij nomen extat in Capitolinis marmoribus. Mam. Aemilius Ti. Mamercini bis Conſulis videtur filius.

ANNI. P. R. C. CCCX.

Conſules

M. Geganius. M. f. //. n. Macerinus. II.	T. Quinctius. //. f. //. n. Barb. Capitolinus v.

RECTE recenſentur hi Conſules in Liuio, Caſſiodoro, Mariano & Dionyſio, qui menſe Decembri magiſtratum inijſſe dicit. In Diodoro nomina ſunt aliquantulum corrupta, quæ ex his facilè corrigentur. Tabulæ Græcæ Macerinum II. & Capitolinum v. produnt, Zonaras Barbatum, & M. Macerinum, ſub quibus deſignatos primos Cenſores ſcribit.

Ardeatium ſeditio.

Ardeatium plebs factione ciuili contra magiſtratus & nobilitatem arma ſumpſit, in agros optimatum ferro, flammaque excurrit, & ad expugnandam Ardeam, ſpe prædæ Volſcos exciuit. Optimates ad auxilium obſeſſæ vrbis Romanos euocauerant, ad quod bellum Conſul Geganius cum exercitu eſt miſſus. Hiſtoriam ſatis latè narrat Liuius libro quarto. In Dionyſio hæc & reliqua hiſtoriæ Romanæ deſiderantur. Meminit huius anni Plinius, Herodotum Thurijs in Italia hoc tempore vixiſſe, & hiſtoriam ſcripſiſſe dicens libro XII. capite IIII.

Cenſores primi

L. Papirius. //. f. //. n. Mugillanus.	L. Sempronius. A. f. //. n. Atratinus

Luſtrum fecerunt. XI.

Cenſores nouum magiſtratum inuentum.

Mutatus locus in Liuio. mentio illata ab ſenatu eſt.

Ad hunc vſque annum, vt prius Regum; ita ijs exactis, ſummi cuiuſq; magiſtratus fuerat cenſum agere, & luſtrum condere, quemadmodum à Ser. Tullio Rege inſtitutum erat. Cùm itaque hoc tempore Rom. populus ob continuas ferè militias, & ciuiles diſcordias, multis annis incenſus permãſiſſet, nempe à Q. Fabij & L. Cornelij conſulatu, vt ſtatu reip. requirente diutiùs differri cenſus non poſſet; mentio illata ab * *conſulibus in* * ſenatu eſt, rem operoſam, & minimè conſularem, ſuo proprio magiſtratu egere; cui ſcribarum miniſterium, tabularum cura, cuſtodiaque; cui arbitrium formulæ cenſendi ſubijceretur. Ipſis autem difficile tum temporis eſſe ob imminentia bella, etiam hoc fungi officio. Patres, quanquam rem paruam, tamen quo plures patricij magiſtratus eſſent in republica, læti accepêre; & tribuni plebis magis neceſſariam, quam ſpecioſam miniſterij iſtius procurationem putantes, ne in paruis quoque rebus incommodè aduerſarentur, haud multum tetendêre. Cum autem à primoribus ciuitatis ſperneretur honor, qui ſucceſſu deinde temporis ſummus haberi cœpit, cenſores populi ſuffragijs primi creati ſunt ex patricijs L. Papirius Mugillanus & L. Sempronius Atratinus; quorum conſulatus minimè plenus fuerat. Quorum item meminit Cicero ad Pætum libro epiſtolarum IX. dicens principem "Papiriæ gentis fuiſſe L. Papirium Mugillanum, qui cenſor cum L. Sempronio Atratino "fuit, cùm antea Conſul cum eodem fuiſſet. Sed ita corrigendum eſſe Ciceronis locum, Liuius & hiſtoriæ ratio ſatis oſtendit; neque vt nunc habent plerumque exemplaria le-"gendum eſſe, qui Conſul cum L. Sempronio Atratino fuit, cùm anteà cenſor cum eodem "fuiſſet. Errorem natum ex librariorum imperitia non dubito, qui vetuſtas notandi formulas CONS. & CENS. perperam interpretantes inuerterunt. Luſtrum autem condidiſſe XI. cenſores, ex antè dictis, & ratione Capitolinorum fragmentorum colligere eſt; quamuis Liuius eius rei nullam mentionem faciat.

Ciceronis locus.

DE CENSVRA.

DE ratione cenſus, & luſtri condendi ſuo loco quædam in Septimontio, & Ser. Tullij Regis actis, ad huius operis inſtitutum pertinentia adduxi; nunc autem de ampliſſi-
Cenſura incrementū in ſummam amplitudinem.
mo cenſuræ magiſtratu dicam: Qui ex paruis, vt iam demonſtraui, initijs; tantum deinde cepit incrementum, vt morum diſciplinæque Romanæ regimen, ſenatus equitumque centuriæ, populuſque omnis Romanus, decoris, dedecoriſque diſcrimen; publicorum inſuper priuatorumque locorum ius; vectigalia denique populi Rom. ſub eius magiſtratus ditione, nutu, atque arbitrio eſſent. Non ſolum enim mores cuiuſcunque ciuis, ſed etiam ſo-
Cenſores unde dicti.
boles, familia, fortunæ poſſeſſioneſque, cenſorum arbitrio ſubijciebantur: Ita enim abs re appellati, quòd ad ipſorum, vt vult Varro, cenſionem, id eſt, arbitrium, cenſeretur populus, vel, vt non minùs aptè mihi videtur declarare Sex. Pompeius, quòd quiſque tanti ſua æſtimaret, quantum illi cenſuiſſent. Creabantur comitijs cẽturiatis ex patriciorum ordine, poſtea tamen communicato cum plebe conſulatu, non admodum diu fuit, quando cenſura plebeijs etiam hominibus aperta eſt, creatuſque cenſor primus è plebe C. Marcius Ru-
Publilia lex de cenſoribus.
tilus anno Vrbis CDII. Neque diu pòſt lege Publilia latum, vt alter cenſorū ex plebe ſemper crearetur. Itaque deinceps ex lege patricius vnus, plebeius alter cenſor fuit vſque ad annum Vrbis DC. & XXII. quo primum duo plebeij ſunt creati, ſicut in Annalibus decla-
Cenſura tempus
Aemilia lex de cenſuræ tempore.
rabo. Quinquennalis erat primum hic magiſtratus lege prima hoc anno lata, & paulo pòſt adducenda. Quam tamen Mam. Aemilius in ſecunda dictatura nouennio pòſt, vt nimis grauem, lege noua correxit, & ne plus quàm annua & ſemeſtris eſſet cenſura effecit. Idque ſummo ſenatus populiq. conſenſu poſteà obſeruatum, Aemiliamq́ illam legem patres dicit Liuius æquo animo tuliſſe, quippe cùm ſe quiſque diutius & ſæpiùs ſubiectum cenſoribus fore cerneret. Nam finito vnius collegij magiſtratu, non ſtatim aliud ſubrogari ſolebat; ſed quoties ſenatui è rep. videbatur eſſe, vt cenſus ageretur. Incerto enim tempore, pluribusque etiam intercurrentibus annis, refici ſolere cenſores, ex Annalibus ſtudioſo lectori patebit. Determinatum tamen cenſui agendo tempus quinquennale fuiſſe, luſtri ſignificatio docet, quemadmodum antè demonſtraui. Et hoc etiam eſt argumento, quòd
Vota cenſorū.
cenſores luſtrum condentes vota in quinquennium concipere ſolent. Atque tempus illud anticipari à nouis cenſoribus, religioſum & inauſpicatum fuiſſe monſtrat ex Verannij libro auſpiciorum de comitijs Sex. Pompeius his verbis: Referri diem prodictam, id eſt, an- „
teferri, religioſum eſt, vt ait Verannius in eo, qui eſt auſpiciorum de comitijs, idq́; exem- „
plo comprobat, L. Iulij, & P. Licinij cenſorum, qui id fecerunt ſine vllo decreto augurum, „
Luſtrum infelix
& ob id luſtrum parum felix fuit. Et meritò ſane luſtrum illud parum felix Romanæ reip. „
dici potuit, quo ſociali bello duo alia grauiſſima Mithridaticum & ciuile ſuperuenerunt. Intermedijs autem annis, quibus hic magiſtratus in rep. non erat, vectigalium operumque publicorum locandorum, probandorumque cura à ſenatu, quotiens neceſſe erat, aut Conſulibus, aut Prætoribus, aut Ædilibus committebatur, quemadmodum ex Liuio, Ciceronis Verrinarum tertia, & Frontino de aquæductibus colligere eſt. Permanſit cenſorum collegium in binario ſemper numero; an verò religione hoc item inductum fuerit,
Cur cenſori mortuo in magiſtratu non ſurrogaretur alius.
apud auctores non inuenio. Illud tamen conſtat, altero ex cenſoribus in magiſtratu mortuo, collegam abdicare confeſtim ſolere, neque moris fuiſſe mortuo cenſori quenquam ſufficere, collegámve in magiſtratu ſolum permanere: poſteaquam eo luſtro, quo primum accidit, vt mortuo C. Iulio cenſori collega ſubrogaretur M. Cornelius Maluginenſis, Vrbs Roma à Gallis capta fuerit. Alioquin etiam cenſoris mors Vrbi Romæ atque reip. triſte
Cenſura ſanctum magiſtratus.
prodigium habebatur, eò quòd ſanctus eſſet ille magiſtratus, auctore Plutarcho. Quinimo cenſores mortuum corpus aſpicere nefas erat, antequam luſtrum condidiſſent, vt apud Dionem libro LIIII. legimus. Igitur dignitate, reuerentia atque maieſtate quàm maximè pollebat in Vrbe cenſura, & plerumque poſt conſulatum alioſque magiſtratus, tanquam ſupremus honorum gradus expetebatur. Nam laudis eximiæ res erat, alios quoſcunque honores cenſuræ grauitate (vt Val. Max. inquit) conſummaſſe; licet ea poteſtas in ſolos Quirites & togatos eſſet. Cuius ſumma auctoritas atque libertas ipſius ſenatus iudicio declarata eſt in Claudio Nerone, & Liuio Salinatore ob nimis aſperè cenſuram actam reis, anno Vrbis DXLIX. quos tum ſenatus cauſſæ dictione decreto ſuo liberauit, vacuum omnis iudicij metu eum magiſtratum faciendo, qui exigere deberet rationem, non reddere; quemadmodum auctores habemus Liuium libro XXIX. & Valerium Max. VII. cap. II. Quod cùm ita ſe habeat, non immeritò maximum, omniumq. honorificentiſſimum fuiſſe cenſet magiſtratum, Suidas, quem breuiter his verbis deſcribit: Τιμητὴς κήνσωρ δὲ παρὰ ῥωμαίοις ὀνομαζόμενος, ὅτι ἐξέτασις ἦν πολιτικῶν ἁμαρτημάτων, πρὸς τὸ σῶφρον καὶ ἀρχαιότροπον ἑκάστου τῶν πολιτῶν ἐπιστρέφων βίον. ἀρχὴ μεγίστη, καὶ πασῶν ἐντιμοτάτη παρὰ ῥωμαίοις κέκληται, τοῖς δὲ πάσης γεγονόσιν ἐνδόξου πολιτείας ἀμωμήτῳ βίῳ χρησαμένοις κληρουμένη. Quid ergo mirum ſi

eximijs

eximijs extollant paſſim laudibus cenſuram auctores? ſicut Cicero qui magiſtram pudoris & modeſtiæ appellat. Valerius item Maximus, qui pacis magiſtram & cuſtodem vocat libro II. cap. IX eamque in Vrbe præcipuum decus, ac ſtabilimentum Imperij Romani eſſe dicit. Plutarchus ampliſſimum magiſtratum iudicat, & quodammodo perfectiſſimum in rep. culmen. Cui magiſtratui quamuis neutiquam addatur imperium, ſummæ tamen auctoritatis ac poteſtatis fuiſſe omnes conſentiunt. Quam ob cauſſam maiorum magiſtratuum ornamenta, atque inſignia omnia cenſores habebant præter lictores, vt auctor Zonaras. *Cenſorum inſignia et ornamenta.* Virgarum enim ac ſecurium pœnas ciuibus non infligere, bona tamen incenſi ciuis haſtæ ſubijcere poterant, & ipſum Conſulibus vendendum tradere. Porrò miniſtri ipſorum, præcones, viatores, nomenclatores, inquiſitores morum & ſcribæ; quorum erat tabulas cenſorias Vrbis, Italiæ, prouinciarumque omnium conficere. *Cenſorum miniſtri.* Vt autem intelligas cenſorum prima officia, legem de eorum magiſtratu & poteſtate hîc ſubſcribam, quæ ſuccinctè omnia complectitur. Eam enim Cicero, vt optimam, inter alias recenſet libro tertio de legibus, quibus ſuam rempublicam conſtitui vellet. *Lex de cenſoria poteſtate.*

Cenſores.populi.ciuitates.ſoboles.familias.pecuniasq́.cenſento. Vrbis.templa.vias.aquas.ærarium.vectigalia.tuento. Populiq́.partes.in.tribus.diſtribuunto. Exinde.pecunias.per.ciuitatis.ordines.partiunto Equitum.peditumq́.prolem.deſcribunto. Cœlibes.eſſe.prohibento. Mores.populi.regunto. Probrum.in.ſenatu.non.relinquunto. Bini.ſunto. Magiſtratum.quinquennium.habento.

Muneris igitur eorum fuit, ciuitatem cenſere, hoc eſt, ex Ser. Tullij Regis inſtituto vniuſcuiuſque ciuis ſobolem & familiam, facultates ac poſſeſſiones æſtimare & deſcribere, mores obſeruare, ſecundum conditionem ac merita vel in ſenatus, vel equeſtris ordinis loca dignos, & in tribus laudatas vel illaudatas referre. Ciues improbos honoratis ordinibus eijcere, & claſſis ſuæ centuria expungere, vel ſuffragio priuare. Tribus augere nouis ciuibus, eaſdemque in ordinem redigere. Leges ſumptuarias, & edicta ad diſciplinam ciuitatis, publicosque mores pertinentia promulgare, populum, quotiens vellent, conuocare. Denique vectigalia populi Rom. renouare, inſtituere, & elocare, Sarta tecta publicorum operum omnium præcedenti luſtro elocatorum exigere. Templa, vias, aquæductus, aliaque ædificia publica omnia faciunda curare. *Locationes operum publicorum.* Quæ omnia in conſpectu populi per auctionem locabantur, pecunia ex ærario ad hæc à ſenatu aſsignata, vt Liuius libro docet quadrageſimo. Incipiebant autem locationes à rebus ſacris. In primis enim locanda proponebantur Iupiter miniandus, i. nàginum ſplendor, anſerum ſacrorum paſtura, & tutela totius Capitolij, atque inde ad alia Vrbis templa, operaque ſacra deſcendebatur. Rationes exequitur in problematibus Plutarchus, & meminit Plinius lib. XXXIII. cap. VII. & XXXV. cap. III. Iam quinto quoque anno vectigal a redimebant a cenſoribus publicani, quæ ſingulis luſtris ſoluebantur a prouincialibus, quemadmodum ex Ciceronis ad Atticum ſexto libro & contra Rullum prima oratione colligimus. Quinetiam locationes ædium ſacrarum operumque publicorum in quinquennium fieri ſolere à cenſoribus idem ſatis aperte demonſtrat Verrinarum tertia. Et cum diutius prorogaretur cenſus ob neceſſitates publicas, ſtato tamen tempore locationes renouabantur luſtro finito; ſi nulli eſſent cenſores, ab annuis Conſulibus. Sarta tecta vero cum Conſules vel Cenſores iudicare, & à redemptoribus exigere non poſſent, illud oneris ex S C prætoribus vrbanis, vel ædilibus imponebatur. *Sarta tecta exigere.* Vocabantur autem redemptores proprie, & antiqua conſuetudine, qui cùm ad certum tempus quid publice tuendum, faciundum, præbendúmve conduxerant, effecerantque; tum demum pecuniam ex ærario accipiebant, cum, quæ ſuſceperant opera, iam dicti magiſtratus probaſſent, & ſarta tecta eſſe iudicaſſent. *Redemptores.* Ijdem vocantur & mancipes, quia ſublata manu ſignificant ſe auctores emptionis conductioniſve eſſe, eamque acceptare. *Mancipes.* Vidimus Romæ vetuſtum epitaphium cuiuſdam mancipis Viæ Appiæ, quod hic ſubſcribam.

D. M.
C N. C O R N E L I O
C N. F. S A B.
M V S A E O
M A N C I P I. V I A E. A P P I A E
H E R E N N I A. P R I S C I L L A
C O N I V G I
B E N E M E R E N T I
F E C I T

Opera itaq. publica omnia publicanis tuēda hoc modo elocata in perpetuo manebat nitore atq; cultu, quandoquidē ſingulo quinquēnio, priuſquā è publico ſolueretur redēptores, à cenſori-

à cenſoribus, aliisve magiſtratibus iuratis luſtrabantur & examinabātur. Quemadmodum ex varijs auctoribus, & in primis Cicerone in iam dicta contra Verrem oratione intelligere eſt, vbi multa quæ ad locationes cenſorias, & ſarta tecta pertinent, ſtudioſus diſcere poterit: Omnia enim hic congerere, mei non eſt inſtituti. *Antiqua cenſendi formula.* Iam verò cenſendi formula explicanda eſt, & primum quæ M. Varro libro v. de lingua, ex cenſorijs tabulis recitat, haud quidem prætermittam, quemadmodum enim cenſuram ſolent auſpicari, & *Inlicium vocare.* inlicium vocare vt populus ad cenſum conueniret, diſertè exprimit his fere verbis. Cenſores „ populi ſuffragijs renunciati, vbi noctu in templo cenſuram auſpicati ſunt, atque de cælo „ nuncium fuerit; alter eorum præconi ſic imperabat, vt viros vocaret. Quod bonum, „ fortunatum, felixque, ſalutareque ſiet populo Rom. Quiritium, mihique collegæque meo, „ fidei, magiſtratuiq; noſtro, omnes Quirites, pedites, armatos, priuatosque, curatores omnium „ tribuum, ſi quis pro ſe, ſiue altero dari rationem volet; voca inlicium huc ad me. „ Præco in templo primum vocat, poſteà de mœris, item vocat. Vbi lucet, cenſor, ſcribæ, „ magiſtratus murrha vnguentis vnguntur. Vbi prætores, tribunique plebei, quique „ in conſilium vocati ſunt, venerunt; cenſores inter ſe ſortiuntur, vter luſtrum faciat, „ vbi templum factum eſt. Poſt autem conuentionem habet qui luſtrum conditurus „ eſt. Hæc ex Varrone. Porro templum in Campo ad aram Martis deſcribi ſolere, Liuius libro xl. oſtendit, vbi ſellis curulibus conſidentes cenſores, ſolemnes illas præcationes nuncupabant. Deinde a ſenatu in Capitolium deducti, ſacra facere; ijsque ritè peractis in Campum reuerſi, in Villa publica populum admittere ad cenſum incipiebant: vt Liuium libro quarto, & Varronem de re ruſtica libro tertio auctores habemus.

Iuſiurandum cenſoris. Ante omnia fidei iuſiurandum præſtabant, ſe nec gratia, nec odio quicquam acturos; ſed ſincero animo, bonaque fide omnia quæ ſibi è reip. viderentur, tractaturos. *Senatus lectio.* In ſenatus autem lectione ſenatorum nomina à præcone legebantur omnium, qui vel ante ab alijs in ſenatum adlecti, vel ab ipſis recens in defunctorum, vel reiectorum loca ex equeſtri ordine conſcripti erant; idque ſecundum ætatem, dignitatem, ac merita. Non lecti; præteriti, vel neglecti dicebantur; hoc eſt, ſenatu moti. Et publico profitebatur elogio cauſſas cenſor, præſertim requiſitus, propter quas aliquem neglexiſſet. *Princeps ſenatus quis.* Erat autem perhonorificum inter omnes ſenatores primo loco recitari, isque eo luſtro princeps ſenatus, vel πρόκριτος τῆς γερουσίας Græcis, auctore Dione dicebatur, & aliquandiu primus (vt auctor eſt M. Varro) rogari conſueuit, ſi quando ſententia in ſenatu erat dicenda. Qui honos cenſoriorum hominum ſenioribus plerumque deferri, & in vno eodemque pluribus etiam luſtris, ad mortem vſque permanere ſolet. *Princeps equeſtris ordinis.* Eadem ratione princeps equeſtris ordinis vocabatur is, quem cenſores primo loco inter equites Rom. ſcripſiſſent. *Tribuum cenſus.* In cenſu à ciuibus exigendo hunc ordinem, fere videntur obſeruaſſe. Vocabantur à præcone tribus ſingulæ, & ordine legebantur ciuium nomina, quique primi exibant, Valerij, Saluij, Statorij nominabantur boni ominis cauſſa; & citatus quiſque per præconem ante cenſores comparere, ſuaque voce, vel per patronum vitæ rationem reddere, res geſtas domi militiæque, nempe magiſtratus, ordines, ſtipendia, Imperatorum dona militaria enumerare: Qua claſſe quaque centuria cenſus eſſet dicere. Deinde ætatem, vxorem, liberos, familiam, mancipes, pecuniam numeratam, facultates, prædia, poſſeſſiones, quo loco, quave in tribu poſſideret, declarare cogebatur. Prædia namque ſub tribu, in qua poſita erant, cenſeri ſolere, & ſub quibus poſita erant, poſſeſſores ſoluere tributum debuiſſe, ex Ciceronis orationibus pro Flacco, Verrinis & ad Atticum epiſtolis colligimus. Eaque ratione acceptus a ciue cenſus ius ciuitatis indicat; cum videlicet tempore quo cenſus eſt ſe geſſiſſe pro ciue, quemadmodum declarat in oratione pro Archia Cicero. Si quis verò fraude, vel negligentia incenſus remanſiſſet, ſuásve facultates reticuiſſet, ipſe, ex lege Ser. Tullij Regis, virgis cæſus, ſub haſta à Conſulibus vendebatur, bona a cenſoribus publicabantur. *Lex Tullia de incenſis.* Propagatis autem Imperij Romani per terrarum orbem finibus, iure ciuitatis Romanæ per prouincias communicato, inſtitutum vt ſocij Latini nominis per Italiam & prouincias in ciuitatibus ſuis cenſerentur, ſicut Liuius libro xlii. ſatis in cenſura Flacci & Albini declarat. *Prouinciarum cenſus.* Obſeruatumque deinde, vt per prouincias cenſus quinto ageretur anno a prouinciarum proconſulibus, prætoribus, proprætoribusve; crearenturque in ciuitate quauis populi ſuffragijs duo cenſores, qui ciuium Rom. quantus vbique cum in vrbibus, tum in exercitibus numerus, & quæ cuiuſque facultates eſſent, in tabulas publicas referrent. Qua ratione quinto quoque anno totam cenſeri ſolere Siciliam, atque annua Siculorum tributa conſtitui, teſtatur in quarta Verrinarum Cicero. Immo in tabulis cenſorijs Siciliæ vectigalia, poſſeſſiones, ædificia omnium continebantur, vt in agraria prima contra Rullum declarat; item in Cluentiana tabulas cenſorias in municipijs quoque fuiſſe oſtendit. Atqui Romam deinde e prouincijs eas tabulas deferri ad vrbanos cenſores, tabularioque publico

publico recondi, & ſeruari ſolere Liuius in cenſura Claudij Neronis ac Liuij Salinatoris libro XXIX. manifeſtè prodit, duodecim coloniarum, quod nunquam antea factum erat, cenſum tunc ipſos accepiſſe, deferentibus vniuſcuiuſque coloniæ cenſoribus, luſtrumque conditum ſeriùs ſcribens, quia per prouincias dimiſerant cenſores, vt ciuium Rom. quantus vbique eſſet numerus, referretur. In equitibus autem cenſendis eadem ferè ratio erat: citabantur nominatim à præcone in ſua quiſque tribu. Vocatus equum publicum traducere, cenſoribus oſtendere, rationem vitæ, militiarum ordinis, rerumque omnium, quemadmodum antè dixi, reddere cogebatur. Itaque Ouidius Triſtium II. ad Auguſtum, à quo inter equites cenſus fuerat:

Equitum Rom. cenſus.

At memini, vitámque meam, moréſque probabas
Illo, quem dederas, prætereuntis equo.

Verùm hoc aduertat lector, quòd ex iam dicta Neronis & Salinatoris cenſura colligimus, quam Liuius, Valerius Max. & alij deſcribunt, in ſenatum ex ordine equeſtri lectos, non ſtatim equum publicum dimittere, ſed omnino retinere, quàm diu ob robur ætatis non ſunt immunes à militia. Ser. Tullij namque Regis inſtituto ad militiam ab anno XVII. ciues ſcribi ſolent, & ad annum vſque XLVI. iuniores appellati ſunt, vt ex Tuberone Gellius lib. X. cap. XXVIII. prodit. Itaque iuniores è ſenatu licet magiſtratu functi, immo ipſi etiam magiſtratus, inter equites militares cenſebantur, & equum publicum traducebant. Ipſos enim tunc cenſores conſulatibus, triumphiſque licet inſignes, ſe inuicem equis per ignominiam ſpoliaſſe publicis tradunt hiſtorię, neque etiam aberat cenſoria dignitas, quin alter alterum ærarium faceret. De notarum porrò generibus nunc dicendum erit, quemadmodum honorare quemque pro ſuis meritis, improbos etiam ciues ignominia notare poterant. Sedebant enim tanquam iudices apud quos accuſare, reum quemlibet agere liceret, vt ex cenſura P. Scipionis Aemiliani & Meſſallæ Nigri manifeſtum eſt, & oratione item Ciceronis pro Cluentio. Et rectè quidem conſtitutum erat, vt qui ampliori dignitate præcellentes peccaſſent, pluribus etiam pœnis eſſent obnoxij. Senator enim, ſi ob vitæ probra indignior eo ordine à cenſorum altero iudicaretur, præteriri atque ſenatu moueri: ſi inter equites ob ætatem adhuc equi publici iure vteretur, eo ſpoliari, & denique, velut ciuium minimus, tribu etiam moueri, operatius fieri, inter ærarios relinqui; hoc eſt, in Cæritum tabulas referri poterat. Aditus in curiam, ſententiæque dicendæ ius, vt adfirmat Valerius Max. libro II. cap. II. magiſtratu quidem functis dabatur: ſed ſenatorius ordo, non niſi lectione cenſoria acquiri poterat. Ex ſenatu rurſus arbitrio cenſorio ſummoti; aditu ſimul curiæ prohibebantur, alijſque ſenatorijs ornamentis ac priuilegijs carebant; donec vel ab alijs cenſoribus, vel à iudicibus purgati in integrum reſtituerentur; aut populi ſuffragijs Quæſturam, vel tribunatum plebis, eóſve magiſtratus denuò aſſequerentur, per quos eis leges curiam aperiebant, etiamſi in ſenatum à cenſoribus lecti non eſſent. Itaque nonnulli curulibus magiſtratibus functi, à cenſoribus ſenatu moti, ad minores rurſum magiſtratus reuerſi ſunt, vt ipſis reditus in curiam pateret: veluti ex Annalibus noſtris manifeſtum fiet. Atqui cenſoriam animaduerſionem non tantam habere vim, ac iudicia Cicero in oratione pro Cluentio diſertè probat. Quinimo cenſorium iudicium aſſerit libro quarto de republica nihil ferè damnato adferre, niſi ruborem. Itaque vt omnis (inquit) ea iudicatio verſatur tantummodo in nomine, animaduerſio illa ignominia dicta eſt. Quos enim notàrunt cenſores, ijs tamen ad honores aditus, & in curiam reditus patet: iudicio damnatis publico minimè. Iudicio enim atque populi Rom. ſuffragijs ſæpenumero cenſorias ſubſcriptiones eſſe deletas conſtat. An ne L. Quinctium conſularem T. Quinctij fratrem, qui de Philippo Macedonum Rege triumphauit, à M. Catone cenſore, non leui ſanè de cauſſa approbante etiam populo, ſenatu motum, non diu poſtea, ludis publicis medio theatro idem populus ſenatorio, atque conſulari loco reſtituit? Itaque cuius turpitudinem paullo antè damnauerat, ignominiam videre non potuit. Quia etiam legimus nonnullos ſenatu motos non ſolùm reſtitutos in ordinem, ſed etiam cenſuram poſteà adeptos eſſe. C. Gera cùm à L. Metello, & Cn. Domitio cenſoribus ſenatu eiectus eſſet, cenſor ipſe poſtea eſt factus cum Q. Fabio Allobrogico. Item M. Meſſalla cenſoria nota perſtrictus, cenſoria poſtmodum poteſtate imperauit; quemadmodum Cicero & Valerius Max. teſtantur, & ex Annalibus noſtris patebit. Lex Clodia deinde cenſoriam poteſtatem plurimùm debilitauit, quam P. Clodius in ſeditioſiſſimo tribunatu plebis inter alios pernicioſiſſimas leges ſuas tulit; Ne quem cenſores in ſenatu legendo præterirent, néve qua ignominia afficerent, niſi qui apud eos accuſatus, & vtriuſque cenſoris ſententia damnatus eſſet. Quam legem poſtea Q. Metellus Scipio in ſuo conſulatu abrogauit, & priſtinum ius ſenatu mouendi quoſcunque, & ignominia notandi cenſoribus reſtituit, vt apud Dionem libro XL. legimus. Poterat autem cenſor quilibet ex vnius inquiſitoris delatione,

Aetas militaris.

Notarum genera.

Senatu moti.

Vt reditus in ſenatum recuperabatur.

Cenſoria animaduerſio imbecillior iudicio publico.

Clodia lex de notis cenſorijs.

vel alicuius priuati accuſatione quemcunque ſenatu ac tribu mouere, equo publico ſpoliare, ac demum ærarium, operariumve relinquere, aut in Cæritum tabulas referre. Et acciſſe aliquando conſtat, vt ambo cenſores eundem diuerſis notarint elogijs. Sic L. Gellius, & Cn. Lentulus cenſores L. Popillium ſenatu mouerunt, Gellius cauſſam adferebat, quod Popillius iudex à Cluentio pecuniam accepiſſe diceretur, quo innocentem Oppianicum condemnaret. Iudices tamen cauſſa cognita, ſibi non liquere dixerunt: Lentulus idcirco Popillium in ſenatum non legiſſe profeſſus eſt elogio ſuo, quod libertini filius erat, locum tamen ſenatorium ludis, & cætera ornamenta reliquit. Vocabatur autem, vt obiter hoc

Elogium cenſorum.

adijciam, cenſorium elogium, ſententia, qua publice cauſſam ignominiæ datæ cenſor profitebatur. Itaque ipſi inter ſe cenſores (vt ait Cicero) ſua iudicia tanti eſſe arbitrantur, vt alter alterius iudicium non modo non reprehendat, ſed etiam reſcindat; vt alter de ſenatu mouere velit, alter retineat; alter in ærarios referri, aut tribu moueri iubeat, alter vetet. Ciceroni non vno loco ſuffragatur Liuius aliquotiens, quem vnus notauerat cenſor, reſtituiſſe collegam innuens, vt libro XL. retinuiſſe dicit in ſenatu quoſdam M. Lepidum cenſorem a M. Fuluio collega præteritos. Item libro XLII cenſuram Flacci & Albini concordem, & è rep. fuiſſe ſcribit, omnes quos ſenatu mouerant, quibuſque equos ademerant, ærarios feciſſe; neque ab altero notatum, alterum probauiſſe. Idem libro XLV. de cenſura Ti. Sempronij Gracchi, & C. Claudij refert. Sed non opus eſt hic exempla cumulare,

Equitum notæ.

quæ paſſim occurrent in Annalibus. Grauiſſima equitis Rom. erat ignominia equi ademptio, idemque tribu moueri, operarius fieri, vt inter ærarios relinqui, atque in Cæritum

Equum publicum.

tabulas referri poterat, quæ plebeiorum ſolæ erant notæ. Cum equo publico perdebantur & bina milia æris, quæ ex publico quotannis ad alendum equum equiti dependebantur.

Impolitia.

Atque negabantur hæc equiti ob equum malè paſtum vel curatum. Tunc enim impolitias facere cenſores dicebantur, auctore Feſto, cùm equiti æs abnegabant ob impolitiæ, id

Tribu mouere.

eſt, equi malè curati culpam, vt A. Gellius interpretatur. Tribu mouere nihil eſſe dicit Liuius libro XLV. quam mutare iubere tribum, & ex nobiliore in ignobiliorem transferre;

Operarium facere.

nempe ex ruſtica in vrbanam libertinorum. An verò hoc idem ſit operarium facere (vt Liuius item appellat) quam inter libertinos operarios redigere, eruditioribus dijudicãdum

Omni tribu mouere ciuem cenſor non poterat.

relinquo. Atqui non ideo tamen omnibus quinque & triginta tribubus cenſor ciuem emouere poterat; id enim erat ciuitatem libertatemque eripere; non vbi cenſeatur finire, ſed cenſu excludere, & ſuffragio prorſus priuare. Quin C. Claudius cenſor eodem loco apud Liuium cum Ti. Graccho collega de hac re diſceptans, negat ſuffragij lationem iniuſſu populi cenſorem adimere poſſe cuiquam ciuium. Nullis ergo comitijs ſuffragij latio-

Aerarium facere, & in Cæritum tabulas referre, grauiſſima nota.

ne priuabatur ciuis à cenſore tribu motus cæterum ærarius factus, atque in Cæritum tabulas relatus in centuriatis maxime comitijs excludi quodammodo videtur, quandoquidem ex albo centuriæ ſuæ in infimam ſextam claſſem, in qua proletarij & capite cenſi, reiectus eſſet. Ea namque velut Liuius & Dionyſius teſtantur, rarò, immo nunquam, ad ſuffragij lationem perueniebat, licet ſuffragij ius nihilominus haberet, quemadmodum de cenſus ratione à Ser. Tullio Rege primum inſtituta ſuperius ſuo loco dixi. Non diſcrepant ab his quæ Pædianus in diuinationem Ciceronis annotauit, plebeium ſcilicet in Cæritum tabulas referri, & ærarium fieri a cenſoribus, vt per hoc non eſſet in albo centuriæ ſuæ; ſed ad hoc, vt eſſet ciuis tantummodo, & pro capite ſuo tributi nomine æra penderet. Idemque non ſolum ſuffragij iure, verum etiam ſtipendijs militaribus ſpoliabatur, vt indicare videtur Liuius libro ſeptimo ſcribens hiſtriones Atellanos honeſtiores ſcænicis alijs Romæ fuiſſe habitos, ac cenſoria nota fuiſſe vacuos, cum nec, vt cæteri ſcænici, tribu mouerentur, neque à militaribus ſtipendijs repellerentur; id eſt, ærarij non fierent. Igitur grauiſ-

Cæritum tabulæ unde dictæ.

ſima ærariorum nota videtur fuiſſe. Cæritum vero tabulæ a Cæretanorum iure ciuitatis non pleno nomen habebãt; ipſis enim primum ciuitas data ſine ſuffragij iure, vt vult Gellius. Ait enim libro XVI cap. III. Primos municipes ſine ſuffragij iure Cærites eſſe factos "accepimus, conceſſumque illis, vt ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, ſed ne- "gocijs tamen, atque oneribus vacarent, pro ſacris bello Gallico receptis cuſtoditiſque. "Hinc tabulæ Cærites appellatæ verſa vice, in quas cenſores referri iubebant, quos notæ "cauſſa ſuffragijs priuabant. Idem ferè Strabo ſcribit lib. V. Cæretanorum in Romanos bello Gallico beneficia commemorans. Romani autem (inquit) propter malignos reip. gu- "bernatores non ſatis illis gratiæ memoriam tenuiſſe videntur. Nam data ciuitate minimè "illos inter ciues ſcriptos retulêre. Alios quinimo quibus ius ipſum æquabile communi- "catum non erat, ad Cæretanorum exterminabant tabulas. Hæc fere Strabo. Ex cuius & "Gellij verbis colligimus ſextæ claſſis proletariorum capite cenſorumque ciuium nomina in tabulis publicis ob obſcuritatem & multitudinem non fuiſſe ſcripta, atque in eam quoque claſſem Cæretanos fuiſſe redactos. Sed de his nunc ſatis. Exitu autem cenſuræ in ærarium aſcendentes cenſores illic nomina eorum quos ærarios fecerat, quiſque relinquebat.

Cauſſas

Cauſas verò notarum hîc aſcribere operoſum eſſet, cùm variæ fuerint, & quædam omni- nobilius aliquas recenſet Gellius lib. IIII. & Val. Maximus lib. II. cap. IV. In Liuio item, & in noſtris Annalibus plures paſſim inuenies. Quapropter vt huic argumento finem imponam, de luſtri condendi ratione, quæ ſuperiùs omiſi, hic adijciam. Peracto cenſu cenſorum alter cui ſorte hoc euenerat, ex Ser. Tullij inſtituto luſtrum condebat in campo Martio ſue, oue & tauro ſacra faciens armatum populum luſtrabat, quemadmodum antea dixi. Et vota deinde pro ſalute ac felici ſucceſſu reip. Romanæ in proximum luſtrum ſuſcipiebat ac præeunte ſcriba ex publicis tabulis ſolemne eius precationis carmen recitabat; quo Dij immortales, vt populi Rom. res ampliores melioresque facerēt, rogabantur. Eam precationem primus immutauit P. Scipio Aemilianus cenſor luſtrum condens. Satis (inquit) bona ac magna ſunt. Itaque deos precor, vt eas perpetuo incolumes ſeruent: ac protinus in publicis tabulis ad hunc modum carmen emendare iuſſit. Qua votorum verecundia deinceps cenſores in condendis luſtris vſi ſunt. Auctor Val. Maximus libro IIII. cap. I. C. Cæſar poſtea libertate reip. armis oppreſſa, veterem cenſus agendi luſtrique condendi morem abrogauit, ſecuritatem ſibi à nouis inimicorum motibus quærens. Igitur vicatim recenſum populi egit per dominos inſularum, cenſitis frumentum ex publico conſtituit. Ac ne qui noui cœtus recenſionis cauſſa moueri quandoque poſſent, inſtituit vt quotannis in demortuorum loca, ex ijs qui recēſiti non eſſent, ſubſortitio à prætore fieret. Quam formam recenſus, & alij principes ſequuti aliquando ſunt. Auguſtus tamen firmato iam imperio, intermiſſam diu cenſuram, ſemel priuatis cenſoribus creatis Paullo & Planco, renouauit: atque ter ipſe, ſine cenſuræ honore, magiſter morum appellatus, cenſum populi egit; ſemel ſolus ſine luſtro; bis cum collegis M. Agrippa, & Tiberio, luſtra etiam cōdens. Idem imitatus eſt poſtea Claudius Cæſar collega L. Vitellio aſſumpto, quemadmodum ex Annalibus ſtudioſus lector latiùs intelliget. Ad hiſtoriam anni itaque reuertamur.

Luſtri condendi ratio. *Soluamrilia.* *Vota quinquennalia.* *Precationis carmen.* *C. Cæſar dictator cenſus ordinem mutauit.* *Recenſus vicatim actus.* *Auguſtus.* *Claudius Cæſar.*

Tribuni plebis

//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.

[C. Virginius. //. f. //. nepos. III.] — P. Villius. //. f. //. nepos. III.
[L. Marcius. //. f. //. nepos.] — [L. Villius. //. f. //. nepos. II.
C. Oppius. //. f. //. nepos. III. — Sp. Antius. //. f. //. nepos. IV.
[C. Antius. //. f. //. nepos. II.] — [L. Apronius. //. f. //. nepos. II.]
[Cn. Genucius. Cn. f. //. nepos.] — [C. Lætorius. C. f. //. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.
C. Canuleius. //. f. //. nepos. — N. Sextius. //. f. //. n. Sextinus.

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.
L. Papirius. //. f. //. n. Craſſus. — L. Virginius. //. f. //. n. Tricoſtus.

Virginius octauo, Papirius ſeptimo poſt hunc anno Conſules fuere.

M. GEGANIVS. M. f. //. n. MACERINVS. ANN. CCCX.
COS. II. DE Volſceis. NONIS. SEP.

M. Geganius Cos. Volſcos Ardeam obſidentes vna nocte circumvallauit, & ſtatim ad deditionem coegit. Quos inermes, imperatore capto, cum ſingulis veſtimentis ſub iugum miſit. Ac deinde res Ardeatium turbatas compoſuit, principibus ſeditionis ſecuri percuſſis. Re igitur bene geſta Romam rediit triumphans (vt monſtrant fragmenta Romana) Nonis Septembribus. Clœlio Volſcorum duce ante currum ducto, prælatiſque ſpolijs, quibus hoſtes ſub iugum miſſos dearmauerat, vt Liuius libro quarto memorat.

ANNI.

ANNI. P. R. C. CCCXI.

Conſules

M. Fabius. Q. f. M. n. Vibulanus. Poſtumus. Aebutius. //. f. //. n. Elua. Cornicen.

IN M. Fabio Conſule conueniunt auctores, qui filius Q. Fabij ex Cremerenſi clade ſuperſtitis erat. Valerius de prænominibus Poſtumi Aebutij Eluæ Conſulis meminit. Sed prænomen in Liuio, Mariano & Caſſiodoro perperam Poſtumius legitur. In Diodoro cognomen mendoſum eſt οὔλεκος pro Elua, Recte in tabulis Græcis ἔλουα vocatur, Liuio Cornicen, altero ſcilicet cognomine.

Ardeam colonia deducta. Pax domi foriſque fuit. Triumuiri creati ex S.C. Agrip. Menenius, T. Clœlius M. Aebutius ad coloniam Ardeam contra Volſcos præſidij cauſſa deducendam; agerque colonis diuiſus eſt, quem populus Rom. iudex inique ſibi adiudicauerat. Liuius libro quarto.

Trib. plebis

* C. * Petillius. //. f. //. nepos. Triumuiris coloniæ deducendæ diem dixit, quod agrum quem populus Romanus ſuum iudicaſſet, magis ſocijs Ardeatibus, quàm plebi Rom. diuiſiſſent. Liuius lib. IV.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	
C. Claudius. //. f. //. n. Cicero. IV.	[Q. Roſcius. //. f. //. nepos.]
C. Sicinius. C. f. L. n. Bellutus. III.	M. Titinius. //. f. //. nepos. III.
L. Trebonius. //. f. //. n. Aſper. III.	[M. Allienius. //. f. //. nepos. II.]
[L. Oppius. //. f. //. nepos. II.]	[Q. Terentius. //. f. //. nepos.]
[Q. Decius. Q. f. //. n. Mus.]	

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
C. Furius. //. f. //. nepos.	[L. Furius. //. f. //. nepos.]

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
L. Sergius. L. f. //. n. Fidenas.	Ser. Sulpicius. Ser. f. Ser. * n. Camerinus.

Hic filius Ser Sulpicij conſularis ac X. viri legum ferendarum, & pater Q. Sulpicij bis tribuni militum; vt ille pater M'. Sergij bis item trib. militum, veluti monſtrant Capitolina fragmenta.

ANNI. P. R. C. CCCXII.

Conſules.

C. Furius. //. f. //. n. Pacilus. Fuſus. M. Papirius. //. f. //. n. Craſſus

DIODORVS hunc Manium Papirium vocat, Liuius, Caſſiodorus & Marianus, Marcum. vtrumque prænomen apud Papirios reperitur. In Diodoro prænomen Furij mendoſum eſt, cognomen Fuſus admittitur, quemadmodum & Pacilus, quod habent Liuius & tabulæ Græcæ.

Ludi ex voto facti. Pax domi foriſque fuit. Ludi per ſeceſſionem plebis ab X. viris ex S. C. voti, hoc anno facti ſunt. Liuius lib. IIII.

Trib.

Trib. plebis

*C. *Petillius. //. f. //. nepos. II. Cauſſa ſeditionum & hoc anno nequicquam à Petillio quæſita, qui tribunus plebis iterum, ea ipſa denunciando, factus, vt de agris plebi diuidundis referrent Conſules, peruincere non potuit. Obtinuit tamen magno certamine, vt conſulerentur patres, conſulum an tribunorum placeret comitia haberi, ſed Conſules creari iuſſi ſunt. Ludibrio erant minæ tribuni denunciantis ſe delectum impediturum, cùm quietis finitimis, neque bello, neque belli apparatu opus eſſet. Liuius.

//. //. //. f. //. n. //. —— //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. —— //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. —— //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. —— //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

[L. Villius. //. f. //. nepos. III.] C. Furius. //. f. //. nepos. II.
N. Sextius. //. f. //. n. Sextinus. II. [P. Virginius. //. f. //. nepos.]
[M. Duilius. M. f. //. nepos.] [L. Sicinius. C. f. L. n. Bellutus.]
[C. Volumnius. //. f. //. n. Flamma.] [L. Romuleius. L. f. //. nepos.]
K. Atinius. K. f. //. Longus. Hic pater L. Atinij Longi tribuni militum conſulari poteſtate primi è plebe vt docent Capitolina marmora.

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. —— //. //. //. f. //. n. //.
[L. Cædicius. L. f. //. nepos.] [C. Lætorius. C. f. //. nepos.]

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //. —— //. //. //. f. //. n. //.
[L. Cornelius. L. f. Ser. n. Maluginenſis] C. Seruilius. //. f. //. Structus. Ahala.

Hic Sp. Mælium magiſter equitum occidit: ille filius L. Maluginenſis conſularis.

ANNI. P. R. C. CCCXIII.

Conſules

Proculus. Geganius. //. f. //. n. Macerinus. L. Menenius. T. f. Agrip. n. Lanatus.

RECTE hos Conſules habet Diodorus, ſed T. Menenium vocat, quem Liuius, Caſſiodorus & Marianus Lucium appellant; frater exiſtimatur T. Menenij, qui Conſul anno CCCI. fuit. Proculus prænomen eſt eius, qui patre procul abſente, vel admodum ſene, quaſi procul ætate natus eſt. Auctores ſunt Plutarchus in Coriolano, & Valerius de prænominibus. Hoc olim prænomen, poſtea & in cognomen abijt.

Fames ingens in Vrbe, adeò vt multi ex plebe capite obuoluto deſperabundi ſeſe in Tiberim præcipitârint. Sp. Mælius eques Rom. ditiſſimus regnum cogitans, largitione frumentaria plebem ſibi deuinxit. Liuius & Zonaras.

Tribuni plebis

Concionibus plebem contra patres concitare non deſinunt, famem ac penuriam ſummam illam patriciorum fraudi, & Coss. negligentiæ attribuentes. Poſtremo perpulere plebem haud aduerſante ſenatu, vt L. Minucius Augurinus præfectus annonæ crearetur. Liuius lib. IV. D. Auguſtinus de Ciuit. Dei, lib. III. cap. XVII. hunc primum præfectum annonæ fuiſſe dicit.

//. //. //. f. //. n. //. —— //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. —— //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
[L. Marcius. //. f. //. nepos. II.]	[L. Titinius. L. f. //. nepos.]
C. Apronius.. //. f. //. nepos. III.	[Cn. Apronius. Cn. f. //. nepos.]
C. Canuleius. //. f. //. nepos. II.	[L. Petillius. //. f. //. nepos.]
[P. Mucius. P. f. //. n. Scæuula.]	[Q. Mucius. P. f. //. n. Scæuula.]
[Voler. Publilius. Voler. f. //. nepos.]	[Sp. Icilius. Sp. f. Sp. n. Ruga.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[Cn. Genucius. Cn. f. //. nepos.]	[Q. Decius. Q. f //. n. Mus.]

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
M. Poſtumius * A. f. A. n. * Albus Regillenſis	[T. Geganius. T. f. T. Macerinus.]

Poſtumius tribunus militum conſulari poteſtate demum factus eſt.

ANNI. P. R. C. CCCXIV.

Conſules.

T. Quinctius. //. f. //. n. Capitolinus. VI.	Agrippa. Menenius. T. f. Agripp. n. Lanatus.

L. Quinctius. L. f. L. n. Cincinnatus. II. Dict.
C. Seruilius Structus Ahala Mag. eq.
Regni opprimendi, & ſeditionis ſedandæ cauſſa.

LIVVS, Marianus, & Caſſiodorus correctè ſatis hos habent Conſules. Sed in Diodoro male Memmius, & alicubi Menutius legitur. Is Agrippa Menenius frater Cõſulis anni ſuperioris ex tribunatu militari eſt deſcriptus, qui extat in fragmentis Capitolinis anno CCCXXXVI.

Hic annus Dictatorem iterum habuit L. Quinctium Cincinnatum, magiſtrum equitum C. Seruilium Ahalam. Verùm in oratione Ciceronis contra Catilinam prima, Q. Seruilius perperam legitur. Quidam Axillæ, non Ahalæ cognomen huic tribuunt, decepti, ni fallor, fragmentorũ Capitolinorũ mendoſo aliquo exẽplari, in quo C. Seruilius Axilla ſub Q. Seruilio Priſco mag. equitum II. forſan legebatur anno Vrbis CCCXXXV. Sed in ipſis faxis nullus ibidem additur numerus, ex quo magiſtratum eundem antea tenuiſſe Axillam poſſet conijci. Ahalam verò hunc apud omnes auctores ſummo conſenſu appellari video.

Denarius in M. Bruti honorem cuius.

Reperitur & denarius argenteus bello ciuili poſt Cæſarem occiſum M. Bruti in honorem cuius, qui (quia is genus a duobus publicæ libertatis aſſertoribus ducebat, paternum à L. Bruto Regum expulſore, & maternum ab hoc C. Seruilio Ahala, qui Sp. Mælio occiſo regnum diſcuſſit) vtriuſque horum effigies ex ipſis ſtatuis imitatas refert, adſcriptis hoc modo per cognomina titulis.

BRVTVS. AHALA,

Sp. Mælius occiſus.

Cùm Sp Mælij conſilia, largitione (velut dixi) regnum affectantis, L. Minucius annonæ præfectus aperuiſſet, ſenatui conſulare imperium, à quo prouocatio erat ad populum non ſatis pollere videbatur ad rem tam atrocem ſine ſummo ſeditionis periculo vindicandam. Dictatorem itaque dicere placuit, qui hoc malum legibus ſolutus ſummi imperij potentia obrueret. Quod quidẽ magno animo præſtitit L. Quinctius Cincinnatus dictator iterum à T. Quinctio Capitolino Cos. dictus. Sp. Mælium enim à C. Seruilio magiſtro equitum in ius vocatum, & quia dicto non parebat, plebisq́. fidem & auxilium implorabat, obtruncatum iure occiſum; & magiſtrum equitum Ahalam liberaſſe remp. pronunciauit, tumultuantemq́ue multitudinem maximi imperij auctoritate, & ſeueriſſima oratione compeſcuit. Liuius, Florus, Zonaras, & Auctor de viris illuſtribus. Meminere etiam Diodorus libro XII. Cicero, & alij quàm plures.

Q. Cæci-

Trib. plebis

Q. Cæcilius. //. f. //. n. * Metellus * C. Iunius * C. f. //. n. Bubulcus Brutus. *

Sex. Titinius. //. f. //. nepos. Hi tres ſoli ex collegio tribunorum apud plebem criminari nunc L. Minucium annonæ præfectum, nunc C. Seruilium magiſtrum equitum, queriq́ue indignam necem Sp. Mælij non deſtiterunt. Peruicerunt igitur, vt tribunorum militum potiùs quàm Conſulum comitia in annum ſequentem haberentur. Liuius libro IV.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

C. Sicinius. C. f. L. n. Bellutus. IV. [Q. Roſcius. //. f. //. nepos. II]
[L. Cædicius. L. f. //. nepos. II.] [L. Numitorius. L. f. //. nepos.]
[C. Plætorius. M. f. //. nepos.] [L. Mæcilius. L. f. //. nepos.]
[C. Conſidius. C. f. //. nepos.]

L. Minucius. //. f. //. n. Augurinus. Qui præfectus annonæ fuerat. Tribunum verò plebis vndecimum cooptatum tranſijſſe à patribus ad plebem, & ſeditionem ex Mæliana cæde natam ſedaſſe, quidam auctores ſunt. Cæterum Liuio vix credibile hoc videtur, numerum tribunorum patres augeri paſſos per hominem maximè patricium. Sed ante omnia refellit falſum imaginis Minucianæ titulum lex Trebonia paucos ante annos lata, qua cauebatur ne tribunis collegam cooptare liceret. Vide Plinium libro XVIII. cap. III. is enim ita ſcribit auctores ſequutus quos Liuius refellit. Mi-
„ nucius Augurinus, qui Sp. Mælium coarguerat, farris præcium trinis nundinis ad aſ-
„ ſem redegit, vndecimus plebei tribunus. Qua de cauſſa ſtatua ei extra portam trigemi-
„ nam à populo ſtipe conlata ſtatuta eſt. Atqui Ti Minucium Augurinum plebei Conſulis locum obtinuiſſe, poſtea in anno CDXLVIII. demonſtrabo, atque alios etiam ex ea familia trib. plebis fuiſſe inuenies. Itaque L. Minucium hic præterire nolui, quando ad ſupplendos magiſtratus hoſce, ſolus Liuius ſatis eſſe non poteſt.

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
* C. * Petillius. //. f. //. nepos. K. Atinius. K. f. //. n. Longus.

Quæſtores

Sp. Mælij occiſi bona iuſſu Dictatoris ſubhaſtârunt, pecuniam in publicum, ædes ad fundamenta dirutas in aream, Aequimælium poſtea appellatam redegerunt. Liuius libro IIII. Cicero pro domo ſua, Val. Max. lib. VI. cap. III. & alij.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[P. Horatius. P. f. P. n. Tergeminus.] [C. Claudius C. f. M. n. Sabinus Regillēſis.]
Quorum patres fuere conſulares.

ANNI. P. R. C. CCCXV.

Tribuni militum conſulari poteſtate.

Mam. Aemilius. M. f. //. n. Mamercinus.
L. Quinctius. L. f. L. n. Cincinnatus. Trib. mil.
L. Iulius. Vopiſci. f. //. n. Iulus.

COMITIA (vt dixi) in hunc annum tribunorum militum potiùs, quàm Conſulum obtinuêre tribuni plebis, ſperantes ſex lectis (tot enim iam creari poterant) ex plebeis aliquos poſſe creari qui vltores Mælianę cædis eſſe poſſent. Tres nihilominus ſolummodo factos patricios, & inter hos Cincinnati dictatoris filium, Liuius auctor eſt. Treſq. etiam enumerat

Diodorus expurgandus. Liuij locus. Ciceronis locus. Fidenatum defectio.

enumerat Diodorus libro XII. licet ibidem mendoſè legantur ita, ῥωμαῖοι μὲν ἀντὶ τῶν ὑπάτων τρεῖς χιλιάρχους κατέστησαν, μάνιον αἰμιλιανὸν, καὶ Μάμερκον ςαῖον, καὶ ἰούλιον λεύκιον χοίντιον. Quæ ſanè vitia librariorum ignorantia ſunt introducta; ſed facilè emendari poſſunt, ſi cum his tabulis conferantur. Neque dubito quin L. Iulius potiùs, quàm C. Iulius debeat tribunorum poſtremus appellari. C. enim Iulium Iulum legimus in correctioribus Liuij exemplaribus inter legatos eodem anno à Fidenatibus occiſum fuiſſe, qui mendoſe in exemplaribus vulgatis Clœlius Tullius dicitur. Qui item in Philippica nona Ciceronis, inter eoſdem legatos, vt opinor, pari menda vocatur Tullus Cliuius. Opinor autem legationis iſtius principem fuiſſe hunc C. Iulium conſularem, qui & X. vir anno CCCII. fuerat. Fidenates coloni ad Lartem Tolumnium Veientium Regem defecêre; & legatos Romanos, noui motus cauſſam quærentes, iuſſu Regis, contra ius gentium trucidârunt. Liuius & Eutropius libro I. Val. Maximus libro IX. cap. IX.

Tribuni plebis

//. //. //. f. //. n. //.　　.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.　　.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.　　.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.　　.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.　　.//. //. //. f. //. n. //.

N. Sextius. //. f. //. n. Sextinus. III.　[C. Volumnius. //. f. //. n. Flamma. II.]
[M. Pompilius. M. f. //. nepos.]　[M. Genucius. M. f. //. n. Auentinenſis.]
[P. Decius. Q. f. //. n. Mus.]　[C. Duilius. C. f. //. nepos.]
[C. Racilius. //. f. //. nepos.]　[T. Statius. T. f. //. nepos.]
[L. Canuleius. //. f. //. nepos]　[C. Pontificius. C. f. //. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.　　.//. //. //. f. //. n. //.
[Voler. Publilius. Voler. f. //. n. Philo.]　[L. Romuleius. L. f. //. nepos.]

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //.　　.//. //. //. f. //. n. //.
M. Foſlius. //. f. //. n. Flaccinator.　L. Pinarius. L. f. //. n. Rufus Mamercinus.

Anno abhinc quinto Foſlius, & ſequenti Pinarius tribuni militum ſequentur.

ANNI. P. R. C. CCCXVI.

Conſules.

M. Geganius. M. f. //. n. Macerinus. III.　L. Sergius. C. f. C. n. Qui in hoc honore Fidenas appellatus eſt.

Mam. Aemilius. M. f. //. n. Mamercinus. Dict.
L. Quinctius. L. f. L. n. Cincinnatus. Mag. equitum.
Rei gerundæ cauſſa.

ITA nominant eius anni Conſules Liuius, Diodorus, Caſſiodorus & Marianus. Belli enim imminentis metus quietam plebem, & tribunos plebis retinuit, vt omiſſa tribunorum conſularium mentione Conſules crearentur. Liuius autem à bello exiſtimat in hoc conſulatu geſto L. Sergium cognomen retuliſſe. Primus enim cis Anienem cum Fidenatibus & Larte Tolumnio proſperè conflixit, quamuis non incruenta victoria. Ideoque ſenatus, vt in trepidis rebus, dictatorẽ dici Mam. Aemilium iuſſit. Is magiſtrum equitum ex collegio prioris anni L. Quinctium dictatoris filium, dignum parente iuuenem dixit. Cæterumquod ad L. Sergium attinet, Fidenatis cognomen apud alios eiuſdem gentis & non ſuæ ſtirpis tamen fuiſſe demonſtrãt Capitolina marmora in anno Vrbis CCCL. Dictator nouo delectu habito ſtatim hoſtes ex agro Rom. ſubmouit, neque diu poſtea pro

mœnibus

mœnibus Fidenarum prœlio ingenti cum Veientibus Fidenatibusque, adiunctis etiam Faliſcis, commiſſo, victoriam obtinuit. Eo in conflictu A. Cornelium Coſſum tribunum militum inter equites Lartem Regem obtruncaſſe multi ſcribunt. Auctor de illuſtribus viris Coſſum magiſtrum equitum ſub Quinctio Cincinnato Dictatore hoc perpetraſſe tradit. Receptior tamen eorum ſententia, cui & Liuius accedit, qui in conſulatu illud accidiſſe volunt. Nam alias falſum eſſet opima ſpolia ritè Coſſum retuliſſe, vt ſuo loco dicemus. Vide Liuium libro IIII. Paullum Oroſium, & Eutropium. *Victoria de Veientibus, Fidenatibus, & Faliſcis.*

Trib. plebis

//.	//.	//. f. //. n. //.	//.	//.	//. f. //. n. //.
//.	//.	//. f. //. n. //.	//.	//.	//. f. //. n. //.
//.	//.	//. f. //. n. //.	//.	//.	//. f. //. n. //.
//.	//.	//. f. //. n. //.	//.	//.	//. f. //. n. //.
//.	//.	//. f. //. n. //.	//.	//.	//. f. //. n. //.

C. Canuleius.	//. f. //. nepos. III.	Sex. Titinius.	//. f. //. nepos. II.
K. Atinius.	K. f. //. nepos. II.	[M. Mæcilius.	//. f. //. nepos.]
[M. Antius.	//. f. //. nepos.]	[L. Statius.	T. f. //. nepos.]
[M. Trebonius.	//. f. //. nepos.]	[A. Allienius.	//. f. //. nepos.]
[M. Albinius.	//. f. //. nepos.]	[C. Aelius.	//. f. //. n. Pætus.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Q. Cæcilius. //. f. //. n. Metellus. [P. Mutius. P. f. //. n. Scæuula.]

Quæſtores

Coronam auream libræ pondo Ioui opt. max. Capitolino Mam. Aemilij dictatoris ex voto ponendam populi iuſſu ex publico faciundam curauere Liuius libro quarto.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Sp. Poſtumius. * Sp. f. A. n. * Alb. Regillenſis. L. Furius. * Sp. f. * //. n. Medullinus.

Hic filius Sp. f. ter Cos. & ille Sp. Poſtumij conſularis & x. viri: vt apparet ex Capitolinis marmoribus.

Mam. Aemilius. M. f //. n. Mamercinus. AN. CCCXVI.

Dict. de. Veientibus. Faliſceis. & Fidenatibus. IDIB. SEPT.

Dictator rebus vndique benè geſtis ex S.C. & iuſſu populi triumphans in Vrbem redijt, coronamque auream libræ pondo ex publica pecunia in Capitolio Ioui donum poſuit, vt auctor Liuius. Fragmenta Capitolina triumphaſſe Idibus Septembris oſtendunt.

Faliſci numerantur inter Etruriæ populos. Scribebant autem hoc nomen per F. Romani, non more Græco per PH. Eorum metropolis Faleria eſt, quam nonnulli Falerios vocant, inter quos Plutarchus. Liuius Faliſcos tam vrbem quàm populum appellat. Diodorus autem φαλαίσκους, gentem, ſi correctum exemplar eſt, ſed errorem ſuſpicor, ſcribique debere, φαλίσκους, vrbem verò φαλίσκον nominat Stephanus vero φαλισκόν, & φαλισκόν, niſi & illic mendum ſit. Argiuorum coloniam eſſe teſtatur idem. Suffragatur Solinus conditam à Phalero Argiuo Faliſcam, & à Phalerio Argiuo Falerios ſcribens. Hinc illud eſſe autumo, quòd Iunonicolas appellet Faliſcos Ouidius. Ab Argiuis enim ſumma religione colebatur Iuno. *Faliſci.* *Iunonicolæ Faliſci cur dicti.*

ANNI. P. R. C. CCCXVII.

Conſules

M. Cornelius. * L. f. L. n. * Maluginenſis. L. Papirius. //. f. //. n. Craſſus.

IN Diodoro mendosè A. Cornelius Macerinus legitur; Liuius & Caſſiodorus vtrumque Conſulem rectè cum cognominibus edunt.

Exercitus in agrum Veientem ac Faliſcum ducti, & prædæ abactæ; ſed hoſtis nuſquam inuentus, neque pugnandi copia facta eſt. Peſtis populum inuadens obſidiones vrbium impediuit. Liuius libro IIII.

Trib. plebis

Sp. Mælius. //. f. //. nepos. L. Minucio Augurino diem dixit, falſis criminibus ab eo circumventum Mælium arguens, & rogationem de bonis C. Seruilij Ahalæ publicandis promulgauit, quòd ciuem indemnatum occidiſſet. Quæ Vaniora apud populum ipſo auctore fuerunt. Itaque ſpe ſua falſus, cùm fauore nominis Mæliani moturum ſe aliquid opinaretur, actionem deſeruit. Liuius libro IV. De Seruilio Ahala tamen aliter Valerius Max. libro V. cap. III. nempe exilio ſuo cuſtoditæ ciuium libertatis pœnas pependiſſe dicit. Cicero quidem in exilium actum, ſed reſtitutum ſcribit in oratione pro domo ſua.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. // n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

C. Furius. //. f. //. nepos. III.
[C. Volumnius. //. f. //. n. Flamma. III.]
[L. Manilius. M. f. //. nepos.]
[L. Sextius. //. f. //. nepos.]
[M. Furius. //. f. //. nepos.]
[L. Cædicius. L. f. //. nepos. III.]
[M. Manilius. M. f. //. nepos.]
[C. Apronius. Cn. f. //. nepos.]
[C. Mænius. L. f. //. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
C. Iunius. C. f. //. n. Bubulcus. Brutus   Sex. Titinius. //. f. //. nepos.

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
T. Quinctius. L. f. n. Pennus. Cincinnatus.   A. Poſtumius. //. f. //. n. Tubertus.

T. Quinctius bis Cos. & bis trib. militum ſequetur, fuit filius clariſſimi L. Cincinnati Dictatoris ab aratro vocati. A. Poſtumium paulo pòſt magiſtrum equitum, ac deinde Dictatorem habebimus, quo in magiſtratu filium ſecuri percuſſiſſe, quòd iniuſſu ſuo contra hoſtem pugnaſſet, quidam auctores ſunt.

ANNI. P. R. C. CCCXVIII.

Conſules.

C. Iulius. C. f. C. n. Iulus. II.   L. Virginius. //. f. //. n. Tricoſtus.
Q. Seruilius. P. f. Sp. n. Priſcus
Qui in hoc honore Fidenas appell. eſt. Dict.
Poſtumus Aebutius. //. f. //. n. Elua Cornicen Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa.

C. IVLIVS Conſul anno CCCVI. fuerat, alius à decemviro. Malè, ni fallor, in Diodoro Proculus Virginius appellatur, cui Liuius & Marianus Lucij prænomen attribuunt. Peſtilentior hic annus ſuperiore fuit, tam in Vrbe quàm in agris; quod in cauſſa, vt non ſolùm hoſtibus bellum non inferre, ſed Vrbem ægrè defendere Romani potuerint. Quapropter Romanorum domeſtica clade excitati Fidenates & Veientes Anienem tranſgreſſi, agrum Romanum ad Collinam portam vſque ſignis adductis depopulârunt. Qua in trepidatio-

Peſtis grauior.

trepidatione Dictator dictus eſt Q. Seruilius Priſcus: ſed A. Seruilius perperam in Liuio appellatur. Fidenatis cognomen ipſum in hoc honore obtinuiſſe arbitror, quod in ſecunda eius dictatura adſcribitur tabulis Romanis, licet Liuius hoc prætererit, parum nempe curioſus in vetuſtiſſima illa hiſtoria. Dictatorem enim Seruilium coacto exercitu Etruſcas legiones haud procul Nomento fudiſſe prœlio, & fugientes in vrbem Fidenas compuliſſe, hancque obſeſſam, & ac iter oppugnatam cuniculis tandem cepiſſe ſcribit, nulla vel triumphi, vel honoris facta mentione.

Cens.	C. Furius. //. f. //. n. Pacilus. Fuſus.	M. Geganius. M. f. //. n. Macerinus.

Luſtrum fecerunt. XII.

C. Furius Conſul fuerat anno CCCXII. M. Geganius biennio antea. Hi Villam publicam (vt auctor eſt Liuius) in campo Martio probauerunt, vbi tum primùm populi cenſus eſt actus. Meminit item cenſorum lib. IX. vbi de cenſura Ap. Claudij Cæci verba facit. Luſtrum ab his conditum XII. fuiſſe, ex ſequentibus luſtris manifeſtum eſt, at Liuius nullam eius mentionem hic facit. *Cenſus in Villa publica cāpi Martij primùm.*

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
C. Canuleius. //. f. //. nepos. IV.	[L. Canuleius. //. f. //. nepos. II.]
[C. Conſidius. C. f. //. nepos. II.]	M. Conſidius. M. f. //. nepos.
[C. Plætorius. M. f. //. nepos. II.]	[C. Racilius. //. f. //. nepos. II.]
[C. Titius. //. f. //. nepos.]	M. Fulcinius. //. f. //. nepos.
[M. Trebonius. //. f. //. nepos. II.]	[T. Statius. T. f. //. nepos. II.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[P. Decius. Q. f. //. n. Mus.]	[C. Pontificius. C. f. //. nepos.]

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
C. Iulius. //. f. //. n. Mento.	[A. Aeternius. A. f. //. n. Fontinalis.]

ANNI. P. R. C. CCCXIX.

Conſules

C. Iulius. C. f. C. n. Iulus. III.	L. Virginius. //. f. //. n. Tricoſtus. II.

MAGNA apud antiquos auctores in prodendis eius anni Conſulibus eſt diuerſitas, quod ipſum teſtatur Liuius libro quarto, Licinius Macer. C. Iulium, & L. Virginium refectos ſcribit. Valerius Antias, & Q. Tubero M. Manlium & Q. Sulpicium Conſules edunt; ex his Tubero & Macer libros linteos auctores adducunt, neuterque diſſimulat, traditum ab antiquis tribunos militum eo anno fuiſſe. Porrò Diodorus Siculus libro XII. tres eius anni tribunos militum pro Conſulibus enumerat. M. Manlium, Q. Sulpicium Prætextatum, & Ser. Cornelium Coſſum; licet mendoſiſſimè hæc nomina exprimant exemplaria tam manuſcripta, quam impreſſa. Caſſiodorus & Marianus Scotus Macrum, & Liuium ſequuti Conſules ſuperioris anni refectos ſuggerunt, quorum ſententiam & nos in tabulis Faſtorum ſequuti ſumus.

Mam. Aemilius. M. f. //. n. Mamercinus. II. Dict.
A. Poſtumius. //. f. //. n. Tubertus. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa.

Trepidatum hoc anno in Vrbe eſt, eò quòd ad Voltumnæ fanum coiuiſſet omnis Etruriæ concilium ſollicitantibus auxilia Faliſcis, & Veientibus. Ideoque ſenatus Mam. Aemilium Dictatorem iterum dici iuſſit, velut magno inde bello imminēte. Sed poſtea compertum negata Veientibus auxilia fuiſſe, iuſſoſque ſuo conſilio bellum initum & ſuo periculo exequi. Dictator itaque belli cura amota, ne nihil memoria dignum in ſummo honore conſtiturus ageret, cenſuræ tempus contraxit, & ex quinquēnali magiſtratu annuum & ſemeſtrem lege ad populum lata ſtatuit. Qua re infenſi cenſores C. Furius, & M. Geganius, qui tum in magiſtratu adhuc erant, illum dictatura abeuntem tribu mouerunt, ærariumque octuplicato cenſu fecerunt. Liuius libro IIII. & iterum libro IX. vbi violenti cenſores appellantur.

Aemilia lex de cenſuræ tempore contrahendo.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
C. Furius. //. f. //. nepos. IIII.	[L. Domitius. L. f. L. n. Ahenobarbus.]
[M. Cædicius. M. f. //. nepos.]	[P. Silius. P. f. //. nepos.]
[L. Mænius. L. f. //. nepos.]	[C. Mænius. L. f. //. nepos. II.]
[M. Pontificius. M. f. //. nepos.]	[M. Metilius M. f. //. nepos.]
[C. Volſcius. C. f. //. nepos.]	[L. Iunius. L. f. L. n. Brutus Bubulcus.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[M. Albinius. //. f. //. nepos.]	[A. Allienius. //. f. //. nepos.]

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[T. Lartius. T. f. T. n. Flauus.]	Hoſtus. Lucretius. * L. f. T. n. * Tricipitinus.

ANNI. P. R. C. CCCXX.

Tribuni militum conſulari poteſtate.

M. Fabius. Q. f. M. n. Vibulanus.
M. Foſlius. //. f. //. n. Flaccinator. Trib. mil.
L. Sergius. C. f. C. n. Fidenas.

TRIBVNI plebis aſſiduis concionibus prohibendo conſularia comitia, tandem, vt tres tribuni militum crearentur: non tamen, vt plebeius aliquis admitteretur, efficere potuerunt. Omnes enim patricij fuerunt, quos nominant Liuius & Diodorus. Verùm in codicibus Liuianis M. Folius, vel Follius plerumque, & in Diodoro Μάρκος φαλίνιος, καὶ λούκιος σεργύλιος mendosè legitur. Errorem codicum redarguunt Romana marmora in quibus M. Foſlius Flaccinator ſcribitur. Et L. Sergius Fidenas idem eſt, qui paullo antè Conſul fuit, & cognomen à victoria retinuit.

Peſtis.

Peſtis in Vrbe rurſum ſæuijt, atque aliarum rerum ocium præbuit. Aedes Apollini pro valetudine populi vota eſt. Multa duumviri ex libris Sibyllinis placandæ deûm iræ, auertendæque à populo peſtis cauſſa fecêre, magna tamen clades promiſcuè hominum pecorumque accepta eſt. Liuius lib. IV.

Trib.

Trib. plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

[L. Canuleius. //. f. //. nepos. III.] K. Atinius. K. f. //. nepos. Longus. III.
[L. Cædicius. L. f. //. nepos. IV.] [L. Cædicius. M. f. //. nepos.]
[C. Volumnius. //. f. //. n. Flāma. IV.] [M. Silius. P. f. //. nepos.]
[M. Sellius. M. f. //. nepos.] L. Volſcius. C. f. //. nepos.
[L. Volſcius. L. f. //. n. Fictor.] [C. Titius. //. f. //. nepos. II.

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
Sp. Mælius. //. f. //. nepos. [M. Furius. //. f. //. nepos.]

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
N. Fabius. Q. f. M. n. Vibulanus.   [T. Genucius. T. f. L. n. Augurinus.]

Numerius Fabius Conſul & bis tribunus militum Cos. pot. ſequetur Q. Fabij vnius ex clade Cremerenſi ſuperſtitis filius, ab auo materno Numerio Otacilio, ſic prænomine nuncupatus ex pacto. vt auctores ſunt Feſtus, & Valerius de prænominibus. T. Genucius decemviri filius videri poterit.

ANNI. P. R. C. CCCXXI.

Tribuni militum Cos. poteſtate.

L. Pinarius. L. f. //. n. Rufus. Mamercinus.
L. Furius. Sp. f. //. n. Medullinus.   Trib. mil.
Sp. Poſtumius * Sp. f. A. n. * Albus Regillenſis.

NVLLA conſularium comitiorum habita mentione hi tres tribuni militum proConſulibus facti ſunt, quos ita recenſet Liuius. In Diodoro quidem vitiosè admodum ſequuntur, λεύκιος φρέριος, σπόριος πινάριος, καὶ γαίος μετίλος.

Vis morbi leuata eſt eo anno, & belli conſilia per Etruſcos, Volſcos & Aequos agitata ſunt. Interim Romæ principes plebis ſe ſperni in tantùm à plebe conquerentes, vt cùm per tot annos tribuni militum conſulari poteſtate crearentur, nulli vnquam plebeio ad eum honorem acceſſus fuerit. Culpam tamen artibus patriciorum attribuentes, cum tribunis plebis agunt, vt ambitionis tollendæ cauſſa legem promulgarent, contra togas candidas. Quæ lex ingenti plebis ſtudio inuitis patribus perlata eſt. Et apparebat irritatis animis certamine ac victoria plebem comitijs creando tribunos ſtudia ad ſuos inclinaturam. Quæ ne libera eſſent, S.C. factum eſt, vt conſularia comitia haberentur. Liuius lib. IV.

Trib. plebis

Legem de ambitu primam tulerunt: Ne cui album veſtimentum ſumere petitionis cauſſa liceret. Liuius libro IV. *Lex prima de ambitu contra togas candidas.*

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

[L. Iunius. L. f. L. n. Brutus. Bubulcus. II.]	Sex. Titinius. //. f. //. nepos, III.
[L. Sicinius. L. f. L. n. Bellutus.]	[Cn. Sicinius. L. f. L. n. Bellutus.]
[L. Cæcilius. //. f. //. n. Metellus.]	[P. Decius. Q. f. //. n. Mus. II.]
[M. Decius. M. f. M. n. Mus.]	[L. Aelius. //. f. //. n. Pætus.]
[L. Domitius. L. f. L. n. Ahenobardus. II.]	[M'. Marcius. M'. f. //. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[M. Trebonius. //. f. //. nepos.]	[T. Statius. T. f. //. nepos.]

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[P. Seruilius. P. f. Sp. n. Priſcus]	[M. Claudius. C. f. M. n. Sabinus Regillenſis.]

ANNI. P. R. C. CCCXXII.

Conſules

T. Quinctius. L. f. L. n. Pennus Cincinnatus. C. Iulius. //. f. //. n. Mento.
A. Poſtumius. //. f. //. n. Tubertus. Dictator
L. Iulius Vopiſci f. //. n. Iulus. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa.

TVMVLTVS in cauſſa fuit, quem ab Aequis & Volſcis Hernici nunciabant, vti S.C. de Conſulibus creandis admitteretur. Creati ſunt itaque in hunc annum T. Quinctius L. f. Cincinnatus (eidem & Penno cognomen additur) & C. Iulius Mento, vt ait Liuius. Sed perperam, Pœnus, in vulgatis extat libris; nam Capitolinorum marmorum melior eſt orthographia. Diodorus C. Iuliũ appellat collegam. In Liuij exemplaribus Cneus legitur, ſed vulgatius eſt Cai prænomen in Iulia gente, quàm Cnei. Caium quoque Iulium vocat Diodorus & Liuius poſtea, ipſum, abſente collega Apollinis ædem ſine ſorte dedicaſſe, & ægrè paſſum id Quinctium ſcribens: Nominat item hos Conſules Caſſiodorus, ſed malè additur numerus VII. T. Quinctio; nam hic Cincinnati Dictatoris filius alter fuit, teſte Liuio, Tabulæ Græcæ Pennum, & Mentonem produnt, licet etiam incorrectè.

Volſcorum Aequorumq; exercitus lege ſacrata conſcriptus.

Ab Latinis & Hernicis nunciatum Aequos Volſcosque in Algido conueniſſe lege ſacrata, quæ maxima ijs erant cogendæ militiæ. Dictatorem itaque Conſulibus mutis dici placuit ſenatui, & vt diceretur à T. Quinctio Cos A. Poſtumius Tubertus, minis extorſerunt tribuni plebis, quos ſenatus contra Conſules tunc appellauit. In A. Gellio lib. XVII. capite vltimo non rectè Torquati cognomen Poſtumio Dictatori aſcribitur. Errorem induxit hiſtoria ipſa quæ eadem de duobus refertur, Poſtumio, Tuberto videlicet, & Manlio Torquato.

Senatus appellat tribunos plebis.

Trib. plebis

A patribus appellati aduerſum Cos. pronunciarunt: Ni ſenatus dicto audientes eſſe, Dictatoremque dicere velint, & ſi aduerſus conſenſum ampliſſimi ordinis vltra tendant, in vincula ſe duci eos iuſſuros. Conſules à tribunis, quàm à ſenatu vinci maluerunt, & T. Quinctius Dictatorem A. Poſtumium dixit. Liuius lib. IV.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. h. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[A. Virginius. A. f. //. nepos.]	[T. Metilius. M. f. //. nepos.]

[M. Meti-

[M. Menilius. M. f. //. nepos. 11.] [M. Pontificius. M. f. //. nepos. 11.]
[C. Pontificius. C. f. //. nepos. 11.] [M. Furius //. f. //. nepos. 11.]
[C. Cæcilius. //. f. //. n. Metellus.] [C. Petillius. //. f. //. nepos.]
[C. Pœtelius. //. f. //. n. Libo.] P. Plautius. //. f. //. n. Proculus.

Hic auus viri conſularis C. Plautij Proculi, vt indicant Capitolina marmora.

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

[L. Iunius. L. f. L. n. Brutus. Bubulcus.] [C. Volſcius. C. f. //. nepos.]

Quæſtores

Prædam Volſcam Aequicamque iuſſu Dictatoris ſub haſta vendiderunt, & pecuniam in ærarium retulerunt. Liuius lib. IIII.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Sex. Iulius. //. f. //. n. Iulus. Q. Fabius. Q. f. M. n. Vibulanus.

Ambo ad maiores magiſtratus peruenere, ſicut declarabo.

A. Poſtumius //. f. //. n. Tubertus. anno. CCCXXII.
Dict. de Aequis & Volſceis. XIV. Kal. Iul.

Inſignem victoriam adeptus eſt Poſtumius Dictator, ad internecionem ferè cæſis Aequis & Volſcis in Algido, binis eodem tempore caſtris eorum expugnatis, vt graphice deſcribit Liuius. Dictator poſt victoriam præpoſito caſtris Conſule T. Quinctio triumphans Vrbem inuectus, dictatura ſe abdicauit, eodem Liuio referente. Meminit huius victoriæ atque triumphi etiam Diodorus Siculus libro XII. Qui idem hoc addit Poſtumium Dictatorem in caſtris filium victorem ſecuri percuſſiſſe, quòd ſuo iniuſſu præſidio decedens cum hoſte pugnaſſet. Quod factum refert item Gellius loco ſuprà citato, bello tamen tamen Fidenati vult accidiſſe. Sed Liuius negat, T. Manlio Torquato ſeueritatem illam aſcribens, qui ex ea re Imperioſi cognomentum habuit. Valerius autem Maximus lib II. cap. de diſciplina militari de vtroque illud narrat, & Poſtumium, & Manlium in proprios animaduertiſſe filios dicens. Quo loco item pro Tiburtus corriges Tubertus. Meminit quoque eius belli Plutarchus in Camillo. Triumphaſſe A. Tubertum Dictatorem XIV. K. Iulias ex Ouidij Faſtorum ſexto colligimus. Nam XV. K. victoriam hanc Romanis obtigiſſe Faſtis annotatum erat; quo ſcilicet die Delphin totus, & Orionis humeri apparent, ſecundum Ptolomæum. verſus Ouidij adijciam. A. Poſtumij Dictatoris victoria in Algido. A. Poſtumij Dict. in filium animaduerſio.

Tollet humo validos proles Hyrea lacertos,
Continua Delphin nocte videndus erit.
Scilicet hic olim Volſcos Aequosq. fugatos
Viderat in campis Algida terra tuis.
Vnde ſub vrbano clarus Tuberte triumpho,
Vectus es in niueis Poſtume victor equis.

ANNI. P. R. C. CCCXXIII.

Conſules.

C. Papirius. //. f. //. n. Craſſus. L. Iulius. Vopiſci. f. //. n. Iulus.

LABORATVM in Vrbe eſt à tribunis plebis, vt tribuni militum potiùs quàm Conſules crearentur, nec obtineri potuit. Conſules fiunt L. Papirius Craſſus, L. Iulius. Sic ferè Liuius. Eodem modo nominantur à Mariano & Caſſiodoro. In Diodoro rectius leguntur, C. Papirius & L. Iulius. Nam C. Papirium auum autumo eſſe Sp. Craſſi qui trib. militum reperitur anno CCCXXCIV. in Capitolinis, atque alium à L. Papirio quem Cos. habuimus anno CCCXVII. Non enim alioqum tredecim inueniemus Papirios, quot eos ſuppurat Cicero in ep. ad Pætum, qui ſella curuli ſederunt inter primum L. Mugillanum & L. Craſſum, qui Dictator & Prætor fuit.

Lex de multarum æſtimatione.

Aequís annorum octo induciæ datæ ſunt. Romanis ocium vndique fuit. Legem de multarum æſtimatione pergratam populo Conſules pertulerunt, cùm à tribunis eam parari vnius ex collegio proditione intellexiſſent. Liuius lib. IIII

Trib. plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
Sex. Titinius. //. f. //. nepos. IV.	[L. Volſcius. L. f. //. n. Fictor. II.]
[M. Sellius. M. f. //. nepos. II.]	[C. Volumnius. //. f. //. n. Flamma. V.]
[M. Silius. P. f. //. nepos. II.]	[C. Pompilius. M. f. //. nepos.]
[L. Sicinius. L. f. L. n. Bellutus. II.]	[L. Cædicius. M. f. //. nepos. II.]
[P. Lætorius. P. f. //. nepos.]	[C. Terentius. C. f. //. n. Arſa.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[L. Volſcius. C. f. //. nepos.]	[M. Decius. M. f. M. n. Mus.]

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
A. Sempronius. L. f. A. n. Atratinus.	L. Horatius. //. f. //. n. Barbatus.

Ambo tribuni militum poſtea ſequentur.

ANNI. P. R. C. CCCXXIV.

Conſules

L. Sergius. C. f. C. n. Fidenas. II.	Hoſtus Lucretius * L. f. T. n. * Tricipitinus.

Hoſti prænomen.

TABVLÆ Græcæ Tricipitinum & Fidenatem II. produnt. ſed emendanda ſunt in Diodoro horum Conſulum nomina plane corrupta, ita enim admodum monſtroſè leguntur, Hopiterus Lucretius, L. Sergius Fidenates, Græcè ὀπίτηχτερος λουκρήτιος, καὶ λεύκιος σέργιος φιδηνιάτης. Opiter prænomen in Lucretia gente nondum reperi. Hoſtum autem appellant Liuius, Caſſiodorus & Marianus, item Valerius de prænominibus. Ait enim: Hoſtus prænomen fuit in eo, qui peregrè apud hoſpitem natus eſt; idque habuit ,, Lucretius Tricipitinus collega L. Sergij. Et quamuis in Valerio malè legatur Hoſpes, pro ,, Hoſtus: ex Liuio tamen & Caſſiodoro Lucretium hunc Hoſti prænomen habuiſſe intelligi poteſt, atque etiam ex fragmentis Capitolinis, quæ huius filium P. Lucretium Hoſti f. poſteà ſcribunt. Nihil dignum memoria his Conſulibus actum fuiſſe, cùm ocium vndique Romanis eſſet, tradit Liuius.

Trib. plebis

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[C. Petillius. //. f. //. nepos. II.]	[C. Pœtelius. //. f. //. n. Libo. II.]

Sp. Mæ-

Sp.Mælius. //. f.//.nepos. II.	Sp.Mælius. C. f.//.n.Capitolinus.
[L. Cæcilius. //.f.//.n.Metellus.II.]	[C.Lætorius. P. f.//.nepos.]
[M.Volſcius. M.f.//.n.Fictor.]	[Sp.Antius. Sp.f.//.nepos.]
[C.Numitorius.C.f.//.nepos.]	[M.Trebonius.//.f.//.nepos.III.]

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[M'. Marcius. M'. f. //. nepos.]	[L. Aelius. //. f. //. n.Pætus.]

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
Ap.Claudius. Ap. f. Ap. n. Craſſus.Regillenſis	Sp.Nautius * Sp.f. Sp. n. * Rutilus.

Ap.Claudius hic decemviri filius putatur, & Sp.Nautius auo conſulari natus. Ambo ſimul tribuni militum.

ANNI. P. R. C. CCCXXV.

Conſules

T. Quinctius L. f. L. n. Pennus.Cincinnatus. II.	A. Cornelius * M. f. Ser. n. Coſſus.

CORRECTE habentur in Diodoro hi Conſules. T. Quinctius & A. Cornelius Coſſus. Quemadmodum Liuius, Caſſiodorus & Marianus eos nominant. Tabulæ Græcæ Coſſum & Pennum II. proferunt. Meminit horum antea quoque Liuius in dictatura & triumpho Mam. Aemilij anno CCCXVI.

Aquarum penuria præ aëris ſiccitate hoc anno laboratum grauiſſimè, vt & largi fontes paſſim exaruerint; magna hinc pecorum ſtrages per campos edita eſt ſiti morientium, & aër demum tabe infectus peſtem in homines etiam propagauit. Veientes cum Fidenatibus in Romanum agrum excurſiones fecerunt. Veiens bellum, cum quibus induciæ adhuc erant, dilatum eſt. Fidenatibus ob ſuſpicionem rebellionis colonorum numerus eſt auctus, ijsque bello interemptorum agri ſunt aſſignati. Liuius lib. IIII. *Aquæ ſumma penuria, & peſtis grauiſſima.*

Trib. plebis.

//. //. //.f. //.n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //.f. //.n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //.f. //.n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //.f. //.n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //.f. //.n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[Cn.Sicinius.L.f.L.n.Bellutus.II.]	[M. Furius. //. f. //. nepos. III.]
[C.Cæcilius. //.f.//.n. Metellus.II.]	[M. Plætorius. M.f.M.nepos.]
[P.Publilius. P.f.//.n.Philo.]	L.Publilius.Voler.f.//.n.Philo Vulſcus.
P. Publilius.Voler.f.//.n.Philo.]	[Q. Pœtelius. Q. f. n.Libo.Viſolus.]
[L. Virginius. A. f. //.nepos.]	[L. Mamilius.L.f.//.n.Vitulus.]

Aediles

Cùm multiplex & pleraque externa religio, peſtis auertendæ cauſſa, animos hominum inuaſiſſet, nouos ſacrificandi ritus inferentibus in domos, quibus quæſtui ſunt capti ſuperſtitione animi, & iam peregrinis inſolitisque piaculis ſacella omnia & vicos paſſim occupantibus, datum ædilibus ex S.C. negocium, vti animaduerterent, ne qui, niſi Romani dij, neu quo alio more, quàm patrio colerentur. Liuius libro IIII. Itaque eo S. C. *Variæ ſuperſtitio inducta peſtis auertendæ cauſſa.*

Romuli

Leges de peregrina religione excludenda comprobatæ.

Romuli Regis, atque XII. tabularum de peregrina religione reijcienda, leges comprobatæ ſunt.

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
P. Plautius. //. f. //. n. Proculus.	[T. Metilius. M. f. //. nepos.]

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
C. Sempronius. A. f. A. n. Atratinus.	L. Manlius. //. f. //. n. Vulſo Capitolinus.

C. Sempronius patruelis A. Sempronij teſte Liuio Cos. deinde ad Vetruginem malè pugnauit. L. Manlius ſexto poſt anno tribunus militum factus legitur apud Liuium.

A. Cornelius * M. f. Ser. n. * Coſſus. ann. CCCXXV. Cos. de Veientibus. Isque. ſpolia opima retulit duce hoſtium Larte Tolumnio ad Fidenas interfecto. //. //. //.

Opima ſpolia ſecunda.

Bellum Veiens illud memorabile, quo A. Cornelius Coſſus Lartem Tolumnium Veientium Regem in prœlio ſuis manibus occidit, armaque eidem detraxit, in hunc eius conſulatum cur tranſtulerim, haud leuis me impulit ratio. Quòd Liuius nimirum ipſe in hanc potiùs videtur ire ſententiam, etiam ſi hiſtoriam belli ad annum CCCXVI referens, auctores ante ſe omnes non libenter ſequutus ſcribat A. Coſſum tribunum militum, non Conſulem Ioui opima retuliſſe, & Mam. Aemilij Dictatoris auſpicijs bellum hoc geſtum fuiſſe. Fatetur tamen ingenuè legem, qua tantùm ea ritè opima habentur ſpolia, quæ dux duci detraxerit, & titulum ſpolijs ipſis inſcriptum omnes alios, & ſe etiam redarguere. A Diuo enim Auguſto audiuiſſe ſe ſcribit, Coſſum Conſulem non tribunum militum, vel magiſtrum equitum ſecunda opima Ioui Feretrio retuliſſe, qui hoc ipſe in thorace linteo legerat, ædem ingreſſus Feretrij Iouis, quam vetuſtate conlapſam refecit. Quamuis itaque Liuius aliorum conſenſum ſequatur inuitus, Valerius autem Max. & Auctor ille de viris illuſtribus (vt eſt in ea re ſumma hiſtoriarum diuerſitas) Coſſum magiſtrum equitum Lartem Regem obtruncaſſe velint: lubentiùs tamen conſulatui eius hanc cum triumpho & opimis victoriam adſcripſi, D. Auguſtum, aſſentiente Liuio, ſequutus, vt Coſſum Conſulem, & ducem belli ſuis auſpicijs geſti (alioquin enim ducem non agnoſcit Liuius) Romulo & Marcello adiungamus. Victoriæ autem & triumphi hiſtoriam habes latius apud Liuium in dictatura Mam. Aemilij Mamercini, ſicut antea ſuo loco dixi. Propertius autem elegiarum libro quarto tria opima ſpolia deſcribens, his item verſibus de Coſſo cecinit, poſtquam Romuli victoriam de Acrone Rege retuliſſet:

Quæ ſpolia ritè dicantur opima.

Aedem Iouis Feretrij Auguſtus reſtituit in Capitolio.

Coſſus at inſequitur Veientis cæde Tolumni,
Vincere cùm Veios poſſe laboris erat.

Et poſtea.

Fortè ſuper portæ dux Veiens aſtitit arcem,
Colloquiumq́; ſua fretus ab vrbe dedit.
Dumq́; aries murum cornu pulſabat aheno,
Vineaq́; inductum longa tegebat opus.
Coſſus ait forti melius concurrere campo.
Nec mora fit, plano ſiſtit vterque gradu.
Dij Latias iuuère manus, deſecta Tolumni
Ceruix Romanos ſanguine lauit equos.

Idem breuiter, & ſcitè in pentametro quodam Ouidius cecinit, quod ex epigrammatibus illius citat Priſcianus libro V.

Larte ferox cæſo Coſſus opima tulit.

Longè maximum triumphi ſui ſpectaculum fuiſſe Coſſum tradit Liuius, in quem ſpolia opima Regis interfecti gerentem carmina incondita canebant milites Romulo eum æquantes. Spolia in æde (inquit) Iouis Feretrij prope Romuli ſpolia, quæ prima opima appellata ſola ea tempeſtate, cum ſolemni dedicatione fixit. Plutarchus in Romulo Cornelium Coſſum quadrigis Vrbem inuectum opima ſpolia retuliſſe ſcribit. Vide Val. Maximum libro III. cap. II. Auctorem de viris illuſtribus cap. XXV.

A. Cornelius Coſſus Romulo fortitudine æquatus.

ANNI.

ANNI. P. R. C. CCCXXVI.

Conſules

L. Papirius. //. f. //. n. Mugillanus. II. C. Seruilius. //. f. //. n. Structus Ahala.

HABENT hos Conſules Liuius, Diodorus, Caſſiodorus & Marianus Scotus. Structi cognomen tribuit Seruilio Diodorus. Ahalam Liuius vocat, vtrumque in ea familia receptum. Axilla male in tabulis Græcis legitur. Non enim is mihi videtur qui poſtea ter tribunus militum & magiſter equitum fuit, ſed idem qui iam antè magiſter equitum Sp. Mælium occiderat

Veientibus populi iuſſu per fœciales bellum indictum eſt, quòd ante inducias finitas, agrum Romanum inuaſiſſent. Ne tamen exercitus tum mitteretur, religio & tribuni plebis obſtitêre. Liuius libro IIII. *Veientibus bellum per fœciales indictum.*

Tribuni plebis

Controuerſia cùm eſſet, vtrum populi iuſſu bellum Veientibus indiceretur, an ſatis eſſet S. C, peruicere tribuni plebis denunciando impedituros ſe delectum, vti Conſules de bello ad populum ferrent. Omnes centuriæ iuſſerunt. Hæc Liuius. Sed in vulgatis exemplaribus ſic legitur. Vti Quinctius Cos. de bello ad populum ferret. Videndum an recte. Non enim tunc Quinctius vllus Conſul erat, ſed anno ſuperiore T. Quinctius. Suſpicor igitur ex gloſſulis hoc nomen incuria librariorum fluxiſſe in hiſtoriæ contextum.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

[C. Cæcilius. //. f. //. n. Metellus. III.]   [P. Lætorius. P. f. //. nepos. II.]
[Sex. Manilius. Sex. f. //. nepos.]   [M. Manilius. Sex. f. //. nepos.]
[A. Virginius. A. f. //. nepos. II.]   [M. Silius. P. f. //. nepos. III.]
[C. Pompilius. M. f. //. nepos. II.]   [L. Sicinius. L. f. L. n. Bellutus. III.]
[L. Cædicius. M. f. //. nepos. III.]   [P. Licinius. P. f. P. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
[C. Terentius. C. f. //. n. Arſa.]   [M. Sellius. M. f. //. nepos.]

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
Q. Antonius. * T. f. * //. n. Merenda   L. Papirius. L. f. //. n. Mugillanus.

L. Mugillanus patre cenſorio & bis Conſule natus tribunus militum reperitur in Capitolinis fragmentis, fuitque cenſor. Q. Antonius ex antiquiſſima Heraclidarum ſtirpe patricia decemviri T. Antonij filius videtur ex annorum interuallo.

ANNI. P. R. C. CCCXXVII.

Tribuni militum cos. poteſtate.

T. Quinctius L. f. L. n. Pennus Cincinnatus.
C. Furius. //. f. //. n. Pacilus.
M. Poſtumius. * A. f. A. n. * Albus Regillenſis.   Trib. mil.
A. Cornelius * M. f. Ser. n. * Coſſus.

CVM

Cum iam obtinuiſſent tribuni plebis ne bellum S.C. ſed populi iuſſu Veientibus indiceretur, etiam peruicère, vt non Conſules, ſed tribuni militum, quatuor conſulari poteſtate crearentur, quos tam Liuius quàm Diodorus ſatis correcte recenſent. Ex ijs tres delectu habito profecti ſunt Veios, & documento fuerunt, quàm plurium imperium bello inutile ſit. A. Cornelius Vrbi præfuit. Apud Veios autem Romanorum ducum culpa & diſcordia malè pugnatum fuit, legionibusque, dum alij ſignum dant, alij receptui canunt, in fugam miſſis, caſtra Veientibus prædæ fuerunt. Liuius libro IIII.

Multorum imperium in bello periculoſum.

Romani caſi & caſtra capta.

Mam. Aemilius. M. f. //. n. Mamercinus. III. Dict.
A. Cornelius. * M. f. Ser. n. * Coſſus. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa.

Ob ignominiam potiùs, quàm ob cladem acceptam mœſta ciuitas vinci inſueta Dictatorem popoſcit. A. Cornelius Dictatorem Mam. Aemilium, qui bis antè fuerat, dixit: & ipſe ab eo magiſter equitum eſt dictus. Interim Veientes re ſecunda elati, totam Etruriam ad bellum ſollicitare non deſiſtunt, ſed ſoli Fidenates cum Veientibus fœdere inito, odio nominis Romani accinguntur. Et vt bellum non ſine ſcelere rurſus inceptarent, omnes Romanorum colonos nuper receptos trucidârunt. Fidenæ ad ſedem belli viſæ oportuniores vtriuſque populi ducibus; vbi caſtra idcirco coniuncta. Ibidemque à Dictatore Aemilio inſigni prœlio contuſi ſunt. Qui eodem impetu fugientes perſecutus hoſtes, caſtra & vrbem cœpit. Fidenæ igitur, quæ non telis tantùm, ſed facibus etiam in prœlio pugnauerant, ſuomet igne ceciderunt. Liuius latè omnia libro IIII.

Fidenatium noua rebellio.

Facibus in prælio pugnatum.

Trib. plebis

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

[L. Cæcilius. //. f. //. n. Metellus. III.] L. Publilius. Voler. f. //. n. Philo. II.
[C. Lætorius. P. f. //. nepos. II.] Sp. Mælius. C. f. //. n. Capitolinus. II.
[Sp. Mælius. Sp. f. //. n. Capitolinus.] [M. Oppius. M. f. //. nepos.]
[L. Aelius. //. f. //. n. Pætus. II.] [M. Claudius. M. f. //. n. Cicero.]
[L. Icilius. L. f. C. n. Ruga.] [K. Duilius. K. f. //. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[C. Numitorius. C. f. //. nepos.] [M. Volſcius. M. f. //. n. Fictor.]

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
L. Seruilius. //. f. //. n. Structus. T. Quinctius. T. f. //. n. Capitolinus.

Hic filius T. Quinctij ſexies Conſulis, qui & Conſul & Tribunus militum ſequetur; vt L. Seruilius bis tribunus militum.

Mam. Aemilius. M. f. //. n. Mamercinus. ann. CCCXXVII.
//. dict. III. de. Veientibus. Fidenatibusque. //. //. //.

Parta inſigni victoria ac Fidenis expugnatis captiuorum corpora quæ cædi ſuperfuerant, partim benemeritis militibus ſorte diſtributa ſunt, partim ſub corona venum data. Inde exercitum victorem præda opulentum triumphans Dictator Romam reduxit: & in trepidis rebus acceptam dictaturam die ſexto decimo in pace depoſuit. Hæc latiùs, & graphicè Liuius libro IIII. Florus libro I. cap. XII. Oroſius libro II. cap. XIII. Diodorus Siculus autem cum Fidenatibus ſolus ancipiti prœlio pugnatum fuiſſe ſcribit, & cauſſam belli fuiſſe legatorum cædem, alios quàm Liuius ſequutus Annales. Atqui prænomen Dictatoris in eo auctore mendoſum eſt, legiturque Manius, pro Mamercus.

ANNI.

ANNI. P. R. C. CCCXXVIII.

Tribuni militum cos. poteſtate.

A. Sempronius. L. f. A. n. Atratinus
L. Furius. Sp. f. //. n. Medullinus. II. Trib. mil.
L. Quinctius L. f. L. n. Cincinnatus. II.
L. Horatius. //. f. //. n. Barbatus.

QVATVOR tribuni militum conſulari poteſtate denuò facti ſunt. In vetuſtioribus Liuij exemplaribus L. Furius omiſſus erat; quod in cauſſa vt tres ſolummodo etiam enumeret Cuſpinianus in Commentario ſuo in Caſſiodori Conſules. Diodorus item Siculus tres tantum nominat huius anni tribunos, & admodum vitiosè in vulgaris libris extant nomina C. Furius pro L. Furio, C. Corinthius pro L. Quinctio, & A. Sempronius. At L. Horatius librariorum culpa prætermiſſus eſt. In exemplari autem Græco manuſcripto Cardinalis Granuellani λεύκιος κοίντιος, καὶ αὖλος σεμπρώνιος ſatis emendatè leguntur: ſed alij duo ibidem deſiderantur. Furius & Quinctius antea ſemel tribuni militum fuerant. A. Sempronium ex fragmentis Capitolinis deſcripſi, in quibus extant duo alij eiuſdem tribunatus.

Veientibus viginti annorum induciæ datæ ſunt, & Aequis triennij, cùm plurium tamen annorum petijſſent; A ſeditionibus item vrbanis ocium fuit. Liuius lib. IV. Induciæ.

Trib. plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
[C. Fulcinius. C. f. //. nepos.]   [Sex. Titius. Sex. f. //. nepos.]
[L. Virginius. A. f. //. nepos. II.]   [Q. Pœtelius. Q. f. //. n. Libo. Viſolus. II.]
P. Publilius Voler. f. //. n. Philo. II.   [P. Publilius. P. f. //. n. Philo. II.]
[C. Popillius. //. f. //. nepos.]   [M. Plætorius. M. f. M. nepos. II.]
P. Numitorius. P. f. //. nepos.   [M. Titinius. M. f. M. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
[Cn. Sicinius. L. f. L. n. Bellutus.]   [L. Mamilius. L. f. //. n. Vitulus.]

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
[M. Manlius. * A. f. Cn. n. * Vulſo. Capitolinus.]   Sp. Nautius. Sp. f. Sp. n. Rutilus.

Sp. Nautius ex Capitolinis fragmentis deſcriptus eſt, M. Manlius patre conſulari ac x. viro natus videtur.

ANNI. P. R. C. CCCXXIX.

Tribuni militum cos. poteſtate.

Ap. Claudius. Ap. f. Ap. n. Craſſ. Regillenſis.
Sp. Nautius * Sp. f. Sp. n. * Rutilus. Trib. mil.
L. Sergius. C. f. C. n. Fidenas. II.
Sex. Iulius. //. f. //. n. Iulus.

IN Liuio prænomen Appij Claudio reddendum eſſe videtur; nam poſtea Appium Claudium,& decemviri filium dicit. Male item Nautius, Nævius ibidem in aliquot exemplaribus appellatur; ſicut in Diodoro Sergius, Sentius, Plebeios enim eſſe Næuios & Sentios conſtat, atque eodem anno conqueſtos in publicis concionibus tribunos plebis fuiſſe ſcribit Liuius, nec dum plebeiorum aliquem ad ſummos honores promotum fuiſſe. Sp. Nautios duos eius temporis tribunos militum ex Liuio, & fragmentis Capitolinis colligimus. L. Sergius anno CCCXX. ſemel tribunus militum fuerat, tertium honorem ſuo loco adiungemus.

Ludi ex voto Dictatoris Aemilij celebrantur magnificè. Ludi ex Mam. Aemilij Dict. voto concepti, ſummo tribunorum militum apparatu, & finitimorum concurſu ſunt celebrati. Volſci Hernicorum ſociorum agros deprædati, nouum bellum concitarunt. Liuius lib. IV.

Cens. //. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Luſtrum fecer. XIII.

L. Iulius. Vopiſci. f. //. n. Iulus. L. Papirius. //. f. //. n. Craſſus.

Hoc ferè tempore luſtrum conditum fuiſſe ratio Capitolinorum fragmentorum omnino perſuadet. Licet enim Liuius vetuſtam illam hiſtoriam leuiter percurrens, huius cenſuræ, vt & aliarum, nullam faciat mentionem. Ex decimo ſexto tamen luſtro, quod in tabulis extat Capitolinis, & decimi quarti fragmento, nempe L. Papirij cenſura facile colligimus luſtra duo, XIII. videlicet & XV. cum ſuis cenſoribus deſiderari, quæ ex veriſimili coniectura ſuis locis annotaui.

Trib. plebis

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[L. Virginius. L. f. //. nepos.]	[L. Sicinius. L. f. //. n. Dentatus.]
[C. Pompilius. M. f. //. nepos. III.]	[C. Pompilius. C. f. //. nepos.]
[Sp. Oppius. Sp. f. //. n. Cornicen.]	[Sp. Mælius. Sp. f. //. n. Capitolinus. II.]
[C. Claudius. C. f. //. n. Cicero.]	[L. Roſcius. L. f. //. nepos.]
[C. Numitorius. C. f. //. nepos. II.]	[L. Volumnius. L. f. //. n. Flamma.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[Sex. Manilius. Sex. f. //. nepos.]	[M. Manilius. Sex. f. //. nepos.]

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
P. Lucretius. Hoſti. f. * L. n. * Tricipitinus.	C. Seruilius. Q. f. C. n. Axilla.

Ambo deſcripti ſunt ex Capitolinis fragmentis, in quibus maiores horum magiſtratus extant.

ANNI. P. R. C. CCCXXX.

Conſules.

C. Sempronius. A. f. A. n. Atratinus. Q. Fabius. Q. f. M. n. Vibulanus.

APVD Diodorum Siculum nulla horum Conſulum fit mentio; an verò prætermiſſi librariorum culpa fuerint, an belli Siculi hiſtoriam cum libro XIII. aggreſſurus ſtudio eos omiſerit, incertum mihi eſt. Atratinum & Vibulanum produnt tabulæ Græcæ. Liuius C. Sempronium Atratinum, Q. Fabium Vibulanum; quos Idibus Decembris iniſſe dicit.

Fabius decemuiri ſilius tribunus militum poſtea fuit, vt etiam fragmenta monſtiant Capitolina, ex quibus eius nomen deſcripſi. C. Sempronius, teſte Liuio, vt dixi, frater patruelis A. Sempronij L. f. A. n. tribuni militum III. anno CCCXXXVII. velut habent fragmenta Capitolina. Itaque pater Cai Conſulis fuit A. Sempronius tribunus militum anno CCCIX, quem L. Sempronij fratrem Conſulis eodem anno ſuffecti Liuius & Dionyſius produnt.

Cum Volſcis infeliciter temeritate Sempronij Conſulis pugnatum fuit ad Verruginem, & labente iam Romanorum acie, Sex. Tempanio duce, pugna egregiè reſtituta eſt virtute equitum Rom. qui dimiſſis equis ſemel vt pedites in cohortem centuriarunt, adeò vt protinus hoſtem ſiſtere, aciemque ſuorum reſtaurare potuerint. Verùm nocte prælium dirimente, incertum fuit, victores ne an victi diſcederent Romani. Nam caſtra vtrinque relictis ſaucijs deſerta fuerunt. Liuius pulchrè deſcribit hoc prælium. Refert autem inter fortitudinis exempla hoc equitum Rom. celebre virtutis certamen Val. Max. libro III. cap. II. vbi Conſulis Sempronij nomen mendoſum eſt. Legitur enim ſic: Reddendus » eſt nunc Romanæ iuuentuti debitus honos, & gloriæ titulus Q. Carulo Sempronio Atra- » quio Cos. cum Volſcis apud Verruginem parum proſperè dimicante, &c. Igitur legen- » dum potius videtur: Quæ C. Sempronio Atratino Conſule cum Volſcis apud Verrugi- » nem parum proſperè dimicante, &c. Libro item ſexto cap. V. eiuſdem Conſulis meminit, mendoſe tamen L. Atracinus ibidem vocatur. At huic correctioni manuſcripta quædam exemplaria aſtipulari, annotationes noſtræ in eundem Valerium docebunt. Eodem anno Samnites proditione, occiſis Etruſcis veteribus ciuibus, Capuam, tunc Vulturnum appellatam, occuparunt. Liuius libro IV.

Anceps & dubium Volſcum prælium temeritate Conſulis.

Valerij Max. locus.

Vulturnum à Samnitibus captum, Capua dici cœpit.

Trib. plebis

M. Poſtumium, & T. Quinctium tribunos militum ante triennium reos ad populum traxerunt, quòd eorum opera malè pugnatum eſſet ad Veios. Poſtumius decem millibus æris grauis damnatur. Quinctium ob memoriam patris L. Cincinnati, & ob res poſtea bene geſtas tribus omnes abſoluerunt. Liuius libro IV.

C. Iunius * C. f. C. n. Bubulcus *. Sex. Tempanium, decurionem turmæ equitum, in concionem deductum, de rebus ad Verruginem à Conſule Sempronio malè geſtis interrogauit. Tempanius rudi, ac militari oratione reſpondens, & imperatorem ſuum non accuſans, prudentiæ, ac moderationis laudem aſſecutus eſt. Liuius libro quarto.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

Sp. Mælius. C. f. //. n. Capitolinus. III. [M. Oppius. M. f. // nepos. II.]
[L. Albinius. L. f. L. nepos.] [M. Appuleius. // . f. //. nepos.]
[L. Trebonius. L. f. //. n. Aſper.] [M. Plætorius. M. f. M. nepos. III.]
[C. Mælius. C. f. C. nepos.] [P. Furius. P. f. //. nepos.]
[M. Claudius. M. f. //. n. Cicero. II.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

[L. Icilius. L. f. C. n. Ruga.] [K. Duilius. K. f. //. nepos.]

Quæſtores

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

M. Papirius. * L. f. * //. n. Mugillanus. Sp. Veturius. * Sp. f. Sp. n. * Craſſus. Cicurinus.

Hic decemuiri, ille L. Mugillani bis Cos. & Cenſoris, quem Cicero principem familiæ ſuæ vocat in familiaribus ad Pætum, filius fuiſſe videtur.

ANNI. P. R. C. CCCXXXI.

Tribuni militum cos. poteſtate.

L. Manlius. //. f. //. n. Vulſo Capitolinus.
Q. Antonius. * T. f. * //. n. Merenda.
L. Papirius. * L. f. * //. n. MVGILLANVS. Trib. mil.
L. Seruilius. //. f. //. n. Structus.

ODIO Sempronij cùm conſulare nomen offenderet, tribuni militum creati ſunt, quos etiam Diodorus præterijt. Liuius tres tantùm enumerat, nam Seruilius omiſſus eſt, quem tamen poſtea tribunum iterum fuiſſe dicit. Igitur cum Sigonio primùm eius tribunatum hoc loco faſtis adieci, quòd plerunque quatuor tribunos militum quotannis circa hæc tempora creatos animaduertimus. C. Sempronius ſuperioris anni Conſul ob res ad Verruginem malè geſtas maieſtatis reus ad populum factus, deprecantibus qui ſub eo militauerant tribunis plebis, abſoluitur. Liuius libro IIII. Val. Max. lib. VI. cap. V.

Trib. plebis

C. Sempronius reus maieſtatis reus.

L. Hortenſius. // f. //. n. C. Sempronium ſuperioris anni Conſulem ob res ad Verruginem malè geſtas in iudicium egit; ſed intercedentibus collegis quatuor, qui ſub Sempronio militauerant, accuſatione deſiſtere coactus eſt. Liuius, & Val. Maximus locis iam citatis.

Sex. Tempanius. //. f. //. nepos. L. Antiſtius. //. f. //. nepos.
A. Sellius. // f. //. nepos. Sp. Icilius. * L. f. L. n. * Ruga.

In quibuſdam Liuij exemplaribus Sp. Icilius perperam Spurilius dicitur, & Antiſtij prænomen omiſſum eſt. Hos anno ſuperiore ad Verruginem equites Romani, Sex. Tempanio auctore, ſibi centuriones præfecerant, quos deinde populus tribunos plebis abſentes creauit. Igitur pro Imperatore ſuo C. Sempronio reo intercesſerunt apud Hortenſium collegam; &, niſi precibus moueretur, ſe cum reo Veſtem mutaturos profeſſi ſunt. Liuius libro IV. Val. Maximus lib. VI. cap. V.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.
[T. Roſcius. L. f. //. nepos.] [L. Volumnius. L. f. //. n. Flamma. II.]
[M. Terentius. M. f. //. n. Arſa.] [Q. Romuleius. Q. f. //. nepos.]
[M. Silius. M. f. M. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[C. Popillius. //. f. //. nepos.] [Q. Pœtelius. Q. f. //. n. Libo Viſolus.]

Quæſtores.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[Ti. Veturius. Sp. f. * Sp. n. * Craſſus. Cicurinus.] [Cn. Cornelius. * P. f. P. n. * Coſſus.]

ANNI. P. R. C. CCCXXXII.

Conſules.

T. Quinctius. T. f. //. n. CAPITOLINVS. BARBATVS. N. FABIVS. Q. f. M. n. Vibulanus.

Prænominis Numerij nota, qui per N. literam notatur.

IN DIODORO non habentur hi Conſules. Tabulæ Græcæ Capitolinum, & Vibulanum ſuggerunt; nam omittendi ſunt numeri qui perperam adijciuntur, ſicut ex fragmento Capitolino colligimus. In Liuio autem, alijsque etiam auctoribus Fabij prænomen Numerius ferè intercidit; quod per N. literam ſignare ſolent veteres, veluti hoc loco clarè

clarè oſtendit faſtorum Rom. eadem fragmenta, quæ hunc Conſulem rectè N. Fabium vocant, non Cneum, ſicut in Liuio deprauàrunt huius prænominis ignari. Romanis quidem marmoribus apprimè congruit Sex. Pompeius, adſerens Numerij prænomen nunquam prius fuiſſe in gente Fabia. quàm Q. Fabius, qui ſolus, reliquis ad Cremeram cæſis ſuperfuit, diuitiarum cauſſa Numerij Otacilij filiam duxit, ea conditione, vt qui primus ex ea natus eſſet filius, prænomine aui materni contra morem Romanum Numerius appellaretur. Quod datum a Fabio fuiſſe dicit, & poſtmodum aliquandiu illud prænomen in ea gente permanſiſſe. Aſtipulatur his etiam Valerius de prænominibus, qui eadem ferè narrat. Tres autem Q. Fabij illius ter Conſulis ac triumphalis filios recenſent fragmenta Capitolina: hunc videlicet Numerium à materno auo, Marcum à paterno, & Quinctum ab ipſo patre prænomina tenentes. T. Quinctius, vt auctor Liuius, T. Capitolini ſexies Conſulis filius fuit.

Numerij prænomen vt in Fabiam domũ irrepſerit prænomen.

Bellatum cum Aequis, at in Vrbe contentiones & diſcordiæ exortæ, de Quæſtorum numero duplicando; vt duobus vrbanis Quæſtoribus adderentur duo, qui Conſulibus ad miniſterium belli præſto eſſent. Qua re ex patrum ſententia approbata, & à Conſulibus relata, tribuni plebis certamen intulerunt, vt pars Quæſtorum (nam ad id tempus patricij creati erant) ex plebe fieret. Aduerſus quam actionem Conſules cum patribus ſumma ope annixi ſunt; Et cùm deinde concedendo, vt quemadmodum in tribunis conſulari poteſtate creandis, ad æquè in Quæſtoribus liberum eſſet arbitrium populi, parum proficerent; tota res de augendo Quæſtorum numero omiſſa eſt. Excipiunt omiſſam tribuni, adduntque agrariæ legis & alias ſeditioſas actiones. Propter quos motus, cùm ſenatus Conſules, quàm tribunos creari mallet, neque poſſet per interceſſiones tribunicias S. C. fieri, reſpublica à Conſulibus ad interregnum redijt. Liuius libro IIII.

De quæſtorum numero duplicando contentiones.

Agrariæ legis actiones renouatæ.

Tribuni plebis

// . // . // . f. // . n. // .   // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .   // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .   // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .   // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .   // . // . // . f. // . n. // .

[Sp. Mælius. Sp. f. // . n. Capitolinus. III.] [L. Albinius. L. f. L. nepos. II.]
[Sp. Oppius. Sp. f. // . n. Cornicen. II.] [L. Roſcius. L. f. // . nepos.]
[C. Trebonius. L. f. // . n. Aſper.] [L. Allienius. L. f. // . nepos.]
[C. Rabuleius. C. f. C. nepos.] [P. Silius. M. f. M. nepos.]
[N. Otacilius. N. f. // . nepos.] [C. Claudius. C. f. // . n. Cicero.]

Aediles

// . // . // . f. // . n. // .   // . // . // . f. // . n. // .
C. Iunius * C. f. C. n. Bubulcus. * L. Hortenſius. // . f. // . nepos.

Quæſtores

// . // . // . f. // . n. // .   // . // . // . f. // . n. // .
C. Valerius. L. f. Voluſi. n. [Cn. Cornelius * M. f. M. n * Malugin. Coſſus.]
Potitus. Voluſus.

C. Valerius in Capitolinis ſic ſcriptus Cos. & ter tribunus militum reperitur.

N. Fabius. Q. f. M. n. Vibulanus. ann. CCCXXXII.
Cos. ouans de Aequis. // . // . // .

Aequi ob ambiguam Volſcorum victoriam elati, atque eam quaſi pro ſua amplexi, rebellauerant; ſed non diu his fortuna indulſit. Nam Fabij Conſulis ductu, cui ſorte ea prouincia obuenerat, leui prœlio funduntur, fuganturque. Conſuli quidem negatus triumphus, cæterum ob Sempronianæ cladis leuatam ignominiam vt ouans Vrbem ingrederetur, conceſſum eſt. Liuius libro IIII.

Aequi à Fabio Cos. victi.

ANNI. P. R. C. CCCXXXIII.

Tribuni militum coſ. poteſtate.

T. Quinctius. L. f. L. n. Pennus. CINCINNATVS. II.
M. MANLIUS. * A. f. Cn. n. * Vulſo Capitolinus. Trib. mil.
L. Furius. Sp. f. //. n. MEDVLLINVS. III.
A. SEMPRONIUS. L. f. A. n. Atratinus II.

Interregnum. CVM maior pars anni per nouos tribunos plebis, & aliquot interreges, certaminibus extracta eſſet; poſtremò L. Papirius Mugillanus interrex proditus, caſtigando nunc patres, nunc tribunos plebis effecit, vt medijs copularent concordiam; patres patiendo tribunos militum pro Conſulibus fieri, tribuni plebis non intercedendo, quo minus quatuor quæſtores promiſcuè de plebe ac patribus libero ſuffragio populi fierent. *Quibus medijs inter patres ac plebem copulata concordia.* Tribunicia primum comitia ſunt habita, creati omnes patricij, quorum nomina partim ex Liuio, partim ex fragmentis Capitolinis concinnauimus; nam Diodorus eos præterit. Cæterùm cùm in fragmento Capitolino legatur Cincinnatus II. & Medullinus III. facilè colligimus, non L. Quinctium eſſe, quem tribunum militum III. legimus in Liuio, mendosè fortaſſis: ſed eius fratrem T. Quinctium, qui ſemel tantùm antea tribunus fuit, anno Vrbis CCCXXVII. Deinde ex hoc tertio Medullini tribunatu conſtat L. Furium hunc eſſe qui tribunus militum II. anno CCCXXVIII. fuit, licet in Liuio Sex. Furius II. habeatur. Quæ differentia erroréne prouenerit, an ex Annalium diuerſitate, vix liquet. A. Sempronio inſuper in Liuio numerus II. addendus eſt, nam idem antè tribunus fuit anno CCCXXVII. filius L. Sempronij primi cenſoris, nepos A. Sempronij bis Conſulis. Hæc autem diligentiùs Capitolina marmora conferenti facilè patebunt. Non enim memoria lapſus eſt Liuius. vt videtur quibuſdam: ſed inextricabilem errorum labyrinthum ſtruxit in eius hiſtoria librariorum negligentia.

Poſtumia virgo Veſtalis abſoluitur. Poſtumia Veſtalis inceſti cauſſam dixit, ob nitidiorem cultum ſuſpecta, ſed pontifices ream abſoluerunt. A Campanis eodem anno Cumæ, quam Græci tum tenebant, captæ ſunt. Liuius.

Trib. plebis.

*M. * Antiſtius. //. f. //. nepos. Sex. Pompilius. //. f. //. nepos.

C. Sempronius damnatur. M. Canuleius. //. f. //. nepos. C. Sempronio ob ignominiam Volſci belli denuo accuſatum diem dixerunt, & XV. milibus æris ſuffragio populi multârunt. De agris diuidundis in ſenatu mentionem fecerunt. Cui actioni Sempronius reus acerrimè ſemper reſiſtebat. Vide Liuium libro IV. qui omnia latiùs.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

Sp. Mæcilius //. f. //. nepos. Hunc quater tribunum plebis fuiſſe declarat poſtea Liuius.

[C. Plautius //. f. //. n. Proculus.] [Q. Petillius. //. f. //. nepos.]
[M. Appuleius. //. f. //. nepos. II.] [L. Marcius. L. f. //. nepos.]
[L. Sicinius. L. f. Pentatus.] [M. Pomponius. M. f. //. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
Sex. Tempanius. //. f. //. nepos. A. Sellius. //. f. //. nepos.

QVAESTORES. PRIMVM. QVATVOR. CREATI. SVNT.

Quæſtores Vrbani

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſto-

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. } Trib.mil.in * ſtipendiariis *
//. //. //. f. //. n. //. }

Conuentum erat ante tribunicia comitia, vti quæſtores quotannis quatuor libero populi ſuffragio promiſcue de patribus, vel de plebe crearentur. Creari igitur tribuni militum omnes patricij, ex his A. Sempronio quæſtorum comitia habente, petentibusque inter aliquot plebeios etiam filio Antiſtij, ac fratre Pompilij tribunorum plebis, nec poteſtas, nec ſuffragatio eorum valuit, quin patricij, quorum patres, auique Conſules fuerant, nobilitate præferrentur, quemadmodum refert Liuius libro quarto. Sed qui nam illi fuerint quæſtores, ſubticet. Ex eo tantùm colligere eſt, more ſolito creatos omnes fuiſſe patricios. Itaque hos ſubiungemus, qui poſtea ad maiores magiſtratus peruenerunt, ſicut antea fecimus, & quorum patres, auique (vt Liuius ait) Conſules fuerunt. Officia præcipua porrò quæſtorum militarium fuiſſe colligimus ex Liuio, Tacito, alijſque, imperatorem, & exercitum ſequi; ſtipendia, & commeatum curare; tributa, ac vectigalia colligere; prædas vendere, pecuniam militum cuſtodire, ac denique rationem ad ærarium reddere. Prouincias igitur inter ſe ſortiebantur, in quas magiſtratus cum imperio erant ituri. In nulla verò belli materia, cùm in prouinciam non irent magiſtratus: horum prouincias fuiſſe ſuſpicor, à ſtipendiarijs diuerſis populis annua tributa & vectigalia cogere ad rem militarem, & in rationum tabulas referre. *Quæſtores quatuor creati omnes patricij.* *Quæſtorum militarium officia.*

P. Cornelius. //. f. P. n. Coſſus. //. Quinctius. L. f. L. n. Cincinnatus.

Hic quartus L. Cincinnati dictatoris filius fuit, cuius prænomen in Liuio perijt, nec extat in Capitolinis fragmentis. Eum quippe tres, præter Kæſonem, ex Pacilia habuiſſe liberos teſtatur Liuius libro IIII. quorum nemo virtute Kæſoni cædebat, & alibi cum Valerio Maximo conſentiens, ait, Cincinnato ad dictaturam primam, Kæſone adhuc exulante, Veienti ex agro tres filios obuiam iuiſſe.

M. Fabius. M. f. Q. n. Ambuſtus. [M. Cornelius. * M. f. M. n. * Coſſus.]

Fabij autem Ambuſti tres filij poſtea legati bellum Gallicum concitârunt, atque ipſe eodem tempore Pontifex Max. erat. vt auctor eſt Liuius, qui M. Ambuſtum appellat, non M. Vibulanum, quem patrem Ambuſti fuiſſe, ratio annorum indicat; Conſul enim iam ante annos XXIX. fuerat. Hic autem ſacris addictus ad ſummos magiſtratus aſpiraſſe non videtur.

ANNI. P. R. C. CCCXXXIV.

Tribuni militum cos. poteſtate.

Agrippa. Menenius. T. f. AGRIP. N. LANATVS.
SP. NAVTIVS. Sp. f. Sp. n. Rutilus.
P. Lucretius. Hoſti. f. //. n. TRICIPITINVS. Trib.mil.
C. SERVILIVS. Q. f. C. n. Axilla.

NEQVE hos habemus in Diodoro Siculo, & tres dumtaxat reperimus in Liuio. Nam C. Seruilius Axilla, quem quarto loco ponunt Capitolina fragmenta, & ſecundum anno ſequenti tribunatum geſſiſſe monſtrant, librariorum ni fallor, errore omiſſus eſt. Reliquorum nomina ex iiſdem fragmentis reſtitui Agrippam Menenium, & P. Lucretium ex ſecundo vtriuſque tribunatu, Sp. Nautium ex tertio.

Seruorum de Vrbe incendenda, atque occupanda coniuratio detecta eſt, Aequi & Lauicani nouum moliuntur bellum. Liuius libro IV. *Seruorum coniuratio.*

Trib. plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.

C. Iunius.

C. Iunius. C. f. C. n. Bubulcus. II.	L. Hortenſius. //. f. //. nepos. II.
[L. Albinius. L. f. L. nepos. III.]	[C. Appuleius. //. f. //. nepos.]
[L. Allienius. L. f. //. nepos. II.]	[Q. Conſidius. Q. f. Q. nepos.]
[C. Popillius. //. f. //. nepos. II.]	[C. Marcius. //. f. //. n. Rutilus.]
[M'. Pomponius. M'. f. //. nepos.]	[C. Oppius. C. f. //. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
*L. *Antiſtius. //. f. //. nepos.	Sp. Icilius. *L. f. L. n. *Ruga.

Quæſtores vrbani

Indicibus, qui coniurationem ſeruorum detexerant, ex S. C. libertate donatis dena millia grauis æris ex ærario iuſſi numerarunt. Liuius.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. } Trib. mil. in Aequico, & Lauicano.

P. Poſtumius. A. f. A. n. Alb. Regillenſis.	[L. Menenius. L. f. T. n. Lanatus.]
[M. Horatius. M. f. M. n. Barbatus.]	L. Valerius. L. f. P. n. Potilus.

ANNI. P. R. C. CCCXXXV.

Trib. militum cos. poteſtate.

M. Papirius *L. f. * //. n. MVGILLANVS.
C. SERVILIVS. Q. F. C. N. AXILLA. II. Trib. mil.
L. SERGIVS. C. F. C. N. FIDENAS. III.

TRES eius anni recenſentur tribuni militum in Liuio, Diodoro Siculo libro XIII. & faſtis Capitolinis; ex quibus numeri, qui in Liuio & Diodoro perierunt, duobus tribunis facile reſtituentur. Seruilij item prænomen in vtriſque auctoribus mendoſum eſt, Nam Liuio Claudius, & Diodoro Marcus vocatur. A Tuſculanis nunciatum Aequos & Lauicanos arma cepiſſe, & in Algido caſtra poſuiſſe; contra quos cum exercitu profecti duo tribuni militum, qui ob ambitionem diſcordes malè rem geſſerunt. Liuius. lib. IV.

In Algido malè pugnatum.

Q. SERVILIVS. P. F. SP. N. PRISCVS. FIDENAS. II. DICT.
C. SERVILIVS. Q. F. C. N. AXILLA. MAG. EQ.
Rei gerundæ cauſſa.

Acceptæ ſtragis nuncio Romam perlato, in Vrbe trepida ex S. C. dictator dictus eſt Q. Seruilius Priſcus iterum, qui priore in dictatura Fidenas ceperat. Is creauit ſibi magiſtrum equitum C. Seruilium tribunum militum, Vrbis præſidium tenentem; quem Annales quidam, quos Liuius ſequitur, Priſci dictatoris filium fuiſſe volunt, alij Seruilium Ahalam fuiſſe ſcribunt, ſi modò correctè legatur hoc cognomen in Liuio. Capitolinorum enim faſtorum auctores eos etiam ſequuntur, qui alium magiſtrum equitum fuiſſe volunt, non Q. Priſci Dictatoris filium; ſed C. Seruilium Axillam appellant, non Ahalam, qui error forſan in Liuio librariorum negligentia eſt introductus, vti pro Axilla, nunc Ahala legatur. Dictator nouo exercitu profectus ad bellum hoſtes vno prœlio fudit, caſtra cepit, & Lauicos vſque perſequutus vna oppidum in poteſtatem redegit, & diripuit. Quò paullo pòſt coloni ab Vrbe mille quingenti ſunt miſſi, qui ſinguli bina iugera acceperunt. Meminit obiter etiam huius belli Diodorus Siculus libro XIII. κατα δὲ τὴν ἰταλίαν ῥωμαῖοι πρὸς αἴκους πόλεμον ἔχοντες, λαβίνας ἐξεπολιόρκησαν. Quo loco pro λαβίνους legendum λαβικάς. Quod etiam fefellit interpretem, qui Lauinium, non Labicos expugnatum à Romanis ſcribit. Cæterùm Dictator Seruilius, re benè geſta, victore exercitu Romam reducto, die octaua, quàm creatus erat, magiſtratu ſe abdicauit.

Victoria Dictatoris.

Lauicos colonia deducta.

CENS. L. PAPIRIVS * L. f. //. n. Mugillanus * //. //. f. //. n. //. Luſt. fec. XIV.
Mam. Aemilius. M. f. //. n. Mamercinus.

Annum eundem habuiſſe cenſores, & alterum ex ijs L. Papirium appellatum fuiſſe, ex fragmento dumtaxat Capitolino poſſumus colligere. Et fortaſſis Mugillanus hic fuit L. Mugillani cenſorij filius, qui tribunus militum anno fuit CCCXXXI. collegam eius non inuenio. Potuit tamen fuiſſe Mamercus Aemilius, qui in ſecunda dictatura cenſuræ tempus imminuerat. Honorem idcirco vel ab ipſo ſpretum, vel a populo, cui gratificarat, ei negatum non arbitror. Apud Liuium enim nulla alicubi cenſorum eius temporis eſt mentio. Luſtrum autem ab his conditum fuiſſe XIIII. ratio ſequentium luſtrorũ docebit. Cen. neque Papirius in Liuio, vel alijs non extant.

Trib. plebis

Sp. Mæcilius. //. f. //. nepos. II. Sp. Metilius. //. f. //. nepos.

Hunc ter tribunum plebis fuiſſe poſtea declarat Liuius. Per agrarias pollicitationes delinita plebe, magiſtratum ſeditioſe hos continuaſſe, & anno ſequenti, ex eodem auctore colligimus.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

A. Sellius. //. f. //. nepos. II. [Ti. Pontificius. Ti. f. Ti. nepos.]
M. Canuleius. //. f. //. nepos. II. [P. Villius. P. f. //. nepos.]
[L. Villius. F. f. //. nepos.] [L. Sicinius. L. f. //. n. Dentatus.]
[P. Sillius. M. f. M. nepos. II.] C. Pompilius. //. f. //. nepos.

Hic frater Sex. Pompilij tribuni plebis ante biennium, tunc repulſus in quæſturæ petitione vt Liuius refert.

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. f. //. n. //.
Sex. Pompilius. //. f. //. nepos. M. Antiſtius. //. f. //. nepos.

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. M. Papirij. } Trib. mil. in Aequico & Labicano.
//. //. //. f. //. n. //. L. Sergij. }

M. Cornelius. //. f. //. n. Coſſus. [P. Sulpicius. P. f. Ser. n. Camerinus.]
[C. Sergius. C. f. C. nepos.] L. Virginius. L. f. T. n. Tricoſtus.

L. Tricoſti bis Conſulis filius, qui & ipſe filium habuit militum tribunatu inſignem, vt ex annorum ſerie diſcimus.

ANNI P. R. C. CCCXXXVI.

Trib. mil. cos. poteſtate.

P. LVCRETIVS. HOSTI. F. //. n. Tricipitinus. II.
L. Seruilius. //. f. //. n. Structus. II. Trib. mil.
AGRIPP. MENENIVS. T. F. Agripp. n. Lanatus. II.
Sp. Veturius * Sp. f. Sp. n. * Craſſus Cicurinus.

IN vetuſtioribus Liuij exemplaribus L. Seruilius Structus non repetitur, quem deſiderari ex Liuij verbis facilè colligimus, quum prioribus nominatis præter Veturium adijciat, omnibus his iterum, quod de duobus ſolis alioquin non dixiſſet. Atque Diodorus quatuor eo anno fuiſſe tribunos teſtatur, & nominat P. Lucretium, C. Seruilium, Agrippam

pam Menenium, & Sp. Veturium. Ex quo C.Seruilium poſtea in Liuio à correctoribus adiectum fuiſſe ſit veriſimile. Attamen non C. Seruilium Axillam eſſe, qui iam ante bis tribunus militum fuerat, ex eodem Liuio colligimus; quum omnes huius anni præter Sp. Veturium tribunos iterum dicat. Sed L.Seruilium Structum potiùs exiſtimamus, qui antea ſemel tribunus militum anno CCCXXXI. librariorum culpa prætermiſſus erat. Fruſtra igitur miretur aliquis, quòd Liuius rationem non reddat, cur Seruilio ſit honos continuatus, cùm hic plane alius ab illo ſuperioris anni ſit, quem Priſci Dictatoris filium volunt quidam Annales, faſti Capitolini C. Axillam vocant, quemadmodum tunc declaraui. Quem verò Sp. Veturium dicunt, in Liuio Sp. Rutilius eſt, Veturium magis probarem, quòd plebeios illa ætas nondum admittebat ad ſummos magiſtratus, ex quorum numero erant Rutilij. Res vndique foris tranquillæ fuerant, diſcordia domi ex agrarijs legibus fuit. Liuius libro IIII.

Agrariæ ſeditiones.

Trib. plebis

Sp. Mæcilius. //. f. //. nepos. III. Sp. Metilius. //. f. //. nepos. II.

Ob agrarias leges Vrbem ſeditionibus agitârunt. Liuius.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

*L. *Antiſtius. //. f. //. nepos. II. Sp. Icilius. *L. f. L. n. *Ruga. II.
[C. Apronius. C. f. //. nepos.] [L. Allienius. L. f. //. nepos. III.]
[M. Appuleius. //. f. //. nepos. III.] [M. Allienius. M. f. //. nepos.]
Sex. Tempanius. //. f. //. nepos. II. [C. Plautius. //. f. //. n. Proculus. II.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[C. Oppius. C. f. //. nepos.] [M'. Pomponius. M'. f. //. nepos.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. } Trib. mil. in *ſtipendiariis*.

L. Furius. L. f. Sp. n. Medullinus. C. Furius. C. f. //. n. Pacilus.
[Cn. Furius. C. f. //. n. Pacilus.] Q. Fabius. M. f. Q. n. Ambuſtus.

Magiſtratus maiores alij trium horum ordine ſuo ſequentur.

ANNI. P. R. C. CCCXXXVII.

Tribuni militum cos. poteſtate.

A. SEMPRONIVS. L. F. A. N. Atratinus. III.
M. Papirius. L. f. //. n. Mugillanus. II.
Q. FABIVS. Q. F. M. N. Vibulanus. Trib. mil.
Sp. Nautius. Sp. f. Sp. n. Rutilus. II.

Q. FABIVS in Liuij codicibus culpa librariorum omnino omiſſus eſt. Monſtrant hoc Capitolina fragmenta & etiam Diodorus, qui Fabium non præterit, & quatuor eius anni tribunos recenſet. Inſuper Liuius ipſe paullo pòſt recte Q. Fabium tribunum II. nominat. Quod meritò torſit Glareanũ, quum priorẽ hunc eius tribunatũ non inueniret.

Foris ocium à bellis fuit, domi tamen tribuni plebis agrarijs legibus omnia turbare non ceſſârunt. Liuius.

Trib.

Trib. plebis.

Sp. Mæcilius. //. f. //. nepos. IIII. Sp. Metilius. //. f. //. nepos. III.

* *Prenſantes* ambo (vt ait Liuius) creati, cùm rogationem promulgaſſent, vt ager ex hoſtibus captus viritim diuideretur. Quo plebiſcito cùm maiore ex parte publicarentur nobilium fortunæ, a patribus ſex e collegio tribunorum ad interceſſionem comparati „ ſunt, qui poſtridie appellati in ſenatu pronunciârunt: Quam rogationem à collegis pro- „ mulgatam ſenatus cenſuiſſet diſſoluendæ rei publicæ eſſe, ei ſe intercedere. Ob hæc grates interceſſoribus à ſenatu actæ ſunt, Latores rogationis truci oratione in collegas inuecti, proditores commodorum plebis, ac conſularium ſeruos appellando, actionem depoſuerunt. Liuius libro IIII.

Agraria rogatio impedita. ** Prætentantes, aut quæ Aldinus. Atque probant vt continuarentur propter rogationem ab iis promulgatam. Diſplicet lector, quod probes: nam vulgata lectio, abſentes creati, & cũ. etc. ſane vitioſa videtur.*

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

M.Canuleius. //. f. //. nepos.III. [Q. Petillius. //. f. //. nepos.II.]
[C.Appuleius. //. f. //. nepos.II.] [Cn.Appuleius.Cn.f. //. n.Panſa.]
[L.Oppius C. f. //. nepos.] [L. Fulcinius. L. f. //. nepos.]
[C.Antiſtius. //. f. //. nepos.] [M.Iuuentius. M.f. //. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[C. Marcius. //. f. //. n.Rutilus.] [Q.Conſidius.Q. f. Q. nepos.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. } Trib. mil. in * ſtipendiariis. *
//. //. //. f. //. n. //. }

C.Nautius. //.f.//. n. Rutilus. M'. Aemilius.Mam.f.M.n.Mamercinus.
[Ti.Aemilius.Ti.f.Ti.n.Mamercinus.] [Sex.Quinctilius.Sex.f.Sex.nepos.]

Nautius quinto poſtea anno Cos. eſt factus, & Aemilius ſexto, qui & ter deinde tribunus militum conſularis P. CORNELIVS reperietur in Capitolinis, & Liuio.

ANNI. P. R. C. CCCXXXVIII.

Trib. mil. cos. poteſtate.

P. CORNELIVS. //. f. P. N. Coſſus.
//. Quinctius. L. f. L. n. Cincinnatus. Trib. mil.
C. VALERIVS. L. F. VOLVSI. N. Potit. Voluſus
N. Fabius. Q. f. M. n. Vibulanus.

MALE M. Fabius in Liuio legitur. in Diodori exemplaribus duo ex his tribuni deſiderantur, C. Valerius nempe, & Quinctius Cincinnatus, cuius prænomen in Liuio periit.

Tiberis inundauit. Lauicanis nouis colonis Romanorũ Volani intulerunt bellũ. Quam noxam cum ſe conſenſu & auxilio omnium Aequorum defenſuros ſperarẽt, deſerti a ſuis facilè per obſidionem & leuem pugnam oppidum & fines perdiderunt. Liuius lib. IV. *Vola capta.*

Trib. plebis

L. Sextius. //. f. //. nepos. Rogationem tulit, vti Volas, ſicut Lauicos coloni mitterentur, ſed per interceſſionem collegarum diſcuſſa eſt, qui nullum plebiſcitum niſi *Sextia rogatio de colonia Volas deducenda.*

niſi ex auctoritate ſenatus paſſuros ſe perferri oſtenderunt. Liuius libro IIII. In quibuſdam exemplaribus L. Decius vocatur, ſed, ni fallor, mendoſè.

//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

C. Iunius. C. f. C. n. Bubulcus. III.   L. Hortenſius. //. f. //. nepos. III.
M. Antiſtius. //. f. //. nepos. II.   Sex. Pompilius. //. f. //. nepos. II.
[C. Oppius. C. f. //. nepos. II.]   [C. Canuleius. C. f. //. nepos.]
[Q. Mælius. Q. f. //. nepos.]   [T. Genucius. T. f. T. n. Auentinenſis.]
[C. Sextius. C. f. //. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.
[C. Apronius. C. f. //. nepos.]   *M.* Antiſtius *M.* f. //. nepos.

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. } Trib. mil. in Aequico.
//. //. //. f. //. n. //. }

C. Iulius L. f. Vopiſci. n. Iulus. [Proculus. Geganius. Proc. f. M. n. Macerinus.]
[C. Nautius. C. f. C. n. Rutilus.] [Mam. Aemilius. Mam. f. Ti. n. Mamercin⁹.]

ANNI. P. R. C. CCCXXXVIIII.

Trib. mil. cos. poteſtate.

Q. FABIVS. Q. F. M. N. Vibulanus. II.
Cn. Cornelius. *M. f. M. n.* Coſſus.   Trib. mil.
P. POSTVMIVS. A. F. A. N. Albus. Regillenſis.   In magiſtratu ſeditione militari occiſus eſt.
L. Valerius. L. f. P. n. Potitus.

ITA hos nominant Capitolina marmora & Liuius, in quo tamen errore librariorum, prænomen Marci Poſtumio adiunctum eſt. Sed Diodori exemplar in tribunorum prænominibus diſcrepat, leguntur enim ita, Τιβέριος ποστούμιος, Γαίος κορνήλιος, Γαίος οὐαλέριος, καὶ Καίσων φάβιος. Quod ex Annalium diuerſitate fortaſſis euenit.

* Coloniaq; In Liuij exemplaribus mendoſè. Vola deinde capta P. Poſtumius Imperator a ſuis militibus lapidibus obruitur.

Volas receptas Aequi, *colonia* eò deducta, nouis viribus firmârunt. Bellum Aequis illatum, quod P. Poſtumio à collegis permiſſum; qui hoſtibus leui prœlio fractis, Volas oppidum inuaſit, & inter oppugnationem militibus prædam cum promiſiſſet, capto oppido fidem mutauit; prædamque per quæſtores in ærarium reduxit. Hinc iræ, & ſeditiones exortæ, quas cùm per violentiam, & pœnas militum ſedare vellet, maiores excitauit: eoque indignatio erupit, vt ipſe Poſtumius Imperator ab exercitu ſuo lapidibus cooperiretur. Liuius libro IIII. Zonaras Annalium ſecundo. Florus libro I. cap. XXII.

Trib. plebis

L. Sextius. //. f. //. nepos. II. Agrariam legem renouauit, ſimulque vti Volas quoque mitterentur coloni promulgauit. Verùm ob ciuiles diſcordias actiones eius diſcuſſæ ſunt. Liuius lib. quarto. In aliquibus exemplaribus perperam M. Feſtius vocatur.

//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.

//. //. f.

// f. // n. // .// // // f. // n. //
// f. // n. //

Sex. Tempanius. //. f. //. nepos.III. [Ti.Pontificius.Ti. f.Ti. nepos.II.]
[A. Tempanius. //. f. //. nepos.] [Sp.Tempanius.//.f. //. nepos.]
M. Canuleius. //. f. //. nepos.IV. Sp. Mæcilius. //.f. //. nepos. V.
[L. Oppius. L. f. //. nepos.] [L. Canuleius. C. f. //. nepos.]
[L. Apronius. L. f. //. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
[C. Plautius. //. f. //. n.Proculus.] [M.Allienius.//. f. //. nepos.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //.
P. Seſtius. * P.f. Q.n. Capitolinus * P. Poſtumij trib.mil. in Aequico.

Hic ſeditionem in caſtris contra Poſtumium concitatam coërcere violentia volens, ſaxo vulneratus eſt, vt refert Liuius libro IV. Zonaras occiſum ſcribit. P.Seſtij decemuiri legum ferendarum fuiſſe filium puto, quamuis malè in pleriſque Liuij exemplaribus P. Sextius appelletur. Nam Sextij plebeij fuêre, & nondum ex plebe fieri cœperant tum quæſtores. P. Seſtius quæſtor vulneratus.

[C. Seruilius. C. f. C. n. Ahala] [C. Seruilius. C. f. //. n. Structus.]
[T. Virginius. T. f. //. n. Tricoſtus. Cælimontanus.]

ANNI. P. R. C. CCCXL.

Conſules

M. Cornelius. //. f. //. n. Coſſus. L. Furius. L. f. Sp. n.Medullinus.

OB ſuperioris anni diſſidia & ſeditiones, tribunis militum de morte collegæ per ſenatum quæſtiones decernentibus, veriti patres ne metu quæſtionum, ita ut plebs tribunos militum ex plebe crearet, ſummoperè contendebant, vt Cōſules in annum ſequentem crearentur. Intercedentibus tribunis plebis res ad interregnum rediјt; victoria deinde penes patres fuit, &, Q.Fabio interrege comitia habente, Conſules creati ſunt M. Cornelius Coſſus, L. Furius Medullinus. Hunc ex ſecundo tribunatu militari deſcripſimus qui extat in Capitolinis fragmentis. Cornelius Auli prænomen habet in Liuio contra Diodorum & Caſſiodorum, qui nominant etiam hos Conſules. Sed mendum eſſe ſuſpicor, cùm Liuius numerum non addat, & A Cornelius etiam antea Conſul fuerit.

P.Poſtumij cædes paucorum ſupplicio per Conſules conſenſu populi eſt vindicata. Aduerſus Volſcos Hernicorum agros depopulantes L. Furius Conſul legiones duxit, & cùm hoſtem non repperiſſet, Ferentinum, vbi Volſci eſſe dicebantur, priore nocte deſertum occupat. Ager Hernicis eſt attributus. Liuius libro IIII. Quæſtio de P. Poſtumij trib militum cæde populi iuſſu habita.

Trib. plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
Q. Publilius. //. f. //. n.Philo. [C. Marcius. //. f. //. n. Rutilus.II.]
[C. Antiſtius. //. f. //. nepos.II.] [L.Rabuleius.//. f. //. nepos.]
[L. Tempanius.//.f. //. nepos.] [Cn. Sellius. //. f. //. nepos.]

S [L.Cædi-

[L. Cædicius. L. f. L. nepos.] [T. Genucius. T. f. T. n. Auentinenſis. II.]
Sex. Sextius. N. f. //. n. Sextinus. [C. Apronius. C. f. nepos. II.]

Q. Publilius auus fuit Q. Philonis quinquies poſtea Conſulis, & primi è plebe prætoris. Sextius hic pater L. Sextini fuit primi è plebe Conſulis, vt marmora docēt Capitolina.

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
[L. Oppius. C. f. //. nepos.] [L. Fulcinius. L. f. //. nepos.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. M. Coſſi. cos. in * ſtipendiarieis. *
//. //. //. f. //. n. //. L. Furij. cos. in Volſco.

N. Fabius. M. f. Q. n. Ambuſtus. P. Cornelius. M. f. L. n. Rutilus. Coſſus.
Cn. Cornelius. A. f. M. n. Coſſus. P. Cornelius. A. f. M. n. Coſſus.

Hos duos fratres & A. Coſſi, qui opima de Larte Tolumnio retulerat, filios fuiſſe indicant Capitolina marmora, in quibus & collegarum maiores magiſtratus reperiuntur.

ANNI. P. R. C. CCCXLI.

Conſules.

Q. Fabius. M. f. Q. n. Ambuſtus. C. Furius. C. f. //. n. Pacilus.

HABENT ita Conſules Liuius & Caſſiodorus. A Diodoro cognomina omittuntur. Pacilus Furiorum cognomen, non Pacilius, vel Petilius, vt exprimunt vulgati codices. C. Furij cenſoris filius hic videtur.

Peſtis, & penuria. Foris omnia tranquilla fuerunt, in Vrbe peſtilentia & annonæ penuria vehementer laboratum eſt. Liuius.

Cens. //. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //. Luſtr. ſec. XV.
L. Sergius. C. f. C. n. Fidenas. Q. Seruilius. P. f. Sp. n. Priſcus. Fidenas.

Hoc ferè tempore luſtrum denuò conditum à cenſoribus fuiſſe, ratio faſtorum Capitolinorum ſatis indicat, quemadmodum in ſequenti XVI. luſtro patebit. Sed Liuius (vt antea dixi) in tam vetuſta hiſtoria ſatis negligens, hæc & alia multa omnino præterijt. Neque alibi apud auctores huius luſtri, vel cenſorum mentionem reperio. Suppleui tamen vacua loca ex inſtituto meo, duos è patrum primoribus annotando auctoritate præcipuos: quorum vnus bis Cos. & ter tribunus militum fuerat. alter bis dictator. Ambo Fidenates ex victorijs appellabantur.

Trib. plebis

L. Icilius * L. f. C. n. * Ruga. Is annum modeſtia tribunorum plebis exactum excipiens, velut penſum nominis, familiæque ſuæ, ſeditiones agrarijs legibus promulgandis exciuit. Verum peſtilentia minacior coorta, cogitationes hominum à foro controuerſijs ad curam corporum auertit. Liuius. In aliquot exemplaribus mendosè Licinius appellatur.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.
M. Antiſtius. //. f. //. nepos. III. Sex. Pompilius. //. f. //. nepos. III.
[C. Canuleius. C. f. //. nepos. II.] M. Canuleius. //. f. //. nepos. V.
L. Sextius.

L. Sextius. //. f. //. nepos. III. [C. Sextius. C. f. //. nepos. II.]
[C. Sellius. //. f. //. nepos.] [M. Duilius. M. f. M. nepos.]
[Q. Cæcilius. Q. f. //. n. Metellus.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[Sp. Tempanius. //. f. //. nepos.] [Q. Petilius. //. f. //. nepos.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. Q. Fabij. } Coſs. in * ſtipendiarieis. *
//. //. //. f. //. n. //. C. Furij. }
[P. Claudius. Ap. f. Ap. n. Craſs. Regillenſis.] [M. Geganius. M. f. M. n. Macerinus.]
[M'. Valerius. M'. f. M'. n. Maximus.] Q. Quinctius. L. f. L. n. Cincinnatus.

ANNI. P. R. C. CCCXLII.

Conſules.

M. Papirius. * L. f. //. n. Mugillanus. C. Nautius. //. f. //. n. Rutilus.

NOMINANTVR hi Conſules à Liuio, Diodoro, & Caſſiodoro, & in tabulis Græcis per ſola cognomina, Mugillanus & Rutilus. M. Papirius autem L. Papirij primi cenſoris filius videtur fuiſſe.

Fames inualeſcens Vrbem totam turbauit, & ægrè, miſſis circa omnes populos legatis ad frumentum mercandum, annonæ fuit ſubuentum. Superbe porrò à Samnitibus, qui Capuam Cumasque tenebant, legati prohibiti commercio ſunt. Liuius libro IIII. *Fames ingraueſcens.*

Trib. plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[L. Iunius. C. f. C. n. Bubulcus. Brutus.] [Q. Terentius. Q. f. //. nepos.]
Q. Silius. //. f. //. nepos. C. Duilius. //. f. //. nepos.
[Ti. Pontificius. Ti. f. Ti. nepos. III.] [C. Plautius. //. f. //. n. Proculus. III.]
K. Atinius. K. f. K. n. Longus. Frater L. Longi, qui ex primis tribunis militum plebeijs fuit.
[Voler. Publilius. Voler. f. Voler. n. Philo.] //. Trebius. //. f. //. nepos.
[L. Petillius. L. f. //. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[L. Cædicius. L. f. L. nepos.] [L. Oppius. L. f. //. nepos.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. M. Papirij. } coſs. in * ſtipendiarieis. *
//. //. //. f. //. n. //. C. Nautij. }

P. Cornelius *M. f. M. n. * Maluginenſis. [T. Veturius. T. f. T. n. Geminus.]
M'. Sergius. L. f. L. n. Fidenas. [L. Sergius. L. f. L. n. Fidenas.]

Cornelius & Sergius bis tribuni militum, conſulari poteſtate ſubſequentur, & in marmoribus Capitolinis Sergius extat. Alij duo ex ordine temporum ſunt adiuncti.

ANNI. P. R. C. CCCXLIII.

Conſules.

M'. Aemilius. Mam. f. M. n. Mamercinus. C. Valerius. L. f. Voluſi. n. Potitus. Voluſus.

NOMINA Conſulum, vt vides, ex fragmentis Capitolinis deſcripſi, in quibus extant eorum tribunatus militares. Diodorus item Manij prænomen Aemilio attribuit, quare in Liuio & Caſſiodoro mendosè Marcus appellatur.

Arx Caruentana ab Aequis occupata.

Aequi adiunctis Volſcorum voluntarijs in Latinum, & Hernicum deſcendentes arcem Caruentanam occupant, dum in Vrbe plebs cum patribus ob legem agrariam diſſidet, & delectus à tribunis plebis impeditur. Liuius libro IV.

Trib. plebis

M. Mænius. //. f. //. nepos. Legem agrariam rogauit, delectum militarem impedijt, ſed collegis tandem intercedentibus, actio tribuni ſublata eſt. Liuius. Sed Menenius perperam in exemplaribus vulgatis appellatur: nam patricij ſunt Menenij, qui tribuni plebis eſſe non potuerunt.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

Volero. Publilius. P. f. Voler. n. Philo. [A. Tempanius. //. f. //. nepos.]
M. Genucius. M. f. //. n. Auentinenſis. *[C. Apronius. C. f. //. nepos. III.]
Sex. Sextius. N. f. //. n. Sextinus. II. Q. Publilius. //. f. //. n. Philo.
[L. Tempanius. //. f. //. nepos. II.] [Cn. Sellius. //. f. //. nepos. II.]
[L. Mæcilius. L. f. L. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Trebij ædilis honores.

L. Icilius. * L. f. C. n. * Ruga. //. Trebius //. f. //. nepos. Qui populo aſſibus frumentum præſtitit, ideoque ſtatuas in Capitolio & palatio meruit, populique humeris demum mortuus eſt elatus. Plinius libro XVIII. cap. III. vbi prænomen eius perijt.

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. } C. Valerij cos. in Aequico.

Prædam ex arce Caruentana receptam iuſſu Cos. ſub haſta vendidêre, & in publicum redegêre, Liuius.

M. Furius. //. f. //. Fuſus. A. Manlius. A. f. Cn. n. Vulſo. Capitolinus
M. Quinctilius. //. f. //. n. Varus. [M. Aebutius. M. f. //. n. Elua.]

Patrem M. Aebutij coloniæ deducendæ Ardeam treuirum ann. CCCXI. nominat Liuius libro IV. Aliorum maiores magiſtratus ſequentur.

C. Vale-

C. Valerius. L. f. Voluſi. n. Potitus. ann. CCCXLIII.
Voluſus. cos. ouans de Aequis. //. //. //.

C. Valerius Conſul inuitos ferè ciues ad ſacramentum coëgit, cùm paucis appellantibus tribunum plebis, collum torſiſſet. Ducto contra hoſtes exercitu arcem Caruentanam præſidio deiecto ſtatim recepit, prædamque inibi repertam ſub haſta venditam in ærarium redegit, prædicans abnuentem militiam exercitum præda indignum eſſe. Hinc magis auctæ militum iræ in Conſulem, vt cùm ex S. C. ouans Vrbem intraret, inconditi verſus militari licentia alternatim a ſubſequentibus ſint iactati, quibus Conſul increpitus, & M. Mænij tribuni plebis nomen celebre fuit. Liuius libro IIII. *Arx Caruēta- na recu. erata.*

ANNI. P. R. C. CCCXLIV.

Conſules.

Cn. Cornelius. A. F. M. N. Coſſus. L. Furius. L. f. Sp. n. MEDVLLIN. II.

CONSVLVM nomina partim, vt vides, ex fragmentis Capitolinis, partim ex Liuio concinnauimus. Caſſiodorus cognomina omittit, ſicut & Diodorus, ſed prò Cn. Cornelio, in exemplaribus huius exprimitur Cn. Pompeius, errore procul dubio librariorum. Pompeios enim plebeios eſſe conſtat, qui tunc temporis nondum admittebantur ad conſulatus; neque eam gentem adcò antiquam fuiſſe opinor. Tabulæ Græcæ Coſſum, & Medullinum ſuggerunt, ſicut & Cuſpiniani.

Dum delectus impediunt Romæ tribuni plebis, Volſci & Aequi in agrum Latinum Hernicumque prædatum exiuerunt, arcem Caruentanam recuperârunt, quæ fruſtra deinde a Romanis oppugnata eſt. Verrugo tamen in Volſcis ab eodem exercitu Conſulum ductu eſt recepta, & populationes ingentes in Aequis & Volſcis ſunt factæ. Liuius. *Aequi Caruētanam arcem recuperant. Verrugo recepta.*

Trib. plebis

* Sp. * Icilius * Sp. f. Sp. n. Ruga. * C. * Icilius * L. f. C. n. Ruga.

* L. * Icilius * Sp. f. Sp. n. * Ruga. Ex familia infeſtiſſima patribus Icilij tres, principio anni infenſam plebem nacti, quod tribunicia ſibi comitia pro conſularibus à ſenatu non fuiſſent commiſſa, facilè effecerunt, vt quæſtorijs comitijs plebei primùm crearentur quæſtores. Delectus deinde pertinaciùs impediendo, ſenatuſconſultum de tribunis militum in annum inſequentem creandis extorſerunt, vt plebeis hominibus item aditus ad ſummos honores eſſet. Certo tamen pacto tribunicia comitia patres admiſêre, ne cuius ratio in ijs haberetur, qui eo anno tribunus plebis eſſet; néve quis reficeretur in annum ſequentem tribunus plebis: haud dubiè Icilios excludente ſenatu, quos mercedem ſeditioſi tribunatus plebis petere ſummos magiſtratus patricij inſimulabant. Liuius libro quarto. *S.C. de tribunis mil. tum creandis limitatum.*

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

[C. Iunius. * L. f. C. n. Brut. Bubulcus.] [L. Villius. P. f. //. nepos.]
[C. Volumnius. C. f. //. n. Flamma.] [M. Pompilius. M. f. M. nepos.]
[Q. Decius. Q. f. Q. n. Mus.] [Q. Cæcilius. Q. f. //. n. Metellus. II.]
C. Licinius. P. f. //. n. Caluus.

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
Voler. Publilius. P. f. Voler. n. Philo. [M. Duilius. M. f. M. nepos.]

QVAESTORES PRIMVM. E. PLEBE CREATI

Quæſtura gradus ad maiores honores.

Quæſtorijs (inquit Liuius) comitijs plebs dolorem ſuum ſimul oſtendit, & vlta eſt, plebeios primùm quæſtores creando: ita vt inter quatuor vni tantùm patricio K. Fabio relinqueretur locus, & tres plebei Q. Silius, P. Aelius, & P. Pupius clariſſimarum familiarum iuuenibus præferrentur. Pro ingenti itaque victoria id plebi fuit, quæſturamq́ non honoris ipſius finem æſtimabant, ſed patefactus ad conſulatum ac triumphos aditus nouis hominibus videbatur. Liuius libro IIII. Meminit item libro VI. quæſtores è plebe paucis annis ante tribunos militum plebeios creari cœptos dicens.

Quæſtores vrbani

// . // . // . f. // . n. // .   // . // . // . f. // . n. // .

Quæſtores militares

// . // . // . f. // . n. // . Cn. Coſſi. Cos.	in Aequico, & Volſco.
// . // . // . f. // . n. // . L. Medullini coſ.	
P. Aelius. // . f. // . n. Pætus.	primi de plebe.
P. Pupius. // . f. // . nepos.	
Q. Silius. // . f. // . nepos.	

K. Fabius. M. f. Q. n. Ambuſtus. Hic perperam C. Fabius appellatur in Liuianis exemplaribus. Sequetur enim ter tribunus militum in faſtis. Quorum magiſtratuum duo priores reperiuntur in Capitolinis fragmentis, ex quibus eius nomen integrum deſcripſi.

ANNI. P. R. C. CCCXLV.

Trib. mil. cos. poteſtate.

C. Iulius. L. f. VOPISCI. N. IVLVS.
P. Cornelius. A. F. M. N. COSSVS. TR. MIL.
C. Seruilius. P. F. Q. N. AHALA.

TRIBVNI militum tres patricij contra ſpes omnium creati ſunt, licet in populi poteſtate erat plebeios etiam creare. Nomina eorum ex Liuio, Diodoro, & fragmentis Capitolinis reſtitui. At Cornelij Coſſi prænomen mirè in exemplaribus Liuianis variatur, in aliquibus enim Cn. Cornelius legitur, vt videatur idem cum ſuperioris anni Conſule, in alijs Marcus, in pluribus tamen vt etiam in Diodoro P. Cornelius appellatur. Videtur itaque Cn. Cornelij Cos. frater fuiſſe.

Volſcum & Aequicum bellum.

Volſci & Aequi ad Antium ſumma vi atque apparatu bellum reparârunt. Liuius libro quarto.

P. Cornelius. M. F. L. N. RVTILVS. COSSVS. DICT.
C. Seruilius. P. F. Q. N. AHALA. MAG. EQ.
REI. GERVNDAE. CAVSSA.

Volſci & Aequi profligati.

Volſci belli tumultus maior in Vrbe nunciatus, quàm res erat. Itaque ſenatus, vt in rebus trepidis ſolet, dictatorem voluit. Aegrè id paſſi ſunt tribuni militum duo, qui ſe ad id bellum ſatis idoneos duces putabant. C. Seruilius tamen inuitis collegis ex ſenatus ſententia dictatorem dixit P. Cornelium Rutilum Coſſum, à quo ipſe magiſter equitum dictus eſt. Nihil tamen hoc bello memorabile geſtum. Compulſis enim leui prœlio intra mœnia inimicis, agriſque Volſcorum depopulatis, exercitum dictator reduxit, & ſe magiſtratu abdicauit. Liuius libro IIII.

Trib. plebis

// . // . // . f. // . n. // .   // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .   // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .   // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .   // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .   // . // . // . f. // . n. // .

M. Genu-

M. Genucius. Cn. f. //. n. Auentinenſis. Pater L. Genucij, qui primus conſulatum in eam familiam intulit.

L. Icilius. * L. f. C. n. * Ruga. II. [L. Manilius. L. f. M. nepos.]
[L. Sicinius. L. f. C. n. Bellutus.] [C. Sicinius. L. f. C. n. Bellutus.]
. Trebius. //. f. //. nepos. II. K. Atinius. K. f. K. n. Longus. II.
[P. Decius. P. f. Q. n. Mus] [L. Titinius. L. f. L. nepos.]
[Sextus Titinius. Sex. f. //. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
M. Mænius. //. f. //. nepos. C. Duilius. //. f. //. nepos.

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. } P. Cornelij Dict. in Volſco, & Aequico.

Ap. Claudius. Ap. Ap. n. Craſſus. L. Iulius. //. f. //. n. Iulus.
M. Pomponius. * M. f. * //. nepos. Cn. Genucius * Cn. f. * //. n. Auentinenſis.

Conſularis viri L. Genucij videtur patruus. M. Pomponius patre, ni fallor, tribunicio tribunus etiam militum è plebe poſtea creatus eſt.

ANNI. P. R. C. CCCXLVI.

Trib. mil. cos. poteſtate.

C. Valerius. L. f. Voluſi n. POTITVS. VOLVSVS. II.
C. SERVILIVS. P. F. Q. N. AHALA. II.
L. Furius. L. f. Sp. n. MEDVLLINVS. TR. MIL.
N. FABIVS. Q. F. M. N. VIBVLANVS. II.

QVATVOR tribuni militum creati ſunt, excluſis plebeijs, omnes patricij, atque iam functi eo honore, vt tradit Liuius. Attamen L. Medullinus non antea tribunus militum fuerat, quod monſtrat fragmentum Capitolinum, ſed bis antea Conſul. Quapropter illi non eſt addendus numerus II. nam filius eſt L. Furij Medullini, qui ter tribunus militum fuit. Numerij prænomen tribuunt Fabio Capitolina fragmenta, & Diodorus libri XIIII. principio. Incorrectè igitur Cn. Fabius legitur in Liuio, qui C. Seruilium refectum continuato honore memorat, cùm ob alias virtutes, tum ob recentem fauorem, vnica moderatione partum.

In Volſcis accepta clades expugnato ab hoſtibus Verruginis præſidio. Tarditate & negligentia ſenatus id accidiſſe tradit Liuius, quòd non maturè conſcribi militem, & ſubſidium ferri curarit. *Verruginis præſidium à Volſcis expugnatum.*

Trib. plebis

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
[L. Iunius. C. f. C. n. Bubulc. Brutus. II.] [P. Mucius. P. f. P. n. Scæuola.]
[Q. Mucius. Q. f. P. n. Scæuola.] [Voler. Publilius. Voler. f. Voler. n. Philo. II.]

Q. Pub-

Q. Publilius. //. f. //. n. Philo. III. [L. Cædicius. L. f. L. nepos. II.]
Sex. Sextius. N. f. //. n. Sextinus. III. [Q. Decius. P. f. Q. n. Mus.]
[M. Manlius. M. f. M. nepos.] [C. Titinius. Sex. f. //. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
* Sp. Icilius. * Sp. f. Sp. n. Ruga. Q. Silius. //. f. //. nepos.

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. } Tribunorum mil. in Volſco.
//. //. //. f. //. n. //.
L. Atinius. K. f. K. n. Longus. L. Publilius. L. f. Voler. n. Philo. Vulſcus.
Q. Sulpicius. Ser. f. Ser. n. Camerinus. Cornutus. Q. Seruilius. Q. f. P. n. Priſcus. Fidenas.

Hic filius Q. Priſci Fidenatis iterum Dictatoris ſexies tribunus militum factus eſt. Q. Sulpicius nepos Ser. Sulpicij decemuiri fuiſſe noſcitur ex Capitolinis marmoribus, in quibus ſic deſcriptus eſt tribunus militũ; vt & alij duo plebeij inter primos plebeios.

ANNI. P. R. C. CCCXLVII.

Trib. mil. cos. poteſtate.

P. Cornelius. M. f. L. n. RVTILVS. COSSVS.
L. VALERIVS. L. F. P. N. POTITVS. II.
Cn. Cornelius. A. f. M. n. COSSVS. TR. MIL.
N. FABIVS. M. F. Q. N. AMBVSTVS.

NOMINANTVR tribuni militum à Liuio & Diodoro, inter quos duo Cornelij Coſſi P. & Cn. ille Dictator antea, & hic Conſul fuerat; ſed neſcio quem Terentium Maximum pro eo collocet Diodorus Siculus. Fabio Ambuſto reſtituendum prænomen Numerij, quod extat in fragmento Capitolino.

Veiens bellum ob ſuperbum reſponſum legatis Romanis datum. Stipendia militibus ex publico decreta primum.

Veientibus bellum indictum eſt, quod annos poſt decẽ captis Veijs à M. Camillo confectum. Volſcorum agri vaſtati à Romanis tribus exercitibus, Anxur captum, & direptum eſt. Militibus ex publico primum ſtipendium eſt decretum ex S. C. cum ante id tempus ex ſuo quiſque militaſſet. Liuius in fine libri quarti. Diodorus libro XIIII. breuiter enim omnia complectitur.

Trib. plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
P. Aelius. //. f. //. n. Pætus. P. Pupius. //. f. //. nepos.
Volero. Publilius. P. f. Voler. n. Philo. II. //. Trebius. //. f. //. nepos. III.
Cn. Genucius. * Cn. f. //. n. Auentinenſis. M. Pomponius. * M. f. * //. nepos.

K. Atinius. K. f. K. n. Longus. III. [C. Iunius. L. f. C. n. Brutus. Bubulcus.]

[M. Pompilius. M. f. M. nepos. II.] [C. Titius. C. f. //. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

*C. Icilius. *L. f. C. n. Ruga.* [Q. Decius. Q. f. Q. n. Mus.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. } Trib. mil. in Volſco.
//. //. //. f. //. n. //. }

P. Mælius. Sp. f. C. n. Capitolinus. P. Mænius. //. f. //. nepos.
L. Iulius. L. f. Vopiſci. n. Iulus. P. Licinius. P. f. //. n. Caluus.

P. Licinij pater primus ex plebe non diu pôſt factus eſt tribunus militum, nullis antè honoribus vſus, & exacta iam ætate. P. Mænius autem auus fuit C. Mænij conſularis ac triumphalis, vt indicant marmora Capitolina, in quibus & alij duo repetiuntur ſic notati, quorum L. Iulius patrem habuit conſularem ac magiſtrum equitum.

ANNI. P. R. C. CCCXLVIII.

Trib. mil. cos. poteſtate.

C. Iulius. L. f. Vopiſci n. IVLVS. II.
M'. AEMILIVS. MAM. F. M. N. MAMERCINVS.
T. Quinctius. T. f. //. n. CapitoLIN. BAR. //.
L. FVRIVS. L. F. SP. N. MEDVLLINVS. II. TR. MIL.
Q. Quinctius. L. f. L. n. CINCINNATVS.
A. MANLIVS. A. F. CN. N. VULSO. CAPITOLIN.

HOc primùm anno ſex tribuni militum creati ſunt, ex quibus tres deſiderantur in Diodoro, M'. Aemilius, L. Furius, Q. Quinctius. Liuius ſatis exactè enumerat omnes, ſed errore forſan librariorum tertius eſſe dicitur hic L. Furij tribunatus, cum rectè ſecundus ſit in tabulis Capitolinis.

Obſidere cœperunt eo anno Veientes. Liuius. *Obſidio Veiorum decennalis incepta.*

Trib. plebis

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. .//.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

C. Duilius. //. f. //. nepos. II. [M. Duilius. M. f. M. nepos. II.]
L. Titinius. //. f. //. nepos. L. Atinius. K. f. K. n. Longus.
L. Publilius. P. f. Voler. n. Philo. Vulſcus. [C. Aelius. C. f. //. n. Pætus.]
[L. Cædicius. L. f. L. nepos. III.] [Cn. Pupius. //. f. //. nepos.]
[C. Popillius. C. f. //. nepos.] [C. Volumnius. C. f. //. n. Flamma. II.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

*L. Icilius. * Sp. f. Sp. n. Ruga. M. Genucius. Cn. f. //. n. Auentinenſis.

Quæſto-

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. } Trib. mil. in Veienti.
//. //. //. f. //. n. //.

M. Metilius. * M. f. M. nepos. * P. Curatius. //. f. //. nepos.
Sp. Furius. L. f. Sp. n. Medullinus. L. Virginius. //. f. //. n. Tricoſtus Cælimontanus.

ANNI. P. R. C. CCCXLIX.

Trib. mil. cos. poteſtate.

P. Cornelius * M. f. M. n. * MALVGINENSIS.
SP. NAVTIVS. SP. F. SP. N. RVTILVS. III.
Cn. Cornelius. //. f. //. n. COSSVS. II. TR. MIL.
C. VALERIVS. L. F. VOL. N. POTITVS. VOLVSVS. III.
K. Fabius. M. f. Q. n. AMBVSTVS.
M'. SERgius. L. f. L. n. FIDENAS.

TERTIVS hic Sp. Nautij tribunatus eſt, vt monſtrant fragmenta Capitolina, non ſecundus, vt eſt in Liuio. Bis enim antè tribunus militum fuit, & ſemel Conſul, quemadmodum ex ijſdem faſtorum tabulis colligi poteſt. Cæſonis prænomen addit Fabio, item Diodorus, & Manij, Sergio Fidenati, quapropter corrigenda ſunt hæc prænomina in Liuio, ſed quiſnam ἰούνιος λούκουλος pro Cn. Cornelio irrepſerit in Diodori exemplaribus, ignoro.

Victoria de Volſcis. Volſci prœlio victi ſunt inter Ferentinum & Ecetram. Artena deinde obſeſſa, capta & diruta. Legionibus demum reductis Romana vis omnis Veios eſt conuerſa. Liuius in fine libri quarti.

Trib. plebis

//.	//.	//. f. //. n. //.	//.	//.	//. f. //. n. //.
//.	//.	//. f. //. n. //.	//.	//.	//. f. //. n. //.
//.	//.	//. f. //. n. //.	//.	//.	//. f. //. n. //.
//.	//.	//. f. //. n. //.	//.	//.	//. f. //. n. //.
//.	//.	//. f. //. n. //.	//.	//.	//. f. //. n. //.

* Sp. * Icilius. * S. f. Sp. n. * Ruga. II. P. Mænius. //. f. //. nepos.
Volero. Publilius. P. f. Voler. n. Philo. III. [A. Trebius. //. f. //. nepos.]
P. Licinius. P. f. //. n. Caluus [P. Silius. P. f. P. nepos.]
P. Mælius. Sp. f. C. n. Capitolinus. [C. Titinius Sex. f. //. nepos.]
[M. Manilius. M. f. M. nepos. II.] [C. Apronius. C. f. Cn. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
P. Aelius. //. f. //. n. Pætus. Cn. Genucius. * Cn. f. * //. n. Auentinenſis. *

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. } Trib. mil. in Volſco, & Veienti.
//. //. //. f. //. n. //.

C. Luce-

C. Lucerius. //. f. //. nepos. M. Sulpicius. Q. f. //. n. Peticus.
M. Popillius. C. f. //. nepos. M. Genucius. M. f. //. n. Auentinenſis.

Tres poſtremi patres fuêre conſularium C. Petici, M. Lænatis, & Cn. Genucij, vt marmora monſtrant Capitolina. Lucerium tribunum plebis adfert Liuius.

ANNI. P. R. C. CCCL.

Trib. mil. cos. poteſtate.

M'. Aemilius. Mam. f. M. n. MAMERCIN. II.
M. FVRIUS. //. f. //. n. FVSVS.
Ap. Claudius. Ap. f. Ap. n. Craſſus.
L. IVLIUS. //. f. //. n. IVLVS. TR. MIL.
M. Quinctilius. //. f. //. n. Varus.
L. VALERIUS. L. f. P. n. POTITVS. III.

DISCREPAT hîc à tabulis Capitolinis hiſtoria Liuiana, quæ octo tribunos militum, inſolito priùs numero, nobis exprimit, cenſores eius anni, quos monſtrant Capitolinæ tabulæ, tribunis adiungens: neſcio quóſnam in hoc ſequatur auctores Liuius. Conſtabit enim paullo pòſt M. Camillum, & M. Poſtumium non tribunos militum, ſed cenſores tum fuiſſe. Ex Diodoro ſanè Siculo ſex tribunorum vix nomina, nedum octo colligi poſſunt. Porrò M. Furius Fuſus, cuius nominis extant veſtigia in Capitolinis fragmentis, in Liuio penitus interijt, atque eius locum occupauit neſcio quis M. Poſtumius, nam duo enumerantur inter eius anni tribunos apud Liuium, poſterior Albini cognomine, priorem Glareanus Regillenſem vocat, vt eos diſcerneret opinor; ſed eadem duo cognomina rectè vni cenſori M. Poſtumio adſcribunt marmora Capitolina, ex quibus item colligitur fratrem ipſum fuiſſe P. Poſtumij tribuni militum, qui ab exercitu ſuo lapidibus obrutus fuit. Ap. Claudius eſt filius Ap. Claudij tribuni militum anno CCCXXIX, & decemviri nepos, auctore Liuio. In L. verò Iulij prænomine congruit marmoribus Diodorus; ſed Liuius Marcum appellat inſueto Iulio genti prænomine. C. Iulij ter Conſulis filius exiſtimatur à quibuſdam.

Ad Veios obſidionem acriter continuârunt tribuni militum, hibernare etiam ſub pellibus coacto exercitu more Romanis antè inuſitato. Qua de cauſſa cum tribuni plebis in Vrbe querelas in concionibus excitarent, prolixa & eloquenti oratione ab Ap. Claudio tribuno militum, qui ad præſidium Vrbis à collegis erat relictus, ijs eſt reſponſum, qua multitudinem omnem in ſuas traxit partes. Itaque quibus cenſus equeſter erat, & equi publici non erant aſſignati, ſuis equis vltrò ſe militaturos profeſſi ſunt. Quorum exemplum ſequuta eſt plebeia multitudo, quæ nomina inuitis tribunis plebis vltrò dare, pedeſtremque operam reip. extra ordinem polliceri; affirmans ſi Veios ducerentur, fore vt non niſi vrbe capta abſcederet. Actæ multitudini gratiæ, & voluntarijs ex S. C. ſtipendia ſunt decreta, & equiti certus numerus æris eſt aſſignatus. Tum primùm equis merere equites cœperunt, cùm antea non ſtipendium, ſed equus daretur publicus. Hæc latiſſimè Liuius in principio libri quinti. Plutarchus in Camillo, Oroſius libro II. cap. XIX.

Hiberna Romanorum caſtra prima.

Equeſtris ordinis erga patriam pietas.

Plebis erga patriam pietas.

Voluntarijs equiti, peditique ſtipendia ex publico decreta.

Equites equis primùm merere cœperunt.

Cens. M. Furius. //. f. //. n. Camillus, M. POSTVMIVS. L. F. A. N. ALBINVS. REGILLENSIS. L. F. XVI.

Quamuis Liuius (vt non ſemel dixi) huius temporis cenſuras omnes ſilentio prætererit, & neſcio quos ſequutus Annales M. Furium Camillum, & M. Poſtumium tribunis militum adiungat, eos tamen cenſores hoc anno luſtrum Vrbis XVI. cōdidiſſe, ex fragmento faſtorum Capitolinorum haud dubiè cognoſcimus. Quibus etiam ſuffragatur non ſolum Plutarchus, qui cenſuram Camilli ante alios ſuos magiſtratus omnes deſcribit, ſed etiam Valerius Maximus libro II. cap. IX. M. Camillum & M. Poſtumium in cenſura coniungens, referenſque cum Plutarcho eos primùm cenſores edicto populum Rom. ad matrimonia coëgiſſe, & æra, pœnæ nomine, eos qui viduas ſpreuiſſent, & ad ſenectutem cœlibes peruenerant, deferre in ærarium iuſſiſſe. Vnde Lex illa quam libro III. inter alias ad cenſuræ munus pertinentes recitat Cicero: Cœlibes eſſe prohibento: Viduarum turbam vetans, ciuitati præſertim frequentibus armis exhauriendæ pernicioſam. Plutarchus idem ferè ſcribit, additque Camillum emolumento fuiſſe conſuluiſſeque plurimum reipublicæ, quòd orphanos, qui priùs immunes erant, ad tributa pendenda compulerit.

Ad matrimonia cenſorio edicto primùm coactus populus Romanus.

Trib. plebis

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Q. Silius. //. f. //. nepos. II. L. Icilius * L. f. C. n. * Ruga. III.
L. Publilius. L. f. Voler. n. Philo. Vulſcus. II. M. Pomponius. * M. f. * //. nepos. II.
M. Genucius. Cn. f. //. n. Auentinenſis. II. [M. Pompilius. M. f. M. nepos. III.]
[C. Titius. C. f. //. nepos. II.] [L. Titius. C. f. //. nepos.]
[Cn. Apronius. Cn. f. Cn. nepos.] [M. Cædicius. M. f. M. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
P. Pupius. //. f. //. nepos. [Cn. Pupius. //. f. //. nepos.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. } Trib. mil. in Veienti.
//. //. //. f. //. n. //.

[Sp. Veturius. * Sp. f. Sp. n. * Craſs. Cicurinus.] [Sp. Papirius. C. f. //. n. Craſſus.]
M. Aeutius. //. f. //. nepos. M. Valerius. * M. f. M. n. * Maximus.

ANNI. P. R. C. CCCLI.

Trib. mil. cos. poteſtate.

C. Seruilius. P. f. Q. n. Ahala. III.
Q. SVLPICIVS. SER. F. SER. N. CAMERIN. CORNVTVS.
Q. Seruilius. Q. f. P. n. Priſcus. Fidenas. TR. MIL.
A. MANLIVS. A. F. CN. N. VVLSO. CAPITOLIN. II.
L. Virginius. //. f. //. n. Tricoſtus Cælimontanus.
M'. SERGIVS. L. F. L. N. FIDENAS. II.
Hi. duo. coacti. abdicârunt.

CORRECTE ſatis habentur in Liuio tribunorum nomina, atque etiam in Diodoro, præterquam duorum M'. Sergij videlicet, & Q. Seruilij, quæ penitus abolita ſunt, pro quibus mendosè leguntur Κλαύδιος Μάρκος ἄγχος. Q. Seruilium Q. Priſci bis Dictatoris filium exiſtimo.

Anxuris præſidium amiſſum. Malè pugnatum ad Veios. Anxuris præſidium a Volſcis oppreſſum eſt. Capenetes & Faliſci ſubſidio Veientibus venêre, cõtra quos malè pugnatum eſt ob tribunorum diſcordiam, & caſtra quibus M'. Sergius præerat, ſunt amiſſa. Liuius libro v.

Trib. plebis

M'. Sergio & L. Virginio tribunis militum ſe in vincula duci iuſſuros palàm in ſenatu minati ſunt; niſi abdicarent, & in auctoritate ſenatus eſſent, Liuius lib. v.

//. //. f.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

[L. Mænius. L. f. L. nepos.] *C. Icilius* L. f. C. n. Ruga. II.
L. Atinius. K. f. K. n. Longus. II. [A. Trebius. //. f. //. nepos.]
M. Popillius. C. f. //. nepos. P. Mælius. Sp. f. C. nepos. Capitolinus. II.
[C. Silius. P. f. P. nepos.] [C. Mænius. C. f. L. nepos.]
[Sp. Antius. Sp. f. Sp. nepos.] [M. Antius. M. f. //. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
[C. Popilius. C. f. C. nepos.] L. Titinius. //. f. //. nepos.

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. L. Virginij. } Trib. mil. in Veienti.
//. //. //. f. //. n. //. M'. Sergij. }
[L. Veturius. Sp. f. Sp. n. Craſs. Cicurinus.] P. Cornelius. //. f. //. n. Scipio.
A. Poſtumius. *M. f. A. n.* Regillenſis. C. Duilius. //. f. //. nepos.

ANNI. P. R. C. CCCLII.

Trib. mil. cos. poteſtate.

L. Valerius. L. f. P. n. Potitus. IIII.
L. IVLIVS. L. F. VOPISCI. N. IVLVS.
M. Furius. //. f. //. n. Camillus. TRIB. MIL.
M'. AIMILIVS. MAM. F. M. N. MAMARCINVS. III.
Cn. Cornelius. A. f. M. n. Coſſus. II.
K. FABIVS. M. F. Q. N. AMBVSTVS. II.

RECTE ſatis & hi recenſentur à Liuio, verùm alios ſequutus Annales hunc ſecundum vult eſſe M. Camilli tribunatum, cùm primus ſit: nam ante cenſor, vt demonſtraui, fuit, non tribunus militum. Aemilio Manij prænomen, & Fabio Cæſonis Diodorus & faſti Capitolini adſcribunt; atque ita etiam hæc in Liuio reſtituenda ſunt, & Fabio adiungendus numerus II. priorem enim tribunatum triennio antea geſſerat, & Cn. Coſſus quinquennio. In Diodoro Siculo numeri vbique deſiderantur, & perperam quoque pro L. Valerio παῦλον σίξτον habemus. Kal. Octobris hi magiſtratum inierunt, anni enim ſuperioris tribuni militum ob res bello malè geſtas, ex S. C. ante tempus abdicare iuſſi ſunt, cùm alioquin in Idus vſque Decembres ſolemnem tunc ineundis magiſtratibus diem tribunatum gerere debuiſſent. vt auctor eſt Liuius. *Idus Decembris ineundis magiſtratibus ſolemnes.*

Multiplici bello diſtracti eo anno Romani M'. Aemilius, & K. Fabius ad Veios amiſſa recuperârunt; M. Furius in Faliſcis, & Cn. Cornelius in Capenate agro prædas egerunt. L. Valerius Anxur obſedit. Tribuni plebis interim in Vrbe ſeditiones concitârunt haud leues ob tributi collationem. Liuius libro v.

Trib. plebis

C. Trebonius *C. f. L. n.* Aſper. Patrocinium legis Treboniæ de non cooptandis

optandis tribunis plebis, nomini ac familiæ debitum ſuſcepit, collegas qui patriciorum aſſeclas cooptârant vehementer inſectatus. Liuius.

C. Lucerius. //. f. //. nepos. M. Acutius. //. f. //. nepos.

Cooptati à collegis patriciorum opibus labefactandæ legis *Trebonia cauſſa, cùm numerus tribunorum plebis comitijs expleri non poſſet. Liuius v.

*Tribunicię, in vulgatis, nō rectè. Nam loquitur de Trebonia lege, quæ de nō cooptandis tribunis ante plures annos erat lata: & non de lege ſacrata, quâ primùm tribuni creati. M' Sergius & L. Virginius damnati.

P. Curatius. //. f. //. nepos. M. Metilius. * M. f. M. nepos.

M. Minucius. * L f. //. n. Augurinus. Collegas hi contra legem Treboniam cooptârunt patriciorum in gratiam: vtque inuidiam plebis inde conflatam ſibi auerterent M'. Sergium, L. Virginium tribunos militum ſuperioris anni. ob res eorum culpa ad Veios malè geſtas, reos fecerunt, & denis milibus æris grauis populi ſuffragijs condemnârunt. Item leges agrarias promulgando, & impediendo delectus & tributa, vt proximis comitijs tribunis militum vnus de plebe crearetur, effecerunt. Liuius libro quinto.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. .//. .//. //. f. //. n. //.

*L. *Icilius Sp. f. Sp n. Ruga. II. P. Aelius. //. f. //. n. Pætus. II.

M. Genucius. M. f. //. n. Auentinenſis. II. [C. Fulcinius. C. f. C. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

[P. Silius. P. f. P. nepos.] P. Licinius. P. f. //. n. Caluus.

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. M'. Aemilij. K. Fabij & Cn. Cornelij. } Trib. milit. in Veienti, Volſco, Capenati & Faliſco.

//. //. //. f. //. n. //. L. Valerij. & M. Furij Camilli. }

L. Lucretius. //. f. //. n. Flauus. Ser. Sulpicius. //. f. //. n. Camerinus.

P. Cornelius. //. f. //. n. Coſſus. P. Plautius. P. f. //. n. Proculus.

P. Plautius pater fuit C. Proculi qui in conſulatu Hernicos deuicit, vt ſuo loco dicetur. Aliorum trium maiores magiſtratus poſtea reperies.

ANNI. P. R. C. CCCLIII.

Trib. mil. cos. poteſtate. primi. de plebe.

P. Licinius. //. f. //. n. Caluus.
P. MAELIVS. SP. F. C. N. CAPITOLINVS.
P. Mænius. //. f. //. nepos. TR. MIL.
Sp. FVRIVS. L. F. SP. N. MEDVLLINVS.
L. Titinius. //. f. //. nepos.
L. Publilivs. L. F. VOLER. N. PHILO. VVLSCVS.

TRIBVNATVM eo anno (vt inquit Diodorus) inierunt P. Mælius, Sp. Mænius, L. Furius, & alij tres. Liuius omnes nominat hoc modo. Creatus vnus ex plebe vſurpandi iuris cauſſa P. Licinius Caluus: cæteri patricij P. Mælius, P. Titinius, P. Mænius, L. Furius Medullinus, L. Popillius Volſcus. Et miror Liuium hæc ſcribere; ſed ſæpe à Capitolinis faſtis diuerſus eſt. Conſtat enim ex plebeijs horum magiſtratibus, omnes præter ſolum Furium plebeios, non patricios fuiſſe; niſi imaginemur duplices earum gentium familias quaſdam plebeias & quaſdam patricias. Præter hos tamen ne exemplum quidem aliud, quod ſciam, vel ipſe Liuius, vel alius ſuggerit, quo patriciatus iſtarum familiarum probari poſſet. Cur autem primus & potiſſimus è plebe P. Licinius Caluus ad nouum tribunatus delibandum honorem ſit aſſumptus, nullis antè honoribus vſus, vetus

tantùm ſenator,& grauis iam ætate, varias refert cauſas Liuius, additque ipſum ita moderatè hunc magiſtratum adminiſtraſſe, vt in ſequentem annum præter vnum patricium omnes plebei creati fuerint. Pro P. Mælio tamen quidam codices P. Manlium habent, & pro Menio Menenium; ſed cur Diodorum in his potius ſequar, rationes, quas Sigonius in ſuis in Liuium annotationibus adducit, faciunt. L. Titinius autem appellatur in ſecundo tribunatu tam in Liuio quàm in Diodoro; quorum auctorum conſenſus in cauſſa eſt, vt hoc etiam loco prænomine eodem eum inſigniuerim, licet in Liuio P. Titinius habeatur. In eodem auctore Furij Medullini prænomen falſum eſſe fragmentum Capitolinum oſtendit, primum videlicet eius tribunatum hunc eſſe, quandoquidem L. Furium bis antè tribunum habuerimus. Fratrem igitur eius hunc eſſe cognoſcimus ex eodem fragmento, cui idcirco aui prænomen addidimus. Duos enim fratres eodem prænomine vſos, non eſt veriſimile. L. Publilium pro L. Popillio reſtitui debere in Liuio cognomina Philo Vulſcus, indicant, quæ in Capitolinis extant. Sæpius enim hæc attribuuntur Publilijs, & nunquam Popillijs.

Anxur in Volſcis receptum. Annus gelida, & niuoſa hieme inſignis, vt Tiberis innauigabilis factus fuerit. Liuius libro v. *Anxur receptum. Hiems aſpera.*

Trib. plebis

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
P. Pupius. //. f. //. nepos. II.   M. Genucius. Cn. f. //. n. Auentinenſis. II.
[M. Pontificius. M. f. M. nepos.]   [C. Pontificius. C. f. C. nepos.]
[L. Volſcius. L. f. C. nepos.]   [M. Sellius. M. f. M. nepos.]
[C. Mæcilius. M. f. M. nepos.]   [C. Antius. Sp. f. Sp. nepos.]
[C. Numitorius. C. f. C. nepos.]   [T. Statius. T. f. T. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
[L. Mænius. L. f. L. nepos.]   [K. Atinius. K. f. K. n. Longus.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. } Trib. mil. in Veienti, & Volſco.
//. //. //. f. //. n. //. }

[T. Menenius. T. f. T. n. Lanatus.]   T. Sicinius. * L. f. L. n. Dentatus. *
[Sp. Mælius. Sp. f. //. nepos.]   A. Virginius. * A. f. A. * nepos.

ANNI. P. R. C. CCCLIV.

Trib. mil. cos. poteſtate.

C. Duilius. //. f. //. nepos.
L. Atinius. K. F. K. N. LONGVS.
Cn. Genucius. * Cn. f. //. n. Auentinenſis.
M. Veturius. TI. F. SP. N. CRASS. CICVRINVS. TR. MIL.
M. Pomponius * M. f. * //. nepos.
Volero Publilius. P. F. VOLER. N. PHILO.

DVLCEDO, vt inquit Liuius, inuaſit in hunc etiam annum tribunos militum plebeios creandi: vnus M. Veturius ex patricijs candidatis locum tenuit, plebeios alios centuriæ omnes ferè dixerunt. Sed admodum variè leguntur horum nomina in Liuio, vt diuerſa conferenti exemplaria plane diuerſorum annorum tribuni videantur. Nos autem fragmentis Capitolinis accommodauimus quos magis conuenire putauimus, Diodorum Liuio quàm maximè potuimus conciliantes. L. Atinius autem cum C. Duilio reperitur in Diodoro; in Liuij exemplaribus pro his leguntur L. Titinius, & L. Racilius. Sed fortè reſtituendus ibi pro Racilio L. Atinius, plebeios enim omnes præter vnum Veturium vult fuiſſe Liuius, & idem L. Atilium Longum ex primis patricijs tribunum militum dicit fuiſſe. In M. Veturio & M. Pomponio conueniunt ijdem auctores; item in Cn. Genucio, qui cùm plebeius fuerit, ex Auentinenſium potiùs, quàm Augurinorum fuiſſe familia ſuſpicor. Cæterùm Volero Publilius in quibuſdam Liuij exemplaribus omnino deeſt, in alijs Publius Volero malè vocatur. In Diodoro etiam extant veſtigia eius nominis: habetur enim οὐαλέριος πόπλιος. Nominum ſane Romanorum obſcuritas hos errores induxit. Volero autem prænomen eſſe Publiliorum monſtrant non ſolùm Capitolini Faſti, ſed etiam Valerius de prænominibus, qui & Voleronis Publilij meminit. Plebeiam verò eſſe hanc familiam potius quàm Meneniam (P. enim Menenium quædam Liuij referunt exemplaria) conſtat in primis ex eiuſdem libro ſecundo, vbi Voleronis Publilij de plebe hominis audaciam narrat, cuius ductu plebs Conſulis faſces fregit. Sed & ibi perperam P. Volero, vt & in Floro incorrectiùs, Valerius Nero appellatur.

Peſtis, & lectiſternium in Vrbe primum.

Peſtis eo anno in Vrbe ſæuijt, itaque ex libris Sibillinis lectiſternium primum indictum in Vrbe à II. viris ſacrorum, vt Liuius libro v. & D. Auguſtin. de Ciuitate Dei. lib. III. cap. XVII. Ad Veios feliciter pugnatum eſt contra Faliſcos, & Capenates. Vide Liuium libro quinto.

Trib. plebis

// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //   // // // f. // n. //

M. Acutius. //. f. //. nepos. II.   P. Licinius. P. f. //. n. Caluus. II.
[L. Lucerius. //. f. //. nepos.]   [C. Volſcius. C. f. C. nepos.]
[L. Statius. L. f. T. nepos.]   [M. Mæcilius. M. f. M. nepos.]
[C. Racilius. C. f. //. nepos.]   [M. Plætorius. M. f. M. nepos.]
[M. Conſidius. M. f. M. nepos.]   [L. Allienius. A. f. //. nepos.]

Aediles

// // // f. // n. //   // // // f. // n. //

C. Trebonius. * C. f. L. n. * Aſper.   [Sp. Antius. Sp. f. Sp. nepos.]

Quæſtores vrbani

// // // f. // n. //   // // // f. // n. //

Quæſtores militares

// // // f. // n. //
// // // f. // n. // } Trib. mil. in Veienti.

C. Aemilius. //. f. //. n. Mamercincus.   Q. Pomponius. //. f. //. nepos.
L. Papirius. //. f. //. n. Curſor.   L. Valerius. * L. f. L. n. * Poplicola.

A pedum pernicitate dictus Papirius Curſor, vt Io. Zonaras, & Liuius libro IX. ſunt auctores, à quo familia promanauit ampliſſima. Et hic auus nobiliſſimi illius L. Curſoris quinquies Conſulis, qui & bis Dictator fuit, cuius & tres egregios de Samnitibus triumphos adducemus, ſicut & trium collegarum magiſtratus alios.

ANNI.

ANNI. P. R. C. CCCLV.

Trib. mil. cos poteſtate.

L. Valerius. L. f. P. n. Potitus. v.
L. Furius. L. F. SP. N. MEDVLLINVS. III.
M. Valerius * M. f. M. n. * Maximus.
M. Furius. //. f. //. n. Camillus. II. Trib. mil.
Q. Seruilius. Q.f.P.n.Priſcus.Fidenas. II.
Q. Sulpicius.Ser.f.Ser.n.Camerinus Cornutus. II.

LABORATVM vehementer à patricijs, qui iam poſſeſſione ſummi imperij excidiſſe videbantur, vt tribunos militum ex ſuo haberent ordine. Ex compoſito autem præparati ad petendum clariſſimi quique, quos præterire verecundia fuit. Igitur creati patricij omnes, cos ſatis emendatè nominat Liuius; Verum hic ſecundus M. Camilli tribunatus, non tertius; quod etiam arguunt Liuiana quædam exemplaria, tamen contra Liuij ipſius hiſtoriam. Plutarchus item in vita Camilli, anno quo lacus Albanus inundauit, tribunum eum iterum fuiſſe aſſerit, & ex Capenati agro prædas ingentes egiſſe. Quæ prorſus huius anni hiſtoriæ conueniunt. In Diodoro duo nomina mendoſa leguntur, Κλαυδιος οὔγων, Μάρκιος ἄππιος, pro M. Valerio, & L. Furio.

Prodigia multa hoc anno vndequaque nunciata ſunt, & imprimis lacus Albani inundatio nullis cæleſtibus aquis aucti mirabilis viſa eſt. Eaque de re Romani miſſis legatis oraculum Delphicum conſuluerunt, vt Liuius libro v. Meminit & Valerius Maximus lib. I. cap. vI. Ad Veios nihil memorabile actum, tota vis in populationibus fuit; duo ſummi Imperatores Potitus à Falerijs, Camillus, à Capena prædas ingentes egère, nulla incolumi relicta re, cui ferro aut igni noceri poſſit. Liuius lib. v. Albani lacus inundatio mira.

Cens. //. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //. Luſtr. fec. XVII.

C. Valerius. L. f. Voluſi. n. Potit. Voluſus. M'. Aemilius. Mam. f. M. n. Mamercin'.

Hoc quaſi tempore luſtrum à cenſoribus conditum fuiſſe, Capitolinorum ordo faſtorum inſinuat; quamuis nullam hactenus apud auctores vel cenſorum, vel luſtri huius mentionem inueniam. Suppleuimus tamen loca vacua patricijs, ſummo magiſtratu functis, qui ambo Conſules & ter tribuni militum fuerant.

Trib. plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
Q. Silius. //. f. //. nepos. III. M. Metilius. M. f. M. nepos. II.
P. Curatius. //. f. //. nepos. II. [C. Plætorius. M. f. M. nepos.]
P. Plautius. P. f. //. n. Proculus. [C. Petillius. C. f. //. nepos.]
[Q. Pœtelius. Q. f. Q. n. Libo. Viſolus.] C. Pœtelius. Q. f. //. n. Libo. Viſolus.
[P. Publilius. P. f. P. n. Philo.] M. Popillius. C. f. //. nepos. II.

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
L. Icilius * Sp. f. Sp. n. Ruga. II. C. Lucerius. //. f. //. nepos.

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

// // // f. // n. // L. Val. & M. Camilli tr. mil. in Faliſco, & Capenati.

// // // f. // n. // Trib. mil. in Veienti.

M. Cornelius. * M. f. M. n. * Maluginenſis. [M'. Marcius. M'. f. M'. nepos.]

M. Aemilius. M'. f. Mam. n. Mamercinus. L. Fuluius. //. f. //. n. Curuus.

Hic annus L. Fuluii conſularis, vt apparet ex Capitolinis; ille Mamercini conſularis, ac ter tribuni militum filius videtur ex ratione temporum. Sic & M. Cornelius x.viri M. Maluginenſis; M. Marcius autem nepos illius ædilis, qui primus frumentum populo in modios aſſibus diſtribuit, vt antè ſuo loco diximus ex Plinio.

ANNI. P. R. C. CCCLVI.

Trib. mil. cos. poteſtate.

L. Iulius. L. f. Vopiſci n. Iulus. II.
L. Furius. L. f. Sp. n. Medullinus. IIII.
L. Sergius. L. f. C. n. Fidenas.
A. Poſtumius. M. f. A. n. Albin. Regillenſis. Trib. mil.
A. Manlius. A. f. Cn. n. Vulſo Capitolinus. III.
P. Cornelius M. f. M. n. Maluginenſis. II.
Vitio facti abdicârunt.

IN Diodoro tribunorum nomina duo prorſus mendosè leguntur, & aliis adiungendi ſunt numeri. In Liuio vtcunque correcta ſunt omnia, numeri dumtaxat apud L. Iulium, & P. Cornelium deſiderantur. Et priores duo tribunatus, quos geſſit A. Manlius, etiam requirunt vt ei addatur numerus. III.

Tarquinienſes populatores oppreſſi. Albanus lacus ex oraculo Delphico emiſſus. & Latinæ feriæ inſtauratæ.

Tarquinienſes noui hoſtes exorti Romanorum agros depopulati ſunt, quos præda onuſtos L. Iulius & A. Poſtumius tribuni militum voluntariorum manu profecti oppreſſerunt, prædamque recuperârunt. Legati ab Delphis reuerſi lacum Albanum emittendum eſſe ex oraculo nunciârunt, & ſacra patria inſtauranda; atque ita breui victoriam de Veientibus poſſe ſperari. Ex cuius oraculi ambagibus etiam intellectum fuit tribunos militum eius anni vitio creatos fuiſſe, atque idcirco Latinas ferias & ſacrum in Albano monte non ritè concepiſſe. Itaque abdicare iuſſi ſunt ex S C reliquumque anni per interregna tranſactum. Interreges autem tres fuêre L. Valerius, Q. Seruilius, M. Furius Camillus, Liuius libro quinto.

Trib. plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //

[L. Mænius. L. f. L. nepos. II.] P. Pupius. //. f. //. nepos. III.
M. Genucius. Cn. f. //. n. Auentinenſis. IV. L. Lucerius. //. f. //. nepos. II.
[T. Metilius. T. f. M. nepos.] [M. Sellius. M. f. M. nepos. II.]
[L. Volſcius. L. f. C. nepos. II.] [M. Volſcius. M. f. M. n. Fictor.]
[M. Pontificius. M. f. M. nepos. II.] [C. Plautius. P. f. //. n. Proculus.]

Aediles

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

M. Acutius. //. f. //. nepos. [C. Numitorius. C. f. C. nepos.]

Quæſto-

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. L. Iulij. A. Poſtumij trib. mil. in Tarquimenſi.

//. //. //. f. //. n. //. Trib. mil. ad Veios.

Sp. Poſtumius. * M. f. A. n. * Albin. Regillenſis. Q. Sulpicius. //. f. //. n. Longus.

L. Valerius. L. f. L. n. Potitus. M. Aulius. //. f. //. n. Cerretanus.

Hic anus Q Cerretani bis Cos. qui deinde magiſter equitum in prœlio occiſus eſt.

ANNI. P. R. C. CCCLVII.

Trib. mil. cos. poteſtate.

P. Licinius. P. f. //. n. Caluus. L. Titinius. //. f. //. nepos. II.
L. Atinius. K. f. K. n. Longus. II. P. Mænius. //. f. //. nepos. II. Trib. mil.
P. Mælius. Sp. f. C. n. Capitolinus. II.
Cn. Genucius. //. f. //. n. Auentinenſis. II. In prœlio occiſus eſt.

COMITIA, interpellantibus tribunis plebis, nunquam deſitum turbari, donec conueniſſet prius, vt maior pars tribunorum militum ex plebe crearetur. Creati omnes ex plebe, & qui ante in eo magiſtratu fuerant; ex quibus P. Licinius ſenium excuſans honore deprecato filium ſibi ſubrogari petijt, quod datum roganti patri. Reliquos autem ex collegio eiuſdem anni refici apparebat (inquit Liuius) Duos tamen non P. Licinij collegas, ſed ex inſequentis anni tribunis fuiſſe conſtat, L. Atinium quem Racillum mendoſè produnt Liuiani codices, & Cn. Genucium; quos Diodorus & maior pars exemplariorum ipſius Liuij anno CCCLV tribunos militum fuiſſe tradunt. Idem Diodorus nullibi diſcrepat in eorum nominibus, præterquam in P. Mælio, quem Q. Manlium appellari video, etiam in exemplari manuſcripto Qui tribunus in Liuianis codicibus deſideratur, prætermiſſus a librarijs, indoctis quibus videbatur P. Mænij nomen in hoc fruſtra repeti. Tribuni militũ omnes ex plebe.

Volſci & Aequi miſſis legatis pacem impetrarunt, magis vt tam diuturno bello feſſa ciuitas acquieſceret, quàm quod digni viderentur. L. Titinius & Cn. Genucius tribuni militum magiſtratu inito profecti aduerſus Faliſcos Capenatesque, dum bellum maiore animo gerunt quàm conſilio, præcipitantur in inſidias. Genucius temeritatem luens inter primores ante ſigna cecidit. Titinius cum reliquo exercitu euaſit. Liuius lib. v. Volſcis & Aequis pax data. Clades accepta Cn. Genucius in prœlio occiſus.

M. Furius. //. f. //. n. Camillus. Dict.
P. Cornelius. //. f. //. n. Scipio. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſa.

Rei malè in Faliſcis geſtæ nuncius cùm maiore tumultu Romam, & Veios eſſet perlatus, ingentem Vrbi & caſtris incuſſit terrorem, vt vix miles à fuga ſit retentus; & in Vrbe ad muros concurreretur. Itaque vt in rebus trepidis ſolet, Dictator dictus eſt M. Furius Camillus; fatalis dux ſeruandæ patriæ, & ad excidium Veiorum. Is magiſtro equitum P. Cornelio Scipione dicto, & habito ſtatim nouo delectu, accitisque Latinorum & Hernicorum auxilijs, ad bellum profectus eſt. Cum Faliſcis & Capenatibus in Nepeſino agro ſigna contulit, & hoſtes acie victos caſtris exuit. Inde in a orem ol. Veios adortus, inhibitis caſtellorum frequentia hoſtium excurſionibus; Vrbem opere, & natura muniſſimam, & opulentiſſimam per cuniculos, decimo, poſtquam oppugnari cœperat, anno cepit, & militibus, plebique Romanæ, quæ permittente ſenatu in eum finem in caſtra venerat, in prædam dedit. Hæc latiſſime Liuius libro v. Plutarchus in vita Camilli, vt ſuperuacuum ſit pluribus ea repetere. Meminerunt etiam Diodorus Siculus libro XIIII. Florus, Zonaras, Eutropius, Oroſius & Auctor de viris illuſtribus. Faliſci & Capenates caſi. Veij per cuniculos capti & in prædam data.

Trib. plebis

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. f.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
C.Trebonius. *C. f. L.* Aſper.II.	M. Acutius. //. f. //. nepos III.
[P. Lucerius. // f. //. nepos.]	M.Minucius.*L.f. //.n.Augurinus.II.
[M. Decius. M. f. M.n.Mus.]	[C.Terentius.C.f.C.n.Arſa.]
[Sp. Mælius. Sp. f. //. nepos.]	[P. Lætorius. P.f.P.nepos.]
[M. Furius. M. f. //. nepos.]	[L. Virginius. L. f. L.nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[M. Conſidius. M.f. M.nepos.]	[M.Plætorius.M.f. M. nepos.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. L. Titinij & Cn. Genucij trib. mil. in Faliſco, & Capenati.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. Tribb. mil. ad Veios.

K.Fabius.M.f. *M.n.* Ambuſtus. Ser Cornelius.*M.f.M.n.* Maluginenſis.
*L.Cornelius. //.f. //. n.Lentulus. Agrip.Furius. *Agrip.f.Agrip.n.* Fuſus.

Hic Lentulus pater L. Lentuli, qui legatus conſularis bello Samnitico obſeſſus cum Conſulibus ad Caudium fuit, & ſententiam de ſponſione cum hoſtibus facienda dixit: vt Liuius lib. IX. principio memorat. In qua ſententia dicit patrem ſuum hunc à Gallis obſeſſum in Capitolio vnum non fuiſſe auctorem redimendæ auro a Gallis ciuitatis. Ex cuius itaque verbis colligimus hunc Lentulum tunc ſenatorem fuiſſe. K. Fabius. M. Fabij Pont. Max filius erat, vnus ex tribus Fabijs fratribus, qui paullo pòſt bellum Gallicum concitarunt.

M. Furius. //. f. //. n. Camillus. anno. CCCLVII.
Dictator de Veientibus. //. //. //.

Triumphus Camilli curru equis albis quadrijugo clarior quàm gratior; quaſi Iouem aut Solem imitatus eſſet. Iuno Regina Veijs Romam tranſlata in Auentinum.

Captis, vt diximus, Veijs, ſenatus quatriduum ſupplicationes decreuit. Aduentus quoque Dictatoris, omnibus ordinibus obuiam effuſis, celebratior fuit, triumphoque illius omnem conſuetum modum excedente. Curru enim equis albis iuncto Vrbem inuectus eſt, quod parum ciuile viſum, triumphusque eius (vt inquit Liuius) ob eam rem clarior, quàm gratior fuit. Idem ſcribit Plutarchus. Miniatum triumphaſſe Camillum refert ex Verrio Flacco Plinius lib. XXXIII. cap. VII. non ſecus ac Iupiter Capitolinus, deorumque ſtatuæ miniari ſolent. Iunoni deinde Reginæ templum voti reus in Auentino faciendum locauit, & Matris Matutæ ædem refectam dedicauit. Atque his diuinis humaniſque rebus geſtis dictaturam depoſuit. De hoc item triumpho Val. Max lib. IV cap. I. animi moderationem Camill. laudans, quòd ſecundam, vrbe à Gallis capta, dictaturam à ciuibus oblatam, exul acceptare noluiſſet, priuſquam ſolemni iure de eo ſuo magiſtratu omnia Romæ acta fuiſſe comperiſſet. Magnificus (inquit) Camilli Veientanus triumphus, egregia Gallica victoria; ſed iſta cunctatio longè admirabilior. Meminerunt etiam triumphi huius Diodorus Siculus, & Auctor de viris illuſtribus.

ANNI. P. R. C. CCCLVIII.

Trib. mil. cos. poteſtate.

P. Cornelius. //. f. //. n. Coſſus.
P. Cornelius. //. f. //. n. Scipio.
M. Valerius. *M. f. M. n. Maximus. II.
K. Fabius. M. f. Q. n. Ambuſtus. III. Trib. mil.

L. Furius. L. f. Sp. n. Medullinus. v.
Q. Seruilius. Q. f. P. n. Priſcus. Fidenas. III.

IN Diodoro Corneliorum prænomina & cognomina vel corrupta, vel omiſſa ſunt. Legimus enim pro Publijs duobus, P. Ser. Cornelium C. ſſum, alioquin Liuianis tribunis ſatis reſpondet is auctor. At Corneliorum prænomina duplici P.P. notanda eſſe videntur in Liuianis exemplaribus, vt ſint duo Publij. Cæſonis Fabij hic tertius eſt tribunatus, non ſecundus; vt in Liuio legitur mendoſe; & ibídem reſtituendum prænomen, quod male Caius habetur.

Faliſcorum & Capenatium agri vaſtati ſunt diuerſis exercitibus, ſed his petentibus pax data eſt, cùm Faliſcis ſolis bellum reſtabat. Seditiones interim in Vrbe vehementes excitârunt tribuni plebis, partem populi Rom. Veios tansferre volentes; & ob decimatum prædæ Veientanæ exactionem, ex quibus donum Apollini Delphico deberi pronunciârunt Pontifices. Liuius, Diodorus, & Plutarchus in Camillo. *Capenatibus pax data.*

Trib. plebis

T. Sicinius ∗ L. f. L. n. Dentatus. ∗ Rogationem promulgauit, vti ſenatus, equitum, plebiſque pars dimidia Veios transferretur; duæque communes vnius reip. ciuitatis a populo Romano incolerentur. Rogationi maximo ſenatus ſtudio interceſſum fuit. Liuius lib. v. Plutarchus in Camillo.

A. Virginius ∗ A. f. A. ∗ nepos. Q. Pomponius. //. f. //. nepos.
Rogationi Siciniæ optimatum ex conſilio interceſſerunt. Liuius, & Plutarchus.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

L. Icilius ∗ Sp. f. Sp. n. Ruga. III. C. Lucerius. //. f. //. nepos. II.
L. Fuluius. //. f. //. n. Curuus. P. Pupius. //. f. //. nepos. IV.
[C. Lætorius. C. f. P. nepos.] P. Curatius. //. f. //. nepos. III.
[L. Cædicius. L. f. M. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
C. Pœtelius. Q. f. //. n. Libo. Viſolus [Q. Pœtelius. Q. f. Q. n. Libo. Viſolus.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. P. P. Coſſi. & Scipionis. trib. mil. in Faliſco.
//. //. //. f. //. n. //. M. Valerij. & Q. Seruilij. trib. mil. in Capenati.
L. Marcius. C. f. n. Rutilus. Pater primi è plebe Dictatoris.
C. Fabius. M. f. ∗ M. n. ∗ Ambuſtus. M. Albinius. //. f. //. nepos.
C. Licinius. ∗ P. f. ∗ //. Caluus.
Frater, vt opinor P. Calui P. f. tribuni militum anno ſuperiore. Horum omnium magiſtratus maiores alij recenſebuntur.

ANNI. P. R. C. CCCLIX.

Trib. mil. cos. poteſtate.

M. Furius. //. f. //. n. Camillus. III.
L. Furius. L. f. Sp. n. Medullinus. VI.
C. Aimilius. //. f. //. n. Mamercinus.
Sp. Poſtumius. ∗ M. f. A. n. ∗ Albinus. Regillenſis.

Trib. mil.

P. Corne-

P. Cornelius. //. f. //. n. Scipio. II.
L. Valerius. * L. f. L. n. * Poplicola.

DIODORVS Siculus tres edit eius anni tribunos militum, M. Furium, C. Aemilium, & tertij nomen omnino mendosè legitur Κάτλος ὅπεος. Nos Liuium ſequimur. L. Valerius nepos forſan fuit L. Poplicolæ qui X.viratum diſſoluit in conſulatu ſuo anno CCCIV.

Iuſtitiæ exemplũ ſingulare.

M. Camillus Faliſcos obſedit, & in deditionem voluntariam poſtea cepit, ob inſigne exemplum iuſtitiæ quod edidit in pædagogum proditorem liberorum Vrbis; quem nudatum, & vinctum pueris tradidit flagris ad Vrbem propellendum. Hiſtoriam diffusè Liuius, Plutarchus, & Auctor de viris illuſtribus. Val. Max. lib. VI. cap. V. Conſulem appellat Camillum, & ludimagiſtrum ſenatus decreto in Vrbem remiſſum fuiſſe narrat, incertum quóſnam ſequutus auctores; nam Plutarchus conſulatum nunquam Camillum aſſerit attigiſſe. In Aequis eodem anno varia fortuna bellatum fuit. Ex S. C. item legati miſſi in Græciam ſunt, qui * *crateram* auream ex Camilli voto decimarum prædæ Veientanæ nomine donum Apollini Delphico portarent. Qui in itinere à piratis Liparenſibus cum eſſent capti, virtute & auctoritate principis eorum Timaſithei ſunt liberati. Qui legatorum nomen, donúmque & deum cui mitteretur, & doni cauſſam • *intelligens*: verius ipſe, multitudinem quoque, quæ ſemper fermè regenti eſt ſimilis, religionis iuſtæ impleuit; adductosque in publicum hoſpitium legatos cum præſidio etiam nauium Delphos proſequutus Romam inde ſoſpites reſtituit. Hæc Liuius, & Plutarchus item. Qui ſcribit octo talentorum pondere craterem aureum miſſum fuiſſe. Liuius autem crateram auream vocat duobus in locis, ſi modò correcti ſunt codices. Sed mallem ex Nonio Marcello, craterram, legere; qui vas illud à cratera, vel cratere diſtinguit. Atqui Cicero craterram appellat vas illud ſacrum Apollinis, quod cum coruo ſuo inter ſidera tranſtulit, vt habent fabulæ apud Hyginum, & Arati commentatorem. Verſum verò Ciceronis Arati interpretis ſic citat Nonius.

• Craterram fortè legẽdum.

• Intelligens deſiderant Liuij exemplaribus, vel quid ſimile.

Craterra.

In medióq; ſinu fulgens craterra relucet.

Ex quo nomen hoc ita reſtituendum eſſe videtur libro de natura deorum II. quod idem Nonius etiam citat ex Næuij Lycurgo, & Varrone de vita pop. Rom. lib. III.

Trib. plebis.

T. Sicinius * L. f. L. n. Dentatus. II. A. Virginius. * A. f. A. * nepos. II.
Q. Pomponius. //. f. //. nepos. II. Rogationis Siciniæ actionem cùm extrahi viderent tribuni plebis legiſlatores effecerunt, vt ipſi in annum ſequentem reficerentur. Et patres hoc idem de interceſſoribus legis annisi ſunt. Itaque tribuni plebis magna ex parte iidem refecti. Principio anni de lege nihil motum ob M. Camilli præſentiam, & poſtea differendo res elanguit. Anni exitu plebs continuare legiſlatoribus tribunatum, & patres reficere item interceſſores ſategerunt. Sed plus ſuis comitijs plebs valuit, atque interceſſoribus repulſa data eſt. Quem dolorem vlti patres ſunt S. C. facto, vt coss. in annum inſequentem, inuiſus plebi magiſtratus, crearentur Liuius lib. V.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.
[L. Icilius. L. f. L. n. Ruga.] Q. Silius. //. f. //. nepos. IIII.
M. Genucius. Cn. f. //. n. Auentinenſis. V. [L. Volumnius. L. f. L. n. Flamma.]
[C. Pompilius. C. f. C. nepos.] [L. Cædicius. L. f. M. nepos.]
[L. Mamilius. L. f. L. n. Vitulus.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
C. Trebonius. * C. f. L. n. * Aſper. II. M. Minucius. * L. f. //. n. Augurinus. *

Quæſtores vrbani

Ex S.C. cum Timaſitheo Liparenſium principe, quòd legatos Romanos à piratis liberaſſet, & cum præſidio nauium Delphos, atque inde Romam proſequutus eſſet, hoſpitio inito, dona ex publico dedêre. Liuius lib. V.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſto-

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. M. Camilli. trib. mil. in Faliſco.

Pecuniam in ſtipendium militum eius anni a Faliſcis accepit. Liuius lib.v.

//. //. //. f. //. n. //. C. Aemilij. & Sp. Poſtumij. trib. mil. in Aequico.

L. Virginius. * L. f. L. n. * Tricoſtus. P. Cornelius. * P. f. P. n. Coſſus. *

P. Coſſi fortè filius, qui trib. militum conſulari poteſtate fuit anno CCCXXXVIII.

P. Cornelius. A. f. P. n. Coſſus. Pater A. Coſſi Aruinæ Conſulis anno CDX. vt indicant marmora Capitolina.

C. Marcius. * C. f. //. n. Rutilus. Patruus primi è plebe Dictatoris.

ANNI. P. R. C. CCCLX.

Conſules.

L. Lucretius. //. f. //. n. Flauus. Ser. Sulpicius. //. f. //. n. Camerinus.

ANNVM poſt decimum quintum denuò ex S. C. conſulare imperium eſt reuocatum, & creati duo Coſs. quos rectè nominant Liuius & Caſſiodorus. In Diodoro autem Ser. Sulpicij nomen mendoſum eſt. In tabulis Græcis Flauus, & Camerinus habentur.

L. Lucretius Cos. Aequos, qui Vitelliam coloniam Rom. proditione cœperant, prœlio vicit. Lege Sicinia antiquata, Veientani agri ſeptena iugera ex S. C. ciuibus agro carentibus in capita diuiſa ſunt. Atque eo munere delinita plebe nihil certatum eſt, quo minus conſularia comitia in annum ſequentem haberentur. Lib. lib. v. *Aequi victi. Veientanus ager diuiſus.*

Trib. plebis

T. Sicinius * L. f. L. n. Dentatus. III. Rogationis de transferenda Veios populi parte promulgator, quia nemo ex collegio interceſſurus erat, actionem cum ſuis renouauit. A. Virginium, Q. Pomponium tribunos plebis biennij ſuperioris, quòd gratificantes patribus rogationi tribuniciæ interceſſiſſent, die dicta plebiſcito denis millibus æris condemnauit. Lex tamen eius annitentibus ſummopere, M. Camillo auctore, patribus, non eſt perlata. Liuius lib. v. *Duo tribuni plebis propter interceſſionem damnati.*

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

C. Lucerius. //. f. //. nepos. III.   [C. Acutius. //. f. //. nepos.]
P. Curatius. // f. //. nepos. IV.   [C. Mænius. C. f. C. nepos.]
[L. Aelius. L. f. //. n. Pætus.]   [M. Silius. M. f. M. nepos.]
[Sex. Pompilius. Sex. f. //. nepos.]   [Sex. Manlius. Sex. f. Sex. nepos.]
[M. Titinius. M. f. M nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
[T. Metilius. T. f. M. nepos.] [M. Decius. M. f. M. n. Mus.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. L. Lucretij cos. in Aequico.

//. //. //. f. //. n. //. Ser. Sulpicij cos. in * ſtipendiariis.

L. Aemilius. L. f. //. n. Mamercinus. C. Sextilius. //. f. //. nepos.

A. Manlius. A. f. A. n. Capitolinus. L. Poſtumius. * P. f. A. n. * Albin. Regillenſis.

ANNI.

ANNI. P. R. C. CCCLXI.

Conſules.

L. Valerius. L. f. L. n. Potitus. M. Manlius. A. f. A. n. Capitolinus.

Abdicârunt.

Cur Manlij Capitolini dicti.

L. Valerius filius videtur L. Valerij quinquies tribuni militum. Collegam A. Manlium vocat Diodorus. Titum verò Dionyſius Halicarnaſſæus lib. I. de tempore Vrbis conditæ diſſerens. Sed M. Manlium eſſe cum Caſſiodoro teſtatur Liuius; addit enim, cui Capitolino poſtea fuit cognomẽ. A defenſo ſcilicet Capitolio, cùm anſerum ſtrepitu & clangore excitatus, Gallum aſcendentem ſaxo Tarpeio deturbaſſet. Quo facinore auitum cognomen Capitólini multò præclarius reddidit: quod quidem multò prius in ea familia fuit, quia fortaſſis Manliæ gentis domus celeberrima in Capitolio ſteterit, quæ cum ipſo ipſe poſtea damnata interijt.

Ludi magni ex voto Camilli Dictatoris facti. *Bellum cum Aequis & Vulſinienſibus.* *Fames atque peſtis in Vrbe.* *Interregnum.*

Ludos magnos hi Conſules fecêre, quos M. Camillus Dictator bello Veienti vouerat, & ædes Iunonis Reginæ dedicata eſt ab eodem Camillo vota. Bellum item in Algido geſtum cum Aequis; & cum Vulſinienſibus nouum bellum exortum. Fames & peſtilentia in Vrbe & agro Rom. fuit. Conſulibus demum morbo implicitis placuit per interregnum renouari auſpicia. Itaque ex S.C ſe magiſtratu abdicârunt. Fuêre interreges M. Furius Camillus, P. Cornelius Scipio, L. Valerius Potitus, à quo tribuni militum in annũ inſequentem creati. Liuius libro v. Diodorus belli Aequici quoque meminit.

Cens. C. Iulius. L. f. Vopiſci. n. Iulius. L. Papirius. //. f. //. n. Curſor.

In. mag. mort. eſt. in eius loc. f. eſt.
M. Cornelius Maluginenſis.
Luſtrum fecer. XVIII.

Ciuium numerus. *Cenſor C. Iulius mortuus, cui, quòd ſuffectus alius fuerat, luſtrum infelix habitum fuit.*

Luſtrum anno ante Vrbem à Gallis captam ſecundo conditum fuiſſe, Dionyſius Halicarnaſs. auctor eſt, qui ſupraſcriptos Conſules ex tabulis cenſorijs citat, cuius luſtri meminit etiam Plinius, quo cenſa fuiſſe capitum liberorum CLII. milia DLXXX. ſcribit; atque tum temporis in tota Vrbe duo tantùm milia pondo auri reperta probat, libro XXXIII. cap. I. Ex Liuio cenſorum nomina colligimus, qui hoc anno C. Iulium cenſorem deceſſiſſe dicit, & in demortui locum ſuffectum M Cornelium. Sed poſtea religioni (inquit) fuit, quemquam mortuo cenſore ſufficere, quòd eo luſtro Roma à Gallis capta eſt. Et libro nono in cenſura Ap Claudij Cæci, in oratione P. Sempronij tribuni plebis collegam C. Iulij nominat. Vrbs (inquit) eo luſtro capta eſt, quo de mortuo collega C Iulio cenſore, L. Papirius Curſor, ne abiret magiſtratu, M. Cornelium Maluginenſem, collegam ſubrogauit Plutarchus in Camillo cenſorem ingrediente menſe Iulio deceſſiſſe refert: atque id triſte portentum, & magni mali indicium vrbi fuiſſe.

Trib. plebis

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
Q. Silius. //. f. //. nepos. v. — [K. Duilius. K. f. K. nepos.]
* L. Icilius. * Sp. f. Sp. n. Ruga. IIII. — C. Licinius. * P. f. * //. n. Caluus.
[C. Titius. Sex. f. Sex. nepos.] — [M. Cædicius. L. f. M. nepos.]
[C. Curatius. //. f. //. nepos.] — [L. Virginius. L. f. A. nepos.]
[P. Furius. P. f. P. nepos.] — [C. Lætorius. C. f. P. nepos. II.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
[P. Lætorius. P. f. P. nepos.] — L. Fuluius. //. f. //. n. Curuus.

Quæſto-

Quæſtores vrbani

// // // f. // n. //   // // // f. // n. //

Quæſtores militares

// // // f. // n. // L. Valerij } coſs. in Aequico.
// // // f. // n. // M. Manlij }

L. Iulius * C. f. L. n. * Iulus.   L. Aquillius. // f. // n. Coruus.

T. Quinctius. T. f. L. n. Cincinnatus.   T. Manlius. A. f. A. n. Capitolinus.

Hic frater M. Manlij Coſ. qui poſteà de ſaxo deiectus eſt. Meminit Liuius lib. VI. L. Iulius poterit videri ex annorum interuallo filius C. Iulij cenſoris hoc anno mortui, & T. Quinctius auo L. Quinctio triumphali agricola biſque Dictatore, & patre T. Quinctio bis Coſ. ac bis tribuno militum natus.

L. Valerius. L. f. L. n. Potitus. anno CCCLXI.
cos. de Aequeis. // // //

M. Manlius. A. f. A. n. Capitolinus. ann. CCCLXI.
cos. ouans de Aequeis. // // //

Aequi in Algido priùs penè fuſi, quàm manus conſererent, Valerio Conſuli, quòd perſeuerantior cædendis in fuga hoſtibus fuit, triumphus; Manlio vt ouans Vrbem ingrederetur decretum eſt Liuius lib. V. Nos aliud de iſtis triumphis nihil reperimus.

ANNI. P. R. C. CCCLII.

Trib. mil. cos. poteſtate.

L. Lucretius. // f. // n. Flauus.
Ser. Sulpicius. // f. // n. Camerinus.
M. Aemilius. M'. f. Mam. n. Mamercinus.   Trib. mil.
L. Furius. L. f. Sp. n. Medullinus. VII.
Agrip. Furius * Agrip. f. Agrip. n. * Fuſus.
C. Aemilius. // f. // n. Mamercinus. II.

TRIBVNOS militum ſex conſulari poteſtate creatos ob eam cauſſam ſcribit Liuius, vt copia magiſtratuum eſſet reip. ſi cui eorum incommoda valetudo fuiſſet, Kal. Quinctilibus magiſtratum occepêre. At Diodorus Siculus tantùm quatuor enumerat, M. Aemilium & Agrippam Furium omittens. L. Lucretium & Ser. Sulpicium opinor Conſules biennio antè fuiſſe.

Vulſinienſes à L. Lucretio, & C. Aemilio tribunis prælio victi, & ad deditionem ſtipendio annuo imperato compulſi, quibus induciæ annorum viginti datæ ſunt. Cluſini à Gallis obſeſſi Romanorum per legatos auxilium petunt: mittuntur legati tres Fabij fratres, qui ſenatus populique Romani nomine cum Gallis agerent; ne Cluſinos ſocios populi Rom. & amicos oppugnarerit, Liuius, & Plutarchus latiſſimè.   *Vulſinienſibus victis induciæ XX. annorum datæ. Legati ad Gallos pro Cluſinis obſeſſis miſſi tres Fabij fratres.*

Trib. plebis.

L. Appuleius. // f. // nepos. M. Furio Camillo diem dixit ad populum, prædam Vo[illegible]ntariam iniquè ab ipſo diuiſam accuſans. Camillus iniuriam non ferens ſua ſponte ante iudicij diem abijt in exilium. Igitur abſens XV. millibus grauis æris ab irata plebe damnatur. Liuius libro V. Plutarchus in Camilli vita. Auctor de viris illuſtribus cap. XXIII. Val. Max. libro V. cap. III. Et vide fabulam Græcam Suidæ de hoc Camilli exilio, in voce Februarius.   *M. Camillus iniquè plebis iniuria damnatus in exilium abijt.*

// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //

C. Trebonius. * C. f. L. n. * Aſper. III.   [L. Hortenſius. L. f. // nepos.]

[C. Acutius. //. f. //. nepos. II.] [Q. Mælius. Q. f. Q. nepos.]
[Q. Romuleius. Q. f. Q. nepos.] [L. Rabuleius. C. f. C. nepos.]
[M. Terentius. M. f. M. n. Arſa.] [N. Otacilius. N. f. N. nepos.]
[Sp. Oppius. Sp. f. Sp. n. Cornicen.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
T. Sicinius. L. f. L. n. Dentatus. [L. Mamilius. L. f. L. n. Vitulus.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. L. Lucretij & C. Aemilij trib. mil. in Vulſinienſi.

Stipendium annuum Vulſinienſibus imperatum ex pacto accepit. Liuius v.

//. //. //. f. //. n. //. Ser. Sulpicij & Agrip. Furij trib. mil. in Salpinati.

L. Sicinius. * L. f. L. n. Dentatus. L. Lucretius * P. f. Hoſti. n. * Tricipitinus.
Ser. Sulpicius. //. f. //. n. Rufus. C. Sergius. * C. f. C. n. Fidenas.

ANNI. P. R. C. CCCLXIII.

Trib. mil. cos. poteſtate.

Q. Fabius. M. f. * M. n. * Ambuſtus.
K. Fabius. M. f. * M. n. * Ambuſtus.
C. Fabius. M. f. * M. n. * Ambuſtus. Trib. mil.
Q. Sulpicius. //. f. //. n. Longus.
Q. Seruilius. Q. f. P. n. Priſcus. Fidenas. IV.
Ser. Cornelius. M. f. //. n. Maluginenſis.

MENDOSE leguntur in Diodoro & in Liuio tribunorum nomina Fabios fratres eſſe M. Ambuſti filios, qui legati pro Cluſinis ad Gallos miſſi fuerant, ex Liuio & Plutarcho clarum eſt. Q. Fabium appellant vnum, reliquorum duorum prænomina ex Diodori codice licet mendoſo, & fragmentis Capitolinis poſſunt colligi, Kæſonem alterum vocat Diodorus. Is idem putatur à quibuſdam qui ter antè tribunus fuerat, & M. f. Q. n appellatur in tabulis Capitolinis, cuius item frater Numerius tribunus in iiſdem tabulis reperitur. Quos Sigonius tamen patruos horum trium fratrum exiſtimat fuiſſe, cui & ego lubenter accedo; hos enim Liuius iuuentutis Romanæ nobiliſſimos appellat, vt antea ad ſummum magiſtratum ipſi perueniſſe non videantur. Q. Sulpicio vulgata Liuij exemplaria Publij prænomen apponunt; ſed Plutarchus, & Liuiani libri vetuſti, Macrobius Saturnalium libro I. ex Gellij Annalibus, & Caſſio Hemina; item A. Gellius libro v. cap. XVII. de Allienſi die ex Verrio Flacco ſcribentes, Q. Sulpicium appellant. Maluginenſes ex gente ſunt Cornelia non Seruilia. Errârunt igitur qui P. Seruilium Maluginenſem ſcripſêre in Liuio; neque prænomen ſatis conuenit, nam Ser. Cornelium debere vocari partim ex Diodoro fit veriſimile, partim ex Capitolinis fragmentis, in quibus Ser. Cornelium Maluginenſem ad ſeptimum vſque tribunatum perueniſſe videmus; id quod ex Liuio conſtare non poteſt, niſi & hunc annum illi attribuas.

Clades ad Alliam, & Roma capta. Capitolium obſeſſum. Hoc anno fatali clade Romani a Gallis ad Alliam flumen XI. ab Vrbe lapide cæſi ſunt, Vrbs deinde capta, direpta, atque incenſa eſt præter Capitolium, quod iuuentus militaris occupauerat, atque munierat. Illudque aliquandiu obſeſſum ab hoſtibus, donec M. Camilli Dictatoris ductu & auſpicijs liberaretur. Hiſtoria latiſſimè à Liuio, Plutarcho, Diodoro, & alijs multis deſcribitur; ſed de anno Vrbis captæ eſt apud auctores controuerſia, quam & alij ſatis exactè excutiunt.

M. Furius.

M. Furius. //. f. //. n. Camillus. II. Dict.
L. Valerius. L. f. L. n. Potitus. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa.

Dum Capitolium à Gallis obſidetur in Vrbe, Camillus Ardeates, apud quos exulabat, contra barbaros Gallos, qui in eorum agros vſque prædatum excurrebant, ad arma excitauit. Atque ijs prœlio fuſis ab exercitus Rom. reliquijs, quæ ex Allienſi prœlio Veios confluxerant, in Imperatorem electus, atque etiam Romæ in Capitolio ſenatus decreto, & populi iuſſu lege curiata reuocatus ab exilio, Dictator abſens dictus eſt. Non tamen prius ab Ardea diſcedere, licet vocatus ab exercitu, imperiúmve oblatum acceptare voluit, quàm Romæ omnia de ſuo magiſtratu, & poſtliminio, populi iuſſu ſolemniter acta fuiſſe comperiſſet. Liuius, Plutarchus, Val. Maximus libro quarto cap. I. Zonaras, Florus, & alij.

M. Camillus ab exilio reuocatus Dictator iterum factus patriam Gallis caſis liberat.

Trib. plebis

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Legem de tranſmigrando Veios renouârunt, vti populus Rom. relictis Romæ ruinis, Veios in Vrbem ædificijs integram ſedem transferret. Legem diſſuaſit M.˙Camillus Dictator, & grauiſſima oratione, vt antiquaretur, effecit. Liuius in fine v. libri.

L. Marcius. C. f. //. n. Rutilus. L. Icilius. * Sp. f. Sp. n. * Ruga. v.
[K. Duilius. K. f. K. nepos. II.] [L. Aelius. L. f. //. n. Pætus. II.]
[L. Pupius. //. f. //. nepos.] M. Albinius. //. f. //. nepos.
[M. Appuleius. M. f. //. nepos.] [C. Oppius. C. f. C. nepos.]
[M'. Otacilius. N. f. N. nepos.] [M. Decius. M. f. M. n. Mus. II.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
C. Licinius. * P. f. //. n. Caluus. [M. Titinius. M. f. M. nepos.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //: n. //.

Quæſtores militares

.//. //. //. f. //. n. //. } Fabiorum & Q. Sulpicij trib. mil.
//. //. //. f. //. n. //. } contra Gallos.

L. Menenius. * L. f. L. n. * Lanatus. C. Cornelius. * Cn. f. //. n. Coſſus. *
L. Quinctius. * T. f. L. n. * Cincinnatus. L. Antiſtius. * L. f. //. nepos.

Omnes poſtea tribuni militum Cos. pot. facti ſunt.

M. Furius. //. f. //. n. Camillus. II. anno CCCLXIII.
Dict. //. de Galleis. //. //. //.

Septimus iam erat menſis quo adhuc Capitolinus obſidebatur exercitus, vt tandem famis neceſſitate coactus ſit paciſci cum hoſtibus. Mille pondo auri redimitur eorum receſſus. Sed inter ipſas pactiones Camillus Dictator ſuperueniens cum exercitu auferri aurum de medio, & Gallos ſubmoueri, armaque expedire iuſſit, ferro non auro liberandam patriam dictitans. Gallos primùm tumultuario prœlio inter ipſas ſoli patrij ruinas vicit, Vrbe expulit, & fugientes deinde via Gabina ad octauum lapidem conſequu-

Septem menſibus Roma capta Capitolinum obſidetur.

tus, grauiore prælio cecidit, proſtrauit, & caſtris exuit, vt ne nuncius quidem cladis ſit relictus. Dictator, recuperata ex hoſtibus patria, triumphans in Vrbem redijt, interque iocos militares Romulus, Parens patriæ, & Conditor Vrbis alter appellatus eſt, haud immeritò. Hæc diffuse. Liuius, Plutarchus, Diodorus & alij. Eutropius tertium hunc eius eſſe triumphum ſcribit, ſed errore librariorum ſuſpicor eſſe vitiatum codicem.

Camilli triumphus.

De Gallorum populis & origine multa Polybius, Liuius, Diodorus Siculus, Plutarchus in Camillo, & Appianus in Celtico. Ex quibus nos tantùm breuiter adducemus quibus hæc hiſtoria magis eluceſcat. Tarquinij Priſci tempore Celticam Gallorum gentem, Belloueſo duce, per alpes Iulias via reperta, tranſiſſe in Italiam, dulcedine vini, & frugum pellectos, auctor eſt Liuius. Erat autem ex Celtica hominum ferociſſima natione multitudo ingens Biturigum, Heduorum, Aruernorum, aliorumque; quæ fuſis acie Tuſcis, ampliſſimam Italiæ partem occupans haud procul Ticino flumine conſedit, & Mediolanum condidit. Neque multùm poſteà & Cenomannorum manus, Elitouio duce, tranſgreſſa, Lebuis Liguribus eiectis, vbi nunc Brixia, & Verona vrbes ſunt, regionem occupauit. Poſt hos Saluij circa Ticinum amnem nacti ſunt ſedem. Deinde Boij & Lingones Pœninas alpes ſuperârunt, & Pado ratibus traiecto, Etruſcis & Vmbris expulſis, agros intra Apenninum acquiſiuerunt. Vlterius progreſſi Senones Galli recentiſſimi (vt Liuius ait) aduenarum ad Aeſim, Rubiconem, & Aterni fluminis oſtia, vbi nunc Senogallia eſt, fines obtinuerunt. Quam gentem denique Cluſium & Romam eo anno veniſſe Liuij atque aliorum omnium opinione receptum eſt. Sed exactius hæc apud Sigonium de iure Italiæ ſtudioſus diſcere poterit.

Quinam Gallorum populi Italiam occuparunt.

Mediolanum à quibus conditum.

ANNI. P. R. C. CCCLXIV.

Dictator & Mag. equitum.

M. Furius. M. f. M. n. Camillus. Dict.
L. Valerius. L. f. L. n. Potitus. Mag. eq.
Reip. conſtituendæ, & ſeditionis impediundæ cauſſa

Hoc anno magiſtratum ex S. C. continuârunt.

OBSECRANTE ſenatu, ne remp. primùm reſurgentem in tam dubio relinqueret ſtatu (plebis enim pars maxima, tranſmigrare Veios ex Vrbis ruinis, per ſeditiones moliebatur) dictaturam per annum continuauit M. Camillus, vt Liuius, & Plutarchus auctores ſunt. Nullos igitur militum tribunos hic annus habuiſſe videtur, nec alia in hunc facta comitia fuiſſe, præter tribunorum plebis ex lege Duilia, cæterorumque minorum magiſtratuum. Cæterùm Camillus Dictator in primis Vrbem luſtrauit templis omnibus expiatis, quòd ea hoſtes poſſediſſent. Famæ, vel Aio Locutio, fanum in via Nona fieri iuſſit, quo loco antea vox à M. Cædicio audita erat Gallos aduentare. Ludos Capitolinos Ioui inſtituit, nouo ad hoc, ex ijs qui in Capitolio, atque arce habitarent, collegio creato: quòd ſedem ſuam Iupiter in re trepida tutatus eſſet. Seruatam denique bello patriam, rurſum in pace nihilominus ſeruauit, Romanum populum transferre ſedem grauiſſima oratione diſſuadens; & ſumma auctoritate prohibens, tribunis agitantibus plebem diu multumque aſſiduis concionibus, vt, relictis vrbis Romæ ruinis, Veios transmigraret. Hæc à M. Camillo Dictatore tunc ſunt geſta, quæ latiùs in fine libri quinti, & principio ſexti Liuius, & Plutarchus in eius vita explicant. Cæterùm Marliani argumentis, quibus probare conatur hunc annum dictaturæ Camilli minimè interſerendum eſſe, hìc breuiter, ne tibi lector fucum faciant, reſpondebo. Plutarchum & Liuium auctores habemus, Camillo non permiſſum fuiſſe à ſenatu, niſi anno tranſacto, dictatura ſe abdicare. Addit Plutarchus, metu ſeditionis plebeiæ hoc factum fuiſſe, contra leges, quæ ſex menſium tempus alijs Dictatoribus præſcribebant. Verba Plutarchi ſubſcribam, ἐκ τούτου (inquit) φοβηθεῖσα τὸν θόρυβον ἡ βουλὴ, τὸν μὲν Κάμιλλον οὐκ εἴασε βουλόμενον ἀποθέσθαι τὴν ἀρχὴν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ, καίπερ ἓξ μῆνας οὐδαμῶς ὑπερβάλλοντος ἑτέρου δικτάτωρος. Plutarchi hanc auctoritatem præterit Marlianus: verba autem Liuij ferè idem dicentis, intelligenda vult eſſe de tribunorum anno, non Dictaturæ Camilli: quodque ſimul cum ipſis ante huius anni Kalend. Quinctiles magiſtratu abierit, neque anno integro

Camillo dictatura continuatur.

Famæ vel Aij Locutij fanum.

Ludi Capitolini, ſtatuti.

Rogatio tribunitia de tranſmigrando Veios per Camillum antiquata.

Cur hic annus per Camilli dictaturam tranſactum factus ſit inſerendus.

integrò in dictatura permanſerit, multis contendit. In primis nō attinet in hac annua Camilli dictatura dictatorem III. ipſum notare, quandoquidem conſtat in ſecunda continuatum fuiſſe, neque abdicare permiſſum. Fruſtra igitur exemplo vtitur L. Papirij Curſoris, qui poſt primam dictaturam, in qua etiam per annum ſine Coſs. continuatus fuerat, multis annis interpoſitis Dictator iterum ſine Coſs. eſt factus, & non continuatus; atque idcirco rectè ei numerus II. adiungitur eo loco in tabulis Capitolinis; quod minimè in priore dictatura nēceſſarium fuerat, quę ipſi per annum ſequentem, vt dixi, tunc continuabatur. Ex Liuij deinde verbis docet tribunos militum eodem anno, quo Dictator factus eſt Camillus, permanſiſſe in magiſtratu ſuo tempore; cui ſententiæ nōn refragor. Non enim creato Dictatore abdicare cogebantur alij magiſtratus, ſed plenum illud imperij ius dumtaxat amittebant, reſtante idipſum Dictatore Camillo apud Liuium, & pactionem cum Gallis à tribuno militum Q. Sulpicio factam reſcindente; cùm palam negaret eam pactionem ratam eſſe, quæ poſteaquam ipſe Dictator creatus eſſet, iniuſſu ſuo ab inferioris iuris magiſtratu eſſet facta. Itaque cæteri magiſtratus permanebant quidem, ſed aduerſus iuſſa Dictatoris, nempe maximi magiſtratus, nil poterant, cùm eorum acta, ſi videretur, irrita faceret. Equidem ex Liuij iſtis verbis nihil aliud colligo, quam permanente in dictatura Camillo tribunos militum, anno exacto, ante Kal. Quinctiles huius anni CCCLXIV. magiſtratu abijſſe non habitis comitijs nouorum tribunorum militum, qui poſt ipſos inirent; quandoquidem comitia in inſequentem annum tribunos habere, quorum in magiſtratu Vrbs capta eſſet, non placuit. Abdicaſſe etiam Camillum deinde circa Kal. Februarias ſequentes finito ſuæ dictaturæ anno. Itaque rep. tunc ad interreges deuoluta, demum ab ipſo Camillo interrege nouos tribunos militum in annum ſequētem CCCLXV. creatos, qui ex interregno magiſtratum inirent. Potiò debuiſſet (inquit) Dictator habere comitia, ſi ſolus temp. eo anno poſt tribunos militum adminiſtraſſet. Et ſanè debuiſſet, ſi tam comitiorum, quàm rei gerundæ cauſſa creatus fuiſſet. Quinimò non facilè inuenies in Annalibus, lector, Dictatorem rei gerundæ tantùm cauſſa creatum habuiſſe ſimul comitia; inuenies tamen eodem anno duos fuiſſe Dictatores, rei gerundæ vnum, & comitiorum cauſſa alterum; velut anno, qui cladem Cannenſem præceſſit, contigit. Atqui feriarum Latinarum, Comitiorumque ſimul cauſſa creatum Dictatorem ex faſtis Capitolinis conſtat, etiam rei gerundæ, & ſeditionis ſedandæ cauſſa. Verùm an rei gerundæ, & comitiorum ſimul cauſſa vnus vnquam Dictator dictus fuerit, non reperio. Nam alia ad res bellicas feliciter obeundas, ſeditionésve per vim compeſcendas, quàm ad ciuilem adminiſtrationem, requirebantur auſpicia. Veriſimile eſt igitur Camillum, qui rei gerundæ tantum cauſſa dictus, & ad ſeditionem, ſummi imperij poteſtate, ſi opus foret, ſedandam continuatus erat, rebus compoſitis, & tranſacto dictaturæ ſuæ anno abdicaſſe ante ſolemne habendorum comitiorum tempus; & idcirco rem ad interregnum veniſſe, quemadmodum ſupra declaraui. Denique non adeò me mouent Liuij verba alia, quæ Marlianus adducit, dicentis magiſtratuum cura priuatorumque diligentia breui ſpacio Vrbem reſtauratam, & intra annum nouam ſtetiſſe; ſed videndum à quo tempore hic annus numerari debeat, an Vrbis captæ; an, quod credo potiùs, à tempore quo communi ſtudio, republica impenſas adiuuante, Vrbs promiſcuè ædificari cœpit: nempe poſt legem de tranſmigrando Veios ſublatam, de qua diu multumque poſt Gallos exactos ſub Dictatore Camillo concertatum fuit. Immo, quid obſtat, quo minus ab eo tempore, de quo loquitur Liuius, numerari is annus poſſit, quo Veijs reuocati S. C. ciues, qui eò ſua ſponte, & ædificandi Romæ pigritia ſe contulerant, & ad ædificandum compulſi ſunt. Tum Roma (vt ait Li- Roma reſurgens.
" uius) frequentia creſcere, & tota ſimul ædificijs ſurgere, & rep. impenſas adiuuante, & ædi-
" libus velut publicum exigentibus opus, & ipſis priuatis feſtinantibus ad effectum operis.
" Intraque annum noua Vrbs ſtetit. Sed hæc ad Marliani argumenta ſatis, quibus imperi-
" tiorum dumtaxat cauſſa, ne fallantur, reſpondi.

Dictatori magiſtratus alij parere cogebantur.

Trib. plebis

C. Marcius * C. f. * //. n. Rutilus. Q. Fabio Ambuſto tribuno militum anni ſuperioris, vt primùm magiſtratu abijt, diem ad populum dixit, ac maieſtatis reum fecit; quod legatus in Gallos, ad quos miſſus erat orator, contra ius gentium pugnaſſet. Cui iudicio eum mors adeò opportuna, vt voluntariam magna pars populi crederet, ſubtraxit. Liuius libri VI. principio. *Q. Fabius Ambuſtus reus moritur.*

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

V 3 //. //. f.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

[L. Hortenſius. L.f.//. nepos. II.] C. Sextilius. //. f. //. nepos.
[C. Claudius. C. f.C. n. Cicero.] [M'.Pomponius.M'. f. M'.nepos.]
L. Fuluius. //. f.//. n.Curuus. II. [C. Iunius. C. f. C. n. Bubulcus. Brutus]
[L. Marcius. L. f. L. nepos.] [Q. Petillius. Q. f. //. nepos.]
[C.Appuleius.C. f. //. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
L. Appuleius. //. f. //.nepos. [L. Virginius. L.f. A. nepos.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. } M. Camilli dict in* ſtipendiariis.*

P. Valerius. L. f. L. n. Poplicola. Potitus. T. Quinctius. *T. f. T. n. * Capitolinus.
L. Quinctius. *T. f. T. n. * Capitolinus. L. Horatius. //. f. //. n. Puluillus.

Maiores horum magiſtratus ſuccedent ordine ſuo.

ANNI. P. R. C. CCCLXV.

Trib. mil. cos. poteſtate.

L. Valerius. L. f. L. n. Poplicola. II.
L. Virginius. *L. f. L. n *Tricoſtus.
P. Cornelius. * P. f. P. n. Coſſus. *
A. Manlius. A. f. A. n. Capitolinus. Trib. mil.
L. Aemilius. L. f. //. n. Mamercinus.
L. Poſtumius.*P. f. A. n. * Albinus. Regillenſis.

NOMINANTVR hi tribuni à Diodoro, & Liuio: è quibus A. Manlius frater M. Manlij eſt, qui Capitolium defendit, L. Mamercinus ad quintum poſtea tribunatum, & ad ſecundum conſulatum peruenit. Hunc patrem exiſtimo L. Aemilij Mamercini Priuernatis, qui L. f. L. n. in tabulis Capitolinis ſcribitur. L. Poſtumius videtur filius. P. Poſtumij, qui ab exercitu ſuo occiſus fuit. Is perperam A. Poſtumius appellatur in Macrobio Saturnalium primo, à quo recitantur obiter tribunorum quatuor nomina, ex Gellij Annalibus, & Caſſio Hemina; vbi reſtituendus pro Virgilio, Virginius, & pro Cœlio Cornelius. L. Virginium enim & P. Cornelium appellant Liuius & Diodorus, ſed cognomen Cornelij nuſquam apud auctores exprimitur. P. Coſſi filium ſuſpicor fuiſſe, qui anno CCCXXXIIX. trib. militum fuerat.

Fœderum ac legum tabulæ reparatæ.
Dies cladibus inſignes notati.
Transfugæ in ciuitatem accepti.

Poſt ſecundam Camilli dictaturam, ex interregno, magiſtratum hi tribuni extemplo inierunt. In primis fœderum, ac legum regiarum, & decemuiralium tabulas, quæ Vrbis clade perierant, conquiri & reparari iuſſerunt. De diebus etiam religioſis, vel atris ſenatum conſuluerunt, notatique, ex auctoritate collegij pontificum, dies cladibus Romanis infames; quibus quicquam diuinæ vel humanæ rei conſtituere nefas poſtea fuit habitum; vt latius memorat Liuius, Plutarchus, Gellius libro V. cap. XVII. ex Verrio Flacco. Macrobius loco ſupra memorato, ſed apud hunc annus Vrbis conditæ adiunctus, eſt corrigendus. Eo anno in ciuitatem accepti, qui Veientium, Capenatiumque, ac Faliſcorum per ſuperiora bella transfugerant ad Romanos, agerque ijs aſſignatus eſt. Reuocati quoque in Vrbem S. C. ci-

S.C. ciues, qui Veios, occupatis ibi vacuis tectis, ædificandi pigritia ſe contulerant. Et primo fremitus fuit aſpernantium imperium, dies deinde præſtituta, capitaliſque pœna, ex ferocibus obedientes fecit. Liuius libro VI.

Reuocati S.C. ciues Rom. in vrbem.

M. Furius. //. f. //. n. Camillus. III. Dict.
C. Seruilius. //. f. P. n. Ahala. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa.

Non diu grauiter affectæ ciuitati quietem dedêre Romani nominis hoſtes. Volſci arma ceperunt ad extinguendas Vrbis reliquias. Omnes Etruriæ populi ad fanum Voltumnæ coniurârunt, Latini quoque, & Hernici ad defectionem ſpectabant. Itaque cum tanti vndique terrores circumſtarent, placuit ad ſolitum dictatoriæ poteſtatis remedium recurrere. Qui omnium conſenſu inſignitus M. Furius Camillus iam III. vt eiuſdem auſpicijs defenderetur reſp. cuius recuperata eſſet. Is aſſumpto ſibi magiſtro equitum C. Seruilio Ahala, delectu habito, iuſtitioque indicto, primum in Volſcos profectus, non procul Lanuuio caſtra hoſtium oppugnare eſt adortus, quibus per incendia non magno negotio potitus eſt. Volſcum deinde agrum cùm impune depopularetur, ad deditionem hoſtes compulit. Aequos poſtea aggreſſus, & ipſos bellum molientes, ipſorum exercitu ad Volas oppreſſo, caſtra & vrbem primo impetu cepit. Hinc aduerſus Etruſcos Sutrium oppugnantes exercitum duxit: Quam vrbem cum illi ante aduentum Dictatoris per deditionem accepiſſent, & vrbe excedere iuſſis Sutrinis, ad prædam conuerſi fuiſſent; à Camillo cum exercitu ſuperueniente, in ipſa vrbe, inter deprædandum partim capti, partim cæſi ſunt. Sutrinis itaque reddita patria integra adhuc ab omni clade belli, qua per conditiones exceſſerant. Auctores Liuius, & Plutarchus latiſſime hæc enarrant.

Varij bellorum motus. *Volſcorum caſtra capta.* *Volſci ſubacti ſe dediderunt.* *Aequi victi, & Volæ captæ.* *Sutrium bis vno die captũ, ac Sutrinis redditum.*

Trib. plebis

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C. Trebonius * C. f. L. n. * Aſper. IV. [C. Acutius. //. f. //. nepos. III.]
[L. Aelius. L. f. //. n. Pætus. III.] [Q. Hortenſius. L. f. //. nepos.]
[C. Otacilius. N. f. N. nepos.] [N. Otacilius. N. f. N. nepos. II.]
[M. Appuleius. M. f. //. nepos. II.] [L. Allienius. L. f. L. nepos.]

L. Albinius * L. f. L. * nepos. Ille fortaſſis de plebe qui plauſtro ſuo fugiens vrbe à Gallis capta Veſtales & ſacra recepit, ac Cære perduxit. Quã de cauſſa ex S. C. cum Cæretibus anno ſuperiore hoſpitium publicè factum eſt, vt Liuius libro VI. & Val. Max. libro primo.

L. Albinij pietas. *Cum Cæretibus hoſpitium publice factũ.*

[Q. Conſidius. Q. f. Q. nepos.]

Aediles

Ex S. C. in vrbe ædificantium opera & publica & priuata curârunt, exegeruntque, tegula priuatis publice præbita; & ſaxi, materiæque cædendæ, ex publico vnde quis vellet, iure dato. Liuius in fine V. & VI. principio.

Roma reſtaurata.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
M. Albinius. //. f. //. nepos. L. Marcius. C. f. //. n. Rutilus.

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. } M. Camilli dict. in Volſco, Aequico, & Etruria.
//. //. //. f. //. n. //. }

C. Fabius. //. f. //. n. Dorſo. Qui iuuenis obſeſſo Capitolio per media Gallorum caſtra, cinctu Gabino ſacra gerens, attonitis hoſtibus ob eius audaciam, penetrauit in Quirinalem, ſacra ſtatuta Fabiæ gentis ibidem facturus: omnibuſq́ deinde ſolemniter

C. Fabij pietas.

peractis

peractis, denuò ſaluus eadem via ad ſuos in Capitolium reuerſus eſt. vt Liuius libro v. & Val Max. libro primo, cap. primo memoriæ produnt. An hinc Dorſonum cognomen, quòd ſacra dorſo per hoſtium caſtra portârit, videat ſtudioſus; nam eius cognominis & conſulares poſtea reperiuntur in Fabia gente.

C. Papirius. //. f. //. n. Craſſus. M. Trebonius. //. f. //. n. Flauus.
[C. Apronius. C. f. C. nepos.]

M. Furius. //. f. //. n. Camillus III. dict. III. ann. CCCLXV.
de Volſceis, Aequeis, & Etruſceis. //. //. //.

Rebus benè geſtis Dictator tertiùm triumphans in Vrbem rediјt, longè plurimos Etruſcorum captiuos ante currum ducens. Quibus ſub haſta venundatis, tantum æris redactum eſt, vt matronis pretium ſit perſolutum, quod in obſidione Gallorum vltrò contulerant; & ex eo quod ſupererat, tres pateras aureas ſuo nomine inſcriptas in Capitolini Iouis cella ipſe dedicârit. Hæc abundè Liuius libro VI. Plutarchus in Camillo. Diodorus Siculus in fine lib. XIII. Attingunt & hiſtoriam Oroſius libro III. cap. III. & Eutropius in principio lib. II. quo loco Camillum tres ſimul triumphos egiſſe dicit; ſed intelligendus tertius hic eius de tribus populis triumphus.

Matronis Romanis aurum pretium quod in obſidione Capitolij contulerant, redditur ex manubijs.

ANNI. P. R. C. CCCLXVI.

Trib. mil. cos. poteſtate.

T. Quinctius. T. f. L. n. Cincinnatus.
Q. Seruilius. Q. f. P. n. Priſcus. Fidenas. V.
L. Iulius. * C. f. L. n. * Iulus.
L. Aquillius. //. f. //. n. Coruus. — Trib. mil.
L. Lucretius. * P. f. Hoſti. n. * Tricipitinus.
Ser. Sulpicius. //. f. //. n. Rufus.

ENVMERANTVR à Liuio & Diodoro tribunorum nomina; Verùm numerus, quintum, reiterâti honoris apud Seruilium Fidenatem in pleriſque Liuij exemplaribus librariorum negligentia prænomen eſt factum ſubſequentis tribuni L. Iulij. Legitur enim mendoſè Q. Iulius Tullus. In Diodoro rectiùs L. Iulius appellatur, ſed Seruilij prænomen mendoſè Lucius, nec minus Sulpicij Seruilius habetur. In cognominibus item non deſunt errores, quos ſtudioſus lector conferendo corrigere poterit. T. Quinctius, T. Quinctij Penni bis Conſulis, ac tribuni militum filius, ac nepos L. Cincinnati, quem ab aratro ad dictaturam vocatum diximus. L. Lucretius autem P. Lucretij bis tribuni militum filius videtur.

Aequorum agri vaſtati ſunt, Tarquinienſes ſubacti, Contenebra & Cortuoſa oppidis vi captis, atque incenſis. Capitolium Romæ quadrato ſaxo ſubſtructum, & Vrbs paſſim reſtaurata eſt frequentibus ædificijs. Liuius lib. VI.

Capitolium Romæ quadrato ſaxo ſubſtructum.

Trib. plebis

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.

De agro Pomptino plebi diuidundo fruſtra in concionibus agere cœperunt. Liuius.

[M. Titinius. M. f. M. nepos. II.] [C. Appuleius. C. f. //. nepos. II.]
[Cn. Appuleius. Cn. f. Cn. n. Panſa.] C. Sextilius. //. f. //. nepos. II.
[L. Sextius. L. f. //. nepos.] [M. Iuuentius. M. f. M. nepos.]
C. Licinius. * P. f. * //. n. Caluus. II. [L. Fulcinius. L. f. L. nepos.]
[L. Numitorius. P. f. P. nepos.] [T. Roſcius. T. f. L. nepos.]

Aediles

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

[L. Hortenſius. L. f. //. nepos.] [C. Oppius. C. f. C. nepos.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. Trib. mil. in Aequico.

//. //. //. f. //. n. //. Trib. mil. in Tarquinienſi.

Q. Publilius. Q. f. //. n. Philo. Pater videtur fuiſſe Q. Publilij quater Conſulis, qui Prætor primus è plebe factus eſt.

Sp. Papirius. //. f. //. n. Craſſus. M. Mænius. //. f. //. nepos.

M. Pœtelius. //. f. //. n. Libo. Auus M. Libonis conſularis, vt marmora indicant Capitolina. Plures horum magiſtratus adducentur ex Liuio, & alijs.

ANNI. P. R. C. CCCLXVII.

Trib. mil. cos. poteſtate.

L. Papirius. //. f. //. n. Curſor.
C. Sergius. C. f. C. n. Fidenas.
L. Aemilius. L. f. //. n. Mamercinus. II. Trib. mil.
L. Menenius. L. f. L. n. Lanatus.
L. Valerius. L. f. L. n. Poplicola. III.
C. Cornelius. C. n. f. //. n. Coſſus.

L. Papirio Liuius & Diodorus nullum cognomen attribuunt. Curſorem fuiſſe nihilominus arbitramur, qui cenſor luſtro ſuperiore fuit. C. Sergius in vetuſtioribus Liuij exemplaribus ſcribitur, velut in tertio etiam eius tribunatu in omnibus exemplaribus. In Diodoro C. Seruilius appellatur, ſed mendosè, ni fallor. Librariorum item incuria Licinius Menenius in Liuio perperam habetur, pro L. Menenio. Conſtat enim Licinius non prænomen, ſed familiæ nomen eſſe. Pro eodem in Diodoro L. Mallius habetur, & pro L. Aemilio Q. Fabius. Verùm in his Liuium potiùs ſequutus ſum, quandoquidem in xv. hoc Diodori libro tribunorum nomina mendosè admodum leguntur. C. Cornelium tamen, qui ſextus tribunorum in Liuio deeſſe videtur, hic ex eodem adiunxi, qui fortaſſe filius Cn. Coſſi bis tribuni militum antea.

Hos tribunos, vt renouarentur auſpicia, ex interregno magiſtratum occepiſſe refert Liuius. Fuere interreges M. Manlius Capitolinus. Ser. Sulpicius Camerinus, L. Valerius Potitus, à quo comitia tribunorum ſunt habita. Aedes Martis Gallico bello vota eo anno dedicata eſt, Tribus Romanæ nouæ quatuor reliquis ſunt additæ. Liuius lib. VI. *Martis ædes. Trib. Rom. aucta.*

Trib. plebis

L. Sicinius. L. f. L. n. Dentatus. Legem agrariam de agro Pomptino plebi diuidundo promulgauit. Liuius.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

C. Trebonius. C. f. L. n. Aſper. V. — M. Trebonius. //. f. //. n. Flauus.

[Q. Hortenſius. L. f. //. nepos. II.] L. Antiſtius. L. f. //. nepos.

L. Marcius. C. f. //. n. Rutilus. II. [C. Acutius. //. f. //. nepos. IV.]

L. Albi-

L. Albinius * L. f. L. * nepos. II. [M. Appuleius. M. f. //. nepos. III.]
Sp. Mæcilius. Sp. f. //. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

C. Marcius * C. f. * //. n. Rutilus. — [Sp. Oppius. Sp. f. Sp. n. Cornicen.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. } Trib. mil. in * ſtipendiarieis. *

L. Papirius. * L. f. L. n. * Craſſus. — Q. Seruilius. Q. f. Q. Priſcus. Fidenas.
Ser. Sulpicius. M. f. //. n. Prætextatus. — [Cn. Apronius. C. f. C. nepos.]

ANNI. P. R. C. CCCLXVIII.

Trib. mil. cos. poteſtate.

M. Furius. //. f. //. n. Camillus. IV.
Ser. Cornelius. M. f. //. n. Maluginenſis. II.
Q. Seruilius. Q. f. P. n. Priſcus. Fidenas. VI. — Trib. mil.
L. Quinctius. * T. f. L. n. * Cincinnatus.
L. Horatius. //. f. //. n. Puluillus.
P. Valerius. L. f. L. n. Potitus. Poplicola.

QVARTVS hic M. Camilli tribunatus eſt, non vt vulgò computatur, quintus: ſic item Ser. Cornelij ſecundus, cui idcirco numerus addendus in Liuio. L. Quinctium T. Cincinnati fratrem autumant, tribuni militum anno CCCLXVI. P. Valerium ex ſexto tribunatu eius deſcripſi, qui in Capitolinis fragmentis extat, filius eſt L. Valerij Potiti, qui Conſul cum M. Manlio: & Magiſter equitum ſub M. Camillo Dictatore II. fuit. Diodorus autem quatuor tantùm hoc anno tribunos fuiſſe tradit. Ser. Cornelium, Q. Seruilium, M. Furium, & L. Quinctium, alios quàm Liuius forſan ſequutus Annales.

Volſci & Latini victi. Satricum captum. Etruſcis cæſis Sutrium & Nepete receptum.

Ingens Volſcorum Antiatum, & Latinorum qui Volſcis ſe sociârant, exercitus ad Satricum prœlio fuſus eſt à Camillo, & Satricum ſcalis captum. Etruſci deinde Sutrium & Nepete oppugnantes ab eodem cæſi ſunt. Liuius lib. VI. Plutarchus in Camilli vita.

Trib. plebis

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

C. Licinius. * P. f. * //. n. Caluus. III. — [Ti. Pontificius. Ti. f. Ti. nepos.]
[Sp. Metilius. Sp. f. //. nepos.] — [Sex. Tempanius. Sex. f. //. nepos.]
[A. Sellius. A. f. //. nepos.] — [P. Scaptius. P. f. P. nepos.]
C. Volumnius. //. f. //. n. Flamma. — [P. Silius. P. f. M. nepos.]
[M. Pompilius. Sex. f. //. nepos.] — [C. Mamilius. L. f. L. n. Vitulus.]

Aediles

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

C. Sextilius. //. f. //. nepos. [C. Appuleius. C. f. //. nepos.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. } M. Camilli & P. Valerij tr mil.
//. //. //. f. //. n. //. } in Volſco, Latio, & Etruria.

L. Furius. Sp. f. L. n. Medullinus. M. Fabius. K. f. M. n. Ambuſtus.

Sp. Papirius. //. f. //. n. Curſor. P. Mænius. P. f. //. nepos.

Pater C. Mænij qui Conſul anno CDXV. de Antiatibus triumphauit, vt marmora Capitolina volunt. Reliquorum magiſtratus maiores ordine ſuo ſubſequentur.

ANNI. P. R. C. CCCLXIX.

Trib. mil. cos. poteſtate.

A. Manlius. A. f. A. n. Capitolinus. II.
P. Cornelius.* P. f. P. n. Coſſus. * II.
T. Quinctius.* T. f. T. n. Capitolinus. Trib. mil.
L. Quinctius //. f. //. n. Capitolinus.
L. Papirius. //. f. //. n. Curſor. II.
C. Sergius. * C. f. C. n. * Fidenas. II.

A Manlio non ſolùm, ſed etiam P. Cornelio numerus II. adijciendus in Liuio, collegæ enim antea in hoc magiſtratu fuerant. C. Sergij tertium tribunatum habebimus anno CCCLXXIV. apud Liuium. Quod ſi rectè, hoc loco ſecundum tribunatum in eodem auctore intercidiſſe veriſimile fit, cùm quinque dumtaxat tribuni militum enumerentur, primum verò tribunatum biennio antè cum L. Papirio Curſore geſſerat, cui etiam in Liuio numerus iterati honoris addendus erit.

Graue bellum Volſcum hoc anno fuit, & grauior domi ſeditio mota eſt à M. Manlio Capitolino, qui Gallos è ſaxo Tarpeio deturbarat. Is Camilli gloriæ inuidens, & plebem ſibi largitionibus concilians regnum affectare viſus eſt. Satricum colonia deducta. Liuius, Plutarchus. *M. Manlij Capitolini ſeditio. Satricum colonia.*

A. Cornelius. * A. f. M. n. * Coſſus. Dict.
T. Quinctius. * T. f. T. n. * Capitolinus. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa.

Plutarchus in Camillo T. Quinctium Capitolinum Dictatorem, non Magiſtrum equitum fuiſſe ſcribit, & ab eodem M. Manlium in carcerem detruſum. Aliter Liuius refert hiſtoriam. Bellum Volſcum ſcilicet graue per ſe, & oneratum Latinorum & Hernicorum defectione ſpeciem cauſſæ quidem fuiſſe; ſed noua conſilia Manlij compuliſſe ſenatum ad Dictatorem creandum, Creatum verò A. Cornelium Coſſum, ab eodem dictum Magiſtrum equitum T. Quinctium Capitolinum. Liuius igitur in hac hiſtoria ſatis diligens auctor à nobis probatur.

Trib. plebis

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

[L. Hortenſius. L. f. //. nepos. III.] C. Marcius. * C. f. * //. n. Rutilus. II.

L. Anti-

L. Antiſtius. * L. f. * //. nepos. II. [C. Antiſtius. C. f. //. nepos.]
[C. Apronius. C. f. C. nepos.] M. Albinius. //. f. //. nepos. II.
[L. Apronius. L. f. L. nepos.] [A. Lucerius. //. f. //. nepos.]
[L. Sextius. L. f. //. nepos. II.] [L. Cædicius. L. f. L. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
M. Trebonius. //. f. //. n. Flauus. [L. Numitorius. P. f. P. nepos.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. } A. Coſſi dict. in Volſco.
//. //. //. f. //. n. //. }
P. Manlius. A. f. A. n. Capitolinus. C. Sulpicius. * P. f. P. n. * Camerinus.
C. Manlius. * A. f. A. n. Capitolinus. A. Sempronius. * A. f. * L. n. * Atratinus.

Hi duo Manlij fratres videntur fuiſſe, quorum Publius in Capitolinis A. F. A. N. appellatur. C. Sulpicium cenſorem, & A. Sempronium magiſtrum equitum recenſebimus.

A. Cornelius * A. f. M. n. * Coſſus. ann. CCCLXIX,
Dict. de Volſceis. //. //. //.

A Coſſi Dictatoris victoria. Volſcorum ingentem exercitum in agro Pomptino prœlio proſtrauit Dictator, & caſtris hoſtium direptis, maxima multitudo capta eſt, ex Latinis, & Hernicis. Confecturus etiam videbatur id bellum, ſed malus in vrbe exortum, *Romam vocatus à senatu Dictator M. Manlium falſi conuictum in carcerem duci iuſſit.* Dictatorem ab exercitu Romam auocauit; gliſcente indies magis ſeditione plebis contra nobilitatem, duce M. Manlio, quem idcirco Dictator, fremente licet atrociter plebe, in carcerem duci iuſſit. *Maieſtatis vis.* Aduerſus maieſtatem ac imperiū cuius aut tribuni plebis, aut ipſa plebs attollere oculos, vel hiſcere non audebant. *Triumphus Dictatoris.* Dictator autem coniecto in carcerem Manlio, de Volſceis triumphauit, inuidiæque magis triumphus quàm gloriæ fuit; iactante palàm multitudine vnū defuiſſe ſuperbiæ, quòd non M. Manlius ante currum ſit ductus. *Manlius carcere liberatur.* Demùm poſt abdicatam dictaturam plebs metu libera ſæuire magis, ac tumultuari, donec ex S. C. Manlius carcere liberaretur. Quo facto non finita ſeditio, ſed dux denuò ſeditioni datus eſt. Latiſſime omnia Liuius lib. VI. & Plutarchus in Camillo; meminit etiam Diodorus Siculus.

ANNI. P. R. C. CCCLXX.

Trib. mil. cos. poteſtate.

Ser. Cornelius. M. f. //. n. Maluginenſis. III.
P. Valerius. L. f. L. n. Potitus. Poplicola. II.
M. Furius. //. f. //. n. Camillus. V. Trib. mil.
Ser. Sulpicius. //. f. //. n. Rufus. II.
C. Papirius. //. f. //. n. Craſſus.
T. Quinctius. T. f. L. n. Cincinnatus. II.

DIODORVS Siculus quatuor tantùm huius anni tribunos militum enumerat, prætericitque M. Camillum & P. Valerium. In Liuio apud Maluginenſem corrigi debet numerus, tertius enim hic eſt eius tribunatus, non ſecundus. In alijs item Liuij exemplaribus numerus, quintum, Camillo additus in prænomen abijt proximi collegæ Ser. Sulpicij; nam legitur malè Q. Seruius Sulpicius Rufus II. cum legi debeat, M. Furius Camillus V. vel quintum. Ser. Sulpicius Rufus. II.

Manlius regnū affectat piorum fauore. M. Manlius Capitolinus carceris ignominia irritatus, multitudinem in patres concitans, de regno cum infima plebe domeſticis & clandeſtinis concionibus agitauit. *S. C. vti caueant magiſtratus omnes de* [illegible] *reip.* Fit S. C. vt videant magiſtratus, ne quid ex perniciosis M. Manlij conſilijs reſp. detrimenti capiat. Tum tribuni militum, ac plebis, communicato conſilio, cum ipſa plebe, ſuiſque armis

hoſtem

hoſtem publicæ libertatis aggredi tutius iudicârunt. Dies itaque illi dicta ad populum, & affectati regni crimen, quo nullum magis inuiſum Romanis, obiectum. Quapropter populi iudicio damnatus è ſaxo Tarpeio deijcitur. Peſtis & fames in Vrbe fuit. Sutrium colonia deducta. Liuius lib. VI. Plutarchus in Camillo. Auctor de viris illuſtribus. Val. Maximus lib. VI. cap. III. Velleius, Zonaras & alij.

Manlio dies dicta ad populum.

Trib. plebis.

M. Mænius. //. f. //. nepos. Q. Publilius * Q. f. * //. n. Philo.

M. Manlium Capitolinum perduellionis, ac regni affectati reum fecerunt ad populum, eundemque conuictum, & comitijs centuriatis in luco Petelino condemnatum, de ſaxo Tarpeio præcipitârunt. Cornelius Nepos verberando necatum ſcribit. Domus eius in Capitolio diruta eſt, ac lege ſancitum, ne quis patricius in arce, aut Capitolio poſtmodum habitaret; nec quiſquam Manliæ gentis, deinceps Marci prænomine eſt vſus, quod eius familiæ decreto cautum fuit. Liuius, Plutarchus, Gellius libro XVII. cap. vltimo, qui eodem anno Ariſtotelem natum dicit.

M. Manlius populi iudicio damnatus de ſaxo Tarpeio deijcitur.

Ariſtoteles natus.

//. //. //. f. //. n. //. —— //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. —— //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. —— //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. —— //. //. //. f. //. n. //.

[Sp. Metilius. Sp. f. //. nepos. II.] P. Mænius. P. f. //. nepos.
[Q. Hortenſius. L. f. //. nepos. II.] [Cn. Apronius. C. f. C. nepos.]
[C. Furius. C. f. C. nepos.] [P. Mælius. Q. f. Q. nepos.]
[T. Romuleius. Q. f. Q. nepos.] [Q. Terentius. Q. f. Q. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. —— //. //. //. f. //. n. //.
L. Sicinius * L. f. L. n. Dentatus * —— L. Albinius. * L. f. L. * nepos.

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. —— //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. } Trib. mil. in Volſco.

P. Clœlius. //. f. //. n. Siculus. Idem videtur eſſe, quem Valerius Max. libro primo refert ob negligentiam ſacrorum flaminio abire iuſſum.
Sp. Furius. Sp. f. L. n. Medullinus. M. Horatius. //. f. //. n. Puluillus.
Q. Decius. //. f. //. n. Mus. Pater P. Decij maioris qui ſe deuouit in conſulatu, vt volunt marmora Capitolina. M. Horatium, & Sp. Medullinum tribunos militum conſulares cum P. Clœlio nobis adfert Liuius.

ANNI. P. R. C. CCCLXXI.

Trib. mil. cos. poteſtate.

L. Valerius. L. f. L. n. Poplicola. IIII.
A. Manlius. A. f. A. n. Capitolinus. III.
Ser. Sulpicius. //. f. //. n. Rufus. III. —— Trib. mil.
L. Lucretius. P. f. Hoſti. n. Tricipitinus. II.
L. Aemilius. L. f. //. n. Mamercinus. III.
M. Trebonius. //. f. //. n. Flauus.

APVD Diodorum Siculum & hoc etiam anno quatuor dumtaxat tribuni reperiuntur, & adeò incorrectè, vt vix quicquam ſani ex eo colligas. Criſpi enim (quod habet) cognomen cui tribuendum ſit non video. Fabium verò nullum hoc anno habemus apud Liuium, ſed Flauum velle dicere ſuſpicor, quod cognomen M. Trebonio tribuunt, qui ſimul cum L. Aemilio ibidem eſt omiſſus. A Liuio autem correctè enumerantur omnes, neque deſiderantur numeri, præterquam apud L. Lucretium, cuius hic eſt ſecundus tribunatus.

Multiplex bellum. Peſte adhuc durante bello Volſco, Veliternorum, & Circeienſium defectio acceſſit: ſed propter peſtilentiam eo anno exercitus non eſt eductus. Triumviri ad Nepet coloniam deducendam, & quinqueviri Pomptino agro diuidundo creati ſint. Vide Liuium libro ſexto. *Colonia Nepet.* Setinam à Romanis deducta eſt colonia, ſicut ex Velleio colligimus, qui Nepet decimo deinde anno deductam ſcribit libro primo, vbi de coloniarum exordijs agit, vbi eius hiſtoria propter annorum numeros corruptos inextricabilis apparet.

Trib. plebis

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

L. Marcius. C. f. //. n. Rutilus. III. C. Sextilius. //. f. //. nepos. III.
M. Albinius. //. f. //. n. III. [T. Iuuentius, M. f. M. nepos.]
[L. Oppius. L. f. L. nepos.] [C. Oppius. Sp. f. Sp. n. Cornicen.]
[Q. Cæcilius. Q. f. Q. n. Metellus.] [Cn. Domitius. Cn. f. L. n. Ahenobarbus.]
[M. Claudius. C. f. C. n. Cicero.] [M. Duilius. M. f. M. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[C. Apronius. C. f. C. nepos.] [C. Mamilius. L. f. L. n. Vitulus.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. } Trib. mil. in Volſco.
//. //. //. f. //. n. //. }

L. Geganius. //. f. //. n. Macerinus. Sp. Seruilius. //. f. //. n. Priſcus.
Q. Clœlius. //. f. //. n. Siculus. [Q. Mucius. Q. f. Q. n. Scæuula.]

L. Geganius quinto dein anno tribunus militum conſularis reperietur. Seruilius & Clœlius Cenſores.

ANNI. P. R. C. CCCLXXII.

Trib. militum cos. poteſtate.

Sp. Papirius. //. f. //. n. Craſſus. II
L. Papirius. *L. f. L. n.* Craſſus.
Ser. Cornelius. M. f. //. n. Maluginenſis. IV. Trib. mil.
Q. Seruilius. Q. f. Q. n. Priſcus. Fidenas.
Ser. Sulpicius. M. f. //. n. Prætextatus.
L. Aemilius. L. f. //. n. Mamercinus. IV.

QVA-

QVATVOR tantùm tribunos militum enumerat Diodorus, & mendosè; Q. Craſſum videlicet, Ser. Cornelium, Sp. Papirium, & Fabium Albnm. Qui C. Sulpicius Liuio eſt, Ser. Sulpicium Prætextatum eſſe debere ex ratione fragmentorum Capitolinorum conijcio, cuius tertium & quartum poſtea monſtrant tribunatum; quod alioquin non conſtabit, niſi hoc anno primùm ponamus. Q. Seruilius Q. Priſci Fidenatis ſexies antè tribuni filius exiſtimatur.

Ad Velitras proſperè pugnatum à tribunis militum. Prænestinis bellum indictum, quòd auxilia miſiſſent Veliternis, & Volſcis ſeſe coniunxiſſent. Liuius lib. VI. Prænestinis bellum indictum.

Trib. plebis

// // // f. // n. //
// // // f. // n. //
// // // f. // n. //
// // // f. // n. //
// // // f. // n. //
L. Sicinius. L. f. L. n. Dentatus. * II.
L. Albinius. * L. f. L. nepos. III.
[L. Iunius. L. f. C. n. Bubulcus Brutus.]
[L. Petillius. L. f. L. nepos.]
[C. Canuleius. C. f. C. nepos.]

// // // f. // n. //
// // // f. // n. //
// // // f. // n. //
// // // f. // n. //
// // // f. // n. //
P. Mænius. P. f. //. nepos. II.
[C. Icilius. L. f. L. n. Ruga.]
[L. Publilius. L. f. L. n. Philo Vulſcus.]
[L. Canuleius. L. f. C. nepos.]
[L. Rabuleius. L. f. //. nepos.]

Aediles

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
M. Mænius. //. f. //. nepos. [L. Sextius. L. f. //. nepos.]

Quæſtores vrbani

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Quæſtores militares

// // // f. // n. //. Sp. Craſſio. }
// // // f. // n. //. L. Craſſi. } Trib. mil. in Veliterno.
C. Quinctius. T. f. L. n. Cincinnatus.
[P. Pupius. P. f. //. nepos.]
C. Veturius. C. f. C. n. Craſſus Cicurinus.
[L. Mæcilius. L. f. L. nepos.]

ANNI. P. R. C. CCCLXXIIII.

Trib. mil. cos. poteſtate.

M. Furius. //. f. //. n. Camillus. VI.
A. Poſtumius. //. f. //. n. Albinus Regillenſis.
L. Poſtumius. * P. f. A. n. * Albin. Regillenſis. Trib. mil.
L. Furius. Sp. f. L. n. Medullinus.
L. Lucretius. P. f. Hoſti. n. Tricipitinus. III.
M. Fabius. K. f. M. n. Ambuſtus.

HVNC ſextum eſſe M. Camilli tribunatum apertè teſtatur Plutarchus, cui aliquot etiam Liuij exemplaria ſuffragantur. Poſtumios ſemel, licet aliquot annis interpoſitis, & Lucretium bis antea in tribunatu fuiſſe conſtat ex Faſtorum tabulis. Quapropter numeri apud eos reſtituendi ſunt ſuis locis. L. Furium ex cenſura; M. Fabium ex ſecundo eius tribunatu, quemadmodum in fragmentis extant Capitolinis, deſcripſi. Diodorus eoſdem hos cum Liuio recenſet.

Bellum Volſcum M. Camillo extra ordinem decretum; & ſorte adiutor datus L. Furius Volſci à Camillo victi.

X 2

rius collega, cuius temeritate contra Camilli ſententiam malè pugnatum eſt. Huius tamen virtute, & tempeſtiuo ſubſidio prælium redintegratur, & hoſtibus victis caſtra etiam occupantur. Bellum deinde Camillo extra ſortem cum Tuſculanis mandatum, qui tamen cùm nulla arma opponerent Romanis licet hoſtiliter venientibus, conſtanti obedientia iram eorum vincentes, pacem impetrârunt, ac ius ciuitatis inſuper meruêre. Liuius libro ſexto, Plutarchus, & Val. Max. libro VII. cap. III.

Tuſculani quomodo pacem ac ciuitatem meruerint.

Trib. plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C. Marcius. * C. f. * //. n. Rutilus. III. L. Marcius. C. f. //. n. Rutilus. IV.
L. Antiſtius. * L. f. * //. nepos. III. [C. Apronius. C. f. C. nepos. II.]
[A. Lucerius. //. f. //. nepos. II.] [Sp. Metilius. Sp. f. //. nepos. III.]
[A. Tempanius. A. f. //. nepos.] [L. Tempanius. L. f. //. nepos.]
[Cn. Sellius. Cn. f. //. nepos.] [C. Sellius. C. f. //. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[Q. Hortenſius. L. f. //. nepos.] Q. Publilius. * Q. f. * //. n. Philo.

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. M. Camilli } Trib. mil. in Volſco.
//. //. //. f. //. n. //. L. Furij. }

C. Licinius. C. f. P. n. Caluus. Qui lege ſua agraria poſt ſecundum conſulatum primus eſt damnatus. Stolonis cognomen huic attribuit Liuius, cuius rationem dat Varro libro primo, cap. I. de re ruſtica.

Ser. Sulpicius. Q. f. //. n. Longus. Pater C. Longi ter Conſulis, vt indicant Capitolini faſti.

L. Sextius. Sex. f. N. n. Sextinus. Lateranus. Strenuum adoleſcentem vocat Liuius, cuius ſpei nihil præter genus patricium deeſſet. Hic tribunus plebis cum collega C. Licinio pertinacia patribus extorſit conſulatum plebeium, primuſque ipſe Conſul è plebe factus eſt, vt Liuius & alij.

L. Aemilius. //. f. //. n. Barbula. Auus Q. Barbulæ, qui bis Cos. fuit, & de Etruſcis triumphauit, vt ex Capitolinis marmoribus conſtat.

ANNI. P. R. C. CCCLXXIV.

Tribuni militum cos. poteſtate.

L. Valerius. L. f. L. n. Poplicola. V.
P. Valerius. L. f. L. n. Potitus. Poplicola. III.
L. Menenius. * L. f. L. n. * Lanatus. II.
C. Sergius. * C. f. C. n. * Fidenas. III.
Sp. Papirius. //. f. //. n. Curſor.
Ser. Cornelius. M. f. //. n. Maluginenſis. V.

PAPIRIO Spurij prænomen addendum eſt in Diodoro & Liuio. Apud Malarigienſem numerus v. deeſt ibidem; quod colligere eſt ex ante geſtis eius magiſtratibus; & ſeptimus tribunatus poſtmodum in fragmento Capitolino occurret. Apud reliquos numeri ſatis conſtant in Liuio. Diodorus autem hoc, atque ſequenti anno tribunos enumerat octo, ſed neſcio an aliqui ex his errore, non ſuo loco irrepſerint, vt M. Fabius, & L. Aemilius hoc anno, ac P. Trebonius, & neſcio quis C Erenucius anno ſequenti.

Varij motus in Vrbe ſunt excitati propter fœnera non ferenda, & incertam famam æris alieni. Liuius lib. vi. *Seditiones in Vrbe, propter æs alienum.*

T. Quinctius. T. f. L. n. Cincinnatus. Dict.
A. Sempronius. //. f. //. n. Atratinus. Mag eq.
Rei gerundæ cauſſa.

Præneſtini, tumultuantibus in Vrbe tribunis plebis, & delectum impedientibus, inferendi belli occaſionem captantes, raptim agmine facto, peruaſtatis paſſim agris, ad Collinam portam ſigna intulêre. Conuerſis itaque ab ſeditione ad bellum externum animis, Dictator per ſummam trepidationem dictus eſt T. Quinctius Cincinnatus, & ab eodem magiſter equitum A. Sempronius Atratinus. Quod vbi auditum eſt, hoſtes terrore eius magiſtratus à mœnibus receſsêre, & non procul Allia flumine caſtra poſuêre. Inde agrum late populantes, fatalem ſe Vrbi Romanæ locum cepiſſe iactabant. Liuius lib. vi. Oroſius libro iii. cap. iii. Florus lib. i. cap. xi. Euſebius in Chronico. *Præneſtini hoſtes ad portas vſque Romæ populantur.*

CENS. C. Sulpicius. *P. f. P. n.* Camerinus. Abdicauit ob mortem collegæ. Sp. Poſtumius *M. f. A. n.* Albinus Regillenſis. In mag. mortuus eſt.

CENS. //. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //. Vitio facti abdicârunt.
Ser. Sulpicius. //. f. //. n. Rufus. L. Furius. L. f. Sp. n. Medullinus.

Creati Cenſores eodem anno C. Sulpicius Camerinus & Sp. Poſtumius Albinus Regillenſis propter incertam maxime famam æris alieni. Cœptaque iam cenſura morte Poſtumij interpellata eſt. Itaque alter abdicauit, quia collegam ſuffici, vt ante diximus, Cenſori religioſum fuit. Creati & alij, ſed vitio facti non geſſere magiſtratum. Poſt quos renouare tertiò Cenſores nefas inſtabitum eſt; nam dijs ingrata videbatur eius anni cenſura. Liuius libro vi. *Cenſus non peractus.*

Trib. plebis

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
M. Mænius. //. f. //. nepos. ii. — [Cn. Apronius. C. f. C. nepos. ii.]
Q. Decius. //. f. //. n. Mus. — [C. Volumnius. C. f. C. n. Flamma.]
[M. Pompilius. M. f. M. nepos.] — Q. Marcius. //. f. //. n. Tremulus.
[C. Mamilius. L. f. L. n. Vitulus. ii.] — [C. Sicinius. C. f. L. n. Bellutus.]
[Sex. Titinius. Sex. f. Sex. nepos.] — [C. Titius. C. f. C. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
[M. Duilius. M. f. M. nepos.] — [C. Icilius. L. f. L. n. Ruga.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

// . // . // . f. // . n. // . } T. Quinctij dict. in Prænestina.
// . // . // . f. // . n. // .

[Q. Silius. Q. f. //. nepos.] Filius primi è plebe quæſtoris.
[C. Titinius. C. f. Sex. nepos.] [Q. Antonius. Q. f. Q. n. Merenda.]
[M'. Sergius. M'. f. L. n. Fidenas.] M'. Sergij bis tribuni militum filius.

T. Quinctius. T. f. L. n. Cincinnatus. ann. CCCLXXIV.
Dict. de Prænestineis. // . // . // .

T. Quinctij dictatoris expeditio de Prænestinis victoria. Ingenti prœlio Prænestinos ad Alliam vicit dictator T. Quinctius, & bina eorum caſtra cepit. Deinde nouem oppidis, quæ hoſtium erant, expugnatis, Præneſte in deditionem accepto, Romam redijt ad triumphum, in quo etiam ſignum Iouis Induperatoris Præneſte Romam deuectum in Capitolium tulit. *Iouis Induperatoris signum.* Dedicatum eſt inter cellam Iouis ac Mineruæ, tabulaque ſub eo fixa, in qua monimentum rerum geſtarum inciſum erat, his ferè literis, vt refert Liuius.

IVPITER. ATQ. DI. OMNES. HOC. DEDER.
VT. T. QVINCTIVS. DICT. OPPIDA
NOVEM. CAPERET

Atque eiſdem verbis ex Liuio in Epigrammatum Vrbis Romæ librum hæc relata ſunt. *Liuij locus mutilatus.* Ceterùm hoc animaduertat lector, inſcriptionem iſtam in Liuio valde imperfectam, atque mutilam extare. Id quod ex Sex. Pompeio de verborum ſignificatione in voce Triens cognoſcitur; qui ex Cincij Myſtagogicôn libro ſecundo ex eadem inſcriptione plura adducit, quæ docent partem illam à Liuio citatam eſſe malè detruncatam, & librariorum, ni fallor, magis errore, quàm Liuij ipſius oſcitantia. Non tam enim admiratione, & Capitolina dedicatione dignum eſt, dictatorem pop. Rom. nouem oppida Prænestinæ ditionis haud potentis cepiſſe; quàm nouem diebus oppida nouem cepiſſe. Quod quidem ipſum in dicta T. Quinctij tabula Capitolina pulchrè expreſſum fuit: coronamque auream victoriæ cauſſa duarum librarum pondo & trientis Ioui donum dediſſe: quemadmodum Cincius illius tabulæ verba exponit. Quod etiam in Liuio non reperitur. *Epigramma tabulæ Quinctianæ reformatum.* Igitur monumentum vetuſtum rerum à T. Quinctio geſtarum hoc, tam ex Liuio, quàm ex Feſto in hunc ferè modum ſuppleri poteſt.

IVPITER. ATQ. DI. OMNES. HOC. DEDER.
VT. T. QVINCTIVS. DICT. OPPIDA. NOVEM.
DIEBVS. IX. CAPERET. X. PRAENESTE. IN
DEDITIONEM. ACCIPERET. EARVM
RERVM. ERGÔ. TRIENTEM. TERTIVM
PONDO. CORONAM. AVREAM
IOVI. D. D.

Breuiter etiam deſcribit hanc victoriam cum triumpho Eutropius in breuiario hiſtoriæ Romanæ. *alias V. C.* T. etiam Quinctius Cincinnatus, inquit, Prænestinos, qui * vſque ad Vr-„ ** ad vſque. V. C. iidem.* bis Romæ portas venerant, bello perſequutus ad flumen Alliam vicit: * & ciuitates, quæ „ ** & octo ciuitates.* ſub ipſis agebant, Romanis adiunxit. Ipſum Præneſte aggreſſus in deditionem accepit. „ Quæ omnia ab eo geſta ſunt viginti diebus: triumphusque ipſi decretus. Eadem ferè Liuius etiam de celeritate eius expeditionis tradit libro VI. T. Quinctium die XX. quàm creatus erat dictatura ſe abdicaſſe ſcribens. Quocirca non aſſentior ijs, qui ex veteribus libris ipſum duodeviceſimo die, I. vegeſimo ſecundo, vt interpretantur, abdicaſſe opinantur.

ANNI. P. R. C. CCCLXXV.

Trib. mil. cos. poteſtate.

P. Manlius. A. f. A. n. Capitolinus.
C. Manlius. * A. f. A. n. * Capitolinus.

L. Iulius.

L. Iulius. *C. f. L. n.* Iulus. II.
C. Sextilius. //. f. //. nepos.
M. Albinius. //. f. //. nepos.
L. Antiſtius. *L. f. * //. nepos.

Trib. militum.

AEQVATVS hoc anno patriciorum, plebeiorumque numerus, vt auctor eſt Liuius. Ex patribus namque creati trib. mil. P. & C. Manlij, cum L Iulio, tres reliqui plebei fuêr. P. Manlium ex ſecundo ſuo tribunatu deſcripſi, qui extat in Capitolinis fragmentis. L Iulium eundem arbitror, qui antè trib. mil. anno CCCLXVI fuit. In Diodoro Siculo quidem enumerari octo tribunos iam antè dixi, ex quibus duo forſan ſuperflui ſunt. Inſuper in hoc à Liuio diſcrepat, quòd Iulio Tiberij prænomen, Albinio Lucij tribuat, & C. Sextilium C Sextium appellet.

Duobus Manlijs, quòd genere plebeios, gratia Iulium anteibant, Volſci prouincia ſine ſorte, ſine comparatione extra ordinem data eſt: ſed eorum inſcitia, & temeritate infeliciter in Volſcis pugnatum eſt. Prænestini, cõcitatis Latinorum populis, rebellârunt. Liuius. *Malè pugnatũ cum Volſcis.* *Præneſtini rebellant.*

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

L. Marcius. *C. f. * //. n. Rutilus. V. — Q Publilius. *Q. f. //. n. Philo.
[C. Apronius. C. f. C. nepos. III.] — [M. Titius. Sex. f. Sex. nepos.]
[L. Sextius. L. f. //. nepos. III.] — [L. Rabuleius. L. f. //. nepos. II.]
[C. Canuleius. C. f. C. nepos. II.] — [Q. Canuleius. M. f. //. nepos.]
[P. Decius. P. f. P. n. Mus.] — [Q. Cæcilius. Q. f. Q. n. Metellus. II.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
P. Mænius. P. f. //. nepos. — [L. Canuleius. L. f. C. nepos.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. P. Manlij.
//. //. //. f. //. n. //. C. Manlij. } Trib. mil. in Volſco.

L. Genucius. M. f. Cn. n. Auentinenſis. [P. Seſtius. P. f. P. n. Capitolinus]
[M. Genucius. M. f. M. n. Auentinenſis.] [L. Virginius. L. f. P. n. Tricoſtus. Cælimontanus]

L. Genucius ex Conſulibus è plebe primus poſtea. Marcus frater Cn. Genucij Cos. plebei anno CCCXC. P. Seſtius nepos X. viri. L. Virginij verò pater trib. mil. anno CCCLI. fuerat.

ANNI. P. R. C. CCCLXXVI.

Trib. militum cos. poteſtate.

Sp. Furius. *Sp. f. L. n. * Medullinus.
Q. Seruilius. Q. f. Q. n. Priſcus. Fidenas. II.
C. Licinius. *P. f. * //. n. Caluus.
P. Clœlius. //. f. //. n. Siculus.
M. Horatius. //. f. //. n. Puluillus.
L. Geganius. //. f. //. n. Macerinus.

Trib. militum.

TRIBVNOS militum hoc ferè modo recenſet Liuius, præterquam, quòd ſua nos cuique adiunxerimus cognomina ab ipſo omiſſa. Sp. Furius frater, vt puto, fuit L. Furij tribuni militum anno CCCLXXIII. Diodorus Siculus quatuor tantum tribunos nominat. & pro Licinio Menenio (quem errore in Liuium irrepſiſſe cenſet Sigonius) C. Licinium Caluum poſuit. Atqui Diodorum hoc loco ſequi malo, quia Liuius paullo poſt C. Licinium magiſtrum equitum anno CCCXCV. antea etiam tribunum fuiſſe apertè teſtatur: quem non reperientes alij quidam, male Faſtis annum adijciendum inferiùs exiſtimârunt. Denique mihi hic P. Calui vel filius, vel frater videtur, eius videlicet, qui tribunus militum anno CCCLVII. fuit; & frater patruelis C. Calui Stolonis trib. pl. qui poſteà temp. cum L. Sextio collega turbauit per quadriennium. Neque enim mihi perſuadeo hunc eundem eſſe cum tribuno pl. & contra honorum gradus poſt curulem, & maximum magiſtratum minorem, & plebeium petijſſe, cùm hoc etiam indicet Liuius, de eodem cum collega tribunatum pleb. petente ſic loquens: In præſentia tribunos pl. fieri placuit, quo in magiſtratu ſibimet ipſi viam ad cæteros honores aperirent. Adfert namque apud eundem Liuium patri minor Fabia cauſſam doloris ſui, quòd iuncta impari eſſet, vtpote nupta in domo, quam necdum honos nec gratia intrare poſſet: ſcilicet quòd eius maritus C. Caluus nullum honorem curulem adeptus eſſet.

Volſcum bellum. Volſci ob diſcordiam Romanorum cum prædas agere auſi eſſent, eorum viciſſim agri latè, nullo inuento obſtaculo, à duobus exercitibus Romanis ſunt vaſtati. Liuius lib. VI.

CENS. Sp. Seruilius. // f. // n. Priſcus. Q. Clœlius. // f. // n. Siculus.

Luſtrum. fecerunt. XIX.

Eiuſdem anni principia ſtatim ſeditione ingenti arſerunt ob æs alienum, cuius noſcendi gratia Cenſores facti ſunt Sp. Seruilius Priſcus, & Q. Clœlius Siculus. Verùm, vt inquit Liuius, ne rem agerent, bello impediti ſunt. Finito bello ad tributum nihilominus coacta plebs eſt, in murum à Cenſs. locatum quadrato ſaxo faciendum. Hæc ferè Liuius lib. VI. qui luſtri more ſuo mentionem fecit nullam; quod tamen factum fuiſſe ex ratione Capitolinorum fragmentorum ſatis conſtat.

Trib. plebis.

Tributi dilatio atque inſtitui. Delectum impediendo conditiones à Patribus extorſerunt, ne quis, quoad bellatum eſſet, tributum daret, aut ius de pecunia credita diceret. Eo laxamento plebi dato, mora delectui non eſt facta. Liuius.

// // // f. // n. //	// // // f. // n. //
// // // f. // n. //	// // // f. // n. //
// // // f. // n. //	// // // f. // n. //
// // // f. // n. //	// // // f. // n. //
// // // f. // n. //	// // // f. // n. //
L. Sicinius. L. f. L. n. Dentatus. III.	[Cn. Apronius. C. f. C. nepos. III.]
[L. Petillius. L. f. L. nepos. II.]	[C. Aelius. C. f. C. n. Pætus.]
P. Aelius. P. f. // n. Pætus.	[L. Domitius. Cn. f. L. n. Ahenobarbus.]
[Q. Mucius. Q. f. Q. n. Sceuola.]	[P. Mucius. P. f. P. n. Sceuola.]
[C. Icilius. L. f. L. n. Ruga. II.]	[M. Duilius. M. f. M. nepos. II.]

Aediles

// // // f. // n. //	// // // f. // n. //
[A. Tempanius. A. f. // nepos.]	[C. Sellius. C. f. // nepos.]

Quæſtores vrbani

// // // f. // n. //	// // // f. // n. //

Quæſtores militares

// // // f. // n. //	Sp. Furij. M. Horatij.	Trib. mil. in Volſco.
// // // f. // n. //	Q. Seruilij. L. Macerini	

[P. Mælius.

[P.Mælius.P.f.Sp.n.Capitolinus.] C.Valerius.C.f.L.n.Potitus.
A.Cornelius.*P.f.A.n.*Coſſus. M.Cornelius.* P.f.M.n.* Maluginenſis.

ANNI. P. R. C. CCCLXXVII.

Tribuni militum cos. poteſtate.

L. Aemilius. L. f. //. n. Mamercinus. v.
Ser. Sulpicius.M. f. //. n. Prætextatus. II.
P. Valerius. L. f. L. n.Potitus.Poplicola.IIII.
L. Quinctius. * T.f.L. n.* Cincinnatus. II.
C. Veturius.* C.f.C.n.* Craſſus.Cicurinus.
C. Quinctius. * T. f. L. n. Cincinnatus.

} Trib. militum.

SEx item Diodorus Siculus edit trib.mil & diſcrepat tantùm à Liuio, quòd Veturium, Virginium: & C. Quinctium, C.Cornelium vocet. Numeri in Liuio quibuſdam in locis deſiderantur, vt apud Aemilium, qui quater; & Ser.Sulpicium, qui ſemel anteà trib. fuerat. L.Quinctium quoque tribunum anno CCCLXVIII. habuimus, quare miror Liuium præter morem ſuum non adiunxiſſe inter duorum quos iungit Quinctiorum prænomina notam repetiti honoris apud Lucium: hoc modo, L. II. & C. Quinctios Cincinnatos, quemadmodum anteà plerumque obſeruaſſe videmus. Similes tamen notæ librariorum imperitia vbique in exemplaribus periêre.

Cum Volſcis, & Latinis ad Satricum bis pugnauêre Valerius, & Aemilius trib. militum: poſteriore prœlio fuſi ſunt hoſtes, caſtra capta, & direpta. Perculſi hac fortuna Volſci Antiates, vrbem, & agros Romanis dedunt. Quod ægrè ferentes Latini, ex ſociorum agro, tanquam ex hoſtico, diſceſſerunt Satrico concremato. Eademque rabie Tuſculum Romanis obnoxium inopinatò inuaſerunt, oppido, præter arcem, occupato; ſed ſuccurrentibus tempeſtiuè Romanis, Latini omnes ad vnum oppreſſi ſunt. Liuius lib. VI.

Tribuni plebis.

L.* Sextius. Sex. f. N. n. Sextinus. Lateranus. C. Licinius.* C. f. P. n. Caluus. Stolo.

Horum nomina ſic produnt poſtea tabulæ Conſulares Capitolinæ. Et memorantur etiam à Liuio, Plutarcho, & alijs eodem ferè modo: ſed C.Licinio Stolonis cognomen adijciunt. Quod apud eius poſteros celebre manſit.

Legem fœnebrem de ære alieno minuendo tulerunt, vti deducto eo de capite, quod vſuris pernumeratum eſſet, id quod ſupereſſet, triennio æquis portionibus perſolueretur. Liuius, & Plutarchus in Camillo.

Legem de modo agrorum tulerunt, ne quis vltra agri quingenta iugera poſſideret, néve pecoris maioris vltra centum, minoris vltra quingenta haberet. Liuius lib. VI. Rurſus meminit legis lib. XXXIV. in oratione M. Catonis Conſulis, pro Oppia lege dicentis. Item M.Varro de re ruſtica lib. I. Plinius lib. XVIII. cap. III. Valerius Max. lib. VIII. cap. VI. Auctor de viris illuſtribus, & alij. Celebrata lex, Licinij in primis nomine, apud auctores, quod ipſemet poſtea damnatus ſua lege hac fuerit, vt ſuo loco dicemus. Erat & hoc Liciniæ caput: Ne quis legiſlator, eiúſve collega, cognatus, affinísve eam poteſtatem, curationémve accipiat, quam ipſe tulerit. Meminit Cicero in agraria ſecunda: Veterem Liciniam, dicens; atque Aebutiam eiuſdem generis nominans, quibus agrariam Seruilij Rulli oppugnat, ſemet ſua lege creantis xvirum agris diuidundis.

Sextiæ Liciniæ leges.

Legem de conſularibus comitijs tulerunt, ne tribunorum mil. comitia fierent, ſed Conſulum: Vtique alter horum de plebe crearetur. Liuius, Plutarchus, Zonaras & alij. Quæ rogationes, annitentibus aſſiduè patricijs, cùm ſæpiùs octo collegarum interceſſione ſuſtollerentur; exitu anni comitia tribunorum militum & ipſi ſimiliter interceſſione ſuſtulerunt. Eaque contentione & annis ſequentibus obſtinatè certatum eſt, adeò vt quadriennio reſp. ſine ſummo magiſtratu fuerit; comitiaque, præter ædilium, & tribunorum plebis, nulla ſint habita. Sextius itaque, Liciniusque refecti à plebe quotannis, tribunatum continuantes per decem annos, tandem pertinacia, vt leges perferrentur, euicerunt. Liuius, Plutarchus, Zonaras, & alij.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[Cn. Pupius. Cn. f. //. nepos.]	M. Atilius. //. f. //. n. Regulus.
[Voler. Publilius. Voler. f. P. n. Philo.]	[C. Popilſius. C. f. C. nepos.]
[L. Atinius. L. f K. n. Longus.]	[L. Villius. L. f. P. nepos.]
[M. Fulcinius. M. f. M. nepos.]	[A. Trebius. A. f. //. nepos.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
Q. Decius. //. f. //. n. Mus.	[C. Titius. C. f. C. nepos.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. // n. //.	//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //.	P. Valerij. L. Aemilij.	Trib. mil. in Volſco & Latio.
//. //. //. f. //. n. //.	L. Quinctij. Ser. Sulpicij.	

L. Quinctius. //. f. //. n. Capitolinus.	Q. Quinctius Q. f. //. n. Cincinnatus.
Sp. Mælius. P. f. Sp. n. Capitolinus.]	Sp. Seruilius. C. f. C. n. Structus.

Ex his tres patricij conſulares tribuni militum nobis recenſentur à Liuio, quemadmodum in ſequenti libro ſuis locis oſtendam.

AVCTORVM LOCA EMENDATA, VEL EXPLICATA ANNALIVM POPVLI ROM. LIBRO TERTIO.

Paulli Oroſij, pag. 145. A. Gellij, 145. Didori Siculi, 154. 155. 157. 161. 162. 170. 172. 174. 175. & poſt ſingulis ferè paginis. Dionyſij Halicarnaſſæi, 145. 154. 157. 160. 162. 222. T. Liuij. 145. 154. 156. 157. 159. 160. 162. 170. 178. 180. 181. 185. 188. 190. 192. 193. 195. 209. 211. 213. 220. 240. Antonij Flocci. 145. In XII. *tabulis. 148. 149. 150. 151. 153. Caßiodori. 154. 157. 158. 159. 170. 180. 181. 202. Mariani Scoti. 155. 157. 170. 181. Probi Grammatici. 157. 182. In tabulis Græcis. 159. 180. 185. 190. Corn. Taciti. 160. M. Tullij Ciceronis. 164. 172. 174. 220. Val. Maximi. 181. 189. Ioannis Cuſpiniani. 187. Interpretis Diodori. 194. Hen. Glareani. 209. L. Flori. 214. Eutropij. 226. 230. 240. Macrobij. 228.*

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER IIII. ANNAL. POP. ROM. PER STEPHANVM VINANDVM PIGHIVM, CAMPENSEM.

PRAEFATIO IN LIBRVM IIII. AD AMPLISSIMVM ET NOBILISS. VIRVM D. IOANNEM RICHARDOTVM CONSILII REGII SANCTIORIS PRAESIDEM.

Exordium à clinia.

MILITIAM quandam, vir Ampliſſime, vitam hominis in terris eſſe, Iobi iuſti ſententia prolatum ante plura ſæcula fuit, quam D. Hieronymus ad temporum ſuorum calamitates reſpiciens oraculi inſtar habuit. Iam verò quid? Ad inſtar Euangelij ſanè nobis eſſe poterit qui nunc non minoribus infelicitatum ſtragibus inuoluimur. Inſpice, precor, μικρόκοσμον tuum, internum ſcilicet ac immortalem hominem, non ſecus ac ipſus actutim in memet mentis oculos reuoco. Quàm multiplicia occurrunt prœlia? vbi non turbæ, atque pericula? Vide, ſodes, num in Roma tua, perpetratis optimatum, id eſt, ſalubrium conſiliorum cædibus, Mentis Capitolium Brennus quiſpiam cacodæmon obſideat. Is quidem rarò procul abeſt, ac in procinctu nos eſſe iubet, & excubias perennes agere. Egredere iam penetralia tui pectoris, euagare parumper. Per orbis noſtri ſanè plagas omnes pacem extorrem fruſtra quæres: vaſtitates, incendia, cædes, latrocinia, captiuitates, atque exilia nuſquam non inuenies, & miſeriarum, periculorumq́; denſa paſſim occurrent agmina. Porrò quæ iam in feris iſtis tempeſtatibus ſalus obuia? quæ firmæ in iſto pelago contra naufragium anchoræ? Reſpondet admodum verè prudentiſſimus orator ille Phocion; Opes, valetudinem, magiſtratus, honores, gloriam, imbecilles ac fragiles anchoras; prudentiam, magnanimitatem, ac fortem patientiam validas eſſe, quas nulla tempeſtas quaſſat. Atqui damnoſiſſimum cenſet eſſe naufragium Theoctiſtus, vbi perturbationibus obrutus animus ſubſidet anchora patientiæ deſtitutus. Quàm venerandum bonis hoc ſummi numinis donum, hoc ſancti Spiritus ſalutare germen patientia debeat eſſe, verbis quis explicare poterit? cùm ſine hac in iſta ſæculi noſtri militia nemo feliciter agere, nemo victor, vel in extremis vitæ periculis, euadere poterit. Pulchrè quidem ſcribit Herodotus, eſſe quendam vnicuique rerum humanarum circulum, qui ſua rotatione non permittit eoſdem ſemper agere proſperè. Cuius profectò rotæ vel euehentis, vel deprimentis, quæ doctior, ſecuriórve moderatrix inueniri poterit magnanima Patientia? cùm nimirum eſt comes Prudentiæ, amica Iuſtitię & Aequitatis, cupiditatíque cææ neutiquam famuletur. Gaudeant igitur, ac ſummo Deo gratias habeant ſemper, quorum benè natis animis generoſam viraginem iſtam indiſſolubili coniugio maritauit,

Interiora paſſionum & affectuum bella.

Alludit ad hiſtoriam Roma capta in hoc libro declarata.

Infinita temporum noſtrorum in orbe Chriſtiano calamitates

Salus vt quærenda.

Phocionis oratoris ſententia.

Theoctiſt.

Patientia laus.

Circulus rerum humanarum vnicuique.

Gaudeant benè nati.

tauit,quæ ſæuis in periculis iſtis ſuum neutiquam deſerat,inuictæ fidei clypeo militem armet, certantis in lubrico pedes firmet, vulnera & plagas ſedula curet,& ſecundiora promittens victoriæ coronam ſolicita intexat: dum turbida ad tranquillitatem, iniqua ad æquitatem patienter agendo dirigit. Nam æqui, iuſti,ſimulque voti compotem reddit ferendo, non culpando quod vitari nequit. Vt autem mea mihi in crebris difficultatibus, ac malis fuerit vſui; vt velut anima viuax deficientem animum nunquam deſeruerit; haud facilè dixero, nec oportet,oportebitve,ni fallor. Quàm verò tuæ illius præclaræ ſibi iam olim familiariter notæ virtutibus & gloriæ faueat, centum vix linguæ diſertim effarentur. Cuius vel vmbram tenuem nuper, vt nouiſti,flagranter admodum videre cupiebat. Votis mox annuêre non diu pòſt ſuperi. Videt ipſam felicem,ac alacrem: & læta quidem amplexatur, ſed velut vmbram in vmbra. O fluxum,ô breue gaudium,vix horula indulta eſt.

Patientia victrix voti compotem reddit militem ſuum. Aequi compos.

Probat exemplis familiaribus.

Tantali pomum.

Ipſam etenim nox atra cauis tecum abſtulit vmbris, nil præter ſuſpiria nobis hîc relinquens. Mea tamen me more ſuo ſolari non ceſſat ad aurem blandè cantillans Theognideis iſtis verſibus:

Οὐ δύναμαί σοι θυμὲ παρασχεῖν ἄρμενα πάντα.
Τέτλαθι. τῶν δὲ καλῶν οὐχί σὺ μοῦνος ἐρᾷς.

Sentit æger animus datam medicinam. Nec enim fuimus ignari malorum priùs,amorque noſter cæcus ſæpe nocitura ſolet amare: vti placeat admodum Heracliti ſententia,qua prudenter cenſet,haud bonum eſſe, contingere hominibus omnia quæ cupiunt. Durat igitur hæc mea,& ad mala fortis perſtat. Interim eius amor tui memoriam abſentis vſque renouat,

Cupita ſæpe nocens.

Amor memoriæ flabellum.

Serica verſato dum ducit ſtamina fuſo,
Vel laſſat niueas pendula tela manus.

Sic liceat obiter Naſonis poëtæ verſus amœnos immutare, culpaque deterere ingenij. Telam intellege, peplum illud quod tibi,tuæque nuper texuit, vt obſeruantiæ ſuæ pignus aliquod offerret, tuam inuiſere cupiens. Quod quidem eius munuſculum gratum habeas,fronteq; ſerena, qua noſtra ſoles ſemper,accipias obſecro. Patientiam verò bellam,atque iucũdam,repulſa triſtem, atque deformem ablegare, & ad nos remittere, ſat ſcio tuæ non eſſe humanitatis. Maneat igitur quamdiu volet, & optato contubernio fruatur veſtro, ſi qua in re vſui,vel ſolatio poterit eſſe. Nec inuenies in eius arte lanificióve; niſi tibi,tuæque gratum,ac vtile. Intuere pepli laborioſi hieroglyphica recondita,& ex ijs diſce, te diuino ductu, tuæque Patiẽtiæ ſollicitudine victorem hactenus periculorum omnium ingruentium tam domi, quàm foris fuiſſe. Non fabulas oſtendet,ſed veram rerum Romanarum hiſtoriam: in qua noſtri temporis viuam quandam imaginem ferè recognoſces. In maximo,& clementiſſimo Rege noſtro Philippo Catholico,laudatiſſimi herois M. Furij Camilli virtutes conſidera, feruentem ſcilicet in Deum ac ſuos amorem, generoſam animi moderationem,ac eximiam iniuriarum tolerantiam. Camillus poſt illuſtres victorias,& magna ſua in remp. merita ab ingrata ſuperbaque plebe gubernaculis & patria pulſus indignè, nil aliud vltionis in exilium abiens à ſuo Ioue Capitolino precatus eſt, quàm vt primo quoque tempore deſiderium ſui ingratæ Romæ faceret, ſi innoxio ſibi damnationis iniuria fieret. Votis tam moderatis mox cælitus annuit Aſtræa, vt hoc vetuſto more proferam, atque ipſis non diu pòſt ſatisfactum eſt. Roma namque Gallorum turbine capta, direpta,atque inflammata,vnius exulis ſui auxilium implorare,damnationem reuocare,atque illi ſoli abſenti dictaturam, ſummumq; imperium offerre cogitur. Qui fortuna publica quàm ſua mæſtior, atque iniuriarum immemor, imperio

Peplum Palladium laborioſæ patientiæ munuſculum.

Patientiam repellere barbarum eſt.

Pepli hieroglyphica.

M. Furij Camilli comparatio cum Philippo Rege Catholico.

M. Camilli votum.

Iuſtitia caleſtis.

M. Camilli merita in patriam ingratam.

imperio accepto, patriam ab hoſtibus non ſolùm repentè liberauit, ſed diſcordijs deinde diuulſam atque collapſam, reuocatis ſummo labore in cõcordiam ordinibus, erexit, & æqui iuris compotem, virtutibusq́ue reuireſcentem reliquit.

Aequi compos Roma.

Rex Philippus ingenita ſui animi mãſuetudine plebis temerariæ contumelias & iniurias obliuiſcendo Belgicam ſuam non à Brenno quopiam Gallo captam, ſed à Briario centimano Gigante ſubiugatam ſtuprari, & euiſcerari, quàm maximè dolet. Hanc non ardentiùs armis ſibi vindicare cupit, quàm obnixiùs, mitioribus pacis æquiſſimæ pharmacis oblatis ad ſanitatem reuocare, primæque ſuæ felicitati reſtituere.

Regis Philippi erga ſuã Belgicam clementia.

Quid iſta patientia gratioſiùs? Quid ea pietate benignius in terris æuo noſtro? Maximos victoriarum ſuarum fructus eſſe putat, diuinam maieſtatem illæſam ſeruare, eius cultum priſtinum Titanica nefariorum hominum audacia reiectum ac conculcatum reducere & reſtaurare: ſuam verò maieſtatem beneficijs potiùs, quàm pœnis & ſupplicijs auguſtiorem reddere.

Victoriarum maximi fructus.

Verùm enimverò præcipuos inter eius temporis Romanos principes, quos in noſtro peplo reperies, virtutum ac rei bellicæ gloria non minùs, quàm antiqua nobilitate generis excelluit. Plura quidem mi Richardote, huius generis parallela inſignia ex peplo proferre, & ad æquilibrium reducere, vt longum eſſet, ita nec huius eſt loci, nec temporis; & inuidioſæ ſolent exactæ ſingularum conditionum comparationes eſſe. Confer dumtaxat, quæſo, ſtatum eius antiquæ, ac rudis reipublicæ cum hac noſtra, quę ſibi nunc politiſſima videtur. Atque vtinam ex parte quapiam rectè poſſet æquiparari: vtinam nullæ præter tributa, fœnora, pauperiem, ac ſeruitutes forent querelæ. O ſuperi, ſalutaria pacis atque felicitatis publicæ, fundamenta ſubuerſa periêre; animorum videlicet in vna ſancta religione catholica conſenſus, & maieſtatis iuſtitiæq́ue vigor: ſine quibus nec domus, nec ciuitas ſalua diu ſtare poteſt. Hinc animorum orta diſſidia, contemptus legum ac magiſtratuum, ſeditionum atque bellorum ciuilium, incendia ex iſto barathro prorupêre.

Reip. Belgicæ quàm perditus ac afflictus ſit ſtatus.

Quæ ſint fundamenta pacis atque felicitatis publicæ.

Prudenter admodum dixit Arceſilaus, teſte Thucydide, vbi pharmaca multa, multique medici ſunt, ibidem & morbi abundant: ſic vbi leges multæ ſunt, ibi & iniuſtitia maximè regnat.

Arceſilai pulchrũ dictum.

Nunc adde precor, quod rerum exitus docet, vbi religiones multæ, legumq́ue auctores multi ſunt, ibi & controuerſiæ legum infinitæ, quas iniuſtitiæ tyrannis vſque ſequitur.

Vbi religiones multæ, legiſlatores multi.

Animorum enim morbi multi ex religionum opinionumq. diuerſitate nati, doctrinam, ac diſciplinas corrumpunt; variantq́ue ſemper leges, nec ſtabiles eſſe ſinunt: Huic autem incommodo cupientes occurrere legiſlatores prudentiſſimi plures, quamuis Chriſtianæ pietatis luce carentes, non dubitarunt, omnem peregrinam doctrinam à patria religione diuerſam & alienam reijcere, & eliminare: ſicut & Hippodamus apud Io. Stobæum de conſtituenda republica Pythagoricè diſſerens declarat elegantiſſimè.

Varietatẽ religionum in benè conſtituta rep. ſemper improbatam fuiſſe.

Cuius rationes, ne nimis longi ſimus, per compendium quàm breuiſſimè potero, quia ad rem faciunt, complectar. Ciuitatem quamuis, atque politicam omnem communionem lyræ ſimilem eſſe dicit; cuius omnis virtus, vt in concentu decenti eſt, ita & ciuitatis in doctrinæ, legum, & conſuetudinum concordia ac vnione conſiſtit. Quemadmodum enim per hæc tria quilibet homo probus, & honeſtus; & hiſce deficientibus, improbus & inhoneſtus euadit: ita & omnis politica conſtitutio horum trium concordia vel diſcordia, aut benè aut malè ſe habebit.

Ciuitas lyræ ſimilis.

Quæ bona vtriuſque conſtitutio.

Quæ ſanè tria congruere in honeſto, iuſto, atque vtili debet; & quantum fieri poteſt, in omni actione eò dirigi, vt nunquam diſcordent. Nec vtile quippiam habendum erit, quod non æquè ſit honeſtum atque iuſtum: quo ciuitas conſona, partibusq. ſuis concinna maneat. Corrumpi autem tradit & lyræ muſicum concentum, & ciuitatis concordiam ſæpe, vel interno vel externo

Quæ vitia vtriuſque.

Inæqualitatis incommoda.

quopiam vitio. Internum verò lyræ eſt, materiæ atque membrorum iniqua proportio; ciuitatis item, opum nimia inæqualitas, ex qua diuitum luxus, & ſuperbia, pauperum inuidia, oppreſſio, atque querelæ naſcuntur. Hinc demum tyrannis, ſeruitus, atque ſeditio, ciuitatum extremæ calamitates prodeunt.

Peregrinarum doctrinarum, atque opinionũ pericula.

Externo ſanè vitio lyra laborat, cùm chordæ diſſonæ ſunt, vel imperiti huic applicantur digiti: ciuitas autem, cùm peregrini doctrina legibus, ac moribus diſſimiles atque deteriores temerè & imprudenter in ea recipiuntur: quorum continua conuerſatione maiorum doctrina, leges, & conſuetudines, ſenſim, ac tacitè corrumpuntur, atque mutantur,

Principes & magiſtratus digiti ſunt in muſicali lyra.

principum atque magiſtratuum, vel imperitia, vel incuria; qui digitorum in iſta lyra quodammodo munus obeunt. Horum prima debet eſſe cura, conſonantiam religionis, doctrinæ, legum, morum, ac conſuetudinum, exactam inter ciues conſeruare. Quaprotter opus eſſe tradit Hippodamus, vt ciuitatum principes, rectorésve ſedulò curent; ne peregrinorum, aduenarúmve mercatorum prauis opinionibus, atque moribus ciuitas inficiatur; & à maiorum doctrina, legibus, ac moribus alienetur. Et maximè obſeruandum eſſe putat, an ſecundùm leges atque patrios ritus doctrina religionis vna vbique doceatur; ſine qua nec leges, nec conſuetudines maiorum probæ conſeruari in ſuo ſtatu poſſunt.

Examẽ & inquiſitio neceſſaria in magna ciuitate.

Examinandi ſunt igitur, atque excutiendi ſophiſtæ doctores diligenter aliquando, num quas falſas, atque improbas de rebus diuinis opiniones profiteantur, & animis ciuium inſinuare conentur. Etenim haud leuia, ſed maxima ſæpiùs incommoda ſublimium rerum diſſertationes ſophiſticæ plebeijs animis ſuggerere, necnon publicæ ſaluti pericula magna creare ſolent: ſi quid præter commune iudicium, atque ritus maiorum in diuinis, humaniſve rebus eius generis doctores innouare fuerint auſi.

Noua fronte prima placent.

Nouis enim quarumcunque diſciplinarum traditionibus rude vulgus facilè capitur. Quarum dulcedine multi ineſcati, mox inſtituta vetera quæque faſtidiunt. Hinc inobedientia, legum magiſtratuúmque contemptus, atque tandem ſeditionum ſemina naſcuntur. Quàm verè, quamque prudenter hæc Hippodamus Pythagoræus ſcripſerit, quilibet hiſtoriç veteris non prorſus ignarus animaduertere poterit. Occurrunt enim vbique gentium exempla in Græcorum, aliarumque gentium hiſtorijs, ac in primis illuſtriá in Romani imperij annalibus. Quæ clarè demonſtrabunt Hippodameiæ iſtius lyræ concentum ciuitates ac populos plures ad potentiam & imperia magna feliciter ſæpe prouexiſſe; diſſonantiam verò calamitatum exordia, magnasque rerum publicarum ruinas ſemper attuliſſe.

Galliarum & Germaniæ calamitates præſẽs, ex religionum diſcordia.

Contemplemur, agè, præſentem Galliarum, atque Germaniæ florentiſſimarum olim prouinciarum faciem, quantæ rerum mutationes, noſtra patrumque memoria in hiſce prouenerint ex ſimili politicæ lyræ diſcrepantia: dum religionis doctrinæ prauorum principum, atque magiſtratuum culpa temerè, quorumuis impiorum hominum arbitratu refinguntur. O quanta bellorum ciuilium incendia ex doloſis diſſentionum ſimilium ſcintillis excitata fuêre! Nec apparet adhuc malorum exitus aliquis, inter eos populos, quamuis, iam expirante recta religione Catholica, Chriſtianæ reip. interitum præ foribus eſſe, barbaricum iugum ceruicibus ſuis impendere videant.

Quærit Patiẽtiam in tot malis vĩdicẽ.

Sed quæ maximi principis, vel conſiliarij viri Patientia beata diſſolutam adeò rerum publicarum maceriam ſolidare, tot magnæ molis parietes caducos erigere atque fulcire, quæſo, poterit, & de malorum infinitis monſtris iſtis triumphum reportare? Herculei pectoris atque animi ſit oportet. Et hæc ſupremi numinis fauore fulta, pietatem iuſtitiamque ne deſerat, publicum bonum damno quouis ſuo præferat, iniurias multas ferat & condonet, neceſſe eſt. Nec aliam rebus noſtris ſuccurrere poſſe, cogar, prô dolor, omninò

omnino credere; niſi maximus ex machina Deus Pacator breui nobis appareat. Huî quò delabor ad caſſas iſtas querelas? Eia, ne deficias, Spes animulæ meæ; quin potiùs tutelam tuam longè nunc peregrinantem domum reuoca Patientiam. Quapropter oportet, patrone digniſſime, vt huic noſtræ redeundi properè domum à tua commeatus detur: ne Spes mea miſella ſine comite debilis in iſta conflictatione periclitetur. Tua verò iamdiu malorum victrix, tibi læta felixque ſemper præſtò ſit, ſuperi faxint: & vt qualecunque pignus oblatum obſeruatricis ſuæ boni conſulat, abſentisque patrocinium, ſi quando fortuna volet, pro ſua humanitate captet, & non deſerat, maiorem in modum precor, & obteſtor. Vale, & viue diu felix, meque vti amas, amare perge. Sanctis è Traiana colonia pridie Kal. Octob. Ann. Sal. noſtr. ∞. D. XCVII.

Reuocat patiẽtiam ſuam, & concludit.

CHARACTER
AEQVI. COMPOTIS. LIB. IIII.



IAMQVE. PATRVM. ET. PLEBIS. CONCRETO. CORPORE. ET. AEQVI. COMPOS. ROMA. CAPIT. VIREIS. ET. FORTIA. MEMBRA. QVADRVPEDIS. LEGVM. MODVLATO. CARMINE. VERSAT.

ARGVMENTVM. LIBRI. IIII.

AEQVI. COMPOS. *Liber annalium Rom. quartus annorum* XXXVII. *hiſtoriam continet, incipiens ab anarchia, vel magiſtratuum curulium illa ſolitudine quadriennali, qua plebs per ſuos tribunos pertinaci contentione honorum atque bonorum æquitatem quandam patricijs extorſit. Nec diſcordiarum in vrbe toto ferè nouennio finis vllus, donec M. Furius Camillus Dictator* V. *factus conditionibus demum ordines reconciliauit; ita vt, legibus de fœnorum, agrorumque modo perlatis, plebi à patribus Conſulem, & è diuerſo patribus à plebe Prætorem iuris dicundi, &*

Anarchia quadriennalis Romæ.

M. Furius Camillus auctor concordiæ.

 duos

duos ædiles curules patricios impetraret. Qua in extrema concertatione, cùm res ad nouam propè ſeceſſionem, terribileſque certaminum minas deueniret, atque dictatoria

Eius vota. *maieſtas læderetur: Ioui ludos magnos, & Concordiæ ædem Camillus vouit. Exor-*

Nouorum magiſtratuum deſcriptio. *dium igitur præturæ, & ædilitatis curulis ordine ſuo deſcribitur, & quàm perampli temporum progreſſu magiſtratus ſint facti, demonſtratur. Qui tamen non adeò diu apud ſolos patricios permanſère. Nam in hos etiam ſenſim plebeij honorum inæqualitatem non ferentes ſemet ingeſſerunt. Ordinibus reconciliatis, & concordia domi par-*

M. Camilli mors. *ta, non diu pòſt M. Camillus peſte moritur, & peſtis auertendæ cauſſa Lectiſternium in Vrbe tertium celebratur, & ludi ſcænici primi facti ſunt. Dehinc populi cenſus eſt*

M. Curtius eq. Rom. pro patria ſe deuouens. *actus, & luſtrum Vrbis vigeſimum cenſores condidere. M. Curtius eques Rom. pro patria ſe deuouit, medioque foro ſeſe in apertam terræmotu voraginem armatus cum equo præcipitauit. Tribunos militum ad legiones populus primùm creare cœpit, cùm*

T. Manlij Torquati pietas in durum patrem. *Imperatores priùs eos deligere ſolerent. Inſignis T. Manlij, qui poſtea Torquatus dictus, pietas in durum, & ſeuerum patrem narratur; vt memorabili, & rara quadam audacia ipſum reum ab accuſatore Tribuno plebis vindicarit. Galli Romam denuo cupientes oppugnare vincuntur à T. Quinctio dictatore via Salaria ad Anienis*

Eius duellum cum Gallo. *pontem, vbi T. Manlius iam dictus trib. militum in ipſo ponte prouocatorem barbarum duello victum proſtrauit & occidit: & aureo torque detracto, Torquati cogno-*

Tribus auctæ. *men primus accepit, & in familiam ſuam propagauit. Tribûs Romanæ, Poblilia & Pomptina adiectis, augentur. Cum Tarquinienſibus bellatum, à quibus* CCCVII. *captiui milites Romani fuerant immolati, quibus poſtea victis, talio redditur; nam ex ingenti captiuorum numero nobiliſſimi* CCCXLVIII. *delecti Romam mittuntur, qui*

Petillia & Manlia leges. *populi iuſſu in foro virgis cæſi, & ſecuri percuſſi ſunt. Petillia de ambitu prima, & Manlia in caſtris de viceſima manumittendorum leges latæ ſunt. C. Licinius Caluus*

Dictator è plebe primus. *Stolo lege ſua agraria, quam ipſe tulerat, primus damnatur. C. Marcius Rutilus primus è plebe Dictator inuitis patribus dictus poſt deuictos Etruſcos ſine patrum auctoritate populi iuſſu triumphum obtinuit. Cum Samnitibus per legatos amicitiam petentibus initum eſt fœdus. Inclinatis ad concordiam animis, P. Poblicola & C. Mar-*

Res fœnebris temperata. *cius* COSS. *è ſenatu* V. *viros menſarios crearunt, qui rem fœnebrem perpetua diſſidia nutrientem temperarent æquitate, & pauperes vſuris oppreſſos ſubleuarent. Faliſcis*

Cenſor è plebe primus. *atque Tarquinienſibus bello ſubiugatis, induciæ datæ. C. Marcius tribunorum plebis auxilio primus è plebe cenſor eſt factus cum Cn. Manlio Capitolino qui luſtrum condidère* XXI. *M. Popillius* COS. *Gallos in agro Latino inſigni prœlio vicit, & de ijs*

M. Valerij Maximi duellum cum Gallo. *triumphauit, & M. Valerius Maximus trib. militum prouocatus cum corui auxilio Gallum viribus & corporis mole ſuperiorem duello victor trucidaſſet, Corui cognomen adeptus eſt, vnde poſteri eius Coruini ſunt appellati. Cum Pœnorum legatis amicitiam petentibus eſt fœdus ictum. Vnciarium fœnus in ſemiunciarium redigitur.*

Ludi ſæculares iterum. *Celebratique ſunt ludi ſæculares ſecundi anno poſt Romam conditam* CDVII. *Iudicia populi in fœneratores acerba facta ſunt, ædilibus accuſantibus. Cur bella grauiſſima*

Samnitici belli origo. *quæque faſtis annotari ſoleant declaratur, & Samnitici belli grauiſſimi prima origo, quod ijs indictum fuit populis, quòd cum legatis Romanorum ſuperbiùs egiſſent, & parcere Campanis eorum dedititijs noluiſſent. A Cornelio Coſſo* COS. *inſignis, & in-*

P. Decij trib. militum virtus. *ſperata eſt victoria parta, prudentia & virtute P. Decij tribuni militum. Is itaque & eius collega M. Valerius Coruus primi Romæ de Samnitibus triumpharunt, potenti quidem ex populo, ſed in ingenti bellorum materia. C. Marcius* COS. *cum præſidiariorum per Campaniam militum de Capua occupanda conſilia detecta pruden-*

Legionum ſeditio. *ter præuertiſſet, & coniurationem miſſionibus impediſſet; ingens legionum ſeditio per Latium ad Vrbem vſque graſſatur. Aduerſus quas M. Valerius Coruus Dictator creatus, cum exercitu nouo proficiſcitur: ſed vbi ad colloquium primo congreſſu ventum eſſet, eius oratione tempeſtiua, ſine ſanguine ab armis diſceſſum eſt. Samnitibus pacem petentibus fœdus redditum eſt. Volſcos rebellantes C. Plautius* COS. *vicit,*

& Priuer-

& Priuernum cepit; cuius victoriæ ob memoriam à poſteris cuſi nummi decla- Priuernates victi.
rantur. Nouum bellum cum Latinis, Campanis, & Sidicinis propter Samnites Bellum Latinum.
fœderatos Romanis ortum eſt, ac non ſine multo ſanguine geſtum. Nam Latium om-
ne quaſi cum Campanis aduerſus Romam coniurarat. Funeſto tamen ad Capuam
prælio victor Romanus fuit, ante quod T. Manlius Torquatus COS. *filium pro-* T. Manlij Torquati ſententia in filium.
prium, quod aduerſus imperium extra ordinem cum hoſte pugnaſſet, quamuis vi-
ctorem, & ſpolia referentem, confeſtim capite punit, & ſecuri percuti iubet. P. De-
cius eius collega in ipſo prælio pro exercitu & patria ſeſe lubens dis manibus deuo- P. Decius COS.
uit, ac ſtrenuè pugnans occubuit, cùm eius ſiniſtrum cornu ſuccumbere videretur. in prælio pro patria ſe deuouit.
M. Valerij Corui curules magiſtratus viginti vnum recenſentur. T. Manlius Tor-
quatus COS. *de Latinis, Campanis, Sedicinis, & Auruncis præclarum triumphum*
duxit. Itaque ſitus, ac nobilitas deuictæ Campaniæ deſcribitur obiter; & qui-
nam Sidicini, Auſones, & Aurunci populi olim fuerint. Q. Publilius plebeius Di- Leges pro plebe.
ctator dictus, plures pro plebe leges nobilitati aduerſas tulit, à quo Latini ob agrum
ademptum rebellantes denuo victi ſunt, & Caſtris exuti. Ceterùm anni ſequen-
tis COSS. *L. Furius Camillus, & C. Mænius belli iſtius triennalis reſidium confe-*
cère, vniuerſo Latio cum Tiburtibus, & Volſcis Antiatibus, vel vi, vel volun- Latini & Volſci ſubacti.
taria deditione in poteſtatem redacto. Cuius ob cauſſam victoriæ non ſolùm bis
triumphus decretus, ſed etiam, ſtatuæ equeſtres in foro Romano poſitæ ſunt, &
roſtris nauium Antiatibus Volſcis ademptarum, Roſtra ſuggeſtum in foro extructum,
ac adornatum eſt, anno poſt Romam conditam. CDXV.

T. Liuio, Flauio Vopiſco, Eutropio, Sex. Victore, Caſſiodoro, Capitolinis Faſtorum marmoribus, L. Floro, Diodoro Siculo, Columnis triumphalibus Capitolinis, C. Plinio maiore, Plutarcho, Auctore de viris illuſtribus, Q. Claudio Quadrigario, Polyæno, Appiano Alexandrino, Ouidio poëta, Io. Zonara, Mariano Scoto, Tabulis Faſtorum Græcis, Suida, M. Meſſalla augure, A. Gellio, C. Sempronio Tuditano, M. Cicerone, Augurum libris, M. Varrone, Victorino, Pomponio Iuriſcons. Cenſorino, Aſconio Pædiano, Sex. Pompeio Feſto, L. Cæſare, Edictis pratorijs, Valerio Probo, Dione Caſſio, Verrio Flacco, Diario Romano antiquo, Iuſtiniano, Saluio Iuliano Iuriſcons. Iuuenale poëta, Polybio Megapolitano, Velleio Paterculo, Nummis antiquis, Cornelio Tacito, Seneca philoſopho, Licinio Macro, Aelio Tuberone, Pandectis, Claudiano poëta, Virgilio poëta, Paullo Oroſio, Valerio Maximo, D. Auguſtino, M. Catone, Sextio, Iulio Solino, Seruio Grammatico, Iulio Frontino, Cornelio Nepote, Suetonio Tranquillo, Commentarijs X. virum, Macrobio, Niſo, Quinctiliano, Stephano Buzantio, Euſtathio Commentatore, Dionyſio Halicarnaſſæo, Io. Tzetze Gram. Iuba Rege, Cuſſonio, Caſſio Hemina, Priſciano Gram. Marmorum titulis antiquis, Itinerario populi Romani, Phlegonte Tralliano.

AEQVI.

AEQVI. COMPOS LIBER. QVARTVS ANNALIVM. STEPHANI. PIGHII CAMPENSIS

ANNI. P. R. C. CCCLXXVIII. ET TRIVM SEQVENTIVM ANARCHIA.

L. Sextio. Sextio. f. N. n. Sextino. Laterano, & C. Licinio. C. f. P. n. Caluo tribunis plebis, comitia per interceſſiones tollentibus, quadriennio magiſtratuum curulium ſolitudo fuit in Vrbe: Nec antè inter nobilitatem & plebem diſſentiones ſublatæ ſunt, quàm IX. inde anno, quo M. Furius Camillus Dict. V FACTVS. EST. Qui reconciliatis demum ordinibus, Concordiæ ædem ex S. C. poſuit, ET. DEDICAVIT. *Magiſtratuum curulium Romæ quadrennialis ſolitudo.*

Tribuni plebis.

L. Sextius. Sex. f. N. n. Sextinus. Lateranus. II. — C. Licinius. C. f. P. n. Stolo. Caluus. II.

Qui in hunc annum refecti, leges iam antè promulgatas perferre magna contentione conabantur. At patres per collegarum interceſſionem eas tollere non ceſſabant. Itaque Sextius & Licinius fruſtra laborare ſe videntes, comitia tribunorum mil. eadem via per interceſſionem ſuſtulere; adeò, vt per quadriennium, durante hac diſcordia, Vrbs ſine ſummo magiſtratu fuerit. Hæc diffusè Liuius lib. VI. qui hanc magiſtratuum ſolitudinem quinquennio duraſſe ſcribit, contrà aliorum ferè omnium veterum opinionem, qui tempus illud determinant, vt Flauius Vopiſcus in Tacito, Eutropius, Sex. Victor, & Caſſiodorus; nam quadriennio tantùm ſine magiſtratibus curulibus Vrbem fuiſſe vno ore aſſerunt. Quorum conſenſum vt ſequamur, & ratio Capitolinorum fragmentorum requirit, vt paullo pòſt docebo. Hanc quartam Vrbis diſcordiam fuiſſe dicit Florus lib. I. cap. XXVI. Diodorus Siculus pulchrè ἀναρχίαν vocat. Attamen interreges quoque in rep. tum fuiſſe Liuius, & Vopiſcus innuunt.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
M. Mænius. //. f. //. nepos. III.	[Q. Mæcilius. L. f. L. nepos.]
[Cn. Lucerius. //. f. //. nepos.]	[A. Acutius. //. f. //. nepos.]
[C. Metilius. //. f. //. nepos.]	[A. Tempanius. A. f. //. nepos. II.]
[C. Sellius. C. f. //. nepos. II.]	[L. Volumnius. C. f. C. n. Flamma.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[Q. Canuleius. M. f. //. nepos.]	[Q. Cæcilius. Q. f. Q. n. Metellus.]

ANNI. P. R. C. CCCLXXIX.

Tribuni plebis.

L. Sextius. Sex. f. N. n. Sextinus. Lateranus. III. — C. Licinius. C. f. P. n. Caluus. Stolo. III.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.

//. //. f.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
Q. Publilius. Q. f. //. n. Philo. III.	Cn. Genucius. M. f. M. n. Auentinenſis.
Q. Decius. //. f. //. n. Mus. II.	[L. Villius. L. f. P. nepos. II.]
[C. Atinius. L. f. K. n. Longus.]	[P. Plautius. P. f. P. n. Proculus.]
M. Atilius. //. f. //. n. Regulus. II.	[Q. Manilius. M. f. M. nepos.]

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[P. Mucius. P. f. P. n. Scæuola.]	[L. Domitius. Cn. f. L. n. Ahenobarbus.]

Plinij locus.

Meminit huius anni Plinius libri XVI. fine: vbi integrum deeſt decennium, in annorum Vrbis numero, librariorum vitio omiſſum. Ita enim erit numerus correctior ſi legas: „ Durat Romæ lotos in Lucinæ area, anno, qui fuit ſine magiſtratibus, CCCLXXIX. „ Vrbis, æde condita, incertum ipſa quantò vetuſtior.

Iunonis Lucinæ ædes, & lucus.

ANNI. P. R. C. CCCXXC.

Tribuni plebis.

L. Sextius. Sex. f. N. n. Sextinus. Lateranus. IV.	C. Licinius. C. f. P. n. Caluus. Stolo. IV.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
L. Genucius. M. f. Cn. n. Auentinenſis.	[M. Genucius. M. f. M. n. Auentinenſis.]
[Cn. Pupius. Cn. f. //. nepos. II.]	[P. Pupius. P. f. //. nepos.]
[Q. Silius. Q. f. //. nepos.]	[L. Volumnius. C. f. C. n. Flamma. II.]
[Cn. Sicinius. C. f. L. n. Bellutus.]	C. Marcius. L. f. C. n. Rutilus.

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[M. Fulcinius. M. f. M. nepos.]	[A. Trebius. A. f. //. nepos.]

ANNI. P. R. C. CCCXXCI.

Tribuni plebis.

L. Sextius. Sex. f. N. n. Sextinus. Lateranus. V.	C. Licinius. C. f. P. n. Caluus. Stolo. V.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
C. Pœtelius. C. f. Q. n. Libo. Viſolus.	[Volero Publilius. Voler. f. P. n. Philo. II.]
M. Popillius. M. f. C. n. Lænas.	[K. Atinius. L. f. K. n. Longus.]
[L. Atinius. L. f. K. n. Longus. II.]	Q. Decius. //. f. //. n. Mus. III.
C. Titinius. //. f. //. nepos.	[M. Genucius. M. f. Cn. n. Auentinenſis.]

Aediles.

Aediles

// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. // .

[C. Metilius. // . f. // nepos.] [A. Acutius. // f. // . nepos.]

ANNI. P. R. C. CCCXXCII.

Tribuni militum conſulari poteſtate.

L. Furius. Sp. f. L. n. Medullinus. II.
P. Valerius. L. f. L. n. Potitus POPLICOLA. V.
A. Manlius. A. f. A. n. Capitolinus. IV. TR. MIL.
Ser. Sulpicius. M. f. // . n. PrætEXT. III.
C. Valerius. * C. f. L. n. * Potitus.
Ser. Cornelius. M. f. // . n. MALVGINENS. VI.

IN pertinaci ordinum diſcordia, & quadriennali magiſtratuum curulium illa ſolitudine alia bella opportunè quieuere. Veliterni verò coloni geſtientes ocio, quòd nullus exercitus eſſet, agrum Romanum aliquoties incurſauere, & Tuſculum oppugnare adorti ſunt. Igitur anni ſuperioris exitu Tuſculanis *veteribus ſociis & nouis tum, ciuibus opem orantibus, verecundia potiùs moti, quàm patricijs reconciliari tribuni plebis, remiſſa interceſſione, comitia tribunorum mil. per interregem haberi paſſi ſunt. Creati quos iam ex Liuio recenſui. Sed numeri paſſim deſiderantur in exemplaribus: quos partim ex Capitolino fragmento, partim ex ſuperioribus reſtitui: ex quibus liquet L. Furium ſemel, & A. Manlium ter antea tribunos mil. fuiſſe. Ex numero, qui habetur in fragmento Capitolino apud Poplicolam, colligi poteſt P. Valerium eſſe, qui quater antè tribunus fuit. Docet hoc etiam ſextus eius tribunatus, qui integer in fragmento Capitolino extat. Quare prænomen illi ſuum in Liuianis codicibus reſtituendum erit. Diodorus Siculus quatuor tribunos enumerat, aberrans omnino ab Annalibus, quos ſequutus eſt Liuius. Adfert autem L. Papirium, L. Menenium, Ser. Sulpicium, & Ser. Cornelium: omiſſis duobus Valerijs. Verùm anno ſequenti, imperante Athenis Cephiſodoro, quatuor alios nominat: nempe, L. Furium, A. Manlium, Ser. Sulpicium, & Ser. Cornelium, ad hunc annum fortè referendos, quandoquidem Liuianis hiſce reſpondeant. Mira eſt in eo auctore Faſtorum perturbatio, & in ordine magiſtratuum peruerſitas.

Bellum Veliternum.

** Veteribus ſocijs, nouis ciuibus. in vulgatis.*

Remiſſa interceſſione tribunicia, creati ſunt tribuni militum.

Licet interceſſionem remiſiſſent trib. pl. haud minus tamen quàm priùs inſenſam habuêre plebem patricij, neque tam obedientem ad delectum, quàm ad habenda comitia. Ingenti itaque contentione conſcriptus exercitus, & Velitræ obſideri cœptæ ſunt. Liuius libro ſexto.

Delectus militaris.

Velitræ obſeſſæ.

Tribuni plebis.

L. Sextius. Sex. f. N. n. Sextinus. Lateranus. VI. C. Licinius. C. f. P. n. Caluus. Stolo. VI.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

C. Plautius. C. f. // . n. Proculus. [P. Plautius. P. f. P. n. Proculus. II.]
C. Plautius. P. f. P. n. Proculus. [C. Atinius. L. f. K. n. Longus. II.]
[P. Curatius. P. f. // . nepos.] Cn. Genucius. M. f. M. n. Auentinenſis. II.
[L. Furius. L. f. // . nepos.] [P. Mælius. P. f. Sp. n. Capitolinus.]

Aediles.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

M. Atilius. // . f. // . n. Regulus. [L. Villius. L. f. P. nepos.]

Quæſtores vrbani

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæſto-

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. } Trib. mil. in Veliterno.
//. //. //. f. //. n. //.

L. Papirius. Sp. f. C. n. Craſſus. L. Veturius. L. f. Sp. n. Craſs. Cicurinus.
M. Geganius. //. f. //. n. Macerinus. [M. Popillius * C. f. C. * nepos.]

Hic patruelis primi Popillij Lænatis, alij tres tribuni militum conſulares fuere.

ANNI. P. R. C. CCCXXCIII.

Tribuni mil. cos. poteſtate.

Q. Seruilius. Q. f. Q. n. Priſcus. Fidenas. III.
M. Cornelius. * P. f. M. n. * Maluginenſis.
C. Veturius. * C. f. C. n. * Craſſus. Cicurinus. II.
Q. Quinctius. * Q. f. * //. n. Cincinnatus. Trib. mil.
A. Cornelius. * P. f. A. n. * COSSVS.
M. FABIVS. K. F. M. N. AMBVSTVS. II.

LIVIVS hos ſuggerit tribunos mil. ſed numeri in exemplaribus reſtituendi ſunt apud Seruilium, & Fabium. Diodorus eoſdem habet anno ſequenti imperante Athenis Chione; deſideratur tamen Q. Quinctius, & in exemplari manuſcripto Cardinalis Granuellani omiſſus eſt etiam Q. Seruilius, vt dubium non ſit, quin librariorum negligentia ſimiles errores accidant.

Ob diſſidium domeſticũ foris nihil bello memorabile geſtũ.

Tribuni pl. Sextius, Liciniuſq; iam VII. refecti, aſſiduis concionibus, adiuuante M. Fabio tribuno militum Stolonis legiſlatoris ſocero, fatigauêre patricios, qui legum rogationi obſtabant; adeò, vt cùm domi in diſcrimine res verterentur ob ſeditiones, ad Velitras etiam nihil factum ſit memorabile. Liuius lib. VI.

Tribuni plebis.

L. Sextius. Sex. f. N. n. Sextinus. Lateranus. VII. C. Licinius. C. f. P. n. Caluus. Stolo. VII.

Lex Sextia Licinia de X viris ſacrorum.

Legem de ſacerdotijs promulgârunt, vti pro II. viris, X. viri ſacrorum ex dimidia parte de plebe crearentur. Patricij, interceſſoribus quinque comparatis, ne quid eo anno perferretur, effecerunt. Liuius lib. VI.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

L. Genucius. M. f. C. n. Auentinenſis. II. M. Genucius. M. f. M. n. Auentineñ. II.
C. Plautius. P. f. P. n. Proculus. M. Popillius. M. f. C. n. Lænas. II.
[Sp. Mælius. P. f. Sp. n. Capitolinus.] [M. Minucius. M. f. L. n. Augurinus.]
[P. Licinius. P. f. P. nepos] [M. Decius. M. f. M. n. Mus.]

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C. Pœtilius. C. f. Q. n. Libo. Viſolus. [Q. Pœtelius. C. f. Q. n. Libo. Viſolus.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. } Trib. mil. in Veliterno.
//. //. //. f. //. n. //.

C. Sulpi-

C. Sulpicius. M. f. Q. n. Peticus. Q. Seruilius. Q. f. Q. n. Ahala.
Sp. Furius. M. f. //. n. Camillus. [Q. Pomponius. Q. f. //. nepos.]

Pomponio excepto reliquos tres ad curules magiſtratus perueniſſe liquebit, & ex his Sp. Furius M. Camilli Dictatoris filius Prætor primus eſt factus.

ANNI. P. R. C. CCCXXCIV.

Tribuni mil. cos. poteſtate.

L. Quinctius. //. f. //. n. CAPITOLINVS.
SP. SERVILIVS. C. f. C. N. STRVCTVS.
Ser. Cornelius. M. f. //. n. MALVGINENS. VII.
L. PAPIRIVS. SP. F. C. N. CRASSVS. TR. MIL.
Ser. Sulpicius. M. f. //. n. PRÆTEXTATVS. IIII.
L. VETVRIVS. L. F. SP. N. CRASSVS. CICVRINVS.

CVM Liuianis exemplaribus ſatis conuenient fragmenta Capitolina, ſi numerorum notas adieceris apud Ser. Cornelium, & Ser. Sulpicium; idque requiri ex præmiſſis manifeſtum eſt. Diodorus tres tantùm fuiſſe eo anno tribunos, T. Quinctium, Ser. Cornelium, & Ser. Sulpicium ſcribit, alios ſequutus Annales.

Veliternæ obſidionis exitum omittit Liuius, in vrbanis deſcribendis diſcordijs occupatior. Ad vltimam enim, vt ait, dimicationem de legibus ventum erat: Videbanturque iam tribuni latores viciſſe: ſed trepidi patres Camillum Dictatorem dixêre, qui magiſtrum equitum L. Aemilium cooptat. Contra hunc nobilitatis apparatum nihilominus tribuni legum latores cauſſam plebis ingentibus animis proſequuntur, concilioque indicto tribus ad ſuffragia vocant. Cumque ageretur res ſolito primùm certamine tribunorum, inter ferentium leges intercedentiumque, vinceretur que iam interceſſio fauore legum ipſarum, &, Vti rogas, primæ tribus dicerent: tum Dictator ſtipatus agmine patriciorum, plenus iræ in forum deſcendens, lictores, qui de medio plebem emouerent, miſit. Et addidit minas; ſi pergerent, ſacramento ſe omnes adacturum, exercitumque extemplò ex Vrbe educturum. Hæc Liuius aliquantò diffuſiùs, ſed omnino diuerſus ab Annalibus, quos ſequi videntur, cùm alij auctores quamplures, tum etiam tabulæ faſtorum Capitolinæ, vt ſuprà etiam monuimus; quæ non ſeditionis ſedandæ, ſed rei gerundæ cauſſa Camillum Dictatorem creatum teſtantur. Neque eodem hoc annò, ſed inſequenti, quem per duas ordine dictaturas tranſactum fuiſſe ſine tribunis mil. virgulis adiunctis, quibus annos diſtinguere ſolent, manifeſtè oſtendunt. Et profectò veriſimile videtur, cùm nil ampliùs auxilij patricijs in interceſſione tribunitia eſſet reliquum, eos dictaturæ potentia ius ſuum, quoad licuit, defendiſſe. Non modicum porrò erroris latere in horum temporum hiſtoria, & annorum ſupputatione, ex Liuio ipſo colligi poteſt, qui biennij, vel triennij res geſtas in vnum annum contraxiſſe videtur, & ſibimet vix conſtare. Octauùm enim, nonùm, ac decimùm poſtea tribunos plebis L. Sextium, & C. Licinium refectos ſcribit, quod ex hiſtoria illius non inuenies, ſi rationem ducas ab anno Vrbis CCCLXXVII. quo primùm creatos fuiſſe idem auctor eſt. Qui ſcrupulus non immeritò torſit doctiſſimum Glareanum; nec ineptè iudicauit annum in Liuiana hiſtoria deeſſe; quem per ſubſequentes dictaturas tranſactum fuiſſe ex fragmentis, vt dixi, Capitolinis cognoſcimus.

Magna de legibus concertatio in Vrbe.

Dictatura ſummum in ſeditionibus auxilium.

Trib. plebis.

L. Sextius. L. f. N. n. Sextinus. Lateranus. VIII. C. Licinius. C. f. P. n. Caluus. Stolo. VIII.

//.	//.	//. f. //. n. //.	//.	//.	//. f. //. n. //.
//.	//.	//. f. //. n. //.	//.	//.	//. f. //. n. //.
//.	//.	//. f. //. n. //.	//.	//.	//. f. //. n. //.
//.	//.	//. f. //. n. //.	//.	//.	//. f. //. n. //.

C. Marcius. L. f. C. n. Rutilus. II. [P. Plautius. P. f. P. n. Proculus. III.]
//. Iuuentius. //. f. //. n. Thalna. [C. Duilius. C. f. //. nepos.]
Cn. Fuluius. //. f. //. n. Centumalus. Cn. Fuluius. //. f. //. n. Pætinus.

C. Sempro-

C. Sempronius. //. f. //. n. Longus. Auus P. Sempronij Sophi Iuriſcos. de quo ſuo loco.

[L. Atinius. L. f. K. n. Longus. III.]

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

[K. Atinius. L. f. K. n. Longus.] C. Plautius. C. f. //. n. Proculus.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. // n. //. //. //. //. f. // n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. } Trib. mil. in Veliterno.
//. //. //. f. //. n. //. }

L. Manlius. A. f A. n. Capitolinus. Imperioſus. Quòd cognomen in dictatura poſtmodum obtinuiſſe videtur, ob delectus acerbitatem, & ſeueritatem in filium. Vide Liuium.

[M. Aulius. M. f. //. n. Cerretanus.] Q. Cerretani bis Conſulis patruus.

Ap. Claudius. P. f. Ap. n. Craſſus. Cn. Quinctius. //. f. //. n. Capitolinus. Sabinus.

Ap Claudium x. viri nepotem poſtea Dictatorem, & Conſulem: Cn. Quinctium ædilem curulem primum prodit Liuius, vti conſtabit ex ſequentibus.

ANNI. P. R. C. CCCXXCV.

Dictatores, & magiſtri equitum.

M. Furius. //. f. //. n. Camillvs. IIII. DICT.

L. Aemilius. L. f. //. n. MAMERCINVS. MAG. EQ.

REI. GERVNDAE CAVSSA.

Poſt edictum. IN. MILITES. EX. S. C. ABDICARVNT.

IN. EORVM. LOCVM. FACTI. SVNT.

P. Manlius. A. f. A. n. CAPITOLINVS. DICT.

C. Licinius. P. f. //. n. Caluus. PRIMVS. E. PLEBE. MAG. EQ.

SEDITIONIS. SEDANDAE. ET. REI. GER. CAVSSA.

Cur dictaturā Camillus abdicarit, variant hiſtorici.

PLVTARCHVS auctor eſt, M. Camillum plebe inuita à ſenatu IIII. Dictatorem creatum fuiſſe, cùm tribuni pl. ad extremum pro legibus ſuis certarent; adijcitque quo die leges ſuas rogaturi erant, Dictatorem è foro plebem in campum deuocaſſe, delectumque militum edixiſſe, cum pœnarum minis in eos, qui edicto non paruiſſent. Repugnantibus æquè tribunis pl. pœnamque Dictatori indicentibus quinque myriadum argenti, edictum niſi antiquaret: Camillum plebiſciti illius, imò damnationis, & exilij metu ſimulata valetudine domum conceſſiſſe, & dictaturam depoſuiſſe. Aliter rem narrat Liuius: Camillum Dictatorem minis tantummodo incuſſiſſe terrorem plebi; ſed tribunos legumlatores eo certamine magis incenſos fuiſſe, & rem nihilo ob id ſegniùs egiſſe: tandemque re neutrò inclinata ſeſe dictatura abdicaſſe Camillum, ſeu quia vitio creatus erat (vt quidam, inquit, ſcripsêre) ſeu quia tribuni contra eum tuliſſent, & plebs ſciuiſſet multam quingentûm millium æris, ſi quid pro Dictatore egiſſet. Hoc tamen, vt parum veriſimile, pluribus rationibus Liuius refellit, & auſpicio potius, quàm noui exempli rogatione, Camillum deterritum exiſtimat. Ex Capitolinorum autem faſtorum fragmento colligimus rei gerundæ prætextu Camillum Dictatorem creatum, átque poſt edictum in milites, cùm fortè inuitus videretur in cogendo milite cum tribunis, ac ciuibus contendere, vel quòd ob ſenium impar eſſet tanto certamini, ex S.C. abdicaſſe. Suffectum ex templo alterum ſeditionis ſedandæ, & rei gerundæ cauſſa: quod Liuius, etiam & Plutarchus tradunt. Sed nomen omittit hic, P. Manlium appellat ille, cognomen illius extat in fragmento. Hunc ſcribit Liuius omnẽ controuerſiam in cauſſam plebis inclinaſſe, magiſtro eq. è plebe dicto C. Licinio, qui tribunus mil. fuerat. Quod non temerè adijcere videtur, nempe vt ipſum diſtingueret ab alio C. Licinio, qui tum trib. pl. cum L. Sextio toties refectus, turbas excitabat, &

P. Manlij dictatura popularis.

Dubiũ tollitur de dub° C. C. Licinijs Caluis, quis magiſter eQ. & quis tribunus plebis eorum fuerit.

bat,& Fabijs affinitate functus erat. Magiſt. equitum verò teſtatur ibidem P. Manlio cognatione propinquum fuiſſe. Neque inſuper credendum ſeditionis auctorem eodem tempore trib. pleb. & magiſtrum eq. fuiſſe. Quibus rationibus ductus, Liuium potiùs ſequor, quàm Plutarchum, qui magiſtrum equitum, non tribunum mil. ſed plebis, & auctorem ſeditionis fuiſſe dicit; vel alijs vſus annalibus, vel nominum ſimilitudine deceptus, quod facilè in tam vetuſta hiſtoria contingit. Vtrumque enim Liuius C. Licinium Stolonem appellat, tam magiſtrum equitum, vt in hiſtoria anni CCCCXIII. lib. x. in oratione P. Decij: quàm ipſum tribunum pleb. quem etiam Caluum vocat, non ſecus ac tab. Capitolinæ in ſecundo conſulatu. Auctor ſanè qui de viris illuſtribus ſcripſit, Liuio aſtipulari videtur. Nam Licinio Stoloni ſeditionis auctori, cuius vitam cap. xx. deſcribit, nullos alios magiſtratus attribuit, quàm tribunatum plebis, & conſulatum.

Tribuni plebis.

L. Sextius. Sex. f. N. n. Sextinus. Lateranus. IX. C. Licinius. C. f. P. n. Caluus. Stolo. IX.

Inter priorem, inquit Liuius, dictaturam abdicatam, nouamque à Manlio initam, ab tribunis, velut per interregnum, concilio plebis habito, leges de fœnore, & agro iamdudum promulgatas pertulêre: & cùm tertia de plebeio conſulatu antiquaretur, ſe in omnia ſimul conſulere plebem dixerunt. Cùm denique tribunorum mil. comitia indicta eſſent, ita ſe gerere, vt negando iam ſibi velle continuari honorem, acerrimè accenderent ad id, quod diſſimulando petebant, plebem: Nonum ſe annum iam dicentes, velut in aciem, aduerſus optimates, maximo priuatim periculo, nullo publico emolumento ſtare. Proinde ipſi primùm ſtatuerent quid vellent, deinde comitijs tribunitijs declararet voluntatem; ſi coniunctas ferre ab ſe promulgatas rogationes vellent, eſſe quòd eoſdem reficerent tribunos plebis, perlaturos enim quæ promulgârint: ſin quod cuique priuatim opus ſit, id modò velint accipi, opus eſſe nihil inuidioſa continuatione honoris. Aduerſus tam obſtinatas tribunorum poſtulationes longa, & acri oratione certatum eſt ab Ap. Claudio Craſſo; quæ ad id modò valuit, vt tempus iubendarum rogationum proferretur; refecti tamen ijdem tribuni legiſlatores in annum ſequentem. Liuius libri VI. fine. *Magna tribunorum plebis ac pertinax arrogantia.*

// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
// // // f. // n. //   // // // f. // n. //

C. Pœtelius. C. f. Q. n. Libo. Viſolus. II. [C. Petillius. C. f. C. nepos.]
C. Plautius. P. f. P. n. Proculus. II. [L. Allienius. L. f. A. nepos.]
[M'. Marcius. M'. f. M'. nepos.] [P. Publilius. Voler. f. P. n. Philo.]
[M. Conſidius. M. f. M. nepos.] M. Plœtorius * M. f. M. * nepos.

Aediles.

// // // f. // n. //   // // // f. // n. //
[Voler. Publilius. Voler. f. P. n. Philo.] Cn. Genucius, M. f. M. n. Auentinenſis.

Quæſtores vrbani.

// // // f. // n. //   // // // f. // n. //

Quæſtores militares.

// // // f. // n. // } P. Manlij Dictatoris in * Veliterno *
// // // f. // n. // }

P. Cornelius. // f. // n. Scapula. P. Cornelius. * P. f. * // n. Scipio.
C. Caruilius. // f. // n. Maximus. [Q. Decius. M. f. M. n. Mus.]

P. Scapula magiſter equitum ſequetur, videturque fuiſſe pater P. Scapulæ Pontificis max. ac deinde Conſulis anno CDXXV. P. Scipio curulis ædilis primus factus eſt. C. Caruilius in marmoribus Capitolinis appellatur auus Sp. Caruilij Maximi, qui bis Cos. bis item bello Samnitico triumphauit, vt dicetur.

Z ANNI.

ANNI. P. R. C. CCCXXCVI.

Trib. mil. conſulari poteſtate.

A. Cornelius. * P. f. A. n. * COSSVS. II.
L. VETVRIVS. L. f. Sp. N. CRASSVS. CICVRINVS. II.
M. Cornelius. * P. f. M. n. * MALVGINENSIS. II. TR. MIL.
P. VALERIVS. L. F. L. N. POTITVS. POPLICOLA. VI.
M. Geganius. //. f //. n. MACERINVS.
P. MANLIVS. A. F. A. N. CAPITOLINVS. II.

DIODORVS Siculus hos tribunos non habet; fragmentum igitur Capitolinum ſuppleri ex Liuio, vt vides, ſic potuit, in cuius exemplaribus numerorum notæ quæ deſunt apud L. Veturium dumtaxat, & P. Manlium, poterùnt ex eodem fragmento viciſſim commodè reſtitui.

Licinia Sextia lex de x viris ſacrorum hoc anno perlata. Ante horum tribunorum mil comitia refecti decimùm ijdem tribuni Licinius, & Sextius, cùm de xviris ſacrorum partim de plebe creandis rogationem pertuliſſent, contenta tali victoria plebs ceſſit patribus, vt in præſentia Conſulum mentione omiſſa, ij tribuni crearentur; vt auctor Liuius in fine lib. VI.

M. Furius. //. f. //. n. CAMILLVS. V. DICT.
T. Quinctius. * T. f. T. n. * CINCINNATVS. CAPITOLINVS. MAG. EQ.
REI. GERVNDAE. CAVSSA.

Cùm præter Velitrarum obſidionem foris quietæ res Rom. eſſent, fama repens belli Gallici allata perculit ciuitatem, vt Camillus Dictator V. diceretur: magiſtrum EQ. ab eo dictum ſcribit Liuius T. Quinctium Pennum, quem Cincinnatum Capitolinum vocant fragmenta Capitolina. Plutarchus etiam ingruente rurſus belli Gallici metu Camillum Dictatorem V. licet iam ferè octogenarium conſenſu omnium fuiſſe creatum tradit. Cuius auſpicijs feliciter contra Gallos in agro Albano pugnatum eſt: multa millia barbarorum in acie, multa captis caſtris cæſa ſunt, vt Liuius refert, Polybium ſequutus. Plutarchus hanc expeditionem diffuſiùs narrat, & ad Anienem prœlium accidiſſe ex Claudij annalibus refert: quemadmodum & Polyænus anno ſcilicet poſt Vrbem à Gallis captam XIII. cùm tamen ſit XXIII. Horum tamen opinionem, vt falſam, Liuius reijcit, aliud prœlium ad Anienem cum Gallis illud fuiſſe, haud minùs ſexennio pòſt commiſſum, probans. Plutarchus addit præterea poſt Gallicam victoriam per deditionem Velitras quoque à Camillo receptas fuiſſe.

N. Camilli dictatura quinta. Galli in agro Albano victi.

Velitræ receptæ poſt longã obſidionem.

Tribuni plebis.

L. Sextius. Sex. f. N. n. Sextinus. Lateranus. X. C. Licinius. C. f. P. n. Caluus. Stolo. X.

Leges tribunicia tandem perlata. Legem de xviris ſacrorum partim de plebe creandis pertulêre: creati quinque patrum, & quinque plebis. Liuius.

Leges quoque de plebeio conſulatu, fœnore & agrorum modo per magnas tandem contentiones pertulêre, vt mox latiùs explicabitur.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

[M. Popillius.* C. f. C.* nepos.] C. Marcius. L. f. C. n. Rutilus. III.
C. Plautius. C. f. //. n. Proculus. II. [C. Plætorius. C. f. M. nepos.]
[C. Racilius. C. f. C. nepos.] [L. Fulcinius. C. f. C. nepos.]
[C. Trebonius. C. f. C. n. Aſper.] [T. Statius. T. f. T. nepos.]

Aediles.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

L. Genucius. M. f. Cn. n. Auentinenſis. C. Sempronius. //. f. //. n. Longus

Quæſto-

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. /. n. /. .//. //. //. f. /. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. /. n. //. } Camilli Dict. contra Gallos.
//. //. //. f. //. n. //. } Trib. mil. in Veliterno.

Ser. Cornelius. Ser. f. M. n. Maluginenſis. M. Fabius. N. f. M. n. Ambuſtus.
L. Pinarius. //. f. //. n. Natta. M. Pomponius. * M. f. M. * nepos.

Ser. Cornelium, & L. Pinarium magiſtros equitum reperimus fuiſſe, & M. Pomponium tribunum plebis. M. Fabius ter cos. atque Dictator fuit, vt latiùs ſuis in annis.

M. Furius. //. f. /. n. Camillus. IIII. Ann. CCCXXCVI.
Dict. v. de Galleis /. NOV. //. //. //.

Rebus contra Gallos, & ad Velitras proſperè geſtis Dictatori, ait Liuius, conſenſu patrum plebiſque triumphus eſt decretus, cuius Plutarchus non meminit. At Appianus Alexandrinus in libri fragmento vel epitome, qui Celticus inſcribitur, hunc triumphum non prætermittit.
„ Celtas exterarum gentium primos Romanis bellum intuliſſe ſcribens, Vr-
„ bem quoque, Capitolio excepto, vi captam incendiſſe: verum à Camillo victos, & expul-
„ ſos. Poſt annos aliquot iterum regreſſos, eos denuò repuliſſe Camillum, triumphumque
„ ob id egiſſe, cum iam octogeſimum ætatis attigiſſet annum.

M. Camilli quartus triumphus.

Conſules è plebe. PRIMVM. CREARI. COEPTI.

CAMILLVM perfunctum bello Gallico atrocior domi ſeditio excepit, cùm Sextius, ac Licinius tribuni plebis iam acrius pro plebeio conſulatu pugnarent: vt per ingentia certamina Dictator, ſenatuſque ſæuientis populi conſenſu victi, leges tribunitias, & comitia plebei cos admittere coacti ſint; quibus de plebe primus eſt creatus L. Sextius, princeps eius ſeditionis. Sed quia patricij ſe auctores futuros negabant, res prope ad ſeceſſionem plebis, aliaſque terribiles minas ciuilium certaminum deuenit: dum dictaturam tribuni, & plebs abdicare Camillum, vel in carcerem duci, iuberent: patricij è contrà vi ſumma obſtarent, & viatores Dictatorem apprehendere volentes propulſarent. Gliſcente ad verbera ſeditione, & rebus ad extrema pericula delabentibus, ad Capitolium conuerſus Dictator deos precatur, ea vt ſibi dicere, atque agere faxint, quæ reip. benè vortant, & ciuium animos reconcilient: ſimulque Concordiæ ædem vouit. Senatu deinde conuocato poſt longa ſententiarum certamina conditionibus tandem diſcordias ſedauit; quibus à patricijs plebi Conſulem, & à plebe patricijs Prætorem impetrauit. Iraque ab diutina iradem iam in concordiam redactis ordinibus, ludi Magni ex S. C. decreti, ferijſque Latinis dies additus ad triduum: & Concordiæ templum ex voto Dictatoris in foro extructum fuit. Cuius in tabulis Capitolinis aliqua videtur mentio fuiſſe, ſi modò quid potuerim ex fragmenti paucis quæ ſuperſunt literis, coniectura aſſequi. Eam verò in ſuppletis tabulis Capitolinis, quas ante aliquot annos in lucem produximus, & rurſus in capite huius quarti libri annalium ſtudioſus inueniet. Meminit huius templi etiam ita Ouidius Faſt. lib. I & cauſſam eandem attingit.

Atrox domi ſeditio inter patres ac plebem propter leges.

Dictatura magiſtratu abdica.

Concordiæ ædes vota à Camillo.

Conditiones, quibus plebs patribus à Camillo reconciliata eſt.

Ludi magni à ſenatus decreto, & ferijs Latinis ſolemnibus dies quartus additus.

Nunc benè proſpicies Latiam Concordia turbam,
Nunc te ſacratæ conſtituère manus.
Furius antiquus populi ſuperator Etruſci
Vouerat, & voti ſoluerat ille fidem.
Cauſſa quod à patribus ſumptis ſeceſſerat armis
Vulgus, & ipſa ſuas Roma timebat opes.

Vide Plutarchum in Camillo, Liuium in fine libri VI Zonaram, & alios.

ANNI. P. R. C. CCCXXCVII.

Conſules.

L. Aemilius. L. f. //. n. MAMERCINVS. L. SEXTIVS. SEX. F. N. N. SEXTINVS. LATERANVS. PRIMVS. E. PLEBE.

PLEBS, inquit Liuius, conſulatum L. Sextio, cuius lege partus erat, dedit: ei collega ex patribus datus L. Aemilius Mamercinus. Scribit idem Plutarchus comitijs à Camillo

Z 2

millo habitis Mamercinum Aemilium ex patricijs, L. Sextium primum è plebeis Coſs deſignatos: ſed ibidem incorrectè Marcus Aemilius legitur, pro Mamercinus. Nam illud cognomen ita etiam reſtituendum eſt, ſi emendatiſſimas tabulas Capitolinas ſequi velimus, in Liuio, Caſſiodoro, Mariano Scoto, & Diodoro Siculo: qui L. Aemilium Mamercum, & L Lateranum (quod alterum cognomen eſt L. Sextij) hos Conſules appellant. Tabulæ Græcæ rectius Mamercinum, & Lateranum produnt. Auctor de viris illuſtribus non L. Sextium, ſed L. Licinium Stolonem primum è plebe Conſulem tradit fuiſſe. Perperam, ac falsò.

Auctoris de viris illuſtribus locus.

Gallos primò poſt cladem palatos per Apuliam congregati fama erat; & de Hernicorum defectione agitata mentio. Cùm tamen de induſtria, ne quid per plebeium Conſulem ageretur, omnia proferrentur, iuſtitio ſimile fuit ocium. Liuius lib. VII. principio.

Vani bellorum rumores.

Cens. A. Poſtumius. M. f. A. n. REGILLENSIS. ALBINVS. C. SVLPICIVS. M. F. Q. N. PETICVS.

Habet Capitolinum fragmentum nomina quoque Cenſorum, quorum Liuius non meminit in eius anni hiſtoria; ſed proximè ſequenti Cenſorem peſte mortuum ſcribit, cuius nomen quoque negligentiùs more ſuo præterit. Albinum fuiſſe ſuſpicor, nam Petici poſtea frequens mentio eſt. Atque idcirco luſtrum non cōditum exiſtimo, quod etiam in tabulis Capitolinis non adſcribitur. Mortuo enim, vt dixi, Cenſore, alterum confeſtim abdicare conſueuiſſe conſtat. Prænomen verò Albini in ambiguo eſt, cùm plures eius tempeſtatis Poſtumios Albinos conſulari poteſtate tribunos militum habeamus.

PRAETOR. PRIMVS.

Sp. Furius. M. f. //. n. Camillus. Vrbanam iuriſdictionem obtinuit.

„ Annus hic, vt ait Liuius, erat inſignis noui hominis conſulatu, duobus magiſtratibus
„ nouis, prætura, & curuli ædilitate. Hos ſibi patricij quæſiuêre honores, pro conceſſo
„ plebi altero conſulatu. Præturam igitur dedere patres Sp. Furio M. f. Camillo. Cui ſententiæ etiam aſtipulatur Suidas in vocabulo πραίτωρ, Camilli ſæpe Dictatoris filium primum Prætorem fuiſſe ſcribens.

Prætor primus à patribus gratia campeſtri creatus.

DE PRAETVRA.

PRAETVRAE exordio iam demonſtrato, inſtitutum noſtrum cùm hoc requirat, de huius magiſtratus ratione quoque nōnulla ſtudioſorum cauſſa præfari viſum eſt: quoniam prætura deinceps in republica Romana ordinarios, annuosq; inter magiſtratus, honore, & auctoritate pollens, excelluit, iuris dicundi poteſtate, & imperio cùm in Vrbe, tum in prouincijs conſulatui proxima. Etenim ijſdem, quibus Conſules, auſpicijs creabantur Prætores, qui idcirco collegæ Conſulum ſunt appellati, id quod ex M. Meſſallæ Auguris libro primo de auſpicijs in primis docebo; cuius verba ex Gellij libri XIII. cap. XIIII. hic proferre operæ precium eſt: quādo ad magiſtratuum cognoſcendas diuerſas poteſtates non parum conducunt. Patriciorum, inquit, auſpicia in duas ſunt poteſtates diuiſa. Maxima ſunt Conſulum, Prætorum, Cenſorum; neque tamen eorum omnium inter ſe eadem, aut eiuſdem poteſtatis: ideo quòd collegæ non ſunt Cenſores Conſulum, aut Prætorum: Prætores Conſulum ſunt. Ideo neque Conſules aut Prætores Cenſorum, neque Cenſores Conſulum aut Prætorum turbant aut retinent auſpicia. At Cenſores inter ſe, rurſus Prætores Conſulesque inter ſe vitiāt, & * obtinent. Prætor etſi collega Conſulis eſt, neque Prætorem, neque Conſulem iure rogare poteſt: vt quidem nos à ſuperioribus accepimus, aut ante hæc tempora ſeruatum eſt. Et vt in commentario XIII. C. Tuditani patet, quia imperium minus Prętor, maius habet Conſul; & à minore imperio maius, * aut à minore collega maior rogari iure nō poteſt. Nos his temporibus Prætores Prætore creante veterū auctoritatem ſequuti ſumus, neque his comitijs in auſpicio fuimus. Cenſores æquè non eodem modo rogantur auſpicio atque Conſules, & Prætores. Reliquorum magiſtratuum minora ſunt auſpicia: ideo hi maiores, illi minores magiſtratus appellantur. Minoribus creandis magiſtratibus tributis comitijs magiſtratus, ſed iuſtius curiata datur lege: maiores centuriatis comitijs fiunt. Ex his Meſſallæ verbis manifeſtum inter alia fit, præturam inter magiſtratus maiores numerari, dariqúe comitijs centuriatis, atque ijſdem, quibus conſulatus, auſpicijs, vt ideo collegæ Conſulum appellētur Prætores. Aſtipulatur Meſſallæ Tullius ad Atticum, de Cæſare victore, poſt pulſum Italia Pompeium, conſulatum inuadere cupiente, ſcribens lib. IX. cap. XI. Nam permagni, inquit, eius intereſt, rem ad interregnum non venire. Id aſſequitur ſi per Prætores Conſules creantur. Nos autem in libris habemus, non modò Conſules à Prætoribus, ſed ne Prætores quidem creari ius eſſe, idque factum eſſe nunquam. Conſules, eo non eſſe ius; quod maius imperium a mino-

Præturæ dignitas.

Prætorum auſpicia max. à quibus Conſulum collegæ dicti.

Patriciorum auſpicia duplicia.

** retinent, forte*

Rogare pro creare.

*In Gellij vulgatis malè. * aut à maiore vel minore collega rogari, &c. In alijs item malè à maiore collega rogare, &c.*

Cur Conſulum collegæ Prætores dicti.

Citat augurum libros augur Cicero.

à minore rogari non ſit ius. Prætores autem, cùm ita rogentur vt collegæ Conſulum ſint, quorum eſt maius imperium. Hinc etiam eſt quòd non diu poſt inuentam præturam, ædilitatemque curulem, referente Liuio, tribuni plebis conqueſti fuerint in concione, quòd pro Conſule vno plebeio, tres patricios magiſtratus, curulibus ſellis prætextatos tãquam Coss. ſedentes ſibi nobilitas ſumpſiſſet, Prætorem quidem etiam iura reddentem, & collegam Conſulibus, atque iiſdem auſpicijs creatum: atque iterum lib. VIII. apud eundem Liuium, L. Papirius Curſor dict. magiſtrum eq. Q. Fabium, qui iniuſſu ſuo prœlium commiſerat, ſic alloquitur: Quæro de te Q. Fabi, cum ſummum imperium Dictatoris ſit, pareantque ei Cõſules, regia poteſtas, Prætores iiſdem auſpicijs quibus Coss. creati, æquum cenſeas nec ne, magiſtrum eq. dicto audientem eſſe? Cùm igitur prætura ex conſulatu orta videatur, quippe cùm munus omne ſuum ex eo accipiat: alterum quoque eius nomẽ huic nouo magiſtratui eſt inditum, & Prætor appellatus eſt, quod idem nomen olim Conſules habuiſſe, & ſuo loco dixi, & Liuius teſtatur libro III. Horatiam de tribunitia poteſtate ſacroſancta legem explicans, quæ xviris exactis eſt lata. Fuere, inquit, qui interpretarentur eadem hac Horatia lege Conſulibus, quoque & Prætoribus, quia eiſdem auſpicijs, quibus Conſules, crearentur, cautum eſſe: iudicem enim Conſulem appellari. Quæ refellitur interpretatio, quòd iis temporibus nondum Conſulem iudicem, ſed Prætorem appellari mos fuerit. Conſtat igitur ſummi magiſtratus nomen hoc antiquitùs fuiſſe. Quin ipſum quoque Dictatorem Prætorem maximum vocari ſolere, lex antiquiſſima claui pangendi docet, quam paullò pòſt ex Liuio ſuo loco adducam. Prætor autem à præeundo dicitur, quaſi præitor: eò quòd, vt inquit Varro de lingua Latina, præiret iure, & exercitu. Rurſus de vita pop. Romani lib. II. Conſulem Prætoremque vnum olim fuiſſe magiſtratũ oſtendens: iidem, ait, dicebantur Conſules, & Prætores: quòd præirent populo, Prætores; quòd conſulerent ſenatum, Conſules. Græcis autem Prætores generali Imperatorum, quibus parebant exercitus, nomine vocabantur ϛρατηγοὶ, vel ἄρχοντες, eò quòd olim omnis magiſtratus maior apud Romanos Prætor dici poterat; tam qui ius populo daret, quàm qui exercitum duceret. Neque particulatius poſtea præturæ nomen determinarunt Græci Romanam hiſtoriam ſcribentes, etiam cùm proprius iam eſſet magiſtratus. Quare videant docti, qui eius generis Græca ſcripta transferre Latinè volunt, ne generali ϛρατηγίας, aliòve ſimili vocabulo decepti, non habita temporum, vel perſonarum ratione, quemquam pro Prætore, Conſulem vocent: vel pro Conſule, Prætorem. Quod in Polybio, Dione, Plutarcho, Zonara, aliiſque auctoribus Latinè tranſlatis nõ ſemel accidiſſe animaduertimus. Vt autem argumenti noſtri ſeriem proſequamur, Romani quoque Græcorum ϛρατηγοὺς, ſicut Imperatores, ita etiam Prætores communi vocabulo frequenter appellârunt. Quod ipſum ex primo Ciceronis de inuẽtione Rhetorica verbis his manifeſtum eſt. Epaminundas Thebanorum Imperator ei, qui ſibi ex lege Prætor ſucceſſerat, exercitum non tradidit. Quem locum commentatur ita Victorinus. Notare debemus, inquit, omnes olim magiſtratus Prætores appellatos. Verùm poſtea, vel antè iam dictarum inter ordines diſſentionum occaſione; vel quòd (vt vult Pomponius Iuriſcos.) auocarentur bellis finitimis Conſules, neque eſſet qui in ciuitate ius reddere poſſet, magiſtratus hic inuentus, altero conſulatus nomine inſignitus, qui aſſiduè ius in Vrbe diceret, & Prætor appellaretur. Deinde circa annum Vrbis DX. cùm peregrinorum quoque multitudo in Vrbem cõflueret, neque vnus Prætor turbæ cauſſarum ſatisfacere poſſet, huic inter ciues ſolos iuriſdictio eſt relicta: & collega eidem additus; qui quoniam peregrinorum ferè cauſſas cognoſcebat, Prætor peregrinus vocatus eſt, ad differẽtiam videlicet alterius, qui iam vrbanus dici cœpit. Horum itaque munus erat, & vrbani in primis, ius inter ciues dicere; viduas, pupilloſque defendere; ludos ſolemnes, & ſacra quædam facere; ſarta tecta, vacante cenſura, exigere; ſenatum, abſentibus Coss. cogere; & ſententias rogare, comitia, & conciones habere. Extant autem plebiſciti à M. Plætorio tribuno pleb. hoc anno, vt veriſimile eſt, de Prætore vrbano lati, apud Cenſorinum hæc verba. *Prætor. vrbanus. qui. nunc. eſt. quiq. poſt. hac. erit. duos lictores. apud. ſe. habeto. Iſq. ſupremum. ad. ſolis. occaſum. ius. inter. ciues. dicito.* Quapropter ex lege etiam in Vrbe cogebantur manere, neque enim durante magiſtratu plus quàm decem dies abeſſe poterant. Hoc equidem colligo ex Ciceronis Philippica ſecunda, vbi M. Brutum, qui Prætor vrbanus tum erat, M. Antonio Cos. referente, legibus dicit ſolutum fuiſſe, ſi ab Vrbe plus quàm decem dies abfuiſſet. Attamen quàm diu Prætor vnus erat in rep. hunc etiam aliquando duxiſſe exercitum, poſtulante occaſione, demonſtrant annales. Peregrini autem Prætoris erat, vt dixi, cauſſas peregrinorum cognoſcere: & ius de natis inter ciues & peregrinos controuerſiis dicere. Huic etiam exercitus, vel claſſis aliquando committebatur, pro temporum difficultate, quotiens ad molem belli adminiſtrandam duo Conſules non ſufficiebant. Zonaras annalium ſecundo pleriſque locis eum ἀντιστρατηγὸν appellat, ſed ſatis impropriè, id quod ſuis locis annotabo. Penes Prætorem

Prætura ex cõſulatu orta.

Conſul olim Prætor appellatur, non iudex.

Dictator olim Prætor maximus vocabatur.

Prætor unde.

ϛρατηγοὶ καὶ ἄρχοντες Prætores Græcis dicti, quod maiorum magiſtratuũ commune nomen prius fuerat.

Cur prætura primum inuenta.

Prætor vrbanus.

Prætor peregrinus.

Officia vrbani Prætoris.

Prætor vrbanus in vrbe manere primũ cogebatur.

Prætoris peregrini munus.

ἀντιστρατηγός.

Legum interpretatio penes quos fuerit.

rem verò qui ius inter ciues dicebat, omnis publici priuatíque iuris poteſtas erat, vt ipſi nouum ius condere, veteri derogare facultas eſſet. Apud ipſum enim & iudices manebat legum interpretatio. Hinc aram legum appellant tribunal Prætoris & ſubſellia iudicum Cicero, & Pædianus Verrinarum quarta. Ius namque prætorium ad legem, vt ait M. Varro, non ſecus ac cenſorium iudicium ad æquum æſtimabatur.

Iuris Quiritiũ cuſtos quis.
Edictum Prætoris vrbani.
Edicta tranſlatitia.

Erat itaque iuris Quiritium cuſtos Prætor vrbanus, cuius maxima ſemper auctoritas fuit; adeò vt plerique exiſtiment, Prætorem peregrinum ex edicto Prætoris vrbani ius dicere conſueuiſſe. Immo ex vrbani quoque Prætoris edictis formabant edicta ſua tranſlatitia Prætores item alij, ex quibus durante imperio ſuo ius in prouincijs dicerent. Atque ea ratione exteræ quoque prouinciæ, quæ Prætores ordinarios accipiebant, legibus Romanis ſubiectæ erant. Tanta ſemper habita eſt vrbani Prætoris poteſtas.

Decuriæ iudicum.
Prætor maior quis.
Conſul maior quis.
Prætor primus quis.
Edictum prætorium quid ſit.

Idemque iuratus, ex ordinibus penes quos erant iudicia, decurias iudicum ſelectorum quotannis conſcribebat: ex quibus ipſe, alijque Prætores eo anno concilia iudicum ſibi ſortiri debebant. Idcirco maiorem ipſum dici Prætorem, minoresque cæteros, ex L. Cæſare Feſtus refert; non ſecus ac maiorem Cos. putant dici, penes quem faſces erant, vel eum qui prior factus ſit. Prætor autem qui primo loco populi ſuffragio factus renunciabatur, is Prætor primus vocari ſolet, quo modo creatum ſe refertur non vno loco Cicero, honori ſuo idipſum adſcribens. Iam verò vt edicti prætorij rationem intelligas, ſolet etiam initio magiſtratus Prætor vrbanus quiſque edictum, ſeu iuris formulam ex legibus Romanis, aliorumq; ſuperiorũ Prætorum edictis ſibi conſtituere, atque in albo proponere: ſecundùm quod ius dicere durante prætura ſua vellet, de cauſſis ſuam iuriſdictionem concernentibus, vtpote de teſtamentis, hæreditatibus, pecunijs creditis, emancipationibus, tutelis, vindicijs, manumiſſionibus, poſſeſſionibus, limitibus, operibus faciundis, & alijs, quæ priuato Quiritium iure continentur. Cuius mentionem fieri à Tullio de Finibus lib. II. his verbis cognoſcimus. Quid enim mereri velis, iam cùm » magiſtratum inieris, & in concionem adſcenderis? Eſt enim tibi quæ ſis obſeruaturus, edi- » cendum, in iure dicendo. Quid merearis igitur? vt te dicas in magiſtratu omnia volupta- » tis cauſſa facturum eſſe. Ex quibus verbis intelligimus etiam, edictum prætorium eſſe nil aliud, quàm legum, & iuris veram ex æquo & bono interpretationem, formulis certis deſcriptam, ac publicatam ab vrbano Prætore, vt diximus.

Reliquiæ veterum edictorum.

Cuius exempla pauca reperimus adhuc: veluti apud Valerium Probum de literis antiquis. QVANTI. EA. RES. ERIT. TANTAE. PECVNIAE. IVDICIVM. RECVPERATORIVM. DABO. TESTIBVSQ. PVBLICE. DVMTAXAT. DECEM. DENVNCIANDI. POTESTATEM. FACIAM. Et ruſus apud Gellium lib. X. vt de flamine Diali & ſacerdote Veſtæ. SACERDOTEM. VESTALEM. ET. FLAMINEM. DIALEM. IN. OMNI. MEA. IVRISDICTIONE. IVRARE. NON. COGAM. Et de

Flumina retanda.

fluminibus eodem libro: ſed imperfectum. QVI. FLVMINA. RETANDA. PVBLICE. REDEMPTA. HABENT. SI. QVIS. EORVM. AD. ME. EDVCTVS. FVERIT. QVI. DICATVR. QVOD. EVM. EX. LEGE. LOCATIONIS. FACERE. OPORTVERIT. NON. FECISSE. Reliqua deſiderantur.

Edictum Prætoris cur perpetuum vocatum.

Et licet perpetuum tale Prætoris vocaretur edictum, vel ad differentiam alterius generis edictorum, quæ peculiaria, aut noua vocat Cicero in Verrina quinta; à Prætore aliíſve etiam magiſtratibus pro re nata occaſione, quouis tempore promulgata; vel quòd hoc ordinario edicto, tanquam perpetua iuris formula, Prætor, ac iudices ſemper vterentur. Nihilominus annuum erat, & ſimul cum magiſtratu antiquabatur. Succeſſor namque nouum conſtituebat edictum, ſecundum quod in ſuo magiſtratu ius diceret.

Cur annua lex à Cicerone vocatum.

Hinc legem annuam vocat edictum perpetuum Cicero, neque ad hæreditates adeundas, quæ antè illud conſtitutum ſub alio proueniſſent Prætore, valere affirmat Verrina ſecunda. Sed ipſum potiùs audiamus Oratorem de his differentem, vbi Verrem varijs modis exagitat, & accuſat: quòd Prætor multa in edicto ſuo contra leges, ac morem maiorum propoſuerit, in multis illud exceſſerit; quòd etiam in ſuo edicto ius non dixerit. Ex cuius verbis, ne nimis longi ſimus, ea dumtaxat excerpemus, quæ ad hoc maximè argumentum facere videntur: illudque in primis, quòd Verrem ſcribit Anniæ pupillæ hæreditatem, C. Sacerdotis Prætoris edicto iam antè condonatam, ad ſecundos hæredes pecunia corruptum transferre voluiſſe: in eumque finem, iam antè datas ab alijs Prætoribus hæreditates, ſui edicti verbis fecit, fecerit, contra maiorum morem, & edicti perpetui naturam, fuiſſe complexum. Quis vnquam, inquit, edixit iſto modo? Quis vnquam eius » rei fraudem, aut periculum propoſuit edicto, quæ neque poſt edictũ, neque ante edictum » prouideri potuit? In lege Voconia non eſt, fecit, fecerit; neque in vlla tempus præteritum » repræhenditur, niſi eius rei, quæ ſua ſponte ſcelerata, ac nefaria eſt. Atque in his rebus » multa videmus ita ſancta eſſe legibus, vt ante facta in iudicium non vocentur. De iure » namque ciuili, ſi quis noui quid inſtituit, omnia quæ antè acta ſunt, rata eſſe patitur. Qui » plurimum tribuunt edicto Prætoris, edictum legem annuam eſſe dicunt: tu edicto plus » amplecteris, quàm lege. Si finem edicto Prætoris adferunt Kalendæ Ianuarij, cur non » initium

initium quoque edicti naſcitur à Kal. Ianuarij? An in eum annum progredi * nemo poterit edicto, quo Prætor alius futurus eſt: in illum, quo alius Prætor fuit, regredietur? Hæc & alia multa de edicti prætorij poteſtate ibidem Cicero, docetque paullò pòſt, edictum C. Verris non oportere ad eas hæreditates valere, quæ ante ipſum Prætorem veniſſent. Iam verò quàm iniquè Verres contra edictum ſuum ius dixerit, multis etiam declarat. Et cùm, inquit, edictum totum eorum arbitratu, quàm diu fuit deſignatus, componeret, qui ab iſto ius ad vtilitatem ſuam nundinarentur; tum verò in magiſtratu contra edictum ſuum ſine vlla religione decernebat. Itaque L. Piſo multos codices impleuit earum rerum, in quibus ita interceſſit; quòd iſte aliter, atque vt edixerat, decreuiſſet. Reliqua breuitatis cauſſa omitto.

* Cum, vocula deeſſe videtur in vulgatis.

Cùm igitur eius temporis Prætores plures ius reddere ex libidine per gratiam, vel odium ſolerent, etiam contra ſua edicta perpetua: non diu poſt Verrem damnatum C. Calpurnio, M'. Acilio. Coss. anno Vrbis DCXXCVI. C. Cornelius tribunus plebis, quem Cicero maieſtatis reum poſtea defendit, legem multis inuitis tulit: Vti Prætores ex edictis ſuis perpetuis ius dicerent. Quæ res tum gratiam ambitioſis Prætoribus qui variè ius dicere ſolebant, ſuſtulit. Auctor eſt Aſconius Pædianus, cuius ipſa ferè verba retuli.

Prætorum quorundam præuaricationes.

Cornelia lex de prætorijs edictis.

Neque aliud quidem edictorum genus, quàm illud annuum, ordinariumque, quo Kal. Ianuarijs ius ſibi conſtituebant Prætores, Aſconium intelligere, à Dione apertiſſimè demonſtratur, libro hiſtoriarum XXXVI. vbi narrat C. Cornelium eundem plures pertuliſſe leges, atque inter alias talem. Vti ſtatim ab initio magiſtratus Prætores edicto promulgarent, quo iure vſuri eſſent: & deinde nequaquam ab eo deflecterent. Prætorum enim mos tunc erat, iuris edicta, ſecundùm quæ eſſent in magiſtratu iudicaturi, ſcripto quidem publicare, non tamen penitus obſeruare. Sæpenumero ex arbitrio enim variàntes multa ad gratiam, vel odium nonnullorum, vt fieri ſolet, prauè decernebant. Hæc ferè apud Dionem legimus, cuius etiam verba, ne quis ea deſideret, adijciam. Καὶ οὕτως ἐκεῖνός τε διενομοθέτησε, καὶ ἕτερον τοιόνδε, οἱ στρατηγοὶ πάντες τὰ δίκαια καθ' ἃ δικάσειν ἔμελλον, αὐτοὶ συγγράφοντες ἐξετίθεσαν. οὐ γάρ πω πάντα τὰ δικαιώματα ἃ περὶ τὰ συμβόλαια διετέτακτο, ἐπεὶ οὖν. οὔτε εἰς ἅπαξ τοῦτ' ἐποίουν, οὔτε τὰ γραφέντα ἐτήρουν: ἀλλὰ πολλάκις αὐτὰ μετέγραφον, καὶ συχνὰ ἐν τούτῳ πρὸς χάριν, ἢ καὶ κατ' ἔχθραν τινῶν, ὥσπερ εἰκὸς, ἐγίγνετο. ἐσηγήσατο κατ' ἀρχάς τε εὐθὺς αὐτοὺς τὰ δίκαια οἷς χρήσονται, προλέγειν, καὶ μηδὲν ἀπ' αὐτῶν παρεξιέναι. Talia igitur primum fuerunt edicta Prætorum perpetua. Quæ quidem, an cum prætura ſimul in remp. introducta fuerint, obſcurum mihi eſſe non diffiteor. Illud auſim affirmare, vltra centum annos ante Cornelianum plebiſcitum, S. C. quoque compulſos, fuiſſe Prætores, ex ſuis perpetuis edictis ius dicere. Quemadmodum demonſtrat antiquiſſimi Diarij Romani fragmentum, quod in anno Vrbis DXXCV. reperies. Eo enim anno v. Kal Apriles S. C. factum tradit in curia Hoſtilia, vt Prætores ex ſuis edictis perpetuis ius dicerent: adeò vt iam tum in vſu fuiſſe cognoſcamus. Ea demum Hadriani Aug. tempore Saluius Iulianus Iuriſconſultus in volumen collegit, & ſub congruis titulis poſita interpretatus eſt. Cœperuntque tum Prætores congeſta ab Iuliano edicta ſequi: non autem ipſi, vt antè ſolebant, noua proponere, vt rectè deinceps perpetua fuerint appellata, atque vim legum obtinuerint, vt ſucceſſorium edictum, aliaque de quibus in Pandectis.

Saluius Iulianus Iuriſcons.

edicta Prætorũ perpetua in volumen congeſſit.

Ait Eutropius Didium Iulianum rempub. inuaſiſſe, nepotem Saluij Iuliani, qui ſub Hadriano perpetuum compoſuit edictum. Is itaque ius ciuile, quod olim inordinatè, confuſimque traditum arbitrio Prætorum plerumque conſtituebatur, primus velut in quandam artem redegit, edicta etiam perpetua, vt dixi, certa ſerie coniungens. Quæ quidem non modicam, vt ait Iuſtinianus Inſtitutionum primo, iuris obtinent poteſtatem. Hoc etiam, inquit, ius honorarium ſolemus appellare, quod qui honores gerunt, id eſt, magiſtratus, auctoritatem huic iuri dederunt.

Ius honorariũ vnde dictum.

Inter magiſtratus autem præturæ honos ob iuriſdictionem eximius ſemper fuit: vt non ſine cauſſa Ouidius Faſtorum primo honoratum Prætorem appellàrit, faſtis tantummodo diebus ipſum iuriſdictionẽ habuiſſe canens, quam tribus effabatur verbis, DO. DICO. ADDICO. iuris priuati actionem, & ſententiam omnem continentibus.

Prætura honos.

Tria Prætorum verba.

Dabat enim Prætor iudicium, vel non dabat. Dabat quidem iudices, qui ex edicto ſuo perpetuo; dabat arbitros, qui ex bona fide iudicarent, dabat & cauſſarum patronos litigantibus, vt ex Ciceronis de Oratore lib. II. colligimus. Si de facto controuerſia eſſet, dabat recuperatores. Dicebat autem ius, ſententiam, vindicias, viam in formulis, iudicij diem, ac ferias. Addicebat verò in ceſſionibus, libertatem, in bonorum controuerſijs, pecunias, corpora, poſſeſſiones, & hæreditates. Verùm poëtæ verba ſunt hæc:

Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur,
Faſtus erit, per quem lege licebit agi.
Nec toto perſtare die ſua iura putato,
Qui iam faſtus erit, manè nefaſtus erat.

Nam

Nam ſimul exta deo data ſunt, licet omnia fari,
Verbaque honoratus libera prætor habet.

Prætorum inſignia & ornamenta. Ob iuriſdictionis itaque maieſtatem, & honorem Prætori Conſulum quoque inſignia, & ornamenta ferè omnia conceſſa ſunt, vtpote ſella curulis,

Prætexta, & trabea. faſces, lectica, tribunal.

Vt Iuuenalis poëtæ dicam verbis. Quinimo cùm ex more ludis ſolemnibus præſidere deberet, deûm honoris cauſſa, habitu prorſus regio, atque triumphali prodibat in publicum.

Similisque triumpho
Prædo caballorum Prætor ſedet. idem poëta dicit. Verùm ſatyra decima multò exactiùs Prætorem Circenſibus præſidentem depingit his verſibus:

Quid ſi vidiſſet Prætorem in curribus altis
Extantem, & medio ſublimem in puluere circi
In tunica Iouis, & pictæ Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ, magnæque coronæ
Tantum orbem, quanto ceruix non ſufficit vlla?
Quippe tenet ſudans hanc publicus, & (ſibi Conſul
Ne placeat) curru ſeruus portatur eodem.
Da nunc & volucrem ſceptro quæ ſurgit eburno,
Illinc cornicines, hinc præcedentia longi
Agminis officia, & niueos ad frena Quirites.

Faſces prætoria. Vt tamen minus imperium Prætoris, quàm Conſulis eſſe intelligas, non duodecim, ſed duo tantùm lictores Prætorem vrbanum comitabãtur; totidemque, ni fallor, peregrinum, ac poſtea etiam Quæſitores. Attulimus ex Cenſorino iam legem Plætoriam, in qua ſic habetur. *Prætor. vrbanus. qui. nunc. eſt. quiq. poſt. hac. erit. duos. lictores. apud. ſe. habeto.* Et Cicero contra Rulli legem oratione ſecunda, vbi de Capuanorum Prætorum faſtu diſſerit, duos tantùm faſces Romæ habuiſſe Prætores indicat, quàm diu in Vrbe ius dicebant. Deinde inquit, anteibant lictores, non cum bacillis; vt hic Prætoribus præeunt cum faſcibus duobus. *Prouincialium Prætorum inſignia, faſces & lictores ſex.* Prouincialibus autem vel quibus imperium dabatur extra ordinem Prætoribus, ſex lictores præferabant faſces, & ſecures; quapropter ἑξαπέλεκυν ἀρχὴν eam præturam, quaſi ſex ſecurium magiſtratum appellant Polybius lib. III. Plutarchus, & Appianus in Syriaca. *Minor Prætorum, quàm Conſulum poteſtas.* Verùm Conſuli ſubeſſe Prætorem, & ab ipſo interdum exercitum capere, cùm ex Tuditani, Varronis, Ciceronis, ac Liuij varijs locis demonſtrari poſſit; multis verbis hîc probare non eſt operæ precium. Illud addidiſſe ſatis eſt, M. Meſſallam in lib. de minoribus magiſtratibus, minorem Prætorum, quàm Conſulum eſſe poteſtatem aſſerere, vt apud Gellium lib XIII. cap XIV. legimus: cùm dicit, Conſulem ab omnibus magiſtratibus & comitiatum, & concionem auocare poſſe: Prætorem & comitiatum & concionem vſquaque auocare poſſe, niſi à Conſule: minores magiſtratus nuſquam nec comitiatum, nec concionem auocare poſſe. Ex his autem qui neque poteſtatem vocationis populi viritim habebant, neque prænſionis, vt Ædiles, & Quæſtores; hi non ſolùm apud Conſulem, verùm etiam apud Prætorem, quibus vocationis, & prænſionis poteſtas erat, à priuato in ius vocari poterant. Quod ex Varronis humanarum rerum libro XXI. Gellius probat cap. XIII. lib. XIII. Hæc poteſtas, & iuriſdictio Prætorum ab initio fuit. *Quibus comitijs Prætores creari ſoleant.* Creabantur autem comitijs, vt dixi, centuriatis. primùm ex patricijs ſenatoribus, aliquoties etiã Conſularibus; quemadmodum ex noſtris conſtabit annalibus. Deinde hic etiam honos plebeis hominibus communicari cœpit, anno Vrbis CDXVII. quo primus de plebe Prætor eſt factus Q. Publilius Philo, aduerſante Sulpicio Conſule: ſenatu, cùm in ſummis impe- *Prætorum numerus vt ſenſim creuerit.* rijs non obtinuiſſet, minus intendẽre: ſicut Liuius libro VIII. refert. Remanſit autem duorum Prætorum numerus, quàm diu in Italia imperium Rom. ſe continuit. Verùm Sicilia, atque Sardinia ſtipendiarijs, & in prouinciarũ formam redactis anno DXXVI. Prætores additi ſunt duo, qui in eas prouincias quotannis cum imperio mitterentur. Rurſus poſtea duobus additis ad ſenarium excreuit numerum illud collegium ſubacta Hiſpania, & in duas prouincias, citeriorem, vlterioremque terminata, anno Vrbis DLVI. primique eas ſortiti ſunt Prætores M. Heluius, & C. Sempronius: vt ſuo loco demonſtrabunt annales. *Bæbia lex.* Conſtitutum tamen poſtmodum lege Bæbia legimus (ſed quonam anno incertum nobis eſt) vt alternis annis quaterni tantum crearentur Prætores: duo ad iuriſdictiones in Vrbe, & alij duo ad prouincias Siciliam, & Sardiniam. In Hiſpania quæ longinquior, Prætoribus poſt magiſtratum annuum prorogaretur imperium, quo anno Romæ quatuor ſolummodò crearentur. Non diu tamen in vſu hanc legem fuiſſe, & raró vſurpatam, cum annales

annales arguunt, tum Liuius ipſe ſatis innuit lib. XL. huius legis mentionem ita faciens.
,, Prætores quatuor poſt multos annos ex lege Bæbia creati, quæ alternis ad quaternos iube-
,, bat creari. Quædam exemplaria male (ternis) pro alternis habent: ſed alia, quæ ego, & quæ Glareanus vidit, alternis rectius legunt. Falluntur igitur qui aliam lectionem ſequuntur; tres enim dumtaxat Prætores aliquando creari ſolere, nuſquam reperio. Obſeruatum verò comitijs habitis, vt Prætores, quotquot creati erant, ſortirentur inter ſe prouincias, duo iuriſdictiones obtinerent, vrbanam & peregrinam: duo Siciliam, & Sardiniam: reliqui duo Hiſpanias citeriorem, & vlteriorem, in quibus annum magiſtratus explerent. Quare initiò, antequam paludati exirent, in prouinciam, a populo imperium comitijs curiatis accipiebant. Sequebatur vnumquemque ſua cohors, ex qua eſſe dicebantur etiam neceſſarij: item quæſtor, legati, præfecti, ſcribæ, medici, apparitores, accenſi, aruſpices, præcones, lictores, alijque Rom. magiſtratuum comites, quos velut negociorum publicorum adiutores dabat ipſa reſp. id quod ex tertia, & quarta Verrinarum Ciceronis, & epiſtola prima ad Quintum fratrem colligere eſt. Atque totus ille comitatus cohors prætoria ſolet appellari: remanſitque vocabulum iſtud apud Italos, Hiſpanos, & Gallos, alioſque prouinciales hactenus in vſu, *La corte, La court.* Exercitus autem, vel eius ſupplementum pro ratione temporum, ac bellorum difficultate à ſenatu in prouinciam abituro decernebatur: quæ aliquoties eidem exacto magiſtratus anno, ex S. C. prorogabatur, vt qui Prætor fuiſſet, proprætore in prouincia permaneret. Quemadmodum antè latiùs declaraui. Officium autem Prætoris erat in prouincia, ius ſecundum leges dicere, populorum conuentus obire, ſocios tutari, perduelles reprimere, exercitum ducere; bellum, ſi opus eſſet, gerere: tributum cogere, vectigalia exigere: caſtra, vias, & opera quæcunque publica munire. Magna quidem vt Conſuli, ſic & Prætori neceſſitudo putabatur eſſe, ex inſtituto, & more maiorum, cum ſuo quæſtore: atque illud ob eandem prouinciæ ſortem. Demonſtrat hoc namque Cicero in diuinatione, accuſatorem C. Verris Cæcilium vel vt ſuſpectum, vel vti
,, impium reijciens: quia quæſtor eius fuerat. Sic enim à maioribus, inquit, noſtris acce-
,, pimus, Prætorem quæſtori ſuo parentis loco eſſe oportere; nullam neque grauiorem, ne-
,, que iuſtiorē cauſſam neceſſitudinis poſſe reperiri, quàm coniunctionem ſortis, quàm pro-
,, uinciæ, quàm officij, quàm publicam muneris ſocietatem. Quamobrem ſi iure poſſes eum accuſare, tamen cùm is tibi parentis numero fuiſſet, id piè facere non poſſes. Sic Verrem ipſum quoque accuſat actione tertia, quòd bello ciuili Sullano quæſtor Cn. Carbonis Conſulis ad exercitum miſſus, cuſtos non ſolùm pecuniæ, ſed etiam Conſulis, particeps omnium rerum, conſiliorumque, habitus in liberûm loco, ſicut mos maiorum ferebat, repentè Imperatorem ſuum reliquerit, & ad aduerſarios tranſierit. Idem multis alijs locis indicat Orator, atque hoc amplius in eadem actione, quod etiam ad argumētum noſtrum pertinet; Prætores, non ſecus ac Quæſtores, cum magiſtratu abijſſent, vel è prouincia re-
,, uerſi eſſent, confeſtim referre rationes debuiſſe. Ait itaque. Audiſtis quæſtoriam ratio-
,, nem tribus verſiculis relatam: legationis, non niſi condemnato & eiecto eo, qui poſſet
,, reprehendere: nunc denique præturæ, quàm ex S. C. ſtatim referre debuit, vſque ad hoc tempus non retulit. Vt ad huius argumenti reliqua porrò tranſeamus, hæc quaſi forma præturæ per plurimos annos in republica Romana permanſit, donec L. Sulla Felix per arma ciuilia Dictator factus, in prætura, non ſecus ac in alijs magiſtratibus multa immutauit. Primum auctus denuo ab eodem Prætorum numerus; nam duobus adiectis, vt octo quotannis crearentur, inſtituit. Atque illud apertè ex Cicerone colligitur. Pomponius tamen de origine iuris tradit quatuor Prætores à L. Sulla fuiſſe additos, quod non ſolùm à Cicerone, ſed ab omni hiſtoria eſt alienum. Itaque non ſatisfacit doctis hiſtoria illa Pomponij de origine iuris, fortaſſis ab his, qui nobis Pandectas concinnârunt, corrupta. Nam multis in locis turpiter hallucinatur, & ab alijs auctoribus fide dignis diſcrepat. Adde quod teſtetur Dion lib. XLII. C. Cæſarem occupata republica poſt prœlium Pharſalicum contra morem patriū creaſſe primùm Prætores decem, deinde quatuordecim poſtea ſedecim, vt ſuis locis declarabo. Occiſo autem Cæſare ad veterem octonarium numerum Prætores rediſſe videntur, refert enim Velleius, quòd Auguſtus finitis bellis ciuilibus rempublicam conſtituēs octo Prætoribus addiderit duos. Demum ab eodem duodecim ordinatos Tacitus indicat libro primo de Tyberij principatus initio differens. Candidatos, in-
,, quit, præturæ duodecim nominauit, numerum ab Auguſto traditum, & hor antesſena-
,, tu vt augeret iureiurando obſtrinxit ſe non exceſſiturum. Quamobrem non dubito, quin & ibidem in iuriſconſulto de origine iuris, ſedecim Prætores ab Auguſto conſtitutos vitioſe legamus. Idem auctor eſt, D. Claudium poſtea rurſus duos adieciſſe, qui de fidei commiſſis ius dicerent, ex quibus vnum D. Titus detraxit, & adiecit deinde vnum D. Nerua, qui inter fiſcum & priuatos iudicaret. Cæterum noſtri non eſt inſtituti ea omnia exactè hic perſequi; quandoquidem diffuſius ſtudioſo lectori in annalibus ſatisfiet, ſicut etiam

Liuij locus.

Sortitio prouinciarum.

Cohors domeſtica Prætorū.

Prorogatio prouinciarum.

Prætoris officium in prouincia.

Magna neceſſitudo inter Prætorem & Quæſtori eiuſdem prouinciæ.

Prætor è prouincia reuerſus rationes referre debebat.

Prætores octo creati quando.

Cæſarū tempore, rep. ad monarchiā redacta, Prætorum numerus, & officia ſæpe variata ſunt.

etiam de iuriſdictione prætoria, & prouinciarum ordine Cæſarum arbitrio toties immutato. Igitur finem huic argumento imponerem, ſi iuriſdictionis forma anno Vrbis DCVII. circiter introductam, quæ eadem ferè ad monarchiam vſque retenta eſt, breuibus explicarem. Cum iam in immenſum excreuiſſet Romana potentia, ſubacta ac demum diruta Carthagine, regibus Philippo, Antiocho, Perſeo deuictis; ſimul cum opibus, luxus & deſidia, pro labore & continentia; ſuperbia, ambitio & auaritia, pro pudore, modeſtia & abſtinentia rempublicam & ciuium animos inuaſêre. Quamobrem plurima indies, ac enormia paſſim non ſolum à priuatis, verùm etiam à magiſtratibus perpetrabantur ſcelera; vt neceſſe fuerit plurima quoque capitalia, ac publica de varijs criminibus reip. cauſſa conſtituere iudicia. Quæ quæſtiones perpetuæ poſtmodum appellatæ ſunt, vel quia, vt nonnulli volunt, in ijs patroni perpetuis, id eſt, continuis orationibus vterentur; vel quod aſſiduè poſtmodum ob frequentiam criminum Romæ exercerentur. Decernente namque ſenatu magiſtratibus, velut annuam prouinciam, quæſtiones aliquot per annum integrum exercendas; eæ tum perpetuæ dicebantur, non ſecus ac Prætorum annuæ iuriſdicēdi formulæ, perpetua vocari edicta ſolent. Etenim antea, nondum adeò corruptis ciuitatis moribus, rarò publica quæſtione dignum crimen aliquod committebatur. Quotieſcunque tamen contingeret, vt quid publico iudicio & quæſtione dignum perpetraretur, nempe paricidium, vel inceſtus, veneficium, aut perduellio, aliúdve eius generis crimen, morte, exilio, vel graui multa puniēdum; quæſitores extra ordinem, vel à ſenatu, vel à populo creabantur, paricidij (vt antè dixi) quæſtores à Pomponio appellati, qui de eo cognoſcerent. Aliquando tamen iudicium illud, rogante magiſtratu quem quærere vellet, mandabatur à populo alicui Conſulum, vel Prætorum, vel Quæſitoris nominandi arbitrium relinquebat ſenatui. Nonnunquam ipſe populus iudicabat, vt in perduellione: atque etiam, ſi reus prouocaſſet, vel ab aliquo magiſtratu, cui ius eſſet cogendi concilium, protraheretur ad populum. Conſtat enim, vel ab Vrbis exordio plerumque duouiros à Regibus ad id creatos fuiſſe, vt de perduellione vel paricidio, vel alio crimine cognoſcerent: & ſi prouocaſſet reus, frequenter populum iudicaſſe. Poſtea verò de peculatu, de repetundis, inceſtu, veneficio, alióve ſimili publico crimine, aliquoties Conſulem, vel Prætorem, aliquando Dictatorem, ſæpius quæſitorem in hoc factum extra ordinem cognouiſſe. Quo deinde iudicio peracto, ceſſabat cognitio, & extraordinaria illa quærendi poteſtas ſoluebatur. Iam verò cum ob improborum ciuium multitudinem, & frequentiam ſcelerum in publicis exercendis iudicijs aſſiduè ciuitas fatigaretur, neque actionum criminalium ſperaretur vllus finis, quæſtiones perpetuæ poni cœperunt, circa annum Vrbis DC.X. cùm, Cenſorino & Manilio Conſulibus, lex Calpurnia de repetundis à L. Piſone tribuno plebis eſſet primùm lata, ſicut ex Ciceronis Bruto colligere eſt. C. Carbone ſorum (inquit) tenente plura fieri » iudicia cœperunt. Nam & quæſtiones perpetuæ hoc adoleſcente conſtitutæ ſunt, quæ an- » tea nullæ fuerunt. L. enim Piſo tribunus plebis legem primus de pecunijs repetūdis Cen- » ſorino & Manilio Conſulibus tulit. Atqui perpetuæ quæſtiones de ijs maximè criminibus conſtitui cœptæ ſunt, quæ contra rempublicam eſſe, & in conſuetudinem abire videbantur, videlicet repetundarum, contra magiſtratuum prouincialium auaritiam, ſociorum defenſionis cauſſa. Nam ciuibus cum ſunt ereptæ pecuniæ (vt Verrina prima Cicero) » ciuili ferè actione, & priuato iure repetuntur. De repetundis ius publicum, & lex ſocialis » eſt. Sic etiam peculatus quæſtio contra eos eſt, qui pecuniam publicam auerterant, ærarium defraudârant. Ambitus autem, cōtra ſuffragiorum corruptores in comitijs: maieſtatis verò, contra quietis publicæ turbatores, ſeditioſoſque aduerſum magiſtratus. Additæ pro temporum ſtatu & aliæ quæſtiones de vi publica, de veneficijs, de corruptis iudicijs; Item à L. Sulla Dictatore, de falſo, & de ſicarijs, cum augeret Prætorum numerū, vt Pomponius tradit. Ceterum, ne indies nouos opus eſſet creare magiſtratus ad eas quæſtiones exercendas, inſtitutum, vti Prætores omnes annuum ſuum magiſtratum iure dicundo in Vrbe exigerent, iuriſdictiones vrbanam, & peregrinam, necnon quæſtiones de his criminibus, de quibus ob eorum multitudinem ſenatus eo anno aſſiduè inquirendum decreuiſſet, inter ſe ſortirentur. Penes vrbanum verò, & peregrinum Prætores, ſicut antè, iudicia remanebant priuata, vt fiduciæ, tutelæ, ſocietatis, quemadmodum in oratione pro Roſcio comœdo Tullius definit; penes reliquos autem iudicia publica, vel quæſtiones perpetuæ in eum annum à ſenatu decretæ, qui idcirco quæſitores appellati, quod in crimina capitalia quærerent. Hinc pulchrè Claudianus poeta.

Quæſitor in alto
Conſpicuus ſolio pertentat crimina Minos.

Nam & quæſitores apud inferos eſſe fabulatur, qui delicta tam inquirunt, quam puniunt. Sic Aeacus Senecæ in ludo lege Cornelia de ſicarijs quærere fingitur, à quo Claudius Cæſar damnatur. Sic Virgilius Aeneidos VI.

Resp. Romana in deterius mutata.

Quæſtionum origo.

Cur perpetuæ dictæ.

Paricidij quæſtores.

Duouiri perduellionis vel paricidij.

Lex Calpurnia de repetundis.

Quæſtiones perpetuæ de quibus criminibus primum conſtitutæ.

Repetundæ.

Peculatus.

Ambitus.

Mutatæ Prætorum ſortes.

Quæſitor

Quæſitor Minos vrnam mouet: ille ſilentum,
Conciliumque vocat, vitaſque & crimina diſcit.

Vbi poëtam Aſconius in tertiam Verrinam, aptè quæſitoris partes expreſſiſſe ſcribit, dediſſe ſortitionem, cum vrnam nominat, dediſſe electionem iudicum, cùm dicit, cõciliumque vocat; dediſſe cognitionem facinorum, cum dicit, Vitasque & crimina diſcit. In Ciceronis item Vatiniana tribunal & vrnæ quæſitoris, atque ſubſellia iudicum recenſentur, » vbi Vatinium ſic alloquitur. Quæro ex te, num quis in hac ciuitate poſt Vrbem conditam » tribunos appellârit, ne cauſſam diceret; num quis reus in tribunal ſui quæſitoris aſcende» rit, eumque vi deturbârit, ſubſellia diſſipârit, vrnas deieuerit? De hac re pulchrè Pædianus in Verrinam ſecundam, explicans diſertè vt concilium cogere Prætor, vt iudicum electionem, reiectionemque dare ſolebat. Iam verò ſi alicuius criminis plures eſſent rei, quàm vt omnia de ijs iudicia vnus Prætor vel quæſitor commodè poſſet perficere, eadem quæſtio ſæpe duorum Prætorum ſors eſt facta; quemadmodum rurſus duæ diuerſorum criminum aliquando quæſtiones, ſi vnus ob reorum paucitatem ſufficeret, vnius prouincia fuit, id quod ex orationibus Ciceronis colligimus. Frequenter item ſors vnius Prætoris eſt facta vtraque iuriſdictio vrbana & peregrina, vt quinque ſortes quæſtionibus reſeruarentur. Sæpe etiam alicui Prætorum vrbano, aut peregrino minùs occupato extra ordinem ſunt additæ quæſtiones, aliquando creatus populi ſuffragio è priuatis quæſitor, vt de inceſtu Veſtalium Caſſius, vt de cæde Clodij in via Appia L. Domitius conſularis. Atque eo modo iuriſdictionum ſortes pro temporum ratione inter Prætores variè ſunt diſtributæ, ſicut ex annalibus noſtris ſtudioſo apertiùs conſtabit. In ſequentem annum deinde prouincias à ſenatu decretas inter ſe ſortiebantur, in quas finito magiſtratu cum imperio vel pro conſulari, vel proprætorio mitterentur. Quæ ſi cui non placeret, eandem recuſare, atque relinquere poterat, velut Ser. Sulpicium Rufum, & ipſum Ciceronem feciſſe intelligimus » ex oratione pro L. Murena. Ait enim ita ad Rufum. Poſtremo in prouinciam ire noluiſti; » non poſſum id in te reprehendere, quod in meipſo & Prætor & Conſul probaui. Ceterùm multa de his antè dixi, de proconſulatu, proprætura, & prouincijs diſſerens; Et ſi quæ alia huius argumẽti particulariùs cognoſcere ſtudioſus voluerit, ex ipſis annalibus ea haurire poterit. Quapropter ne nimiũ hic præturæ immoremur, ad ædilitatem curulẽ tranſeamus.

Prætorum ſortes vt variari ſolent.

Quæſitores extra ordinem ſine magiſtratu.

Prouinciarum exterarum ſortitio.

AEDILES. CVRVLES. PRIMI.

Cn. Quinctius. //. f. //. n. Capitolinus. P. Cornelius. * P. f. * //. n. Scipio.

Eodem anno item lex à M. Camillo Dictatore lata eſt, vt duo ædiles qui ſella curuli, non ſecus ac Conſules, vel Prætores ſederent, quotannis è patricijs crearentur, quod hac occaſione factum memorat Liuius libri ſexti fine. Cùm rem dignam cenſeret ſenatus, vt propter ordines in concordiam redactos, Latinis ferijs dies vnus ad triduũ adijceretur. Recuſantibus id munus ædilibus plebis; conclamatum à patricijs eſt iuuenibus ſe honoris deorum immortalium cauſſa libenter facturos, vt ædiles fierẽt. Quibus cùm ab vniuerſis gratiæ actæ eſſent, factum S. C. vti duoviros ædiles ex patribus Dictator populum rogaret, patres auctores omnibus eius anni comitijs fierent. Aedilitatem igitur primam patres Cn. Quinctio, & P. Scipioni ſuarum gentium viris, velut ante præturam Sp. Camillo, gratia campeſtri dederunt. Idem Liuius libri VII. principio. Plutarchus in Camillo.

Lex Furia de curuli ædilitate.

De Aedilitate curuli.

NON admodum multa de hoc magiſtratu dicenda ſuperſunt, cùm ex ædilitate plebis originem trahat, de qua ſuo loco ſuperiùs ea retuli, quæ ad inſtitutum noſtrum ſufficere videbantur. Adijciemus igitur ſolummodo pertinentia ad nouum magiſtratum à patricijs hoc anno inuẽtum. Apud quos tamen ſolos non diu permanſit; nam mox etiam plebeijs hominibus, vt anno ſequẽti dicemus, communicatus eſt; vt his deinde ad vtramque ædilitatem, patricijs dumtaxat ad curulem acceſſus fuerit. Quæ quidem honoratior erat, toga prætexta, ſella curuli, non minùs quàm prætura, vel conſulatus, item antiquiore loco ſententiæ in ſenatu poſtmodum, ac iure imaginum conſpicua; adeò, vt etiam conſularibus viris hic magiſtratus rubori non fuerit, ſed vltro ab his aliquãdo petitam legamus. Licinium Macrum, & Aelium Tuberonem auctores adfert Liuius. Q. Fabium Maximum Rullianum ſua ſponte poſt tertium conſulatum ambiuiſſe curulem ædilitatem. Idemque poſt primum conſulatum M. Agrippa fecit; etiamſi quibus vellet ab Auguſto honoribus ornaretur vſquequaque. Neceſſarium namque ipſi viſum ſeditionibus & armis ciuilibus

Aediles curules plebeijs mox communicantur.

Eius magiſtratus dignitas, & inſignia.

Conſulares ædiles cur facti.

M. Agrippa.

Aedilium curulium officia.

libus conquaſſatam Vrbem reſtaurare, ruinis defœdatam expurgare, & populum Romanum annonæ copia & vilitate reficere; Quin & publicæ quieti plurimùm conducere exiſtimauit ludorum magnificentia vrbanam multitudinem ſibi, Imperatoriqúe ſuo conciliare. In hunc vſum victoria ciuili malè cõquiſitas opes quàm liberaliſſimè effudit. Quamuis autem honoris deum, ludorúmve ſollemnium cauſſa curules ædilès primum creatos memoriæ proditum ſit, poſtea tamen ædilium plebis alia etiam officia atque onera ſubiiſſe demonſtrant annales; prout lex illa vetuſta de ædilibus lata volebat, quam citat Cicero de legibus libro III.

Lex de ædilitate curuli.

Suntoque.ædiles.coëratores. Vrbis.annonæ, ludorumque ſollemnium. Olleisque ad.honoris.amplioris.gradum.is.primus.adſcenſus.eſto.

Nihil attinet hîc latiùs de ædilium officio ſuperiùs relata repetere, præter ea quæ lex ipſa oſtendit prima fronte capita, curare ſcilicet vrbana ædificia, nec minùs annonam, forumque venalium, ludos item, ac feriarum ſacra ſollemnia. Verùm oneris eius grauiorem partem, præter ludorum ac feriarum Latinarum curam, ſucceſſu temporis tranſiiſſe ſenſim etiam ad curules ædiles cognoſcimus, maximè quod ad vrbanorum ædificiorum tutelam, ac nitorem attinet. Seneca epiſtolarum XIII. libro ad Lucilium, balneorum ſui temporis luxuriam notans, oſtendit publicorum vrbis balneorum mundiciam, ac integritatem, non minùs quàm viarum, aquæductuum, & cloacarum ædiles curules procurare debuiſſe. Ait enim. Sed, Dij boni, quam iuuabat illa balnea intrare obſcura, & gregali tectorio inducta, quæ ſcires Catonem tibi ædilem, aut Fabium Maximum, aut ex Cornelijs aliquem manu ſua temperaſſe. Nam hoc quoque nobiliſſimi ædiles fungebantur officio intrandi ea loca, quæ populum receptabant, exigendique mundicias, & vtilem ſalubremque temperaturam. Sed audiamus etiam quale onus ſibi per ædilitatẽ curulem à populo Romano impoſitum dicat Cicero Verrina ſeptima. Nunc ſum (inquit) deſignatus ædilis, habeo rationem quid à populo Rom. acceperim: mihi ludos ſanctiſſimos maxima cum cæremonia Cereri, Libero, Liberæque faciendos, mihi Floram matrem populo plebique Romanæ ludorum celebritate placandam, mihi ludos antiquiſſimos qui primi Romani ſunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Ioui, Iunoni, Mineruæque eſſe faciendos: mihi ſacrarum ædium procurationem, mihi totam Vrbem tuendam eſſe commiſſam. Ob earum rerum laborem & ſollicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in ſenatu ſententiæ dicendæ locum, togam prætextatam, ſellam curulem, ius imaginum ad memoriam poſteritatemque prodẽdam. Vides quænam ædilium curulium onera, quique etiam honores Ciceronis tempore fuerint. Itaque non ocioſè legi adiectum eſſe exiſtimare poſſumus ædilitatem ad honoris amplioris gradum eſſe primum adſcenſum; eius enim magiſtratus munificentia plerumque viam muniebat ad præturam & conſulatum. Quod in cauſſa, vt in conſuetudinem poſtea venerit, cùm luxus, & ambitio ſimul cum opibus priuatorum hominum nimiſ augeſcerent, quòd ludorum vel munerum ædilitiorum impenſæ, ſupra pecuniam ſolitam, & ex ærario in eos vſus annuatim decretam, ex proprio ædilium ad inſanam vſque prodigalitatem non ſine patrimoniorum iactura excreſcerent; cùm poſterior priori ſumptibus ac magnificentia cedere nollet, & plebs vrbana talibus admodum caperetur lenocinijs. Cùm igitur priuatorum opes ad vanas illas profuſiones non ſufficerent, multi idcirco ob ædilitatis impenſas foro boniſque cederent, plures magiſtratum ipſum fugerent, ac recuſarent; ne populus ea careret delectatione, & luxu; permiſſum eſt frequenter à prouinciarum præſidibus, vti ad ludos exhibendos ex prouincijs pecunias colligere ædiles poſſent. Vnde Quintum fratrem Cicero laudãs epiſtola prima, quòd Aſiam in ſuo proconſulatu iniquo, & graui vectigali ædilitiorum munerum liberaſſet, addit. Si vnus homo nobilis queritur palàm, te, quòd dixeris ne ad ludos pecuniæ decernerentur. HS. CC. ſibi eripuiſſe; quanta tandem pecunia penderetur, ſi omnium nomine, quicunque Romæ ludos facerent, quod erat iam inſtitutum, erogaretur? Conſtat etiam neceſſarios amicosque priuata pecunia ædilibus ad ludorum impenſam frequenter ſubueniſſe; immo populum Rom. ſua ſponte in hoc aſſes contuliſſe. Sed de his latiùs diſſerendum non eſt, alterius enim ſunt argumenti. Habuiſſe quidem ædiles curules iuriſdictionem non minorem quàm plebis ædiles cõſtat; propoſuiſſe etiam de quibuſdam cauſſis edicta Iuſtinianus inſtitutionum libro primo aſſerit, eaque iuris honorarij portionem in ſe complecti, & libro tertio decernit ſtipulationes prætorias ſic exaudiri oportere, vt in his etiam contineantur ædilitiæ. Nam & hæ à iuriſdictione veniunt, ait tit. XIX. Itaque mentio frequens ædilitij edicti, ex quo venditionum controuerſiæ, & actiones redhibitoriæ iudicantur. Maximoperè enim ædilibus curæ eſſe debebat, ne à venditore emptor circumueniri poſſet, illudque perpetuo edicto de venditionibus promulgato cauebatur, in quod plures Iuriſconſulti veteres ſunt commentati, Pomponius, Antiſtius, Labeo, Ser.

Balneorum publicorum cura.
Gregale tectorium.
Ludi ædilium curulium.
Aedilitatis præmia.
Primus honorum gradus ædilitas.
Aedilium ambitioſa prodigalitas.
Ad ludos publicos Romæ faciendos collectæ ex prouincijs pecuniæ.
Spontanea populi ad ludos collatio.
Aedilium curulium edicta, & iuriſdictio.
Edictum ædilitium de venditionibus.

Sulpicius, Maſſurius & Cælius Sabini, Pædius, Marcellus, Trebatius, & alij. Extat de eodem celebris titulus digeſtorum libro XXI. item caput lectu dignum apud A. Gellium libro IIII. Addidit demum Cæſar Dictator, duos alios ædiles, qui frumento publico præeſſent; hos à Cerere Cereales appellauit, neque poſtea ædilium numerum auctum reperio. Ædiles Cereales. Cęterùm ſub Auguſto iuriſdictionem ædilium aliquando Prætoribus vrbano, peregrinoque adiunctam fuiſſe, à Dione libro LIII. refertur, cùm vix ſenatorum aliquis reperiretur, qui ob impenſarum magnitudinem hunc magiſtratum gerere vellet. Sed hæc in annalibus aliquantò diffuſius exponentur.

Tribuni plebis.

M. Plætorius * M. f. M. * nepos. De iure & officio noui Prætoris plebem rogauit, & legē tulit hanc, cuius verba citat Cēſorinus in libello de die natali, cap. XIX. Plætoria lex.

PRAETOR. VRB. QVEI. NVNC. EST. QVEIQ. POST. HAC.
ERIT. DVOS. LICTORES. APVD. SE. HABETO. ISQVE.
SVVPREMVM. AD. SOLIS. OCCASVM. IOVS. INTER.
CIVEIS. DICITO

Meminit legis & M. Varro de lingua Latina libro V. dicens ſupremam diei tempeſtatem haberi ex eadem cœpiſſe Romæ, cùm Prætor in comitio ſupremam pronunciaſſet populo. Nam priùs ex XII. tabulis ſolis occaſus ſuprema tempeſtas habebatur. Varronis verba ſunt hæc. Suprema ſummum diei: id à ſuper imo. Hoc tempus XII. tabulæ dicunt occaſum eſſe ſolis; ſed poſtea lex Plætoria id quoque tēpus iubet eſſe ſupremum, quo Prætor in comitio ſupremam pronunciauit populo. Ex his fortaſſe colligi poterit, legis de hac re poſtrema verba in Cenſorino deſiderari ferè hæc. Suprema dies. Cenſorinus locus.

TVNCQ. SVPREMAM. PRONVNCIATO.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	
[C. Numitorius. C. f. C. nepos.]	[M. Antius. M. f. M. nepos.]
[C. Antius. C. f. Sp. nepos.]	[C. Mæcilius. C. f. M. nepos.]
[M. Acutius. M. f. //. nepos.]	[C. Lucerius. C. f. //. nepos.]
[M. Pontificius. M. f. M. nepos.]	[L. Volſcius. L. f. L. n. Fictor.]
[L. Statius. L. f. L. nepos.]	

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. L. Sextij
//. //. //. f. //. n. //. L. Aemilij } Coss. in * ſtipendiarieis *

Cn. Manlius. L. f. A. n. Capitolinus. Torquatus.   Q. Aulius. M. f. //. n. Cerretanus.

[P. Licinius. P. f. P. n. Caluus.]   [C. Terentius. C. f. C. n. Arſa.]

Cn. Manlius frater T. Manlij Torquati fuit bis Cos. & Cenſor. Q. Aulius pater Q. Aulij Cerretani, vt marmora docent Capitolina: quem bis Cos. fuiſſe, & magiſtrum equitum in prœlio occiſum poſtea demonſtrabunt annales.

ANNI. P. R. C. CCCXXCVIII.

Conſules.

L. Genucius. M. f. Cn. n. Auentinensis.   Q. Servilivs. Q. F. Q. N. Ahala.

ITA nominant etiam hos Conſules Liuius, Diodorus, Oroſius, Caſſiodorus, Marianus, & Eutropius. Tabulæ Græcæ Ahalam, & Genucium ſuggerunt. A nobis Genucij

nomen ex ſecundo eius conſulatu qui extat in tabulis Capitolinis, eſt redintegratum.

Roma peſtis grauiſſima.

Annus quidem à ſeditione, & bello quietus fuit, ſed inſignis graui peſtilētia, quæ cenſorem, ædilem curulem, tres tribunos plebis ſuſtulit, & præter alios quàm plurimos magni nominis, etiam M. Furium Camillum, alterum Vrbis conditorem populi Rom iudicio appellatum, quàm à Gallis captam liberârat, & ſeditionibus domeſticis collabentem erexerat. Auctores ſunt Liuius libri VII. principio. Plutarchus in Camillo. Eutropius libro II. Oroſius libro III. cap. IIII. qui cladem illam luculenter enarrat, ſed annorum Vrbis conditæ numerus non conſtat.

M. Furij Camilli mors.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

L. Manlius. A. f. A. n. Capitolin. Imperioſus.

AEDILES. CVRVLES. PRIMI. DE. PLEBE.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

In mag. mortuus eſt.

Aedilitas curulis plebi primū communicari cœpit.

Satis indicat Liuius iam inde ab hoc quaſi anno alternatim, plebeios fieri ædiles curules cœpiſſe. Cùm enim ſuperiore anno in concionibus quererētur tribuni plebis, quòd pro vno Conſule plebeio tres patricios magiſtratus curulibus ſellis prætextatos, tanquam Conſules, ſedentes nobilitas ſibi ſumpſiſſet; verecundia impoſita eſt ſenatui, ex patribus ſolis inde iubendi ædiles curules creari. Primò igitur vt alternis annis ex plebe fierent, conuenerat; poſtea promiſcuum libero populi ſuffragio fuit. Hæc fere Liuius libro VII. ſed nomina ædilium huius anni præteriit, quorum tamen alterum peſte mortuum refert. Cicero autem in oratione pro Cn. Plancio primum ædilem ex plebe curulem creatum teſtatur Iuuentium quendam, cui cognomen Thalnæ adieci, quod antiquiſſimum in ea familia reperio.

//. Iuuentius. //. f. //. n. *Thalna.* — C. Licinius. P. f. //. n. Caluus.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. In mag. mort. eſt. — //. //. //. f. //. n. //. In magiſt. mort. eſt.

//. //. //. f. //. n. //. — In magiſtratu mortuus eſt.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //.

[Q. Pœtelius. C. f. Q. n. Libo. Viſolus.] — [M. Popillius. C. f. C. nepos. II.]

C. Plautius. C. f. //. n. Proculus. III. — [T. Metilius. T. f. T. nepos.]

[C. Volſcius. C. f. C. nepos.] — [M. Sellius. M. f. M. nepos.]

[L. Lucerius. L. f. //. nepos.] — [T. Statius. T. f. T. nepos. II.]

[C. Trebonius. C. f. C. n. Aſper. II.] — [C. Racilius. C. f. C. nepos. II.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

M. Popillius. M. f. C. n. Lænas. — C. Marcius. L. f. C. n. Rutilus.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. L. Genucij cos. } in *ſtipendiarieis*
//. //. //. f. //. n. //. Q. Seruilij cos. }

C. Fabius *C. f. M. n.* Ambuſtus. — M. Valerius. P. f. L. n. Poplicola.

[L. Hor-

[L. Hortenſius. L. f. L. nepos.] [L. Fuluius. L. f. //. n. Curuus.]

C. Fabij, ac M. Valerij magiſtratus maiores alij ordine ſuo ſequentur. Quorum hic filius videtur fuiſſe P. Valerij, qui ſexies tribunus militum fuit: ille verò C. Fabij vnius ex tribus fratribus Fabijs, qui legati in Etruria Gallos Cluſium obſidentes ad bellum contra Romanos irritarant.

ANNI. P. R. C. CCCXXCIX.

Conſules.

C. Sulpicius. M. f. Q. n. PETICVS. C. LICINIVS. C. F. P. N. CALVVS.

C. Sulpicius Peticus ex cenſura, & ſecundo eius conſulatu deſcriptus eſt; nam hi magiſtratus extant in fragmento Capitolino, cui congruunt in prænomine Diodorus, & Caſſiodorus: ſed in cognomine librariorum culpa diſcrepant, non ſecus ac Liuius, in quo mendosè T. Sulpicius Potitus legitur. Tabulæ Græcæ Stolonem ac Peticum reddunt, Valerius Maximus libro II. cap. I. C. Sulpicium Peticum, C. Licinium Stolonem. Hic autem is idem eſt, qui antea toties tribunus plebis cum L. Sextio, conſulatum plebeium extorſit à patricijs: Liuius alijque Stolonem (vt dixi) appellant; tabulæ verò Capitolinæ Caluum; Marianus Scotus vtrumque cognomen ſeruat. Ipſum hoc primùm anno ad honorem conſulatus perueniſſe, ex Liuio, & Capitolinis tabulis colligimus; licet is qui virorum illuſtrium vitas ſcripſit, primum è plebe Conſulem creatum fuiſſe tradat.

Hernici defecerunt, Lectiſternium peſte adhuc graſſante tertium in Vrbe celebratum fuit, pacis deûm expoſcēdæ cauſſa: & ludi ſcænici Romæ primùm inſtituti. Liuius lib. VII. Oroſius libro III. cap. IIII. Val. Maximus loco iam adducto. D. Auguſtinus de Ciuitate Dei, libro III. cap. XVII. *Lectiſternium tertium in Vrbe propter peſtem, & ludi ſcænici primi.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
Cn. Quinctius. //. f. //. n. Capitolinus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
P. Cornelius. //. f. //. n. Scapula. — Ap. Claudius. P. f. Ap. n. Craſſus. Sabin. Regillenſis,

Trib. plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
C. Plautius. P. f. P. n. Proculus. III.	[L. Racilius. C. f. C. nepos.]
C. Pœtelius. C. f. Q. n. Libo. Viſolus. III.	[C. Plætorius. C. f. M. nepos. II.]
[M. Conſidius. M. f. M nepos. II.]	[L. Allienius. L. f. A. nepos. II.]
[L. Appuleius. L. f. //. nepos.]	[M. Marcius. M'. f. M'. nepos.]
C. Sempronius. //. f. //. n. Longus. II.	[C. Fuluius. L. f. //. n. Curuus.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
[L. Fulcinius. C. f. C. nepos.] — [L. Volſcius. L. f. L. n. Fictor.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. C. Petici. } Coſs. in Hernico.
//. //. //. f. //. n. //. C. Calui. }

[M. Aebutius. M. f. M. n. Elua.] [L. Icilius. L. f. L. n. Ruga.]

Cn.Cornelius. //.f.//.n.Lentulus. [C.Marcius.C. f. C. n. Rutilus.]

ANNI. P. R. C. CCCXC.

Conſules.

L. Aemilius. L. f. //. n. MAMERCINVS. II. CN. GENVCIVS. M. F. M. N. AVENTINENSIS.

L. Manlius. A. f. A. n. Capitolinus. IMPERIOSSVS. DICT.

L. Pinarius. //. f. //.n. NATTA. MAG. EQ. CLAVI. FIG. CAVSSA.

LIVIVS, & qui ex eodem Conſules ſuos collegiſſe videtur Caſſiodorus, C.Genucium L. Aemilium II. produnt; ſed Capitolino fragmento aſtipulatur Diodorus, Cn. Genucium enim vocat alterum.

Claui pangendi religio contra peſtem. Eo anno mirum in modum occupata fuit ciuitas in piaculis conquirendis ad peſtem ſedandam; repetitaque eſt ex vetuſta lege claui pangendi religio; vt qui Prætor maximus eſſet, Idibus Septembribus clauum pangeret. Vtque res maioribus perageretur auſpicijs, Dictator, qui clauum figeret, creatus eſt L. Manlius Capitolinus Imperioſſus, & magiſter equitum L. Pinarius Natta, quorum cognomina adhuc extant in fragmento Capitolino. *L. Manlius Dictator abdicare coactus.* L. Manlius perinde ac ſi rei gerundæ, & non ſoluendæ religionis gratia creatus eſſet, bellum Hernicum affectans, delectu acerbo iuuentutem exagitauit, tandemque omnibus in eum tribunis plebis coortis, ſeu vi, ſeu verecũdia victus, dictatura abijt. Vide Liuiũ lib. VII.

Cens. M. Fabius. K. f. M. n. AMBVSTVS. L. FVRIVS. SP. F. L. NEPOS. MEDVLLINVS.

L. F. XX.

Luſtrum Vrbis XX. Cenſores idem annus habuit, à quibus luſtrum Vrbis vigeſimum, vt Capitolinũ marmor demonſtrat, conditum eſt, quamuis Liuius ne verbum quidem de ea re faciat, nec alius quiſquam, ni fallor, auctorum. Iam olim collegas in tribunatu militum hos cenſores fuiſſe autumo, nempe anno Vrbis CCCLXXIII.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

M. Fabius. N. f. M. n. Ambuſtus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

[M. Popillius. * C. f. C. n. Lænas.] C. Pœtelius. C. f. Q. n. Libo. Viſolus. II.

[L. Statius. L. f. L. nepos.] [C. Antius. C. f. Sp. nepos.]

Tribuni plebis.

L. Manlium Dictatorem abdicare coëgerunt, quòd bellum Hernicum affectans acerbo delectu iuuentutem Romanam agitaret. Liuius lib. VII.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

[M. Antius. M. f. M. nepos. II.] [C. Numitorius. C. f. C. nepos. II.]

M. Popil-

M. Popillius. M. f. C. n. Lænas. III. C. Marcius. L. f. C. n. Rutilus. IIII.
[Q. Pœtelius. C. f. Q. n. Libo. Viſolus. II. [A. Allienius. L. f. A. nepos.]
[L. Pupius. L. f. //. nepos.] [L. Aelius. L. f. L. n. Pœtus.]
Q. Aulius. M. f. //. n. Cerretanus. C. Caruilius. //. f. //. n. Maximus.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. L. Aemilij. } Coss. in ° ſtipendiarieis.*
//. //. //. f. //. n. //. Cn. Genucij. }

P. Valerius. P. f. L. n. Poplicola. C. Iulius. * L. f. C. n. * Iulus.
[Q. Hortenſius. Q. f. L. nepos.] M'. Curius. //. f. //. nepos.

P. Valerius Conſul poſtea atque Dictator, C. Iulius Dictator item fient. Hic fortè videri poterit filius L. Iulij, qui bis: ille P. Valerij, qui ſexies tribunus militum fuit. M'. Curius in Capitolinis faſtis appellatur auus præclari viri M'. Curij Dentati, qui de Rege Purrho triumphauit, & ter Cos. ac Cenſor in annalibus hiſce reperietur.

ANNI. P. R. C. CCCXCI.

Conſules.

Q. Seruilius. Q. f. Q. n. AHALA. II. L. GENVCIVS. M. F. CN. N. AVENTINENSIS. II.

TABVLAE Græcæ & Cuſpiniani Ahalam & Genucium habent. Liuius, Caſſiodorus, & Marianus Scotus, Q. Seruilium, Ahalam, & L. Genucium. Sic etiam Diodorus, ſed perperam Quinti prænomen attribuitur ibidem Genucio. Hi enim & antea collegæ in conſulatu fuerunt; atque ideo numeri, vt habentur in Capitolina tabula, ſupradictis adſcribendi ſunt.

M. Curtius eques Romanus nobilis in voraginem terra ſubſidente apertam medio fori Romani armatus, & equo vectus ſemet præcipitauit, pro ſalute populi Rom. morte ſua prodigium publicum procurans: quo iubebatur ex vatum reſponſo hiatus ea re compleri, qua populus Rom. plurimùm poſſet. Virtutem, atque arma vaticinio ſignari Curtius interpretatus, iſto ritu ſe dijs manibus deuouit. Cùm Romæ manerem anno ∞. D. LII. eodem loco medij fori Romani ad baſilicam Iuliam, vbi lacus Curtius fuerat, è ruinis ſubterraneis extracta fuit tabula grandis Parij marmoris in qua facti iſtius Curtiani hiſtoria pulchrè ſculpta videbatur, quam depictam adhuc apud me ſeruo. Bellum Hernicis hoc anno indictum, & illatum eſt. L. Genucius Cos. hoſtium inſidijs circumuentus occiditur. Liuius libro VII. Oroſius libro III. cap. V. De Cos. Genucij tamen morte faſti Capitolini nihil annotarunt. De M. Curtio videndus item Valerius Max. lib. V. cap. VI. & D. Auguſtinus de Ciuitate Dei libro V. cap. XIIX. *M. Curtius eques Rom. pro patria ſe deuouit.* *Hernicum bellum.* *L. Genucius COS. ab hoſtibus occiditur.*

Ap. Claudius. P. f. Ap. n. CRASSVS. SABIN. REGILLENSIS. DICT.
P. Cornelius. //. f. //. n. SCAPVLA. MAG. EQ.
REI. GERVNDAE. CAVSSA.

Occiſo Genucio conſenſu patriciorum Seruilius Conſul Dictatorem dixit Ap. Claudium decemuiri nepotem alterum, non ex Appio filio, qui minimus patrum auctor diſſoluendæ per collegarum interceſſionem tribuniciæ poteſtatis fuerat, & tribunus militũ anno CCCL. vt Liuius quarto & quinto libris meminit: ſed ex Publio filio, vt fragmentum monſtrat Capitolinum in eius conſulatu anni CDIIII. qui legem de cõſulatu plebeio diſſuaſerat eloquenti oratione à Liuio libri VI. fine memorata. Is magiſtri equitum nomen præterijt, quòd tamen extitiſſe in faſtis Romanis fragmentum docet, in quo adhuc viſuntur obſcuræ, & vetuſtate quaſi conſumptæ quædam cognominis literæ SCAPVLA. Ex quibus Sigonius (quem marmor ipſum tamen non vidiſſe puto) Seruilium Priſcum aliquem fuiſſe conijcit; Onufrius Panuinus L. Scipionem, qui anno CDIII. Conſul fuit. Marlianus autem neſcio quem Mucium Scæuulam. Mihi quidem marmor ipſum ſæpiùs ac diligen- *Quis Ap. Claudius Dictator.*

ter conſideranti non Scipio,non Scæuula,ſed Scapula cognomen eſt viſum,vt opiner patrem fuiſſe P. Cornelij Scapulæ qui Conſul fuit anno CDXXV. Sed hæc diſcernere facilius eſt ijs,qui fragmentum Romæ diligentiùs intueri poſſunt.

Victoria de Hernicis cruenta virtute Rom. equitum parta eſt.

Tribuni militũ ad legiones comitiati à populo primũ creati. Rufuli.

Ap.Claudius Dictator non incruento prœlio vicit Hernicos, nam quarta pars exercitus Romani deſiderata eſt. Triumphaſſe ipſum de Hernicis non auſim dicere, cùm nulla eius rei ſit mentio apud Liuium,neque quicquam extet in fragmentis Capitolinis,ex quo Appij triumphus poſſit colligi. Tribuni militum ad legiones populi ſuffragio primùm creati; cum antea, ſicut quos Ruſulos vocant, Imperatores ipſi feciſſent. Sed vide Liuium libro ſeptimo.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
P. Cornelius. * P. f. * //. n. Scipio.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
Cn.Manlius. L.f. A.n.Capitolinus. Imperioſſus. C.Fabius. * C.f. M.n. * Ambuſtus.

Tribuni plebis.

L. Manlius reus.

T. Manlij filij in patrẽ reum pietas.

M. Pomponius. * M. f. M. * nepos. L. Manlio Capitolino anni ſuperioris Dictatori diem ad populum dixit; quòd paucos ſibi dies ad dictaturam gerendam addidiſſet, quodque in delectu habendo imperioſus, & acerbus fuiſſet, non damnatione modò ciuium; ſed etiam laceratione corporum. Quodque filium iuuenem Titum nullam ob culpam; ſed ſolummodo, quòd infacundus, & lingua impromptus eſſet, inter ſeruiles operas enutriret, ac publicis vſibus ſubtraheret. Id poſtquam Titus cognouit, protinus Vrbem, ac ædes tribuni ſummo manè petijt; admiſſusque ad ſecretum colloquium quaſi accuſaturus patrem, ſtricto ferro tribunum minis, ac terrore compulſum iurare coëgit ſe patris eius accuſandi cauſſa concilium plebis nunquam habiturum. Iurauit pauidus tribunus, & cauſſæ dictionem reo Manlio patri remiſit. Factum non ciuile, pietate tamen filij in patrem laudabile fuit habitum. Liuius libro VII. Cicero officiorum tertio. Val. Max. libro V. cap. IV. Auctor de viris illuſtribus. Seneca de beneficijs libro tertio, capite penultimo.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

[Q. Decius. M.f.M. n.Mus.] [Sp.Oppius. Sp.f.Sp.n.Cornicen.]
[C. Oppius. C. f. C. nepos.] [N.Otacilius.N.f.N. nepos.]
[C.Terentius.C. f. C. n.Arſa.] [M.Terentius.M.f.M.nepos.]
[Q.Romuleius.Q.f.Q. nepos.] [L. Rabuleius.L.f.C. nepos.]
[C. Mælius. P. f. Sp.n. Capitolinus.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
[L. Lucerius. L. f. //. nepos.] [C. Volſcius. C. f. C. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Seruilij cos. } in Hernico.
//. //. //. f. //. n. //. L. Genucij cos. } in Hernico.

L. Cornelius. * P. f. * //. n. Scipio. [C. Petillius. * Q. f. Q. * nepos.]
L. Mænius. //. f. //. nepos. [L. Aquilius. L. f. //. n. Coruus.

L.Scipio

L. Scipio poſtea Coſ. videtur frater fuiſſe primi ædilis curulis P. Scipionis, & filius illius, qui magiſter equitum ſub M. Camillo, & bis tribunus militum fuerat. L. Mænium quinto poſt anno tribunum plebis fuiſſe docet, Liuius.

ANNI. P. R. C. CCCXCII.

Conſules.

C. Licinius. C. f. P. n. Caluus. II. C. SVLPICIVS. M. F. Q. N. PETICVS. II.

COLLEGAE & antea in eodem magiſtratu fuêre, quapropter numeri auctoribus adijciendi ſunt, vtpote Liuio, vbi etiam mendoſè L. Sulpicius legitur, cùm in tabulis Capitolinis, Diodoro, & Caſſiodoro C. Sulpicius appelletur. In hoc ſecundo conſulatu Liuius rectè Licinio Calui cognomen attribuit, non aliter quàm tabulæ Capitolinæ Græcæ quidem, quas toties iam citaui, Stolonem hoc loco vocant; vt eundem eſſe animaduertas facilè, qui antea tribunus plebis fuerat.

Ferentinum in Hernicis vi captum eſt à Conſulibus, & Tiburtibus bellum indictum. Liuius libro VII. Dionyſius tyrannus Sicilia pellitur. Marianus Scotus. *Ferentinum captum.*

T. Quinctius. //. f. //. n. Pennus. CAPITOLINVS. CRISPINVS. DICT.
Ser. Cornelius. Ser. f. M. N. MALVGINENSIS. MAG. EQ.
REI GERVNDAE CAVSSA.

Dictatorem habuit is annus rei gerundæ, vt Liuius, & faſti Romani tradunt; non comitiorum habendorum cauſſa, vt vult Licinius Macer. Galli enim via ſalaria trans pontem Anienis ad tertium lapidem caſtra poſuerant, quos à Quinctio Dictatore victos, & quaſi penitus deletos, auctor eſt Appianus Alexandrinus in Celtica. Cruentiſſima congreſſione confectos, & fugatos ſcribit Oroſius libro III. capite V. atrociſſimam pugnam T. Manlio Torquato trib. militum ſingulariter inchoante. Sic etiam Florus ſcribit libro primo, cap. XIII. Verùm Liuius prœlij nullius mentionem facit, ſed poſt T. Manlij ſingularem pugnam, & victoriam, Gallos conſternatos proxima nocte relictis caſtris profugiſſe dicit. Omnium conſenſu receptum eſt, T. Manlium hoc bello Gallum viribus & corpore præualidum ſingulari prœlio proſtrauiſſe, torquem auream cæſo detraxiſſe, & inde Torquati cognomen reportaſſe. Quod duellum à Liuio graphicè deſcribitur, & etiam à Gellio libro IX. cap. XIII. ex Q. Claudij Quadrigarij annalium primo. *Gallicus tumultus.* *T. Manlius trib. mil. duello victor Torquatus primus dictus.*

Memorabilis iſtius duelli viuam admodum picturam multis poſtea ſæculis in foro Romano publicatam manſiſſe ſcimus prope vetera roſtra ſub Nouis, ſcilicet, tabernis argentarijs. Hæc autem in tabula ſcuti Gallici vel Cimbrici in formam facta repræſentabat Galli illius Thraſonis exultantis, iactabundoque corpore diſtorti, ac barbarè linguam exerentis in Anienis ponte congreſſum cum T. Manlio, & quàm dextrè proſtratus ac occiſus collum torquemque ſuum aureum amiſerit. Ex hac quidem pictura ferè auſim opinari, T. Liuium & Claudium Quadrigarium hiſtoricos prœlium hoc, quod ipſi non viderant, tam exactè verbis accuratis delineaſſe. Scutum Cimbricum vocabant vulgò tabulã iſtam Romani, eratque loci illius ad Nouas tabernas nota quædam celebris. Mentionem eius reperio apud Ciceronem, Quinctilianum, & C. Plinium maiorem. Quæ loca huc conferre non pigebit, vt, candide lector, videas, quantopere conducat ad veterum auctorum intelligenda ſcripta diligens hiſtoriæ antiquæ collatio. M. Cicero de Oratore libro ſecundo, vbi C. Iulium Cæſarem Strabonem oratorem de iocis atque facetijs diſſerentem inducit, vt ille deformem ac fœdum quendam aduerſarium ſuum Manciam iam dicti Galli picturæ compararit, eleganter ſcribit. Ait enim ſic Iulius. Valde autem ridentur etiam imagines, quæ ferè in deformitatem, aut in aliquod vitium corporis ducuntur cum ſimilitudine turpioris. Vt meum illud in Heluium Manciam. Iam oſtendam, cuiuſmodi ſis. Cùm ille: Oſtende, quæſo; demonſtraui digito pictum Gallum in * Mariano * ſcuto Cimbrico ſub * nodis * diſtortum, eiecta lingua, buccis fluentibus. Riſus eſt commotus, nihil tam Manciæ ſimile viſum eſt. Hæc C. Iulij apud Ciceronem verba reperiuntur in hunc modum ſcripta in correctioribus exemplaribus editis omnibus, & vt teſtatur doctiſſimus Dionyſius Lambinus in multis antiquis manuſcriptis, quæ vidit ipſe. Pedibus quidem in eius eo ſententiam, virium, ſcilicet, eſſe in verbis * ſub nodis * quaſi ſub vinculis, vt quidam interpretantur: & legendum eſſe, • ſub Nouis * vt locum indicent, vbi in foro poſita pictura Galli ſtabat. Sic M. Varro de lingua Latina libro V. affirmat, Sub Nouis dictam eſſe *Pictura duelli Manliani in foro Romano poſita.* *Scutum Cimbricum.* *Ciceronis locus.* *• Manſiano fortè melius.* *• Nouis fortè melius.*

eſſe partem in foro Rom. ædificiorum peruetuſto vocabulo, vt & Via Noua; à tabernis nempe nouis. Approbare videtur & Lambini hanc lectionem meus codex antiquus in membrana ſcriptus, in quo habetur * ſub nobis * obſoleta ſcribēdi formula, qua frequenter olim, b, pro, v, vſurpare ſolebant. Iam ipſa hiſtoria nobis in iſto verborum contextu mendum aliud oſtendit, & pro * Mariano * ſcuto Cimbrico legendū eſſe * Manliano * docet. Etenim T. Manlij duellum cum Gallo repræſentaſſe picturam ſcuti dubio procul eſt: non C. Marij, quem duello cum Gallis vnquam pugnaſſe non legimus. Hoc enim non

Quinctiliani locus.

ſolùm ex T. Liuio & Claudio colligimus, ſed etiam ex Cicerone & alijs. M. Fabius Quinctilianus autem oratoriarum inſtitutionum lib. VI. cap. IV. de riſu adfert etiam, vt apparet, ex ipſo Cicerone Iuliani ioci hoc idem exemplum his verbis, vt in vulgatis correctioribus ea reperio. » Rarum autem eſt, vt oculis ſubijcere ridiculum contingat: vt fecit C Iu- » lius, qui cum Heluio * mancipi * ſæpius obſtrepenti ſibi diceret: iam oſtendam qualis ſis: » iſque planè inſtaret interrogatione, qualem ſe tandem oſtenſurus eſſet, digito demonſtra- » uit imaginem Galli in ſcuto Cimbrico pictam, cui * manceps * tum ſimillimus eſt viſus. » Tabernæ autem erant circa forum, ac ſcutum illud ſigni gratia poſitum. Hæc ita in Fabio legimus, vbi collige lector ex Ciceronis verbis errorem exemplarium, in quibus perperam librarius ſcriptor indoctus cognomen Heluij * Mancia * mutauit in * manceps * duobus in locis.

* Manciæ * ſ. melius.
* Mancia * ſ. melius.

C. Plinij locus.

Nec diſſimilis error ex iſta collatione pateſcit in C. Plinio nat. hiſt. libro XXXV cap. IV vbi Manciæ teſtis nomen omiſſum, & Cæſaris oratoris, in Craſſi, mutatum videtur librarij alicuius imperitia; vel ipſum Plinium memoria lapſum fateri cogimur. Eius autem verba ſic ſonant, vbi de tabulis pictis agit: Deinde video & in foro poſitas vulgò » Hinc enim ille * Craſſi * oratoris lepos agentis ſub Veteribus, cùm * teſtis compel- » latus inſtaret, Dic ergo * Craſſe * qualem me reris? Tālem, inquit, oſtendens in tabula pi- » ctum inficetiſſimè Gallum exerentem linguam.

* Cæſaris * ſ. melius.
* Manciæ * deest.
* Cæſar * ſ. melius.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
M. Valerius. P. f. L. n. Poplicola.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
M. Plætorius. * M. f. M. * nepos. [C. Plætorius. C. f. M. nepos.]
[M. Conſidius. M. f. M. nepos. [L. Allienius. L. f. A. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
C. Plautius. //. f. //. n. Hypſæus. [L. Aelius. L. f. L. n. Pætus. II.]
[M. Marcius. M'. f. M'. nepos.] [P. Licinius. P. f. P. n. Caluus.]
[M'. Oracilius. M'. f. N. nepos.] [Q. Mælius. Q. f. Q. nepos.]
[C. Lætorius. C. f. C. nepos.] [C. Lætorius. P. f. P. nepos.]
[P. Furius. P. f. P. nepos.] [L. Virginius. A. f. A. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Calui. } Coſs. in Hernico.
//. //. //. f. //. n. //. C. Pætici. }
A. Cornelius. P. f. A. n. Coſſus. Aruina. M. Duilius. * M. f. M. * nepos.
M. Papi-

M. Papirius. * M. f. M. n. Mugillanus. * C. Duilius. * C. f. C. * nepos.

A. Cornelium nobis ſic exprimunt marmora Capitolina. M. Papirius autem & C. Duilius ex quinque viris menſarijs poſtea fuerunt, æquitatis & induſtriæ meritò in fœnore diminuendo, atque ære alieno ciuium temperando, per omnium, vt tradit Liuius, annalium monumenta celebribus. Mugillanum verò hunc inter tredecim Papirios referendum eſſe puto, quos Cicero ad Pætum ſcribit à primo L. Mugillano ſella curuli ſediſſe ante L. Papirium Craſſum, qui Prætor & Dictator fuit anno CDXIII. quique primùm Papiſius appellari deſijt. Quare hunc quæſtorem non ſolùm, ſed & ædilem curulem, prætoremque fuiſſe ſuſpicari poſſumus. M. Duilius ſequetur tribunus plebis.

C. Sulpicius. M. f. Q. n. Pæticus. A. CCCXCII.
Cos. //. de Herniceis. QUIRINALIBVS.
T. Quinctius. //. f. //. n. Pennus. Capitolin. Criſpinus. AN. CCCXCII.
Dict. de Galleis. //. //. MART.

Addit Liuius à Dictatore T. Manlium poſt victoriam de Gallo pro concione laudatum fuiſſe, & aurea corona donatum; triumphi quidem nullibi eſt mentio, quem tamen ex tam memorabili bello obtinuiſſe Dictatorem veriſimile eſt, & aſtipulari videtur faſtorum Capitolinorum fragmentum, quod eodem hoc anno CCCXCII. duos ordine triumphos nobis oſtendit, alterum Quirinalibus actum ſcilicet XIII. Kal. Martias. quem C. Sulpicij Conſulis primum eſſe reor de Hernicis, ſecundum namque triennio poſtea Dictator egit de Gallis, ſicut ex ijſdem fragmẽtis apertum eſt. Alterum eodem, ni fallor, item menſe ductum ex paucis literis cognoſcimus, quem T. Quinctij Dictatoris fuiſſe de Gallis opinamur, quamuis Liuius, vt alios etiam, hos triumphos omiſerit. *T. Manlij honores.* *Quirinalia xiij. Kal. Martias.*

ANNI. P. R. C. CCCXCIII.

Conſules.

M. Fabius. N. f. M. n. AMBVSTVS. C. POETELIVS. C. F. Q. N. LIBO VISOLVS.

BALBI cognomen adſcribit Pœtelio Liuius, at fragmenta Capitolina Libonem Viſolum vocant. Græcæ & Cuſpiniani tabulæ Libonem & Ambuſtum Conſules nominant, Diodorus & Caſſiodorus M. Fabium, C. Pœtelium. Sed perperam in omnibus ferè cùm Liuij, tùm Caſſiodori exemplaribus Petilius legitur; non eadem enim gens eſt Pœtelia, quæ Petilia. M. Fabium ex triumpho eius Capitolino reſtitui. Pœtelius x. viri. Q. Pœtelij nepos fortè fuit.

Cùm M. Fabio Conſuli prouincia Hernici eueniſſet, aduerſus Tiburtes C. Pœtelius Conſul iuſſu populi exercitum duxit, quòd ſocietatem belli cum Gallis Romanorum hoſtibus feciſſent, eoſdemque commeatu iuuiſſent. In Hernicis autem Fabius Conſul primùm leuibus prœlijs, dein vno inſigni conflictu hoſtes deuicit. Liuius lib. VII. *M. Fabij victoria de Hernicis.*

Q. Seruilius. Q. f. Q. n. AHALA. DICT.
T. Quinctius. //. f. //. n. Pennus. CAPITOLINVS. CRISPINVS. MAG. EQ.
REI GERVNDAE. CAVSSA.

Ad Tiburtium auxilium cùm Galli è Campania redijſſent, & fœda populatione deuaſtarent Lauicanum, Albanum, & Tuſculanum, Dictator dictus eſt. Q. Seruilius Ahala, & ab eo magiſter equitum T. Quinctius. Hic antea Dictator, ille bis Conſul; qui nouo conſcripto exercitu, iunioribus omnibus ſacramento adactis, Gallos non procul porta Collina in conſpectu Vrbis & ciuium cruento prœlio vicit, & fugauit. Fugienteſque prope Tibur excepit Pœtelius Conſul; à quo rurſus ſimul cum egreſſis ad opem ferendam Tiburtibus ſuperantur, & intra Tiburis vicinæ portas compelluntur. Liuius libro VII. *Galli & Tiburtes denuo victi.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
Sp. Furius. M. f. //. n. Camillus. II.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

P. Valerius. P. f. L. n. Poplicola. C. Iulius. *L. f. C. n.*Iulus.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Q. Aulius. M. f. //. n. Cerretanus. C. Caruilius. //. f. //. n. Maximus.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

K. Duilius. * K. f. K. nepos.	[L. Hortenſius. L. f. L. nepos.]
[C. Marcius. C. f. C. n. Rutilus.]	[C. Curatius. C. f. //. nepos.]
[M. Cædicius. M. f. L. nepos.]	[L. Sextius. L. f. L. nepos.]
[C. Apronius. C. f. C. nepos.]	[C. Titius. C. f. Sex. nepos.]
[T. Sicinius. T. f. L. n. Dentatus]	[M. Titinius. M. f. M. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M. Fabij cos. in Hernico.
//. //. //. f. //. n. //. C. Pœtelij. cos. in Tiburti.

[L. Aemilius. L. f. //. n. Barbula.] L. Aemilius. C. f. //. n. Mamercinus.
T. Manlius. L. f. A. n. Capitolinus. Torquatus. C. Liuius. //. f. //. n. Denter.

Huius C. Liuij nepos M. Liuius Denter primus è plebe pontifex, & Cos. anno CDLI. vt ex ratione temporum & tabulis Capitolinis colligo. T. Torquati magiſtratus nobiles plures ſubſequentur. L. Barbula patruus videtur Q. Barbulæ, qui Cos. II. de Etruſcis triumphauit. L. Mamercinus fortaſſe filius C. Mamercini bis tribuni militum conſulari poteſtate. Hunc Liuius magiſtrũ eq. nominat in ann. CDI. quemadmodum declarabo.

C. Pœtelius. C. f. Q. n. Libo. Viſolus. AN. CCCXCIII.
COS. DE GALLEIS. ET. TIBVRTIBVS. //. //. MART.
M. FABIVS. N. F. M. N. AMBVSTVS. COS. ANN. CCCXCIII.
OVANS. DE. HERNICEIS. NONIS. SEPT.

Rebus paſſim benè geſtis, Dictator Conſulibus in ſenatu, & apud populum magnificè collaudatis, & ſuarum quoque rerum remiſſo illis honore, dictatura ſe abdicauit. Pœtelius de Gallis, Tiburtibusq́ue geminum triumphum egit, Fabio ſatis viſum eſt, vt ouans Vrbem iniret. Irriſere tamen Pœtelij triumphum Tiburtes, vt nulla rebus contra eos geſtis gloria dignum. Liuius libro VII.

Tiburis origo antiquiſsima. Tiburis originem antiquiorem eſſe, quàm Vrbis Romæ Plinius aſſerit libro XVI. capite vltimo. Ciuitatem nominatam à Tiburte Euandri ſocio, ex eius conditoribus vno volunt Cato, & Sextius. Dionyſius libro V. inter Latini nominis populos recenſet Tiburtes, vt & Cicero in oratione pro L. Balbo. Decimo ſexto circiter lapide diſtat à Roma, vrbs primùm ſatis potens alijs etiam oppidis imperans, è quibus nominat Liuius Empulum, & Saſſulam ditionis Tiburtinæ. *Empulum, Saſſula.* Vide Catonem de originibus, Solinum capite ſeptimo, Seruium in VII. Aeneidos.

ANNI. P. R. C. CCCXCIV.

Conſules.

M. Popillius. M. f. C. n. LAENAS. CN. MANLIVS. L. F. A. N. CAPITOLINVS. IMPERIOSSVS.

SEQVVNTVR Conſules in Liuio & Caſſiodoro M. Popillius Lænas, & Cn. Manlius: item in Diodoro M. Popillius Lænas, C. Manlius Imperioſus, vbi prænomen Manlij corrigendum Non hic pater T. Torquati, ſed frater fuit natu maior, vt conſtat ex Capitolino fragmento. Alterius Conſulis M. Popillij nomen ex triumpho eius ſuppleuimus. Ab hoc Lænatis cognomen in ea gente cœpiſſe, atque in hoc magiſtratu, ex Ciceronis Bruto colligere eſt; plebis enim contra patres tumultu ac ſeditione nunciata, cum ille Conſul ac flamen Carmētalis ſacrificium publicum faceret; vt erat læna amictus, ita venit in concionem, & oratione, auctoritateque ſeditionem ſedauit. *Lænatis cognomen vnde in gente Popillia.*

Seditionem in Vrbe exorientem hoſtium repentinus aduentus compreſſit. Tiburtes enim noctis ſilentio ad Vrbem infeſto agmine profecti ſubitum terrorem incuſſerunt; ſed prima luce duabus portis egreſſi Conſules aciem ſubeuntium iam muros aggrediuntur, & primo impetu fundunt repelluntque. Tarquinienſes interim populabuudi fines Romanos peragrauêre. Liuius libro VII. *Tiburtes denuo victi.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
Ser. Cornelius. Ser. f. M. n. Maluginenſis.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
M. Pomponius. * M. f. M. * nepos. [C. Mælius. P. f. Sp. n. Capitolinus.]
[L. Rabuleius. L. f. C. nepos.] [C. Terentius. C. f. C. n. Arſa.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[M. Marcius. M'. f. M'. n. III.] C. Plautius. //. f. //. n. Hypſæus. II.
[L. Icilius. L. f. L. n. Ruga.] [M. Terentius. M. f. M. nepos. II.]
[Sex. Manilius. Sex. f. Sex. nepos.] [Sex. Pompilius. Sex. f. Sex. nepos.]
[P. Silius. M. f. M. nepos.] [P. Villius. P. f. P. nepos.]
[Cn. Apronius. Cn. f. C. nepos.] [C. Sextius. L. f. L. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M. Popillij } coss. in Tiburti.
//. //. //. f. //. n. //. Cn Manlij } coss. in Tiburti.

P. Valerius. * P. f. P. n. * Poplicola. [L. Marcius. L. f. C. n. Rutilus.]
[M. Foſlius. M. f. C. n. Flaccinator.] [C. Seruius C. f. C. n. Fidenas.]

P. Valerium nominat Prætorem nono dein anno Liuius lib. VII. fortè pronepos primi

P. Vale-

P.Valerij Poplicolæ videri poterit. Item L.Marcius Rutilus frater C.Rutili,qui cos.quater,& cenſor primus è plebe factus inuenietur,M.Foſlius patruus C.Foſlij,qui Cos & bis magiſter equitum C. Sergius autem, filius C. Sergij bis tribuni militum.

ANNI. P. R. C. CCCXCV.

Conſules.

C. Fabius * C.f. M.n * AMBVSTVS. C. PLAVTIVS. P. F. P. N. PROCVLVS.

LIVIVS & Caſſiodorus C.Fabium, M.Plautium conſules produnt. Diodorus M. Fabium C. Plotium. ſed magis placet Cai prænomen in Fabio, nam ipſum Liuius ita poſtmodum yocat interregem ac cōſularem. Tabulæ Græcæ cognomina vtriuſque oſtendunt Ambuſtum,& Proculum referentes.

Tribus auctæ ſunt. Tarquinienſe bellum. Captiui Romani immolati. Latinis pax data, cumq; his fœdus renouatum.

Ludi quos M.Camillus reconciliatis ordinibus vouerat, facti ſunt, Duæ tribus reliquis adiectæ,Poblilia,& Pomptina. Hernici à C. Plautio conſule deuicti, & ſubacti ſunt, Tarquinienſibus bellum indictum,cum quibus conſul Fabius inconſultè pugnauit. Non tantùm cladis in acie acceptum,quantum ignominiæ ex eo,quod CCCVII. captiuos Romanos milites immolarint Tarquinienſes. Acceſſit & agri Romani Vaſtatio quam Priuernates & Veliterni deinde fecerunt.Sed inter multos terrores ſolatio fuit pax Latinis petentibus data,& magna vis militum ab iis fœdere vetuſto, quod multis intermiſerant annis, accepta. Liuius VII.

C. Sulpicius M.f. Q. n. Peticus. Dict.
M. Valerius. P. f. L.n. Policola Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa:

Victoria de Gallis. Stratagema pulchrum.

Inter multos terrores cùm belli quoque Gallici fama increbuiſſet, eos Præneſte,videlicet,veniſſe,& inde circa Pedum conſediſſe;dictator dictus eſt à C.Plautio conſule C. Sulpicius Peticus, magiſter equitum additus eſt M. Valerius Poplicola. Dictator ad Pedum cum Gallis graui prœlio conflixit, & ſimulata ex agaſonibus adornatis equitum caterua è ſiluis oſtenſa,conterritos in fugam egit,& atroci cæde cōfecit. Liuius libro VII.& Frontinus ſtratagematum ſecundo. Meminerunt Victoriæ etiam Oroſius,& Eutropius. Item Appianus in Celtica. Is Boios Gallos fuiſſe ſcribit, & alio ſtratagemate à dictatore Sulpicio Victos, ordine ſcilicet ſolo inuadendi hoſtem, ſicut ibidem pulchrè enarrat.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
T. Quinctius. //. f.//. n. Penn. Capitolinus. Criſpinus. *

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
T.Manlius. L.f. A. n. Torquatus. A. Cornelius.P.f.A.n.Coſſus Aruina.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
K. Duilius *K. f. K. * nepos. [L. Virginius. A. f. A. nepos]

Tribuni plebis.

Petillia lex de ambitu prima.

C. Pætillius. * Q. f. Q. * nepos. Legem de ambitu primus tulit patribus auctoribus,qua nouorum maximè hominum ambitionem, qui nundinas & conciliabula obire ſoliti erant,compreſſam credebant. Liuius lib. VII.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.
L. Plautius. L. f. //. n. Venno. [L. Hortenſius. L. f. L. nepos II.]

[Q.Hor-

[Q. Hortenſius. Q. f. L. nepos.] [P. Licinius. P. f. P. n. Caluus. II.]
[C. Sextilius. C. f. //. nepos.] [C. Lætorius. P. f. P. nepos. II.]
[M. Cædicius. M. f. L. nepos. II.] [M. Mænius. M. f. M. nepos.]
[P. Furius. P. f. P. nepos. II.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Fabij cos. in Tarquinienſi.
//. //. //. f. //. n. //. C. Plautij cos. in Hernico.
L. Furius. M. f. //. n. Camillus. [P. Mænius. P. f. P. nepos.]
C. Pœtelius. Q. f. Q. n. Libo. Viſolus. Sp. Nautius. Sp. f. C. n. Rutilus.

L. Furius eſt tertius magni illius M Camilli Dictatoris Romuli ſecundi filius. Nam primus Marcus puer paullo antequam pater in exilium iret, anno CCCLXII. mortuus erat: alterum Spurium Prætorem primum habuimus; hic Lucius autem bis Dictator & Conſul fuit, vt dicemus. P. Mænius fortè frater maior C. Mænij, qui bis Dictator & Cenſor reperitur in faſtis. C. Pœtelius decemviri Q. Pœtelij pronepos eſſe potuit, qui ſequetur Conſul. Sp. Nautius verò pater Sp. Nautij Cos. anno CDXXXVII. vt inſinuant Capitolina marmora.

C. SVLPICIVS. M. F. Q. N. PETICVS. II. AN. CCCXCV.
DICT. DE. GALLEIS. NONIS. MAI.

Nec alius, inquit Liuius, poſt M Furium, quàm C. Sulpicius iuſtiorem de Gallis egit triumphum; auri quoque ex Gallicis ſpolijs ſatis magnum pondus ſaxo quadrato ſeptum in Capitolio ſacrauit. Videmus fragmenta Capitolina velle ſecundum hunc eſſe C. Sulpicij triumphum. Quare neceſſe ſemel antea quoque triumphaſſe, quamuis Liuius hoc prætereat, vt ſuprà in ſecundo conſulatu eius admonui. *Aurum Capitolinum.*

C. PLAVTIVS. P. F. P. N. PROCVLVS. COS. ANN. CCCXCV.
DE. HERNICEIS. IDIBVS. MAI.

Hernicos à Plautio deuictos, ſubactoſque ſcribit Liuius; ſed de triumpho, ne verbum quidem Neque enim omnes recenſere, immo plurimos ex arbitrio, vel breuitatis ſtudio, vel quia hiſtoriæ ſuæ contextus ita volebat, ipſum omiſiſſe patebit.

ANNI. P. R. C. CCCXCVI.

Conſules.

C. Marcius. L. f. C. n. Rutilus. Cn. Manlius. L. f. A. n. Capitolinus. Imperioſus. II.

SINE cognominibus recenſent hos Conſules Liuius, Diodorus, Marianus, & Caſſiodorus; produnt cognomina tabulæ Græcæ Rutilum & Capitolinum. Ergo numerus tantùm in auctoribus requiritur apud Cn. Manlium qui biēnio antea quoque Cōſul fuerat: C. Marcius ex triumpho ſuppletur.

Faliſci rebellarunt, eaque prouincia cum Cn. Manlio obueniſſet, nihil bello memorabile geſſit. Legem verò in caſtris ad Sutrium tributim tulit, de viceſima eorum qui manumitterentur. Patres quia haud paruum vectigal inde ærario accederet, auctores facti ſunt. Ceterùm tribuni plebis nouo exemplo moti, ne quis ſimile quid impoſterū tentaret, graui lege cauerunt publicæ libertati conſulere volentes Ad quiduis enim milites in Imperatoris verba iuratos adduci poſſe exiſtimârunt. Eodem anno C. Licinius Caluus Stolo, qui bis Conſul fuerat, à M. Popillio Lænate decem millibus æris ſuamet lege damnatus eſt, quam de modo agrorum tulerat, quingenta iugera ne quis excederet, cùm ipſe duplū ſuo & filij nomine, quem idcirco in legis fraudem emancipauerat, poſſideret. Auctores ſunt Liuius libro VII. Plutarchus in Camillo. Val. Max. libro VIII. cap. VI. Plinius libro XVIII. cap. III. Auctor de viris illuſtribus in Stolone.

Manlia lex de viceſima manumiſſorum.

C. Licinius Caluus Stolo ſua lege agraria primus damnatur.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
M. Popillius. M. f. C. n. Lænas.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
C. Duilius * C. f. C. * nepos. [C. Curatius. C. f. //. nepos]
[L. Sextius. L. f. L. nepos.] [C. Titius. C. f. Sex. nepos.]

Tribuni plebis.

Lex tribunicia de non ſeuocando populo. Duilia Mænia lex de fænore.

Legem tulerunt de libertate ciuium. Vti capite plecteretur, qui populum ſeuocaſſet, in caſtríſve leges tuliſſet. Liuius.

M. Duilius * M. f. M. * nepos. L. Mænius. //. f. //. nepos.

Legem de vnciario tantùm fœnore accipiendo tulerunt, eamque plebs cupidiſſimè ſciuit, accepitque. Liuius libro VII.

//. //. //. f. //. n. // //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. // //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
M. Pomponius. * M. f. M. * nepos. II. [C. Apronius. C. f. C. nepos. II.]
[M. Titinius. M. f. M. nepos. II.] [T. Sicinius. T. f. L. n. Dentatus. II.]
[C. Mælius. P. f. Sp. n. Capitolinus. II.] [C. Otacilius. C. f. N. nepos.]
[C. Claudius. C. f. C. n. Cicero.] M'. Curius. //. f. //. nepos.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Cn. Manlij cos. in Faliſco.
//. //. //. f. //. n. //. C. Marcij cos. in Priuernati.
M. Papirius. * M. f. M. n. Mugillanus. II. [Sp. Papirius. Sp. f. //. n. Curſor.]

Coruncania gens unde. *Ciceronis locus ambiguus.*

Ti. Coruncanius. //. f. //. nepos. Auus Tiberij Coruncanij Pontificis primi è plebe vt monſtrant Capitolina marmora. Camerio municipio oriundum Tacitus libro XI. in oratione Claudij Cæſaris, & Cicero in Sullana teſtantur eſſe: attamen hîc in Planciana facit Tuſculanum Ti. Coruncanium conſularem ac pontificem, qui princeps familiæ fuit; vt ipſe Tuſculo, maiores Camerio videantur orti, niſi locus ille Ciceronis ſit mutilus, & incorrectus. Sp. Papirius patrem habuit fortè, qui tribunus militum reperitur anno CCCLXXIV.

[M'. Pomponius. M'. f. M'. nepos.]

C. MARCIVS. L. F. C. N. RVTILVS. COS. ANN. CCCXCVI. DE PRIVERNATIBVS. K. IVL.

Priuernates victi.

C. Marcius Conſul exercitum in Priuernatem agrum duxit integrum pace longinqua, militemque præda impleuit; quem ea de cauſſa alacrem habuit, & promptum. Itaque Priuernatibus tandem prælio victis, & in Vrbem deiectis, cùm iam ſcalæ mœnibus admouerentur, deditio à ciuibus eſt facta: triumphus inde de Priuernatibus eſt actus, vt auctor Liuius, libro VII.

Priuernum Campaniæ volunt quidam eſſe, oppidum quondam vino nobile, Stephano de vrbibus πριβέρνος dicitur, nominat item Plinius lib. III. cap. V.

ANNI.

ANNI. P. R. C. CCCXCVII.

Conſules.

M. Fabius. N. f. M. n. Ambuſtus. II. M. Popillius. M. f. C. n. Lænas. II.

REFERT ita Liuius Conſules in Caſſiodoro, & Diodoro cognomina omiſſa ſunt, & in hoc etia n notæ ſecundi deſiderantur honoris. Tabulæ Græcæ Ambuſtum II. & Lænatem II produnt, rectè.

Tiburtium agros Lænas vaſtauit. Faliſci & Tarquinienſes cum Romanis commiſſo prœlio fuderunt Fabium Cos. turbato eius exercitu inſolita ſpecie, & furiali inceſſu armatorum facibus & anguibus ſacerdotum. Diſcuſſo deinde vano apparatu hoſtem rurſus aggreſſi Romani totam auerterũt aciem, & caſtris eodẽ die p otiti ſunt, Liuius lib. VII. *Furialis acies facibus armata.*

C. Marcius. L. f. C. n. Rutilus. Primus de plebe Dict.
C. Plautius. P. f. P. n. Proculus. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa.

Faliſci & Tarquinienſes clade magis irritati quàm perculſi, omne nomen Etruſcum concitârunt, duobusq; ijs populis ducibus, ad Tiberim vſque, & Salinas populabundi hoſtes Tuſci peruenerunt. Aduerſus quem terrorem Dictator C. Marcius Rutilus dictus eſt primus è plebe inuitis patribus, qui & magiſtrum equitum è plebe dixit C. Plautium Proculum. Ambo conſulares tum erant. Auctor Liuius libro VII. Meminit Diodorus Siculus libro XVI. *Etruſcũ bellum* *Dictator primus è plebe.*

C. MARCIVS. L. F. C. N. RVTILVS. II. ANN. CCCXCVII.
DICT. DE. TVSCEIS. PRIDIE. NON. MAI.

C. Marcius Dictator indignè ferentibus licet patricijs, omnia ad belli apparatum neceſſaria, iuſſu populi obtinuit. Profectus ab Vrbe cum exercitu Tuſcos populabundos oppreſſit, caſtra quoque nec opinatò aggreſſus cepit, & octo millibus hoſtium captis, ceteris aut cæſis, aut ex agro Romano fugatis domum reduxit exercitum, & ſine patrum auctoritate populi iuſſu triumphauit. Liuius lib. VII. Oroſius libro III. cap. VII. & Eutropius libro ſecundo, ſeptem millia captiuorum adducta in triumphum fuiſſe ſcribit, ſi modò liber correctus eſt. *Triumphus ſine patrum auctoritate.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
T. Manlius. L. f. A. n. Torquatus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
L. Cornelius.* P. f. * //. n. Scipio. [Sp. Nautius. Sp. f. C. n. Rutilus.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
C. Plautius. //. f. //. n. Hypſæus. [C. Sextius. L. f. L. nepos.]

Tribuni plebis

Comitijs conſularibus interceſsêre, quòd duo patricij Conſules crearẽtur; ſed interrex M. Fabius aiebat in XII. tabulis legem eſſe; vt quodcunque poſtremum populus iuſſiſſet, id ius ratumque eſſet; iuſſum, & ſuffragia populi eſſe. Cùm intercedendo tribuni nil aliud, quàm vt differrent comitia, valuiſſent, duo patricij Conſules creati ſunt, vt Liuius libro ſeptimo. *XII. tabularum lex de populi iuſſu.*

//.	//.	//. f.	//. n.	//.		.//.	//.	//. f.	//. n.	//.	
//.	//.	//. f.	//. n.	//.		.//.	//.	//. f.	//. n.	//.	
//.	//.	//. f.	//. n.	//.		.//.	//.	//. f.	//. n.	//.	
//.	//.	//. f.	//. n.	//.		.//.	//.	//. f.	//. n.	//.	
//.	//.	//. f.	//. n.	//.		.//.	//.	//. f.	//. n.	//.	

ter conſideranti non Scipio, non Scæuula, ſed Scapula cognomen eſt viſum, vt opiner patrem fuiſſe P. Cornelij Scapulæ qui Conſul fuit anno CDXXV. Sed hæc diſcernere facilius eſt ijs, qui fragmentum Romæ diligentiùs intueri poſſunt.

Victoria de Hernicis cruenta virtute Rom. equitum parta eſt.

Tribuni militũ ad legiones co mitiati à populo primũ creati.

Rufuli.

Ap. Claudius Dictator non incruento prœlio vicit Hernicos, nam quarta pars exercitus Romani deſiderata eſt. Triumphaſſe ipſum de Hernicis non auſim dicere, cùm nulla eius rei ſit mentio apud Liuium, neque quicquam extet in fragmentis Capitolinis, ex quo Appij triumphus poſſit colligi. Tribuni militum ad legiones populi ſuffragio primùm creati; cum antea, ſicut quos Rufulos vocant, Imperatores ipſi feciſſent. Sed vide Liuium libro ſeptimo.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

P. Cornelius. * P. f. * //. n. Scipio.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.

Cn. Manlius. L. f. A. n. Capitolinus. Imperioſſus. — C. Fabius. * C. f. M. n. * Ambuſtus.

Tribuni plebis.

L. Manlius reus.

M. Pomponius. * M. f. M. * nepos. L. Manlio Capitolino anni ſuperioris Dictatori diem ad populum dixit; quòd paucos ſibi dies ad dictaturam gerendam addidiſſet, quodq́ue in delectu habendo imperioſus, & acerbus fuiſſet, non damnatione modò ciuium; ſed etiam laceratione corporum. Quodq́ue filium iuuenem Titum nullam ob culpam; ſed ſolummodo, quòd infacundus, & lingua impromptus eſſet, inter ſeruiles operas enutriret, ac publicis vſibus ſubtraheret. Id poſtquam Titus cognouit, protinus Vrbem, ac ædes tribuni ſummo manè petijt; admiſſusq́ue ad ſecretum colloquium quaſi accuſaturus patrem, ſtricto ferro tribunum minis, ac terrore compulſum iurare coëgit ſe patris eius accuſandi cauſſa concilium plebis nunquam habiturum. Iurauit pauidus tribunus, & cauſſæ dictionem reo Manlio patri remiſit. Factum non ciuile, pietate tamen filij in patrem laudabile fuit habitum. Liuius libro VII. Cicero officiorum tertio. Val. Max. libro V. cap. IV. Auctor de viris illuſtribus. Seneca de beneficijs libro tertio, capite penultimo.

T. Manlij filij in patrẽ rara pietas.

//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

[Q. Decius. M. f. M. n. Mus.] — [Sp. Oppius. Sp. f. Sp. n. Cornicen.]
[C. Oppius. C. f. C. nepos.] — [N. Otacilius. N. f. N. nepos.]
[C. Terentius. C. f. C. n. Arſa.] — [M. Terentius. M. f. M. nepos.]
[Q. Romuleius. Q. f. Q. nepos.] — [L. Rabuleius. L. f. C. nepos.]
[C. Mælius. P. f. Sp. n. Capitolinus.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.

[L. Lucerius. L. f. //. nepos.] — [C. Volſcius. C. f. C. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Seruilij cos. } in Hernico.
//. //. //. f. //. n. //. L. Genucij cos. }

L. Cornelius. * P. f. * //. n. Scipio. — [C. Petillius. * Q. f. Q. * nepos.]

L. Mænius. //. f. //. nepos. — [L. Aquilius. L. f. //. n. Coruus.

L. Scipio

L. Scipio poſtea Cos. videtur frater fuiſſe primi ædilis curulis P. Scipionis, & filius illius, qui magiſter equitum ſub M. Camillo, & bis tribunus militum fuerat. L. Mænium quinto poſt anno tribunum plebis fuiſſe docet, Liuius.

ANNI. P. R. C. CCCXCII.

Conſules.

C. Licinius. C. f. P. n. Caluus. II. C. SVLPICIVS. M. F. Q. N. PETICVS. II.

COLLEGAE & antea in eodem magiſtratu fuêre, quapropter numeri auctoribus adijciendi ſunt, vtpote Liuio, vbi etiam mendosè L. Sulpicius legitur, cùm in tabulis Capitolinis, Diodoro, & Caſſiodoro C. Sulpicius appelletur. In hoc ſecundo conſulatu Liuius rectè Licinio Calui cognomen attribuit, non aliter quàm tabulæ Capitolinæ Græcæ quidem, quas toties iam citaui, Stolonem hoc loco vocant; vt eundem eſſe animaduertas facilè, qui antea tribunus plebis fuerat.

Ferentinum captum.

Ferentinum in Hernicis vi captum eſt à Conſulibus, & Tiburtibus bellum indictum. Liuius libro VII. Dionyſius tyrannus Sicilia pellitur. Marianus Scotus.

T. Quinctius. *n.* f. *n.* n. Pennus. CAPITOLINVS. CRISPINVS. DICT.
Ser. Cornelius. Ser. f. M. N. MALVGINENSIS. MAG. EQ.
REI GERVNDAE CAVSSA.

Gallicus tumultus.

T. Manlius trib. mil. duello victor Torquatus primus dictus.

Dictatorem habuit is annus rei gerundæ, vt Liuius, & faſti Romani tradunt; non comitiorum habendorum cauſſa, vt vult Licinius Macer. Galli enim via ſalaria trans pontem Anienis ad tertium lapidem caſtra poſuerant, quos à Quinctio Dictatore victos, & quaſi penitus deletos, auctor eſt Appianus Alexandrinus in Celtica. Cruentiſſima congreſſione confectos, & fugatos ſcribit Oroſius libro III. capite V. atrociſſimam pugnam T. Manlio Torquato trib. militum ſingulariter inchoante. Sic etiam Florus ſcribit libro primo, cap. XIII. Verùm Liuius prœlij nullius mentionem facit, ſed poſt T. Manlij ſingularem pugnam, & victoriam, Gallos conſternatos proxima nocte relictis caſtris profugiſſe dicit. Omnium conſenſu receptum eſt, T. Manlium hoc bello Gallum viribus & corpore prævalidum ſingulari prœlio proſtrauiſſe, torquem aurcam cæſo detraxiſſe, & inde Torquati cognomen reportaſſe. Quod duellum à Liuio graphicè deſcribitur, & etiam à Gellio libro IX. cap. XIII. ex Q. Claudij Quadrigarij annalium primo.

Pictura duelli Manliani in foro Romano poſita.

Scutum Cimbricum.

Memorabilis iſtius duelli viuam admodum picturam multis poſtea ſæculis in foro Romano publicatam manſiſſe ſcimus prope vetera roſtra ſub Nouis, ſcilicet, tabernis argentarijs. Hæc autem in tabula ſcuti Gallici vel Cimbrici in formam facta repræſentabat Galli illius Thraſonis exultantis, iactabundoque corpore diſtorti, ac barbarè linguam exerentis in Anienis ponte congreſſum cum T. Manlio, & quàm dextrè proſtratus ac occiſus collum torquemque ſuum aureum amiſerit. Ex hac quidem pictura ferè auſim opinari, T. Liuium & Claudium Quadrigarium hiſtoricos prœlium hoc, quod ipſi non viderant, tam exactè verbis accuratis delineaſſe. Scutum Cimbricum vocabant vulgò tabulã iſtam Romani, eratque loci illius ad Nouas tabernas nota quædam celebris. Mentionem eius reperio apud Ciceronem, Quinctilianum, & C. Plinium maiorem. Quæ loca huc conferre non pigebit, vt, candide lector, videas, quantopere conducat ad veterum auctorum intelligenda ſcripta diligens hiſtoriæ antiquæ collatio. M. Cicero de Oratore libro ſecundo, vbi C. Iulium Cæſarem Strabonem oratorem de iocis atque facetijs diſſerentem inducit, vt ille deformem ac fœdum quendam aduerſarium ſuum Manciam iam dicti Galli picturæ compararit, eleganter ſcribit. Ait enim ſic Iulius.

Ciceronis locus.

** Manſuano fortè melius.*

„ Valde autem ridentur etiam imagines, quæ ferè in deformitatem, aut in aliquod vitium corporis ducuntur cum ſimilitudine turpioris. Vt meum illud in Heluium Manciam. Iam oſtendam, cuiuſmodi ſis. Cùm ille: Oſtende, quæſo; demonſtraui digito pictum Gallum in * Mariano * ſcuto Cimbrico ſub * nodis * diſtortum, ciecta lingua, buccis fluentibus. Riſus eſt commotus, nihil tam Manciæ ſimile viſum eſt.

** Nouis fortè melius.*

Hæc C. Iulij apud Ciceronem verba reperiuntur in hunc modum ſcripta in correctioribus exemplaribus editis omnibus, & vt teſtatur doctiſſimus Dionyſius Lambinus in multis antiquis manu ſcriptis, quæ vidit ipſe. Pedibus quidem in eius eo ſententiam, vitium, ſcilicet, eſſe in verbis * ſub nodis * quaſi ſub vinculis, vt quidam interpretantur: & legendum eſſe, * ſub Nouis * vt locum indicent, vbi in foro poſita pictura Galli ſtabat. Sic M. Varro de lingua Latina libro V. affirmat, Sub Nouis dictam eſſe

eſſe partem in foro Rom. ædificiorum peruetuſto vocabulo, vt & Via Noua; à tabernis nempe nouis. Approbare videtur & Lambini hanc lectionem meus codex antiquus in membrana ſcriptus, in quo habetur * ſub nobis * obſoleta ſcribēdi formula, qua frequenter olim, b, pro, v, vſurpare ſolebant. Iam ipſa hiſtoria nobis in iſto verborum contextu mendum aliud oſtendit, & pro * Mariano * ſcuto Cimbrico legendū eſſe * Manliano * docet. Etenim T. Manlij duellum cum Gallo repræſentaſſe picturam ſcuti dubio procul eſt: non C. Marij, quem duello cum Gallis vnquam pugnaſſe non legimus. Hoc enim non ſolùm ex T. Liuio & Claudio colligimus, ſed etiam ex Cicerone & alijs. M. Fabius Quinctilianus autem oratoriarum inſtitutionum lib. VI. cap. IV. de riſu adfert etiam, vt apparet, ex ipſo Cicerone Iuliani ioci hoc idem exemplum his verbis, vt in vulgatis correctioribus ea reperio. Rarum autem eſt, vt oculis ſubijcere ridiculum contingat: vt fecit C. Iulius, qui cum Heluio * mancipi * ſæpius obſtrepenti ſibi diceret: iam oſtendam qualis ſis: iſque planè inſtaret interrogatione, qualem ſe tandem oſtenſurus eſſet, digito demonſtrauit imaginem Galli in ſcuto Cimbrico pictam, cui * manceps * tum ſimillimus eſt viſus. Tabernæ autem erant circa forum, ac ſcutum illud ſigni gratia poſitum. Hæc ita in Fabio legimus, vbi collige lector ex Ciceronis verbis errorem exemplarium, in quibus perperam librarius ſcriptor indoctus cognomen Heluij * Mancia * mutauit in * manceps * duobus in locis. Nec diſſimilis error ex iſta collatione pateſcit in C. Plinio nat. hiſt. libro XXXV cap. IV vbi Manciæ teſtis nomen omiſſum, & Cæſaris oratoris, in Craſſi, mutatum videtur librarij alicuius imperitia; vel ipſum Plinium memoria lapſum fateri cogimur. Eius autem verba ſic ſonant, vbi de tabulis pictis agit: Deinde video & in foro poſitas vulgò. Hinc enim ille * Craſſi * oratoris lepos agentis ſub Veteribus, cùm * teſtis compellatus inſtaret, Dic ergo * Craſſe * qualem me reris? Tālem, inquit, oſtendens in tabula pictum inficetiſſimè Gallum exerentem linguam.

Quinctiliani locus.

* Manciæ * ſ. melius.

* Mancia * ſ. melius.

C. Plinij locus.

* Cæſaris * ſ. melius.

* Mancia * deeſt.

* Cæſar * ſ. melius.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
M. Valerius. P. f. L. n. Poplicola.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
M. Plætorius. * M. f. M. * nepos. [C. Plætorius. C. f. M. nepos.]
[M. Conſidius. M. f. M. nepos. [L. Allienius. L. f. A. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
C. Plautius. //. f. //. n. Hypſæus. [L. Aelius. L. f. L. n. Pætus. II.]
[M. Marcius. M'. f. M'. nepos.] [P. Licinius. P. f. P. n. Caluus.]
[M'. Otacilius. M'. f. N. nepos.] [Q. Mælius. Q. f. Q. nepos.]
[C. Lætorius. C. f. C. nepos.] [C. Lætorius. P. f. P. nepos.]
[P. Furius. P. f. P. nepos.] [L. Virginius. A. f. A. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Calui. } Coſs. in Hernico.
//. //. //. f. //. n. //. C. Pætici. }

A. Cornelius. P. f. A. n. Coſſus. Aruina. M. Duilius. * M. f. M. * nepos.

M. Papi-

M. Papirius. * M. f. M. n. Mugillanus.* C. Duilius.* C. f. C. * nepos.

A. Cornelium nobis ſic exprimunt marmora Capitolina. M. Papirius autem & C. Duilius ex quinque viris menſarijs poſtea fuerunt, æquitatis & induſtriæ meritò in fœnore diminuendo, atque ære alieno ciuium temperando, per omnium, vt tradit Liuius, annalium monumenta celebribus. Mugillanum verò hunc inter tredecim Papirios referendum eſſe puto, quos Cicero ad Pætum ſcribit à primo L. Mugillano ſella curuli ſediſſe ante L. Papirium Craſſum, qui Prætor & Dictator fuit anno CDXIII. quique primùm Papiſius appellari deſijt. Quare hunc quæſtorem non ſolùm, ſed & ædilem curulem, prætoremque fuiſſe ſuſpicari poſſumus. M. Duilius ſequetur tribunus plebis.

C. Sulpicius. M. f. Q. n. Pæticus. A. CCCXCII.
Cos. //. de Herniceis. QuirINALIBVS.
T. Quinctius. //. f. //. n. Pennus. Capitolin. Criſpinus. AN. CCCXCII.
Dict. de Galleis. //. //. MART.

Addit Liuius à Dictatore T. Manlium poſt victoriam de Gallo pro concione laudatum fuiſſe, & aurea corona donatum; triumphi quidem nullibi eſt mentio, quem tamen ex tam memorabili bello obtinuiſſe Dictatorem veriſimile eſt, & aſtipulari videtur faſtorum Capitolinorum fragmentum, quod eodem hoc anno CCCXCII. duos ordine triumphos nobis oſtendit, alterum Quirinalibus actum ſcilicet XIII. Kal. Martias. quem C. Sulpicij Conſulis primum eſſe reor de Hernicis, ſecundum namque triennio poſtea Dictator egit de Gallis, ſicut ex ijſdem fragmētis apertum eſt. Alterum eodem, ni fallor, item menſe ductum ex paucis literis cognoſcimus, quem T. Quinctij Dictatoris fuiſſe de Gallis opinamur, quamuis Liuius, vt alios etiam, hos triumphos omiſerit.

◊ T. Manlij honores.
◊ Quirinalia xiij. Kal. Martias.

ANNI. P. R. C. CCCXCIII.

Conſules.

M. Fabius. N. f. M. n. AMBVSTVS. C. POETELIVS. C. F. Q. N. LIBO VISOLVS.

BALBI cognomen adſcribit Pœtelio Liuius, at fragmenta Capitolina Libonem Viſolum vocant. Græcæ & Cuſpiniani tabulæ Libonem & Ambuſtum Conſules nominant, Diodorus & Caſſiodorus M. Fabium, C. Pœtelium. Sed perperam in omnibus ferè cùm Liuij, tùm Caſſiodori exemplaribus Petilius legitur; non eadem enim gens eſt Pœtelia, quæ Petilia. M. Fabium ex triumpho eius Capitolino reſtitui. Pœtelius X. viri. Q. Pœtelij nepos fortè fuit.

Cùm M. Fabio Conſuli prouincia Hernici eueniſſet, aduerſus Tiburtes C. Pœtelius Conſul iuſſu populi exercitum duxit, quòd ſocietatem belli cum Gallis Romanorum hoſtibus feciſſent, eoſdemque commeatu iuuiſſent. In Hernicis autem Fabius Conſul primùm leuibus prœlijs, dein vno inſigni conflictu hoſtes deuicit. Liuius lib. VII.

◊ M. Fabij victoria de Hernicis.

Q. Seruilius. Q. f. Q. n. AHALA. DICT.
T. Quinctius. //. f. //. n. Pennus. CAPITOLINVS. CRISPINVS. MAG. EQ. REI GERVNDAE. CAVSSA.

Ad Tiburtium auxilium cùm Galli è Campania redijſſent, & fœda populatione deuaſtarent Lauicanum, Albanum, & Tuſculanum, Dictator dictus eſt Q. Seruilius Ahala, & ab eo magiſter equitum T. Quinctius. Hic antea Dictator, ille bis Conſul; qui nouo conſcripto exercitu, iunioribus omnibus ſacramento adactis, Gallos non procul porta Collina in conſpectu Vrbis & ciuium cruento prœlio vicit, & fugauit. Fugienteſque prope Tibur excepit Pœtelius Conſul; à quo rurſus ſimul cum egreſſis ad opem ferendam Tiburtibus ſuperantur, & intra Tiburis vicinæ portas compelluntur. Liuius libro VII.

◊ Galli & Tiburtes iidem victi.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
Sp. Furius. M. f. //. n. Camillus. II.

Aediles

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

P. Valerius. P. f. L. n. Poplicola. C. Iulius. * L. f. C. n. * Iulus.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Q. Aulius. M. f. //. n. Cerretanus. C. Caruilius. //. f. //. n. Maximus.

Tribuni plebis.

//.	//.	//.	f.	//.	n. //.	//.	//.	//.	f.	//.	n. //.
//.	//.	//.	f.	//.	n. //.	//.	//.	//.	f.	//.	n. //.
//.	//.	//.	f.	//.	n. //.	//.	//.	//.	f.	//.	n. //.
//.	//.	//.	f.	//.	n. //.	//.	//.	//.	f.	//.	n. //.
//.	//.	//.	f.	//.	n. //.	//.	//.	//.	f.	//.	n. //.

K. Duilius. * K. f. K. nepos. [L. Hortenſius. L. f. L. nepos.]
[C. Marcius. C. f. C. n. Rutilus.] [C. Curatius. C. f. //. nepos.]
[M. Cædicius. M. f. L. nepos.] [L. Sextius. L. f. L. nepos.]
[C. Apronius. C. f. C. nepos.] [C. Titius. C. f. Sex. nepos.]
[T. Sicinius. T. f. L. n. Dentatus] [M. Titinius. M. f. M. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M. Fabij cos. in Hernico.
//. //. //. f. //. n. //. C. Pœtelij cos. in Tiburti.
[L. Aemilius. L. f. //. n. Barbula.] L. Aemilius. C. f. //. n. Mamercinus.
T. Manlius. L. f. A. n. Capitolinus. C. Liuius. //. f. //. n.
Torquatus. Denter.

Huius C. Liuij nepos M. Liuius Denter primus è plebe pontifex, & Cos. anno CDLI. vt ex ratione temporum & tabulis Capitolinis colligo. T. Torquati magiſtratus nobiles plures ſubſequentur. L. Barbula patruus videtur Q. Barbulæ, qui Cos. II. de Etruſcis triumphauit. L. Mamercinus fortaſſe filius C. Mamercini bis tribuni militum conſulari poteſtate. Hunc Liuius magiſtrũ eq. nominat in ann. CDI. quemadmodum declarabo.

C. Pœtelius. C. f. Q. n. Libo. Viſolus. AN. CCCXCIII.
COS. DE GALLEIS. ET. TIBVRTIBVS. //. //. MART.
M. FABIVS. N. F. M. N. AMBVSTVS. COS. ANN. CCCXCIII.
OVANS. DE. HERNICEIS. NONIS. SEPT.

Rebus paſſim benè geſtis, Dictator Conſulibus in ſenatu, & apud populum magnificè collaudatis, & ſuarum quoque rerum remiſſo illis honore, dictatura ſe abdicauit. Pœtelius de Gallis, Tiburtibusque geminum triumphum egit, Fabio ſatis viſum eſt, vt ouans Vrbem iniret. Irriſere tamen Pœtelij triumphum Tiburtes, vt nulla rebus contra eos geſtis gloria dignum. Liuius libro VII.

Tiburis origo antiquiſsima. Tiburis originem antiquiorem eſſe, quàm Vrbis Romæ Plinius aſſerit libro XVI. capite vltimo. Ciuitatem nominatam à Tiburte Euandri ſocio, ex eius conditoribus vno volunt Cato, & Sextius. Dionyſius libro V. inter Latini nominis populos recenſet Tiburtes, vt & Cicero in oratione pro L. Balbo. Decimo ſexto circiter lapide diſtat à Roma, vrbs primùm ſatis potens alijs etiam oppidis imperans, è quibus nominat Liuius Empulum, & Saſſulam ditionis Tiburtinæ. *Empulum, Saſſula.* Vide Catonem de originibus, Solinum capite ſeptimo, Seruium in VII. Aeneidos.

ANNI. P. R. C. CCCXCIV.

Conſules.

M. Popillius. M. f. C. n. LAENAS. CN. MANLIVS. L. F. A. N. CAPITOLINVS. IMPERIOSSVS.

SEQVVNTVR Conſules in Liuio & Caſſiodoro M. Popillius Lænas, & Cn. Manlius: item in Diodoro M. Popillius Lænas, C. Manlius Imperioſus, vbi prænomen Manlij corrigendum Non hic pater T. Torquati, ſed frater fuit natu maior, vt conſtat ex Capitolino fragmento. Alterius Conſulis M. Popillij nomen ex triumpho eius ſuppleuimus. Ab hoc Lænatis cognomen in ea gente cœpiſſe, atque in hoc magiſtratu, ex Ciceronis Bruto colligere eſt; plebis enim contra patres tumultu ac ſeditione nunciata, cum ille Conſul ac flamen Carmẽtalis ſacrificium publicum faceret; vt erat læna amictus, ita venit in concionem, & oratione, auctoritateque ſeditionem ſedauit. *Lænatis cognomen unde in gente Popilia.*

Seditionem in Vrbe exorientem hoſtium repentinus aduentus compreſſit. Tiburtes enim noctis ſilentio ad Vrbem infeſto agmine profecti ſubitum terrorem incuſſerunt; ſed prima luce duabus portis egreſſi Conſules aciem ſubeuntium iam muros aggrediuntur, & primo impetu fundunt repelluntque. Tarquinienſes interim populabundi fines Romanos peragrauêre. Liuius libro VII. *Tiburtes deuicti.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
Ser. Cornelius. Ser. f. M. n. Maluginenſis.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
M. Pomponius. * M. f. M. * nepos. [C. Mælius. P. f. Sp. n. Capitolinus.]
[L. Rabuleius. L. f. C. nepos.] [C. Terentius. C. f. C. n. Arſa.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[M. Marcius. M'. f. M'. n. III.] C. Plautius. //. f. //. n. Hypſæus. II.
[L. Icilius. L. f. L. n. Ruga.] [M. Terentius. M. f. M. nepos. II.]
[Sex. Manilius. Sex. f. Sex. nepos.] [Sex. Pompilius. Sex. f. Sex. nepos.]
[P. Silius. M. f. M. nepos.] [P. Villius. P. f. P. nepos.]
[Cn. Apronius. Cn. f. C. nepos.] [C. Sextius. L. f. L. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M. Popillij } coss. in Tiburti.
//. //. //. f. //. n. //. Cn Manlij }

P. Valerius. * P. f. P. n. * Poplicola. [L. Marcius. L. f. C. n. Rutilus.]
[M. Foſlius. M. f. C. n. Flaccinator.] [C. Seruius C. f. C. n. Fidenas.]

P. Valerium nominat Prætorem nono dein anno Liuius lib. VII. fortè pronepos primi

P. Vale-

P.Valerij Poplicolæ videri poterit. Item L.Marcius Rutilus frater C.Rutili,qui cos.quater,& cenſor primus è plebe factus inuenietur,M.Foſlius patruus C.Foſlij,qui Cos & bis magiſter equitum C. Sergius autem, filius C. Sergij bis tribuni militum.

ANNI. P. R. C. CCCXCV.

Conſules.

C. Fabius * C.f. M.n * AMBVSTVS. C. PLAVTIVS. P. F. P. N. PROCVLVS.

LIVIVS & Caſſiodorus C.Fabium, M.Plautium conſules produnt. Diodorus M. Fabium C. Plotium. ſed magis placet Cai prænomen in Fabio, nam ipſum Liuius ita poſtmodum vocat interregem ac cõſularem. Tabulæ Græcæ cognomina vtriuſque oſtendunt Ambuſtum,& Proculum referentes.

Tribus auctæ ſunt. Tarquinienſe bellum. Captiui Romani immolati. Latinis pax data, cumque his fœdus renouatum.

Ludi quos M.Camillus reconciliatis ordinibus vouerat, facti ſunt, Duæ tribus reliquis adiectæ,Poblilia,& Pomptina. Hernici à C. Plautio conſule deuicti, & ſubacti ſunt, Tarquinienſibus bellum indictum,cum quibus conſul Fabius inconſultè pugnauit. Non tantùm cladis in acie acceptum,quantum ignominiæ ex eo,quod CCCVII. captiuos Romanos milites immolarint Tarquinienſes. Acceſſit & agri Romani Vaſtatio quam Priuernates & Veliterni deinde fecerunt. Sed inter multos terrores ſolatio fuit pax Latinis petentibus data,& magna vis militum ab iis fœdere vetuſto, quod multis intermiſerant annis, accepta. Liuius VII.

C. Sulpicius M.f. Q. n. Peticus. Dict.
M. Valerius. P. f. L.n. Policola Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa:

Victoria de Gallis. Stratagema pulchrum.

Inter multos terrores cùm belli quoque Gallici fama increbuiſſet, eos Præneſte, videlicet,veniſſe, & inde circa Pedum conſediſſe; dictator dictus eſt à C.Plautio conſule C. Sulpicius Peticus, magiſter equitum additus eſt M. Valerius Poplicola. Dictator ad Pedum cum Gallis graui prœlio conflixit, & ſimulata ex agaſonibus adornatis equitum caterua è ſiluis oſtenſa,conterritos in fugam egit,& atroci cæde cõfecit. Liuius libro VII. & Frontinus ſtratagematum ſecundo. Meminerunt Victoriæ etiam Oroſius,& Eutropius. Item Appianus in Celtica. Is Boios Gallos fuiſſe ſcribit, & alio ſtratagemate à dictatore Sulpicio Victos, ordine ſcilicet ſolo inuadendi hoſtem, ſicut ibidem pulchrè enarrat.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
T. Quinctius. //. f.//. n. Penn. Capitolinus. Criſpinus. *

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
T.Manlius. L.f. A. n. Torquatus. A. Cornelius.P.f.A.n.Coſſus Aruina.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
K. Duilius *K. f. K. * nepos. [L. Virginius. A. f. A. nepos]

Tribuni plebis.

Petillia lex de ambitu prima.

C. Pætillius. * Q. f. Q. * nepos. Legem de ambitu primus tulit patribus auctoribus,qua nouorum maximè hominum ambitionem, qui nundinas & conciliabula obire ſoliti erant,compreſſam credebant. Liuius lib. VII.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.
L. Plautius. L. f. //. n. Venno. [L. Hortenſius. L. f. L. nepos II.]

[Q. Hor-

[Q. Hortenſius. Q. f. L. nepos.] [P. Licinius. P. f. P. n. Caluus. II.]
[C. Sextilius. C. f. //. nepos.] [C. Lætorius. P. f. P. nepos. II.]
[M. Cædicius. M. f. L. nepos. II.] [M. Mænius. M. f. M. nepos.]
[P. Furius. P. f. P. nepos. II.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Fabij cos. in Tarquinienſi.
//. //. //. f. //. n. //. C. Plautij cos. in Hernico.
L. Furius. M. f. //. n. Camillus. [P. Mænius. P. f. P. nepos.]
C. Pœtelius. Q. f. Q. n. Libo. Viſolus. Sp. Nautius. Sp. f. C. n. Rutilus.

L. Furius eſt tertius magni illius M. Camilli Dictatoris Romuli ſecundi filius. Nam primus Marcus puer paullo antequam pater in exilium iret, anno CCCLXII. mortuus erat: alterum Spurium Prætorem primum habuimus; hic Lucius autem bis Dictator & Conſul fuit, vt dicemus. P. Mænius fortè frater maior C. Mænij, qui bis Dictator & Cenſor reperitur in faſtis. C. Pœtelius decemviri Q. Pœtelij pronepos eſſe potuit, qui ſequitur Conſul. Sp. Nautius verò pater Sp. Nautij Cos. anno CDXXXVII. vt inſinuant Capitolina marmora.

C. SVLPICIVS. M. F. Q. N. PETICVS. II. AN. CCCXCV.
DICT. DE. GALLEIS. NONIS. MAI.

Nec alius, inquit Liuius, poſt M. Furium, quàm C. Sulpicius iuſtiorem de Gallis egit triumphum; auri quoque ex Gallicis ſpolijs ſatis magnum pondus ſaxo quadrato ſeptum in Capitolio ſacrauit. Videmus fragmenta Capitolina velle ſecundum hunc eſſe C. Sulpicij triumphum. Quare neceſſe ſemel antea quoque triumphaſſe, quamuis Liuius hoc prætereat, vt ſuprà in ſecundo conſulatu eius admonui. *Aurum Capitolinum.*

C. PLAVTIVS. P. F. P. N. PROCVLVS. COS. ANN. CCCXCV.
DE. HERNICEIS. IDIBVS. MAI.

Hernicos à Plautio deuictos, ſubactoſque ſcribit Liuius; ſed de triumpho, ne verbum quidem. Neque enim omnes recenſere, immo plurimos ex arbitrio, vel breuitatis ſtudio, vel quia hiſtoriæ ſuæ contextus ita volebat, ipſum omiſiſſe patebit.

ANNI. P. R. C. CCCXCVI.

Conſules.

C. Marcius. L. f. C. n. Rutilus. Cn. Manlius. L. f. A. n. Capitolinus. Imperioſus. II.

SINE cognominibus recenſent hos Conſules Liuius, Diodorus, Marianus, & Caſſiodorus; produnt cognomina tabulæ Græcæ Rutilum & Capitolinum. Ergo numerus tantùm in auctoribus requiritur apud Cn. Manlium qui biēnio antea quoque Cōſul fuerat: C. Marcius ex triumpho ſuppletur.

Faliſci rebellarunt, eaque prouincia cùm Cn. Manlio obueniſſet, nihil bello memorabile geſſit. Legem verò in caſtris ad Sutrium tributim tulit, de viceſima eorum qui manumitterentur. Patres quia haud paruum vectigal inde ærario accederet, auctores facti ſunt. Ceterùm tribuni plebis nouo exemplo moti, ne quis ſimile quid impoſterū tentaret, graui lege cauerunt publicæ libertati conſulere volentes. Ad quiduis enim milites in Imperatoris verba iuratos adduci poſſe exiſtimârunt. Eodem anno C. Licinius Caluus Stolo, qui bis Conſul fuerat, à M. Popillio Lænate decem millibus æris ſuamet lege damnatus eſt, quam de modo agrorum tulerat, quingenta iugera ne quis excederet, cum ipſe duplū ſuo & filij nomine, quem idcirco in legis fraudem emancipauerat, poſſideret. Auctores ſunt Liuius libro VII. Plutarchus in Camillo. Val. Max. libro VIII. cap. VI. Plinius libro XVIII. cap. III. Auctor de viris illuſtribus in Stolone. *Manlia lex de viceſima manumiſſorum.* *C. Licinius Caluus Stolo ſua lege agraria primus damnatur.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

M. Popillius. M. f. C. n. Lænas.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

C. Duilius * C. f. C. * nepos. [C. Curatius. C. f. //. nepos]
[L. Sextius. L. f. L. nepos.] [C. Titius. C. f. Sex. nepos.]

Tribuni plebis.

Lex tribunicia de non ſeuocando populo.

Legem tulerunt de libertate ciuium. Vti capite plecteretur, qui populum ſeuocaſſet, in caſtríſve leges tuliſſet. Liuius.

Duilia Mænia lex de fœnore.

M. Duilius * M. f. M. * nepos. L. Mænius. //. f. //. nepos.

Legem de vnciario tantùm fœnore accipiendo tulerunt, eámque plebs cupidiſſimè ſciuit, accepitque. Liuius libro VII.

//. //. //. f. //. n. // .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. // .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. . //. f. //. n. //.

M. Pomponius. * M. f. M. * nepos. II. [C. Apronius. C. f. C. nepos. II.]
[M. Titinius. M. f. M. nepos. II.] [T. Sicinius. T. f. L. n. Dentatus. II.]
[C. Mælius. P. f. Sp. n. Capitolinus. II.] [C. Otacilius. C. f. N. nepos.]
[C. Claudius. C. f. C. n. Cicero.] M'. Curius. //. f. //. nepos.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Cn. Manlij cos. in Faliſco.
//. //. //. f. //. n. //. C. Marcij cos. in Priuernati.

M. Papirius. * M. f. M. n. Mugillanus. II. [Sp. Papirius. Sp. f. //. n. Curſor.]

Coruncania gens unde. *Ciceronis locus ambiguus.*

Ti. Coruncanius. //. f. //. nepos. Auus Tiberij Coruncanij Pontificis primi è plebe vt monſtrant Capitolina marmora. Camerio municipio oriundum Tacitus libro XI. in oratione Claudij Cæſaris, & Cicero in Sullana teſtantur eſſe: attamen hîc in Planciana facit Tuſculanum Ti. Coruncanium conſularem ac pontificem, qui princeps familiæ fuit; vt ipſe Tuſculo, maiores Camerio videantur orti, niſi locus ille Ciceronis ſit mutilus, & incorrectus. Sp. Papirius patrem habuit fortè, qui tribunus militum reperitur anno CCCLXXIV.

[M'. Pomponius. M'. f. M'. nepos.]

C. MARCIVS. L. F. C. N. RVTILVS. COS. ANN. CCCXCVI. DE PRIVERNATIBVS. K. IVL.

Priuernates victi.

C. Marcius Conſul exercitum in Priuernatem agrum duxit integrum pace longinqua, militemque præda impleuit; quem ea de cauſſa alacrem habuit, & promptum. Itaque Priuernatibus tandem prælio victis, & in Vrbem deiectis, cùm iam ſcalæ mœnibus admouerentur, deditio à ciuibus eſt facta: triumphus inde de Priuernatibus eſt actus, vt auctor Liuius, libro VII.

Priuernum Campaniæ volunt quidam eſſe, oppidum quondam vino nobile, Stephano de vrbibus πριουέρνος dicitur, nominat item Plinius lib. III. cap. V.

ANNI.

ANNI. P. R. C. CCCXCVII.

Conſules.

M. Fabius. N. f. M. n. Ambuſtus. II.   M. Popillius. M. f. C. n. Lænas. II.

REFERT ita Liuius Conſules in Caſſiodoro, & Diodoro cognomina omiſſa ſunt, & in hoc etiam notæ ſecundi deſiderantur honoris. Tabulæ Græcæ Ambuſtum II. & Lænatem II produnt, rectè.

Tiburtium agros Lænas vaſtauit. Faliſci & Tarquinienſes cum Romanis commiſſo prœlio fuderunt Fabium Cos. turbato eius exercitu inſolita ſpecie, & furiali inceſſu armatorum facibus & anguibus ſacerdotum. Diſcuſſo deinde vano apparatu hoſtem rurſus aggreſſi Romani totam auerterũt aciem, & caſtris eodẽ die potiti ſunt. Liuius lib. VII. *Furialis acies facibus armata.*

C. Marcius. L. f. C. n. Rutilus. Primus de plebe Dict.
C. Plautius. P. f. P. n. Proculus. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa.

Faliſci & Tarquinienſes clade magis irritati quàm perculſi, omne nomen Etruſcum concitârunt, duobusq; ijs populis ducibus, ad Tiberim vſque, & Salinas populabundi hoſtes Tuſci peruenerunt. Aduerſus quem terrorem Dictator C. Marcius Rutilus dictus eſt primus è plebe inuitis patribus, qui & magiſtrum equitum è plebe dixit C. Plautium Proculum. Ambo conſulares tum erant. Auctor Liuius libro VII. Meminit Diodorus Siculus libro XVI. *Etruſcũ bellum.* *Dictator primus è plebe.*

C. MARCIVS. L. F. C. N. RVTILVS. II. ANN. CCCXCVII.
DICT. DE. TVSCEIS. PRIDIE. NON. MAI.

C. Marcius Dictator indignè ferentibus licet patricijs, omnia ad belli apparatum neceſſaria, iuſſu populi obtinuit. Profectus ab Vrbe cum exercitu Tuſcos populabundos oppreſſit, caſtra quoque nec opinatò aggreſſus cepit, & octo millibus hoſtium captis, ceteris aut cæſis, aut ex agro Romano fugatis domum reduxit exercitum, & ſine patrum auctoritate populi iuſſu triumphauit. Liuius lib. VII. Oroſius libro III. cap. VII. & Eutropius libro ſecundo, ſeptem millia captiuorum adducta in triumphum fuiſſe ſcribit, ſi modò liber correctus eſt. *Triumphus ſine patrum auctoritate.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
T. Manlius. L. f. A. n. Torquatus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
L. Cornelius.* P. f. * //. n. Scipio.   [Sp. Nautius. Sp. f. C. n. Rutilus.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
C. Plautius. //. f. //. n. Hypſæus.   [C. Sextius. L. f. L. nepos.]

Tribuni plebis

Comitijs conſularibus interceſsêre, quòd duo patricij Conſules crearẽtur; ſed Interrex M. Fabius aiebat in XII. tabulis legem eſſe; vt quodcunque poſtremum populus iuſſiſſet, id ius ratumque eſſet; iuſſum, & ſuffragia populi eſſe. Cùm intercedendo tribuni nil aliud, quàm vt differrent comitia, valuiſſent, duo patricij Conſules creati ſunt, vt Liuius libro ſeptimo. *XII. tabularum lex de populi iuſſu.*

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

ter conſideranti non Scipio, non Scæuola, ſed Scapula cognomen eſt viſum, vt opiner patrem fuiſſe P. Cornelij Scapulæ qui Conſul fuit anno CDXXV. Sed hæc diſcernere facilius eſt ijs, qui fragmentum Romæ diligentiùs intueri poſſunt.

Victoria de Hernicis cruēta virtute Rom. equitum parta eſt.
Tribuni militū ad legiones cōmitiati à populo primū creati.
Ruſuli.

Ap. Claudius Dictator non incruento prœlio vicit Hernicos, nam quarta pars exercitus Romani deſiderata eſt. Triumphaſſe ipſum de Hernicis non auſim dicere, cùm nulla eius rei ſit mentio apud Liuium, neque quicquam extet in fragmentis Capitolinis, ex quo Appij triumphus poſſit colligi. Tribuni militum ad legiones populi ſuffragio primum creati; cum antea, ſicut quos Ruſulos vocant, Imperatores ipſi feciſſent. Sed vide Liuium libro ſeptimo.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
P. Cornelius.* P. f.* //. n. Scipio.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.
Cn. Manlius. L. f. A. n. Capitolinus. Imperioſſus. — C. Fabius.* C. f. M. n.* Ambuſtus.

Tribuni plebis.

L. Manlius reus.

M. Pomponius. * M. f. M. * nepos. L. Manlio Capitolino anni ſuperioris Dictatori diem ad populum dixit; quòd paucos ſibi dies ad dictaturam gerendam addidiſſet, quodque in delectu habendo imperioſus, & acerbus fuiſſet, non damnatione modò ciuium; ſed etiam laceratione corporum. Quodque filium iuuenem Titum nullam ob culpam; ſed ſolummodo, quòd infacundus, & lingua impromptus eſſet, inter ſeruiles operas enutriret, ac publicis vſibus ſubtraheret. Id poſtquam Titus cognouit, protinus Vrbem, ac ædes tribuni ſummo manè petijt; admiſſusque ad ſecretum colloquium quaſi accuſaturus patrem, ſtricto ferro tribunum minis, ac terrore compulſum iurare coëgit ſe patris eius accuſandi cauſſa concilium plebis nunquam habiturum. Iurauit pauidus tribunus, & cauſſæ dictionem reo Manlio patri remiſit. Factum non ciuile, pietate tamen filij in patrem laudabile fuit habitum. Liuius libro VII. Cicero officiorum tertio. Val. Max. libro V. cap. IV. Auctor de viris illuſtribus. Seneca de beneficijs libro tertio, capite penultimo.

T. Manlij filij in patrē reum pietas.

//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

[Q. Decius. M. f. M. n. Mus.] — [Sp. Oppius. Sp. f. Sp. n. Cornicen.]
[C. Oppius. C. f. C. nepos.] — [N. Otacilius. N. f. N. nepos.]
[C. Terentius. C. f. C. n. Arſa.] — [M. Terentius. M. f. M. nepos.]
[Q. Romulcius. Q. f. Q. nepos.] — [L. Rabuleius. L. f. C. nepos.]
[C. Mælius. P. f. Sp. n. Capitolinus.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.
[L. Lucerius. L. f. //. nepos.] — [C. Volſcius. C. f. C. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. — .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Seruilij cos. } in Hernico.
//. //. //. f. //. n. //. L. Genucij cos. }

L. Cornelius. * P. f. * //. n. Scipio. — [C. Petillius. * Q. f. Q. * nepos.]
L. Mænius. //. f. //. nepos. — [L. Aquilius. L. f. //. n. Coruus.

L. Scipio

L. Scipio poſtea Cos. videtur frater fuiſſe primi ædilis curulis P. Scipionis, & filius illius, qui magiſter equitum ſub M. Camillo, & bis tribunus militum fuerat. L. Mænium quinto poſt anno tribunum plebis fuiſſe docet, Liuius.

ANNI. P. R. C. CCCXCII.

Conſules.

C. Licinius. C. f. P. n. Caluus. II. C. SVLPICIVS. M. F. Q. N. PETICVS. II.

COLLEGAE & antea in eodem magiſtratu fuêre, quapropter numeri auctoribus adijciendi ſunt, vtpote Liuio, vbi etiam mendosè L. Sulpicius legitur, cùm in tabulis Capitolinis, Diodoro, & Caſſiodoro C. Sulpicius appelletur. In hoc ſecundo conſulatu Liuius rectè Licinio Calui cognomen attribuit, non aliter quàm tabulæ Capitolinæ Græcæ quidem, quas toties iam citaui, Stolonem hoc loco vocant; vt eundem eſſe animaduertas facilè, qui antea tribunus plebis fuerat.

Ferentinum in Hernicis vi captum eſt à Conſulibus, & Tiburtibus bellum indictum. Liuius libro VII. Dionyſius tyrannus Sicilia pellitur. Marianus Scotus.

Ferentinum captum.

T. Quinctius. *n.* f. *n.* n. Pennus. CAPITOLINVS. CRISPINVS. DICT.
Ser. Cornelius. Ser. f. M. N. MALVGINENSIS. MAG. EQ.
REI GERVNDAE CAVSSA.

Dictatorem habuit is annus rei gerundæ, vt Liuius, & faſti Romani tradunt; non comitiorum habendorum cauſſa, vt vult Licinius Macer. Galli enim via ſalaria trans pontem Anienis ad tertium lapidem caſtra poſuerant, quos à Quinctio Dictatore victos, & quaſi penitus deletos, auctor eſt Appianus Alexandrinus in Celtica. Cruentiſſima congreſſione confectos, & fugatos ſcribit Oroſius libro III. capite V. atrociſſimam pugnam T. Manlio Torquato trib. militum ſingulariter inchoante. Sic etiam Florus ſcribit libro primo, cap. XIII. Verùm Liuius prœlij nullius mentionem facit, ſed poſt T. Manlij ſingularem pugnam, & victoriam, Gallos conſternatos proxima nocte. relictis caſtris profugiſſe dicit. Omnium conſenſu receptum eſt, T. Manlium hoc bello Gallum viribus & corpore prævalidum ſingulari prœlio proſtrauiſſe, torquem auream ex ſo detraxiſſe, & inde Torquati cognomen reportaſſe. Quod duellum à Liuio graphicè deſcribitur, & etiam à Gellio libro IX. cap. XIII. ex Q. Claudij Quadrigarij annalium primo.

Gallicus tumultus.

T. Manlius trib. mil. duello victor Torquatus primus dictus.

Memorabilis iſtius duelli viuam admodum picturam multis poſtea ſæculis in foro Romano publicatam manſiſſe ſcimus prope vetera roſtra ſub Nouis, ſcilicet, tabernis argentarijs. Hæc autem in tabula ſcuti Gallici vel Cimbrici in formam facta repræſentabat Galli illius Thraſonis exultantis, iactabundoque corpore diſtorti, ac barbarè linguam exerentis in Anienis ponte congreſſum cum T. Manlio, & quàm dextrè proſtratus ac occiſus collum torquemque ſuum aureum amiſerit. Ex hac quidem pictura ferè auſim opinari, T. Liuium & Claudium Quadrigarium hiſtoricos prœlium hoc, quod ipſi non viderant, tam exactè verbis accuratis delineaſſe. Scutum Cimbricum vocabant vulgò tabulã iſtam Romani, eratque loci illius ad Nouas tabernas nota quædam celebris. Mentionem eius reperio apud Ciceronem, Quinctilianum, & C. Plinium maiorem. Quæ loca huc conferre non pigebit, vt, candide lector, videas, quantopere conducat ad veterum auctorum intelligenda ſcripta diligens hiſtoriæ antiquæ collatio. M. Cicero de Oratore libro ſecundo, vbi C. Iulium Cæſarem Strabonem oratorem de iocis atque facetijs diſſerentem inducit, vt ille deformem ac fœdum quendam aduerſarium ſuum Manciam iam dicti Galli picturæ compararit, eleganter ſcribit. Ait enim ſic Iulius. „Valde autem ridentur etiam imagines, quæ ferè in deformitatem, aut in aliquod vitium corporis ducuntur cum ſimilitudine turpioris. Vt meum illud in Heluium Manciam. Iam oſtendam, cuiuſmodi ſis. Cùm ille: Oſtende, quæſo; demonſtraui digito pictum Gallum in * Mariano * ſcuto Cimbrico ſub * nodis * diſtortum, eiecta lingua, buccis fluentibus. Riſus eſt commotus, nihil tam Manciæ ſimile viſum eſt. Hæc C. Iulij apud Ciceronem verba reperiuntur in hunc modum ſcripta in correctioribus exemplaribus editis omnibus, & vt teſtatur doctiſſimus Dionyſius Lambinus in multis antiquis manu ſcriptis, quæ vidit ipſe. Pedibus quidem in eius eo ſententiam, vitium, ſcilicet, eſſe in verbis * ſub nodis * quaſi ſub vinculis, vt quidam interpretantur: & legendum eſſe, * ſub Nouis * vt locum indicent, vbi in foro polita pictura Galli ſtabat. Sic M. Varro de lingua Latina libro V. affirmat, Sub Nouis dictam eſſe

Pictura duelli Manliani in foro Romano poſita.

Scutum Cimbricum.

Ciceronis locus.

** Manliano fortè melius.*

** Nouis fortè melius.*

eſſe partem in foro Rom. ædificiorum peruetuſto vocabulo, vt & Via Noua; à tabernis nempe nouis. Approbare videtur & Lambini hanc lectionem meus codex antiquus in membrana ſcriptus, in quo habetur * ſub nobis * obſoleta ſcribēdi formula, qua frequenter olim, b, pro, v, vſurpare ſolebant. Iam ipſa hiſtoria nobis in iſto verborum contextu mendum aliud oſtendit, & pro * Mariano * ſcuto Cimbrico legendū eſſe * Manliano * docet. Etenim T. Manlij duellum cum Gallo repræſentaſſe picturam ſcuti dubio procul eſt: non C. Marij, quem duello cum Gallis vnquam pugnaſſe non legimus. Hoc enim non ſolùm ex T. Liuio & Claudio colligimus, ſed etiam ex Cicerone & alijs. M. Fabius Quinctilianus autem oratoriarum inſtitutionum lib. VI. cap. IV. de riſu adfert etiam, vt apparet, ex ipſo Cicerone Iuliani ioci hoc idem exemplum his verbis, vt in vulgatis correctioribus ea reperio. Rarum autem eſt, vt oculis ſubijcere ridiculum contingat: vt fecit C. Iulius, qui cum Heluio * mancipi * ſæpius obſtrepenti ſibi diceret: iam oſtendam qualis ſis: isque planè inſtaret interrogatione, qualem ſe tandem oſtenſurus eſſet, digito demonſtrauit imaginem Galli in ſcuto Cimbrico pictam, cui * manceps * tum ſimillimus eſt viſus. Tabernæ autem erant circa forum, ac ſcutum illud ſigni gratia poſitum. Hæc ita in Fabio legimus, vbi collige lector ex Ciceronis verbis errorem exemplarium, in quibus perperam librarius ſcriptor indoctus cognomen Heluij * Mancia * mutauit in * manceps * duobus in locis. Nec diſſimilis error ex iſta collatione pateſcit in C. Plinio nat. hiſt. libro XXXV cap. IV vbi Manciæ teſtis nomen omiſſum, & Cæſaris oratoris, in Craſſi, mutatum videtur librarij alicuius imperitia; vel ipſum Plinium memoria lapſum fateri cogimur. Eius autem verba ſic ſonant, vbi de tabulis pictis agit: Deinde video & in foro poſitas vulgò. Hinc enim ille * Craſſi * oratoris lepos agentis ſub Veteribus, cùm * teſtis compellatus inſtaret, Dic ergo * Craſſe * qualem me reris? Talem, inquit, oſtendens in tabula pictum inficetiſſimè Gallum exerentem linguam.

Quinctiliani locus.
• Manciæ • f. melius.
• Mancia • f. melius.
C. Plinij locus.
• Cæſaris • f. melius.
• Mancia • deeſt.
• Cæſar • f. melius.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
M. Valerius. P. f. L. n. Poplicola.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
M. Plætorius. * M. f. M. * nepos. [C. Plætorius. C. f. M. nepos.]
[M. Conſidius. M. f. M. nepos. [L. Allienius. L. f. A. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
C. Plautius. //. f. //. n. Hypſæus. [L. Aelius. L. f. L. n. Pætus. II.]
[M. Marcius. M'. f. M'. nepos.] [P. Licinius. P. f. P. n. Caluus.]
[M'. Otacilius. M'. f. N. nepos.] [Q. Mælius. Q. f. Q. nepos.]
[C. Lætorius. C. f. C. nepos.] [C. Lætorius. P. f. P. nepos.]
[P. Furius. P. f. P. nepos.] [L. Virginius. A. f. A. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Calui. }
//. //. //. f. //. n. //. C. Pætici. } Coſs. in Hernico.

A. Cornelius. P. f. A. n. Coſſus. Aruina. M. Duilius. * M. f. M. * nepos.

M. Papirius. * M. f. M. n. Mugillanus. * C. Duilius. * C. f. C. * nepos.

A. Cornelium nobis ſic exprimunt marmora Capitolina. M. Papirius autem & C. Duilius ex quinque viris menſarijs poſtea fuerunt, æquitatis & induſtriæ meritò in fœnore diminuendo, atque ære alieno ciuium temperando, per omnium, vt tradit Liuius, annalium monumenta celeb..bus. Mugillanum verò hunc inter tredecim Papirios referendum eſſe puto, quos Cicero a 1 Pætum ſcribit à primo L. Mugillano ſella curuli ſediſſe ante L. Papirium Craſſum, qui Prætor & Dictator fuit anno CDXIII. quique primùm Papiſius appellari deſijt. Quare hunc quæſtorem non ſolum, ſed & ædilem curulem, prætoremque fuiſſe ſuſpicari poſſumus. M. Duilius ſequetur tribunus plebis.

C. Sulpicius. M. f. Q. n. Pæticus. A. CCCXCII.
Cos. //. de Herniceis. QUIRINALIBVS.
T. Quinctius. //. f. //. n. Pennus. Capitolin. Criſpinus. AN. CCCXCII.
Dict. de Galleis. //. //. MART.

Addit Liuius à Dictatore T. Manlium poſt victoriam de Gallo pro concione laudatum fuiſſe, & aurea corona donatum; triumphi quidem nullibi eſt mentio, quem tamen ex tam memorabili bello obtinuiſſe Dictatorem veriſimile eſt, & aſtipulari videtur faſtorum Capitolinorum fragmentum, quod eodem hoc anno CCCXCII. duos ordine triumphos nobis oſtendit, alterum Quirinalibus actum ſcilicet XIII. Kal. Martias. quem C. Sulpicij Conſulis primum eſſe reor de Hernicis, ſecundum namque triennio poſtea Dictator egit de Gallis, ſicut ex ijſdem fragmẽtis apertum eſt. Alterum eodem, ni fallor, item menſe ductum ex paucis literis cognoſcimus, quem T. Quinctij Dictatoris fuiſſe de Gallis opinamur, quamuis. Liuius, vt alios etiam, hos triumphos omiſerit.

T. Manlij honores.

Quirinalia xiij. Kal. Martias.

ANNI. P. R. C. CCCXCIII.

Conſules.

M. Fabius. N. f. M. n. AMBVSTVS. C. POETELIVS. C. F. Q. N. LIBO VISOLVS.

BALBI cognomen adſcribit Pœtelio Liuius, at fragmenta Capitolina Libonem Viſolum vocant. Græcæ & Cuſpiniani tabulæ Libonem & Ambuſtum Conſules nominant, Diodorus & Caſſiodorus M. Fabium, C. Pœtelium. Sed perperam in omnibus ferè cùm Liuij, tùm Caſſiodori exemplaribus Perilius legitur; non eadem enim gens eſt Pœtelia, quæ Petilia. M. Fabium ex triumpho eius Capitolino reſtitui. Pœtelius x. viri. Q. Pœtelij nepos fortè fuit.

Cùm M. Fabio Conſuli prouincia Hernici eueniſſet, aduerſus Tiburtes C. Pœtelius Conſul iuſſu populi exercitum duxit, quòd ſocietatem belli cum Gallis Romanorum hoſtibus feciſſent, eoſdemque commeatu iuuiſſent. In Hernicis autem Fabius Conſul primùm leuibus prœlijs, dein vno inſigni conflictu hoſtes deuicit. Liuius lib. VII.

M. Fabij victoria de Hernicis.

Q. Seruilius. Q. f. Q. n. AHALA. DICT.
T. Quinctius. //. f. //. n. Pennus. CAPITOLINVS. CRISPINVS. MAG. EQ.
REI GERVNDAE. CAVSSA.

Ad Tiburtium auxilium cùm Galli è Campania redijſſent, & fœda populatione deuaſtarent Lauicanum, Albanum, & Tuſculanum, Dictator dictus eſt. Q. Seruilius Ahala, & ab eo magiſter equitum T. Quinctius. Hic antea Dictator, ille bis Conſul; qui nouo conſcripto exercitu, iunioribus omnibus ſacramento adactis, Gallos non procul porta Collina in conſpectu Vrbis & ciuium cruento prœlio vicit, & fugauit. Fugienteſque prope Tibur excepit Pœtelius Conſul; à quo rurſus ſimul cum egreſſis ad opem ferendam Tiburtibus ſuperantur, & intra Tiburis vicinæ portas compelluntur. Liuius libro VII.

Galli & Tiburtes denuo victi.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
Sp. Furius. M. f. //. n. Camillus. II.

Aediles

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

P. Valerius. P. f. L. n. Poplicola. C. Iulius. *L. f. C. n.* Iulus.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Q. Aulius. M. f. //. n. Cerretanus. C. Caruilius. //. f. //. n. Maximus.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

K. Duilius. * K. f. K. nepos. [L. Hortenſius. L. f. L. nepos.]
[C. Marcius. C. f. C. n. Rutilus.] [C. Curatius. C. f. //. nepos.]
[M. Cædicius. M. f. L. nepos.] [L. Sextius. L. f. L. nepos.]
[C. Apronius. C. f. C. nepos.] [C. Titius. C. f. Sex. nepos.]
[T. Sicinius. T. f. L. n. Dentatus] [M. Titinius. M. f. M. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M. Fabij cos. in Hernico.
//. //. //. f. //. n. //. C. Pœtelij. cos. in Tiburti.
[L. Aemilius. L. f. //. n. Barbula.] L. Aemilius. C. f. //. n. Mamercinus.
T. Manlius. L. f. A. n. Capitolinus. C. Liuius. //. f. //. n.
Torquatus. Denter.

Huius C. Liuij nepos M. Liuius Denter primus è plebe pontifex, & Cos. anno CDLI. vt ex ratione temporum & tabulis Capitolinis colligo. T. Torquati magiſtratus nobiles plures ſubſequentur. L. Barbula patruus videtur Q. Barbulæ, qui Cos. II. de Etruſcis triumphauit. L. Mamercinus fortaſſe filius C. Mamercini bis tribuni militum conſulari poteſtate. Hunc Liuius magiſtrũ eq. nominat in ann. CDI. quemadmodum declarabo.

C. Pœtelius. C. f. Q. n. Libo. Viſolus. AN. CCCXCIII.
COS. DE GALLEIS. ET. TIBVRTIBVS. //. //. MART.
M. FABIVS. N. F. M. N. AMBVSTVS. COS. ANN. CCCXCIII.
OVANS. DE. HERNICEIS. NONIS. SEPT.

Rebus paſſim benè geſtis, Dictator Conſulibus in ſenatu, & apud populum magnificè collaudatis, & ſuarum quoque rerum remiſſo illis honore, dictatura ſe abdicauit. Pœtelius de Gallis, Tiburtibusque geminum triumphum egit, Fabio ſatis viſum eſt, vt ouans Vrbem iniret. Irriſere tamen Pœtelij triumphum Tiburtes, vt nulla rebus contra eos geſtis gloria dignum. Liuius libro VII.

Tiburis origo antiquiſsima. Tiburis originem antiquiorem eſſe, quàm Vrbis Romæ Plinius aſſerit libro XVI. capite vltimo. Ciuitatem nominatam à Tiburte Euandri ſocio, ex eius conditoribus vno volunt Cato, & Sextius. Dionyſius libro V. inter Latini nominis populos recenſet Tiburtes, vt & Cicero in oratione pro L. Balbo. Decimo ſexto circiter lapide diſtat à Roma, vrbs primùm ſatis potens alijs etiam oppidis imperans, è quibus nominat Liuius Empulum, & Saſſulam ditionis Tiburtinæ. *Empulum, Saſſula.* Vide Catonem de originibus, Solinum capite ſeptimo, Seruium in VII. Aeneidos.

ANNI.

ANNI. P. R. C. CCCXCIV.

Conſules.

M. Popillius. M. f. C. n. LAENAS. CN. MANLIVS. L. F. A. N. CAPITOLINVS. IMPERIOSSVS.

SEQVVNTVR Conſules in Liuio & Caſſiodoro M. Popillius Lænas, & Cn. Manlius: item in Diodoro M. Popillius Lænas, C. Manlius Imperioſus, vbi prænomen Manlij corrigendum Non hic pater T. Torquati, ſed frater fuit natu maior, vt conſtat ex Capitolino fragmento. Alterius Conſulis M. Popillij nomen ex triumpho eius ſuppleuimus. Ab hoc Lænatis cognomen in ea gente cœpiſſe, atque in hoc magiſtratu, ex Ciceronis Bruto colligere eſt; plebis enim contra patres tumultu ac ſeditione nunciata, cum ille Conſul ac flamen Carmētalis ſacrificium publicum faceret; vt erat læna amictus, ita venit in concionem, & oratione, auctoritateque ſeditionem ſedauit.

Lænatis cognomen vnde in gente Popilia,

Seditionem in Vrbe exorientem hoſtium repentinus aduentus compreſſit. Tiburtes enim noctis ſilentio ad Vrbem infeſto agmine profecti ſubitum terrorem incuſſerunt; ſed prima luce duabus portis egreſſi Conſules aciem ſubeuntium iam muros aggrediuntur, & primo impetu fundunt repelluntque. Tarquinienſes interim populabundi fines Romanos peragrauêre. Liuius libro VII.

Tiburtes deuicti.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
Ser. Cornelius. Ser. f. M. n. Maluginenſis.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
M. Pomponius. * M. f. M. * nepos.   [C. Mælius. P. f. Sp. n. Capitolinus.]
[L. Rabuleius. L. f. C. nepos.]   [C. Terentius. C. f. C. n. Arſa.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
[M. Marcius. M'. f. M'. n. III.]   C. Plautius. //. f. //. n. Hypſæus. II.
[L. Icilius. L. f. L. n. Ruga.]   [M. Terentius. M. f. M. nepos. II.]
[Sex. Manilius. Sex. f. Sex. nepos.]   [Sex. Pompilius. Sex. f. Sex. nepos.]
[P. Silius. M. f. M. nepos.]   [P. Villius. P. f. P. nepos.]
[Cn. Apronius. Cn. f. C. nepos.]   [C. Sextius. L. f. L. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M. Popillij } coſs. in Tiburti.
//. //. //. f. //. n. //. Cn Manlij }

P. Valerius. * P. f. P. n. * Poplicola.   [L. Marcius. L. f. C. n. Rutilus.]
[M. Foſlius. M. f. C. n. Flaccinator.]   [C. Seruius C. f. C. n. Fidenas.]

P. Valerium nominat Prætorem nono dein anno Liuius lib. VII. fortè pronepos primi

P. Vale-

P.Valerij Poplicolæ videri poterit. Item L.Marcius Rutilus frater C.Rutili,qui cos.quater,& cenſor primus è plebe factus inuenietur,M.Foſlius patruus C.Foſlij,qui Cos & bis magiſter equitum C. Sergius autem, filius C. Sergij bis tribuni militum.

ANNI. P. R. C. CCCXCV.

Conſules.

C. Fabius * C.f. M.n * Ambvstvs. C. Plavtivs. p. f. p. n. procvlvs.

Livivs & Caſſiodorus C.Fabium, M.Plautium conſules produnt. Diodorus M. Fabium C. Plotium. ſed magis placet Cai prænomen in Fabio, nam ipſum Liuius ita poſtmodum vocat interregem ac cõſularem. Tabulæ Græcæ cognomina vtriuſque oſtendunt Ambuſtum,& Proculum referentes.

Tribus auctæ ſunt. Tarquinienſe bellum. Captiui Romani immolati. Latinis pax data, cumq; his fœdus renouatum. Ludi quos M.Camillus reconciliatis ordinibus vouerat, facti ſunt, Duæ tribus reliquis adiectæ,Poblilia,& Pomptina. Hernici à C. Plautio conſule deuicti, & ſubacti ſunt, Tarquinienſibus bellum indictum,cum quibus conſul Fabius inconſultè pugnauit. Non tantùm cladis in acie acceptum,quantum ignominiæ ex eo,quod cccvii. captiuos Romanos milites immolarint Tarquinienſes. Acceſſit & agri Romani Vaſtatio quam Priuernates & Veliterni deinde fecerunt.Sed inter multos terrores ſolatio fuit pax Latinis petentibus data,& magna vis militum ab iis fœdere vetuſto, quod multis intermiſerant annis, accepta. Liuius vii.

C. Sulpicius M.f. Q. n. Peticus. Dict.
M. Valerius. P. f. L.n. Policola Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa:

Victoria de Gallis. Stratagema pulchrum. Inter multos terrores cùm belli quoque Gallici fama increbuiſſet, eos Præneſte, videlicet, veniſſe, & inde circa Pedum conſediſſe; dictator dictus eſt à C.Plautio conſule C. Sulpicius Peticus, magiſter equitum additus eſt M. Valerius Poplicola. Dictator ad Pedum cum Gallis graui prœlio conflixit, & ſimulata ex agaſonibus adornatis equitum caterua è ſiluis oſtenſa,conterritos in fugam egit,& atroci cæde cõfecit. Liuius libro vii. & Frontinus ſtratagematum ſecundo. Meminerunt Victoriæ etiam Oroſius,& Eutropius Item Appianus in Celtica. Is Boios Gallos fuiſſe ſcribit, & alio ſtratagemate à dictatore Sulpicio Victos, ordine ſcilicet ſolo inuadendi hoſtem, ſicut ibidem pulchrè enarrat.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
T. Quinctius. //. f.//. n. Penn. Capitolinus. Criſpinus. *

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
T.Manlius. L.f. A. n. Torquatus. A. Cornelius.P.f.A.n. Coſſus Aruina.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
K. Duilius *K. f. K. * nepos. [L. Virginius. A. f. A. nepos]

Tribuni plebis.

Petillia lex de ambitu prima. C. Pætillius. * Q. f. Q. * nepos. Legem de ambitu primus tulit patribus auctoribus,qua nouorum maximè hominum ambitionem, qui nundinas & conciliabula obire ſoliti erant,compreſſam credebant. Liuius lib. vii.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.
L, Plautius. L.f.//.n. Venno. [L. Hortenſius. L.f. L. nepos ii.]

[Q.Hor-

[Q. Hortenſius. Q. f. L. nepos.] [P. Licinius. P. f. P. n. Caluus. II.]
[C. Sextilius. C. f. //. nepos.] [C. Lætorius. P. f. P. nepos. II.]
[M. Cædicius. M. f. L. nepos. II.] [M. Mænius. M. f. M. nepos.]
[P. Furius. P. f. P. nepos. II.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Fabij cos. in Tarquinienſi.
//. //. //. f. //. n. //. C. Plautij cos. in Hernico.
L. Furius. M. f. //. n. Camillus. [P. Mænius. P. f. P. nepos.]
C. Pœtelius. Q. f. Q. n. Libo. Viſolus. Sp. Nautius. Sp. f. C. n. Rutilus.

L. Furius eſt tertius magni illius M. Camilli Dictatoris Romuli ſecundi filius. Nam primus Marcus puer paullo antequam pater in exilium iret, anno CCCLXII. mortuus erat: alterum Spurium Prætorem primum habuimus; hic Lucius autem bis Dictator & Conſul fuit, vt dicemus. P. Mænius fortè frater maior C. Mænij, qui bis Dictator & Cenſor reperitur in faſtis. C. Pœtelius decemviri Q. Pœtelij pronepos eſſe potuit, qui ſequitur Conſul. Sp. Nautius verò pater Sp. Nautij Cos. anno CDXXXVII. vt inſinuant Capitolina marmora.

C. SVLPICIVS. M. F. Q. N. PETICVS. II. AN. CCCXCV.
DICT. DE. GALLEIS. NONIS. MAI.

Nec alius, inquit Liuius, poſt M. Furium, quàm C. Sulpicius iuſtiorem de Gallis egit triumphum; auri quoque ex Gallicis ſpolijs ſatis magnum pondus ſaxo quadrato ſeptum in Capitolio ſacrauit. Videmus fragmenta Capitolina velle ſecundum hunc eſſe C. Sulpicij triomphum. Quare neceſſe ſemel antea quoque triumphaſſe, quamuis Liuius hoc prætereat, vt ſuprà in ſecundo conſulatu eius admonui. *Aurum Capitolinum.*

C. PLAVTIVS. P. F. P. N. PROCVLVS. COS. ANN. CCCXCV.
DE. HERNICEIS. IDIBVS. MAI.

Hernicos à Plautio deuictos, ſubactoſque ſcribit Liuius; ſed de triumpho, ne verbum quidem. Neque enim omnes recenſere, immo plurimos ex arbitrio, vel breuitatis ſtudio, vel quia hiſtoriæ ſuæ contextus ita volebat, ipſum omiſiſſe patebit.

ANNI. P. R. C. CCCXCVI.

Conſules.

C. Marcius. L. f. C. n. Rutilus. Cn. Manlius. L. f. A. n. Capitolinus. Imperioſus. II.

SINE cognominibus recenſent hos Conſules Liuius, Diodorus, Marianus, & Caſſiodorus; produnt cognomina tabulæ Græcæ Rutilum & Capitolinum. Ergo numerus tantùm in auctoribus requiritur apud Cn. Manlium qui biēnio antea quoque Cōſul fuerat: C. Marcius ex triumpho ſuppletur.

Faliſci rebellarunt, eaque prouincia cùm Cn. Manlio obueniſſet, nihil bello memorabile geſſit. Legem verò in caſtris ad Sutrium tributim tulit, de viceſima eorum qui manumitterentur. Patres quia haud paruum vectigal inde ærario accederet, auctores facti ſunt. Ceterùm tribuni plebis nouo exemplo moti, ne quis ſimile quid impoſterū tentaret, graui lege cauerunt publicæ libertati conſulere volentes. Ad quiduis enim milites in Imperatoris verba iuratos adduci poſſe exiſtimârunt. Eodem anno C. Licinius Caluus Stolo, qui bis Conſul fuerat, à M. Popillio Lænate decem millibus æris ſuamet lege damnatus eſt, quam de modo agrorum tulerat, quingenta iugera ne quis excederet, cùm ipſe duplū ſuo & filij nomine, quem idcirco in legis fraudem emancipauerat, poſſideret. Auctores ſunt Liuius libro VII. Plutarchus in Camillo. Val. Max. libro VIII. cap. VI. Plinius libro XVIII. cap. III. Auctor de viris illuſtribus in Stolone. *Manlia lex de viceſima manumiſſorum.* *C. Licinius Caluus Stolo ſua lege agraria primus damnatur.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
M. Popillius. M. f. C. n. Lænas.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
C. Duilius * C. f. C. * nepos. [C. Curatius. C. f. //. nepos]
[L. Sextius. L. f. L. nepos.] [C. Titius. C. f. Sex. nepos.]

Tribuni plebis.

Lex tribunicia de non ſeuocando populo. Legem tulerunt de libertate ciuium. Vti capite plecteretur, qui populum ſeuocaſſet, in caſtríſve leges tuliſſet. Liuius.

Duilia Mænia lex de fœnore. M. Duilius * M. f. M. * nepos. L. Mænius. //. f. //. nepos.

Legem de vnciario tantùm fœnore accipiendo tulerunt, eamq́ue plebs cupidiſſimè ſciuit, accepitque. Liuius libro VII.

//. //. //. f. //. n. // .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
M. Pomponius. * M. f. M. * nepos. II. [C. Apronius. C. f. C. nepos. II.]
[M. Titinius. M. f. M. nepos. II.] [T. Sicinius. T. f. L. n. Dentatus. II.]
[C. Mælius. P. f. Sp. n. Capitolinus. II.] [C. Otacilius. C. f. N. nepos.]
[C. Claudius. C. f. C. n. Cicero.] M'. Curius. //. f. //. nepos.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Cn. Manlij cos. in Faliſco.
//. //. //. f. //. n. //. C. Marcij cos. in Priuernati.

M. Papirius. * M. f. M. n. Mugillanus. II. [Sp. Papirius. Sp. f. //. n. Curſor.]

Coruncania gens vnde. Ti. Coruncanius. //. f. //. nepos. Auus Tiberij Coruncanij Pontificis primi è plebe vt monſtrant Capitolina marmora. Camerio municipio oriundum Tacitus libro XI. in oratione Claudij Cæſaris, & Cicero in Sullana teſtantur eſſe: attamen hîc in Planciana facit Tuſculanum Ti. Coruncanium conſularem ac pontificem, qui princeps familiæ fuit; vt ipſe Tuſculo, maiores Camerio videantur orti, niſi locus ille Ciceronis ſit mutilus, & incorrectus. *Ciceronis locus ambiguus.* Sp. Papirius patrem habuit fortè, qui tribunus militum reperitur anno CCCLXXIV.

[M'. Pomponius. M'. f. M'. nepos.]

C. MARCIVS. L. F. C. N. RVTILVS. COS. ANN. CCCXCVI.
DE PRIVERNATIBVS. K. IVL.

Priuernates victi. C. Marcius Conſul exercitum in Priuernatem agrum duxit integrum pace longinqua, militemq́ue præda impleuit; quem ea de cauſſa alacrem habuit, & promptum. Itaque Priuernatibus tandem prælio victis, & in Vrbem deiectis, cùm iam ſcalæ mœnibus admouerentur, deditio à ciuibus eſt facta: triumphus inde de Priuernatibus eſt actus, vt auctor Liuius, libro VII.

Priuernum Campaniæ volunt quidam eſſe, oppidum quondam vino nobile, Stephano de vrbibus πριουέρνος dicitur, nominat item Plinius lib. III. cap. V.

ANNI.

ANNI. P. R. C. CCCXCVII.

Conſules.

M. Fabius. N. f. M. n. Ambuſtus. II. M. Popillius. M. f. C. n. Lænas. II.

REFERT ita Liuius Conſules. in Caſſiodoro, & Diodoro cognomina omiſſa ſunt, & in hoc etiam notæ ſecundi deſiderantur honoris. Tabulæ Græcæ Ambuſtum II. & Lænatem II produnt, rectè.

Tiburtium agros Lænas vaſtauit. Faliſci & Tarquinienſes cum Romanis commiſſo prœlio fuderunt Fabium Cos. turbato eius exercitu inſolita ſpecie, & furiali inceſſu armatorum facibus & anguibus ſacerdotum. Diſcuſſo deinde vano apparatu hoſtem rurſus aggreſſi Romani totam auerterũt aciem, & caſtris eodẽ die potiti ſunt. Liuius lib. VII. *Furialis acies facibus armata.*

C. Marcius. L. f. C. n. Rutilus. Primus de plebe Dict.
C. Plautius. P. f. P. n. Proculus. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa.

Faliſci & Tarquinienſes clade magis irritati quàm perculſi, omne nomen Etruſcum concitârunt, duobusq; ijs populis ducibus, ad Tiberim vſque, & Salinas populabundi hoſtes Tuſci peruenerunt. Aduerſus quem terrorem Dictator C. Marcius Rutilus dictus eſt primus è plebe inuitis patribus, qui & magiſtrum equitum è plebe dixit C. Plautium Proculum Ambo conſulares tum erant. Auctor Liuius libro VII. Meminit Diodorus Siculus libro XVI. *Etruſcũ bellum. Dictator primus è plebe.*

C. MARCIVS. L. F. C. N. RVTILVS. II. ANN. CCCXCVII.
DICT. DE. TVSCEIS. PRIDIE. NON. MAI.

C. Marcius Dictator indignè ferentibus licet patricijs, omnia ad belli apparatum neceſſaria, iuſſu populi obtinuit. Profectus ab Vrbe cum exercitu Tuſcos populabundos oppreſſit, caſtra quoque nec opinatò aggreſſus cepit, & octo millibus hoſtium captis, ceteris aut cæſis, aut ex agro Romano fugatis domum reduxit exercitum, & ſine patrum auctoritate populi iuſſu triumphauit. Liuius lib. VII. Oroſius libro III. cap. VII. & Eutropius libro ſecundo, ſeptem millia captiuorum adducta in triumphum fuiſſe ſcribit, ſi modò liber correctus eſt. *Triumphus ſine patrum auctoritate.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
T. Manlius. L. f. A. n. Torquatus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
L. Cornelius.* P. f. * //. n. Scipio. [Sp. Nautius. Sp. f. C. n. Rutilus.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
C. Plautius. //. f. //. n. Hypſæus. [C. Sextius. L. f. L. nepos.]

Tribuni plebis

Comitijs conſularibus interceſſêre, quòd duo patricij Conſules crearẽtur; ſed interrex M. Fabius aiebat in XII. tabulis legem eſſe; vt quodcunque poſtremum populus iuſſiſſet, id ius ratumque eſſet; iuſſum, & ſuffragia populi eſſe. Cùm intercedendo tribuni nil aliud, quàm vt differrent comitia, valuiſſent, duo patricij Conſules creati ſunt, vt Liuius libro ſeptimo. *XII. tabularum lex de populi iuſſu.*

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

 C. Liuius.

C. Liuius. //. f. //. n. Denter. [P. Mænius. P. f. P. nepos.]
[P. Licinius. P. f. P. n. Caluus. III.] [K. Duilius. * K. f. K. * nepos. II.]
[Q. Hortenſius. Q. f. L. nepos.] [L. Icilius L. f. L. n. Ruga. II.]
[C. Iunius. C. f. C. n Bubulcus. Brutus.] [L. Antiſtius. L. f. L. nepos.]
[M. Marcius. M'. f. M'. nepos. IV.] C. Petillius. *Q. f. Q. *nepos. II.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M. Fabij cos. in Faliſco, & Tarquinienſi.
//. //. //. f. //. n. //. M. Popillij. cos. in Tiburti.

Sex. Tullius. //. f. //. nepos. Qui ſeptimum primipilum duxerat ſub Dictatore C. Petico in exercitu contra Gallos ante biennium; & anno ſuperiore primus contra Priuernates prœlium inierat, nec erat in exercitu, qui quidem pedeſtria ſtipendia feciſſet, vir factis nobilior. vt Liuius libro VII. Tullia plebeia antiquiſſima gēte cum fuiſſe opinor, atque etiam minores ob merita obtinuiſſe magiſtratus.

M. Fabius. * C. f. * //. n. Dorſo. [Ser. Sulpicius. Ser. f. M. n. Prætextatus.]

M. Pœtelius. M. f. //. n. Libo. Pater M. Pœtelij conſularis, vt faſti Capitolini monſtrant. Ser. Prætextatus patre quater tribuno militum natus, M. Fabium primi, vt apparet, C. Fabi Dorſonis, de quo nos in annali CCCLXV. filium Conſulem factum conſtabit poſtea.

ANNI P. R. C. CCCXCVIII.

Conſules.

C. Sulpicius. M. f. Q. n. Peticus. III. M. Valerius. P. f. L. n. Poplicola.

Ex interregno creati Conſules mox magiſtratum ineunt.

SATIS recte Conſules exprimuntur à Liuio, error tamen eſt in aliquot exemplaribus Cn. Potitus pro C. Peticus, Diodorus, Marianus, & Caſſiodorus cognomina omittut, Tabulæ Græcæ Peticum & Poplicolam produnt. Creati ex interregno eodem die magiſtratum inierunt ambo patricij ablato poſt vndecimum annum à plebe conſulatu (vt inquit Liuius) ſed cur in annis ab Vrbe condita & à Gallis capta adhuc biennio à Capitolinis tabulis diſcrepet, antè dictum eſt.

Empulum captum.

Empulum ex Tiburtibus captum, & Tarquinienſiū agri vaſtati ſunt, vt Liuius lib. VII.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
P. Valerius, P. f. L. n. Poplicola.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
M. Duilius. * M. f. M. * nepos. [M. Mænius. M. f. M. nepos.]
[L. Mænius. //. f. //. nepos.] [P. Furius. P. f. P. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[L. Hortenſius. L. f. L. nepos. III.] C. Duilius. * C. f. C. * nepos.
[C. Antiſtius. C. f. C. nepos.] [Cn. Appuleius. Cn. f. Cn. n. Panſa.]

[C. Appu-

[C. Appuleius. C. f. C. nepos. III.] [L. Albinius. L. f. L. nepos.]
[L. Albinius. M. f. //. nepos.] [C. Conſidius. Q. f. Q. nepos.]
[L. Fulcinius. L. f. L. nepos.] [L. Numitorius. L. f. P. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. // n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Petici. cos. in Tarquinienſi.
//. //. //. f. //. n. //. M. Valerij. cos. in Tiburti.
Ser. Sulpicius. //. f. //. n. Camerinus. Q. Seruilius. Q. f. Q. n. Ahala.
Ti. Aemilius. Ti. f. Ti. n. Mamercinus. C. Claudius. * Ap. f. Ap. n. * Craſs. Regillenſis.

Ap. Claudij Cæci patrem hunc fuiſſe, & filium Ap. Claudij trib. mil. Cos. poteſtate. anno CCCL. Onufrij coniectura eſt. Hunc bis Dictatorem, alios eius tres collegas Conſules habebimus: ex quibus & Ti. Aemilius Prætor, Q. Seruilius magiſter equitum fuere.

ANNI. P. R. C. CCCXCVIIII.

Conſules.

M. Fabius. N. f. M. n. Ambuſtus. III. T. Quinctius. //. f. //. n. Pennus. Capitolinus. Criſpinus.

AMBO rurſum patricij Conſules ſumma contentione patrum, & per infrequentiam habitis comitijs creati fuerunt, vt auctor eſt Liuius. Qui addit pro T. Quinctio in quibuſdam annalibus reperiri M. Popillium plebeium, Alios quoque videntur ſequi annales tabulæ Græcæ, nec minùs à Capitolinis diſcrepantes; nam plebeium C. Marcium Rutilum iungunt patricio T. Quinctio Penno; proferunt enim Rutilum II. & Pennum. Sed alij auctores vt Diodorus, Caſſiodorus, & Marianus aſtipulantur Liuio, & faſtis Capitolinis, qui T. Quinctium M. Fabio collegam apponunt. Sic item Solinus cap. XLIII. M. Fabio Ambuſto, & T. Quinctio Capitolino Conſulibus Alexandrum Magnum Pellæ natum, & Dianæ Epheſiæ famoſiſſimum templum conflagraviſſe, ex Cornelio Nepote tradit. Sed numeri annorum ab Vrbe condita non conueniunt. *Alexandri Magni natalis annus.*

Duo bella eo anno à Romanis proſperè geſta ſunt cum Tiburtibus & Tarquinienſibus. In hos acerbè ſæuitum, multi mortales in acie cæſi, & ex ingenti captiuorum numero CCCXLVIII. nobiliores ſelecti, qui Romam miſſi populi iuſſu medio in foro virgis cæſi, & ſecuri percuſſi ſunt. Vulgus aliud ſine diſcrimine trucidatum. Illud pœnæ hoſtibus redditum pro immolatis captiuis Romanis. Samnites amicitiam petiuerunt per legatos, cum quibus fœdere ſocietas inita eſt. Vide Liuium libro VII. Et Diodorus libro XVI. de Samnitico fœdere verba facit. *Crudelis vindicta in Tarquinienſes.* *Fœdus cum Samnitibus.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
C. Iulius * L. f. C. n. * Iulus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
L. Furius. M. f. //. n. Camillus. M. Papirius. * M. f. M. n. * Mugillanus.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
C. Liuius. //. f. //. n. Denter. [Q. Hortenſius. Q. f. L. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

 //. //. f.

// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. //
// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. //
// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. //
// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. //

C. Pœtelius. Q. f. Q. n. * Libo. Viſolus. [Ti. Pontificius. Ti. f. Ti. nepos.]
[Sp. Mæcilius. Sp. f. Sp. nepos.] K. Duilius. K. f. K. * nepos. III.
[L. Marcius. L. f. C. n. Rutilus.] [T. Roſcius. T. f. T. nepos.]
[Sp. Metilius. Sp. f. Sp. nepos.] [Sex. Tempanius. Sex. f. Sex. nepos.]
[A. Sellius. A. f. A. nepos.] [L. Villius. P. f. P. nepos.]

Quæſtores vrbani.

// . // . // . f. // . n. // . .// . // . // . f. // . n. //

Quæſtores militares.

// . // . // . f. // . n. // . M. Fabij cos. in Tiburti.
// . // . // . f. // . n. // . T. Quinctij. cos. in Tarquinienſi.
Q. Fabius. Q. f. M. n. Ambuſtus. [A. Lucerius. A. f. // . nepos.]
[C. Iunius. C. f. L. n. Bubulcus. Brutus.] [C. Papirius. C. f. // . n. Craſſus.]

C. Papirij pater tribunus militum anno CCCLXX. videtur fuiſſe, Q. Fabius filius item tribuni militum anno CCCLXIII. vnius ex tribus Fabijs, qui bellum Gallicum concitarant, vt ante dictum eſt. Hic autem magiſter equitum decimo dein anno ſequetur.

M. FABIVS. N. F. M. N. AMBVSTVS. II. ANN. CCCXCIX.
COS. III. DE TIBVRTIBVS. III. NON. IVN.

Tiburtes in deditionem veniunt.

Cum Tiburtibus item, Saſſula ex ijs capta, ad deditionem pugnatum eſt. Ceteraque Tiburtinæ ditionis oppida eandem fortunam habuiſſent, ni vniuerſa gens poſitis armis in fidem veniſſet. Triumphatum itaque de Tiburtibus, alioquin mitis victoria fuit, vt ait Liuius. Sed quinam Conſulum triumpharit, non dicit. M. Fabium fuiſſe conſtat ex fragmento Capitolino.

ANNI. P. R. C. CD.

Conſules.

C. Sulpicius. M. f. Q. n. Peticus. IV. M. Valerius. P. f. L. n. Poplicola. II.

CONSVLATVS vterque ſequenti item anno apud patricios manſit. C. Sulpicium Peticum IV. M. Valerium Poplicolam II. auctore Liuio. Cognomina omittit Caſſiodorus, Diodorus etiam numeros. deſunt & in tabulis Græcis, vbi Peticus & Poplicola leguntur.

C. Sulpicio Tarquinij prouincia euenit, Valerio Volſci, quos eſſe in armis Latini legati nunciarunt. Liuius libro VII

T. Manlius. L. f. A. n. Imperioſſus. Torquatus. Dict.
A. Cornelius. P. f. A. n. Coſſus. Aruina. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa:

Cærites Tarquinienſibus iuncti ex agro Romano prædas agunt. Cærites territi pacem petunt, quibus centum annorum induciæ datæ.

Multiplicis belli terror, cùm Volſcorum motus à Latinis nunciarentur, & à C. Sulpicio Conſule Cærites Tarquinienſibus ſanguine iunctos arma etiam cœpiſſe, & prædas agere: in cauſſa fuit, vt Dictator T. Manlius L. f. Torquatus diceretur, & magiſter equitum A. Cornelius Coſſus. T. Torquatus Galli cæde nobilis erat. A. Coſſum ex triumpho quem Cos. de Samnitibus geſſit anno CDX. in Capitolinis fragmentis extantem deſcripſimus. Sed nihil memoria dignum bello geſtum, cum Cærites territi confeſtim ſuppliciter per legatos pacem peterent, nec arma Romana expectarent. Quibus ob vetus meritum.

quia Gallis Vrbem occupantibus ſacra Rom. recepiſſent, & cuſtodiſſent, centum annorum induciæ datæ ſunt. In Faliſcos deinde vim belli conuertit Dictator, quos etiam Tarquinienſibus auxilia dediſſe conſtabat; ſed hoſtis non inuentus. Itaque finibus depopulatis legiones Romam reductæ ſunt, & reliquum anni muris turribuſque reficiendis conſumptum, & ædes Apollini dedicata eſt. Liuius libro VII.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
L. Cornelius. * P. f. * //. n. Scipio.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
[L. Hortenſius. L. f. L. nepos.]   [L. Antiſtius. L. f. L. nepos.]
[M. Marcius. M'. f. M'. nepos.]   [C. Iunius. C. f. C. n. Bubulcus. Brutus.]

Tribuni plebis.

Legis Liciniæ patrocinium contra Dictatorem & patricios Conſulem plebeium volentes, ſuſceperunt; & comitijs interceſſione ſublatis, ad interregnum rempublicam duxerunt. Liuius libro VII.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
C. Plautius. //. f. //. n. Hypſæus.   M. Duilius * M. f. M. * nepos. II.
L. Mænius. //. f. //. nepos. II.   [C. Mamilius. C. f. L. n. Vitulus.]
[C. Sicinius. C. f. C. n. Bellutus.]   [T. Sicinius. T. f. L. n. Dentatus. III.]
[C. Titius. C. f. Sex. nepos. II.]   [C. Apronius. C. f. C. nepos. III.]
[C. Sextius. L. f. L. nepos. II.]   [L. Sextilius. C. f. //. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Petici cos. in Etruſco.
//. //. //. f. //. n. //. M. Valerij cos in Volſco.
Q. Publilius. Q. f. Q. n. Philo.   P. Decius. Q. f. //. n. Mus.
C. Mænius. P. f. P. nepos.   [Cn. Cornelius. C. f. Cn. n. Coſſus.]

Cn. Coſſus forte filius C. Coſſi tribuni militum anno CCCLXVII. Alij tres collegæ magni nominis, conſulares, dictatorij, ac triumphales multiſque rebus geſtis præclari ſæpius dehinc in annalibus occurrent.

ANNI. P. R. C. CDI.

Conſules.

P. Valerius. P. f. L. n. Poplicola.   C. Marcius. L. f. C. n. Rutilus. II.

CVM tribuni plebis pertinaciùs legem Liciniam defenderent, neque comitia, niſi ſecundum hanc, vellent admittere; prolatandis interceſſione comitijs cùm Dictator Conſuleſque magiſtratu abijſſent, ad vndecimum vſque interregem ſeditionibus certatum eſt. Tandem L. Scipione interrege comitia habente, permiſſu patrum ex lege ad plebem redijt conſulatus, & P. Valerio Poplicolæ datus è plebe collega C. Marcius Rutilus, cuius

Interreges vndecim.

cuius hic ſecundus eſt conſulatus. Igitur rectè Caſſiodorus P. Valerium & C. Marcium Rutilum II. ponit. Diodorus autem ex ijs forſan annalibus patricios ambos eo anno Conſules prodit; pro C. Marcio M. Fabium Valerio iungens.

Conſulibus vtriſque Etruria prouincia decreta eſt, quos in Faliſco & Tarquinienſi legiones habuiſſe ex Liuio colligere eſt. Domi autem inclinatis ſemel in concordiam animis, noui Conſules fœnebrem quoque rem diſſidia perpetua nutrientem leuare ſunt aggreſſi, creatis quinqueviris menſarijs: qui æquitate, curaque ſunt meriti, vt per omnium annalium monumenta celebres nominibus eſſent. Fuere autem C. Duilius, P. Decius, M. Papirius, Q. Publilius, Ti. Aemilius, qui rem difficillimam ſine queremonijs vtriuſque partis vtcunque compoſuerunt. vt Liuius libro ſeptimo.

Quinque viri menſarij rem fœnebrem moderantur.

C. Iulius. * L. f. C. n. * Iulus. Dict.
L. Aemilius. * C. f. * //. n. Mamercinus. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa.

Terror belli Etruſci, cùm coniuraſſe XII. populos fama eſſet, Dictatorem in caſtris dici coëgit, vt refert Liuius. Eo enim ad Conſules miſſum eſt S.C. vt diceretur. Sed vanus is terror fuit; foris enim omnia tranquilla reperta ſunt. Tentatum domi per Dictatorem, vt ambo patricij Conſules crearentur, ſed in caſſum laborando rem ad interregnum perduxit, vt refert Liuius.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
Ap. Claudius. P. f. Ap. n. Craſſ. Sabin. Regillenſis.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
P. Valerius. * P. f. P. n. * Poplicola.	L. Pinarius. //. f. //. n. Natta.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[Cn. Appuleius. Cn. f. Cn. n. Panſa.]	[L. Albinius. M. f. //. nepos.]

Trib. plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
Sex. Tullius. //. f. //. nepos.	[P. Mænius. P. f. P. nepos. II.]
K. Duilius. * K. f. K. n. * IV.	[Q. Hortenſius. Q. f. L. nepos. III.]
[M'. Pomponius. M'. f. M'. nepos.]	[M. Mænius. M. f. M. nepos. II.]
[L. Cædicius. L. f. L. nepos.]	[C. Furius. C. f. C. nepos.]
[P. Mælius. P. f. Q. nepos.]	[C. Canuleius. C. f. C. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. P. Valerij. } Cos. in Etruria.
//. //. //. f. //. n. //. C. Marcij. }

L. Aemilius. L. f. L. n. Mamercinus. Qui poſtea Priuernas appellatus eſt. Et in marmoribus Capitolinis ita ſcriptus reperitur.

C. Volumnius. C. f. //. n. Flamma. Pater L. Flammæ bis Conſulis, vt eadem marmora volunt Capitolina:

[L. Aemilius. L. f. //. n. Barbula. II.] Q. Aemilius. L. f. //. n. Barbula.

Iam

Iam verò Lucius, vt dixi, patruus, & hic Q. Barbula pater Q. Barbulæ bis Cos. atque triumphalis habebitur ex Capitolinis, in quibus ille deſcriptus eſt.

ANNI. P. R. C. CDII.

Conſules.

C. Sulpicius. M. f. Q. n. Peticus. v. T. Quinctius. T. f. T. n. Cincinnatus. Capitolinus.

OB meritum æris alieni leuati mitiore iam plebe, ex interregno patricij duo Conſules admiſſi ſunt C. Sulpicius Peticus, & T. Quinctius Pennus; ſed numerum deſiderari apud Sulpicium in Liuio, anteacti eius quatuor conſulatus docent. Idem aſſerit in Quinctij Conſulis prænomine annales variare, in aliquibus namque Cæſonem, in alijs Caium appellari; Quemadmodum & in Diodoro, vbi numerus apud Sulpicium, & cognomina omittuntur. Tabulæ Græcæ ſuggerunt Sulpicium II. & Pennum, ſed error item in numero eſt.

Ambo Conſules ad bellum profecti, Faliſcum Quinctius; Tarquinienſe Sulpicius. Hoſtes cum nuſquam prodirent, vrendo, populandoque ſubiugârunt, & pacem petere coegerunt: quibus induciæ annorum quadraginta datæ ſunt. Liuius libro VII. *Faliſci & Tarquinienſes ſubacti inducias obtinuere.*

M. Fabius. N. f. M. n. Ambuſtus. Dict.
Q. Seruilius. Q. f. Q. n. Ahala. Mag. eq.
Comitiorum. habendorum. cauſſa.

Habuit idem annus Dictatorem nullo terrore belli, ſed vt inhiberet ne Licinia lege in inſequentem annum Conſul plebeius crearetur, Dictator dictus M. Fabius, magiſter equitum additus Q. Seruilius. Lex tamen Licinia præualuit, vt paullò poſt dicetur. Hunc M. Fabium Ambuſtum Q. Maximi Rulliani patrem, ter Conſulem & Dictatorem fuiſſe, teſtantur tam Liuius ipſe poſtea, quàm Val. Maximus libro ſecundo, cap. II. vbi de L. Papirij Dictatoris ſeuera diſciplina militari.

Cens. Cn. Manlius. L. f. A. n. Capitolinus. Imperioſſus. C. Marcius. L. f. C. n. Rutilus. primus è plebe. Luſtr. f. XXI.

Quia ſolutio æris alieni multarum rerum & poſſeſſionum mutauerat dominos, cenſum agi placuit. Cæterùm cùm comitia cenſoria eſſent indicta, C. Marcius Rutilus, qui primus Dictator è plebe fuerat, inter candidatos apparens, concordiam ordinum turbauit: quod tamen alieno tempore videbatur feciſſe, cùm ambo patricij Conſules rationem eius ſe habituros negarent. Attamen iniuitis Conſulibus, tribunorum plebis auxilio, ſuffragante populo cenſor eſt factus primus è plebe, & collega Cn. Manlio patricio datus. Liuius libro VII. meminit item poſtea libro X. in anni CDLIII. hiſtoria. Eutropius item, & Marianus Scotus Romæ cenſum hoc ferè tempore actum fuiſſe referunt, quamuis adamuſſim annum non attingant. *Cenſor è plebe primus.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

M. Papirius. * M. f. M. n. Mugillanus. *

Aediles curules.

//. //. f. //. n. //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. f. //. n. //. //. //. f. //. n. //.

C. Poeteſius. * Q. f. Q. n. * Libo. Viſolus. [C. Antiſtius. C. f. C. nepos.]

[C. Appuleius. C. f. C. nepos.] [L. Villius. P. f. P. nepos.]

Tribuni plebis.

M. Duilius. //. f. //. nepos. Lex Duilia, ſi non primis cenſoribus, hoc quidem

P.Valerij Poplicolæ videri poterit. Item L.Marcius Rutilus frater C.Rutili, qui cos. quater, & cenſor primus è plebe factus inuenietur, M.Foſlius patruus C.Foſlij, qui Cos & bis magiſter equitum C. Sergius autem, filius C. Sergij bis tribuni militum.

ANNI. P. R. C. CCCXCV.

Conſules.

C. Fabius * C.f. M.n * AMBVSTVS. C. PLAVTIVS. P. F. P. N. PROCVLVS.

LIVIVS & Caſſiodorus C.Fabium, M.Plautium conſules produnt. Diodorus M. Fabium C. Plotium. ſed magis placet Cai prænomen in Fabio, nam ipſum Liuius ita poſtmodum vocat interregem ac cōſularem. Tabulæ Græcæ cognomina vtriuſque oſtendunt Ambuſtum, & Proculum referentes.

Tribus auctæ ſunt. Tarquinienſe bellum. Captiui Romani immolati. Latinis pax data, eiuſq; his fœdus renouatum.

Ludi quos M.Camillus reconciliatis ordinibus vouerat, facti ſunt, Duæ tribus reliquis adiectæ, Poblilia, & Pomptina. Hernici à C. Plautio conſule deuicti, & ſubacti ſunt, Tarquinienſibus bellum indictum, cùm quibus conſul Fabius inconſultè pugnauit. Non tantùm cladis in acie acceptum, quantum ignominiæ ex eo, quod CCCVII. captiuos Romanos milites immolarint Tarquinienſes. Acceſſit & agri Romani Vaſtatio quam Priuernates & Veliterni deinde fecerunt. Sed inter multos terrores ſolatio fuit pax Latinis petentibus data, & magna vis militum ab iis fœdere vetuſto, quod multis intermiſerant annis, accepta. Liuius VII.

C. Sulpicius M.f. Q.n. Peticus. Dict.
M. Valerius. P. f. L.n. Policola Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa:

Victoria de Gallis. Stratagema pulchrum.

Inter multos terrores cùm belli quoque Gallici fama increbuiſſet, eos Præneſte, videlicet, veniſſe, & inde circa Pedum conſediſſe; dictator dictus eſt à C.Plautio conſule C. Sulpicius Peticus, magiſter equitum additus eſt M. Valerius Poplicola. Dictator ad Pedum cum Gallis graui prœlio conflixit, & ſimulata ex agaſonibus adornatis equitum caterua è ſiluis oſtenſa, conterritos in fugam egit, & atroci cæde cōfecit. Liuius libro VII. & Frontinus ſtratagematum ſecundo. Meminerunt Victoriæ etiam Oroſius, & Eutropius. Item Appianus in Celtica. Is Boios Gallos fuiſſe ſcribit, & alio ſtratagemate à dictatore Sulpicio Victos, ordine ſcilicet ſolo inuadendi hoſtem, ſicut ibidem pulchrè enarrat.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
T. Quinctius. //. f. //. n. Penn. Capitolinus. Criſpinus. *

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
T.Manlius. L.f. A. n. Torquatus. A. Cornelius. P.f. A.n. Coſſus Aruina.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
K. Duilius * K. f. K. * nepos. [L. Virginius. A. f. A. nepos]

Tribuni plebis.

Petillia lex de ambitu prima.

C. Pætillius. * Q. f. Q. * nepos. Legem de ambitu primus tulit patribus auctoribus, qua nouorum maximè hominum ambitionem, qui nundinas & conciliabula obire ſoliti erant, compreſſam credebant. Liuius lib. VII.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

L. Plautius. L. f. //. n. Venno. [L. Hortenſius. L. f. L. nepos II.]

[Q. Hor-

[Q. Hortenſius Q. f. L. nepos.] [P. Licinius. P. f. P. n. Caluus. II.]
[C. Sextilius. C. f. //. nepos.] [C. Lætorius. P. f. P. nepos. II.]
[M. Cædicius. M. f. L. nepos. II.] [M. Mænius. M. f. M. nepos.]
[P. Furius. P. f. P. nepos. II.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Fabij Cos. in Tarquinienſi.
//. //. //. f. //. n. //. C. Plautij cos. in Hernico.
L. Furius. M. f. //. n. Camillus. [P. Mænius. P. f. P. nepos.]
C. Pœtelius.* Q. f. Q. n. * Libo. Viſolus. Sp. Nautius. Sp. f. C. n. Rutilus.

L. Furius eſt tertius magni illius M Camilli Dictatoris Romuli ſecundi filius. Nam primus Marcus puer paullo antequam pater in exilium iret, anno CCCLXII. mortuus erat: alterum Spurium Prætorem primum habuimus; hic Lucius autem bis Dictator & Conſul fuit, vt dicemus. P. Mænius fortè frater maior C. Mænij, qui bis Dictator & Cenſor reperitur in faſtis. C. Pœtelius decemviri Q Pœtelij pronepos eſſe potuit, qui ſequetur Conſul. Sp. Nautius verò pater Sp. Nautij Cos. anno CDXXXVII. vt inſinuant Capitolina marmora.

C. SVLPICIVS. M. F. Q. N. PETICVS. II. AN. CCCXCV.
DICT. DE. GALLEIS. NONIS. MAI.

Nec alius, inquit Liuius, poſt M Furium, quàm C. Sulpicius iuſtiorem de Gallis egit triumphum; auri quoque ex Gallicis ſpolijs ſatis magnum pondus ſaxo quadrato ſeptum in Capitolio ſacrauit. Videmus fragmenta Capitolina velle ſecundum hunc eſſe C. Sulpicij triumphum. Quare neceſſe ſemel antea quoque triumphaſſe, quamuis Liuius hoc prætereat, vt ſuprà in ſecundo conſulatu eius admonui. *Aurum Capitolinum.*

C. PLAVTIVS. P. F. P. N. PROCVLVS. COS. ANN. CCCXCV.
DE. HERNICEIS. IDIBVS. MAI.

Hernicos à Plautio deuictos, ſubactosque ſcribit Liuius; ſed de triumpho, ne verbum quidem Neque enim omnes recenſere, immo plurimos ex arbitrio, vel breuitatis ſtudio, vel quia hiſtoriæ ſuæ contextus ita volebat, ipſum omiſiſſe patebit.

ANNI. P. R. C. CCCXCVI.

Conſules.

C. Marcius. L. f. C. n. Rutilus. Cn. Manlius. L. f. A. n. Capitolinus. Imperioſus. II.

SINE cognominibus recenſent hos Conſules Liuius, Diodorus, Marianus, & Caſſiodorus; produnt cognomina tabulæ Græcæ Rutilum & Capitolinum. Ergo numerus tantùm in auctoribus requiritur apud Cn. Manlium qui biēnio antea quoque Cōſul fuerat: C. Marcius ex triumpho ſuppletur.

Faliſci rebellarunt, eaque prouincia cùm Cn. Manlio obueniſſet, nihil bello memorabile geſſit. Legem verò in caſtris ad Sutrium tributim tulit, de viceſima eorum qui manumitterentur. Patres quia haud paruum vectigal inde ærario accederet, auctores facti ſunt. Ceterùm tribuni plebis nouo exemplo moti, ne quis ſimile quid impoſterū tentaret, graui lege cauerunt publicæ libertati conſulere volentes. Ad quiduis enim milites in Imperatoris verba iuratos adduci poſſe exiſtimârunt. Eodem anno C. Licinius Caluus Stolo, qui bis Conſul fuerat, à M. Popillio Lænate decem millibus æris ſuamet lege damnatus eſt, quam de modo agrorum tulerat, quingenta iugera ne quis excederet, cum ipſe duplū ſuo & filij nomine, quem idcirco in legis fraudem emancipauerat, poſſideret. Auctores ſunt Liuius libro VII Plutarchus in Camillo. Val. Max. libro VIII. cap. VI. Plinius libro XVIII. cap. III. Auctor de viris illuſtribus in Stolone. *Manlia lex de viceſima manumiſſorum.* *C. Licinius Caluus Stolo ſua lege agraria primus damnatur.*

ANNI. P. R. C. CCCXCVII.

Conſules.

M. Fabius. N. f. M. n. Ambuſtus. II. M. Popillius. M. f. C. n. Lænas. II.

REFERT ita Liuius Conſules in Caſſiodoro,& Diodoro cognomina omiſſa ſunt,& in hoc etia n notæ ſecundi deſiderantur honoris. Tabulæ Græcæ Ambuſtum II. & Lænatem II produnt,rectè.

Tiburtium agros Lænas vaſtauit. Faliſci & Tarquinienſes cum Romanis commiſſo prœlio fuderunt Fabium Cos.turbato eius exercitu inſolita ſpecie, & furiali inceſſu armatorum facibus & anguibus ſacerdotum. Diſcuſſo deinde vano apparatu hoſtem rurſus aggreſſi Romani totam auerterũt aciem,& caſtris eodẽ die p otiti ſunt.Liuius lib.VII. *Furialis acies facibus armata.*

C. Marcius. L. f. C. n. Rutilus. Primus de plebe Dict.
C. Plautius. P. f. P. n. Proculus. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa.

Faliſci & Tarquinienſes clade magis irritati quàm perculſi, omne nomen Etruſcum concitârunt,duobusq́;ijs populis ducibus,ad Tiberim vſque,& Salinas populabundi hoſtes Tuſci peruenerunt. Aduerſus quem terrorem Dictator C. Marcius Rutilus dictus eſt primus è plebe inuitis patribus, qui & magiſtrum equitum è plebe dixit C.Plautium Proculum Ambo conſulares tum erant. Auctor Liuius libro VII. Meminit Diodorus Siculus libro XVI. *Etruſcũ bellum* *Dictator primus è plebe.*

C. MARCIVS. L. F. C. N. RVTILVS. II. ANN. CCCXCVII.
DICT. DE. TVSCEIS. PRIDIE. NON. MAI.

C Marcius Dictator indignè ferentibus licet patricijs, omnia ad belli apparatum neceſſaria,iuſſu populi obtinuit.Profectus ab Vrbe cum exercitu Tuſcos populabundos oppreſſit,caſtra quoque nec opinatò aggreſſus cepit, & octo millibus hoſtium captis, ceteris aut cæſis, aut ex agro Romano fugatis domum reduxit exercitum, & ſine patrum auctoritate populi iuſſu triumphauit.Liuius lib.VII.Oroſius libro III.cap.VII & Eutropius libro ſecundo,ſeptem millia captiuorum adducta in triumphum fuiſſe ſcribit, ſi modò liber correctus eſt. *Triumphus ſine patrum auctoritate.*

Prætor.

// // //. f. //. n. //.
T. Manlius. L. f. A. n. Torquatus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
L.Cornelius.* P. f. * //.n.Scipio. [Sp. Nautius. Sp. f. C. n. Rutilus.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
C. Plautius. //. f. //.n.Hypſæus. [C. Sextius. L. f. L. nepos.]

Tribuni plebis

Comitijs conſularibus interceſsêre, quòd duo patricij Conſules crearẽtur; ſed interrex M.Fabius aiebat in XII. tabulis legem eſſe; vt quodcunque poſtremum populus iuſſiſſet,id ius ratumq́ue eſſet; iuſſum, & ſuffragia populi eſſe. Cùm intercedendo tribuni nil aliud, quàm vt differrent comitia, valuiſſent, duo patricij Conſules creati ſunt, vt Liuius libro ſeptimo. *XII. tabularum lex de populi iuſſu.*

//.	//.	//.	f. //.	n.	//.		//.	//.	//.	f. //.	n.	//.
//.	//.	//.	f. //.	n.	//.		//.	//.	//.	f. //.	n.	//.
//.	//.	//.	f. //.	n.	//.		//.	//.	//.	f. //.	n.	//.
//.	//.	//.	f. //.	n.	//.		//.	//.	//.	f. //.	n.	//.
//.	//.	//.	f. //.	n.	//.		//.	//.	//.	f. //.	n.	//.

C. Liuius. //. f. //. n. Denter. [P. Mænius. P. f. P. nepos.]
[P. Licinius. P. f. P. n. Caluus. III.] [K. Duilius. * K. f. K. * nepos. II.]
[Q. Hortenſius. Q. f. L. nepos.] [L. Icilius L. f. L. n. Ruga. II.]
[C. Iunius. C. f. C. n. Bubulcus.] [L. Antiſtius, L. f. L. nepos.]
Brutus.
[M. Marcius. M'. f. M'. nepos. IV.] C. Petillius. * Q. f. Q. * nepos. II.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M. Fabij cos. in Faliſco, & Tarquinienſi.
//. //. //. f. //. n. //. M. Popillij. cos. in Tiburti.
Sex. Tullius. //. f. //. nepos. Qui ſeptimum primipilum duxerat ſub Dictatore C. Petico in exercitu contra Gallos ante biennium; & anno ſuperiore primus contra Priuernates prœlium inierat, nec erat in exercitu, qui quidem pedeſtria ſtipendia feciſſet, vir factis nobilior. vt Liuius libro VII. Tullia plebeia antiquiſſima gēte cum fuiſſe opinor, atque etiam minores ob merita obtinuiſſe magiſtratus.
M. Fabius. * C. f. * //. n. Dorſo. [Ser. Sulpicius. Ser. f. M. n. Prætextatus.]
M. Pœtelius. M. f. //. n. Libo. Pater M. Pœtelij conſularis, vt faſti Capitolini monſtrant. Ser. Prætextatus patre quater tribuno militum natus, M. Fabium primi, vt apparet, C. Fabi Dorſonis, de quo nos in annali CCCLXV. filium Conſulem factum conſtabit poſtea.

ANNI. P. R. C. CCCXCVIII.

Conſules.

C. Sulpicius. M. f. Q. n. M. Valerius. P. f. L. n. Poplicola.
Peticus. IIII.

SATIS recte Conſules exprimuntur à Liuio, error tamen eſt in aliquot exemplaribus Cn. Poticus pro C. Peticus, Diodorus, Marianus, & Caſſiodorus cognomina omittūt. Tabula Græca Peticum & Poplicolam produnt. Creati ex interregno eodem die magiſtratum inierunt ambo patricij ablato poſt vndecimum annum à plebe conſulatu (vt inquit Liuius) ſed cur in annis ab Vrbe condita & à Gallis capta adhuc biennio à Capitolinis tabulis diſcrepet, antè dictum eſt. *Ex interregno creati Conſules mox magiſtratum ineunt.*

Empulum ex Tiburtibus captum, & Tarquinienſiū agri vaſtati ſunt, vt Liuius lib. VII. *Empulum captum.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
P. Valerius, P. f. L. n. Poplicola.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
M. Duilius. * M. f. M. * nepos. [M. Mænius. M. f. M. nepos.]
[L. Mænius. //. f. //. nepos.] [P. Furius. P. f. P. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[L. Hortenſius. L. f. L. nepos. III.] C. Duilius. * C. f. C. * nepos.
[C. Antiſtius. C. f. C. nepos.] [Cn. Appuleius. Cn. f. Cn. n. Panſa.]
[C. Appu-

[C. Appuleius. C.f. C. nepos. III.] [L. Albinius. L. f. L. nepos.]
[L. Albinius. M. f. //. nepos.] [C. Conſidius.Q.f. Q. nepos.]
[L. Fulcinius. L. f. L. nepos.] [L. Numitorius.L.f.P. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. // n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Petici. cos. in Tarquinienſi.
//. //. //. f. //. n. //. M. Valerij. cos. in Tiburti.
Ser. Sulpicius. //. f. //. n. Camerinus. Q. Seruilius. Q. f. Q. n. Ahala.
Ti. Aemilius. Ti. f. Ti. n. Mamercinus. C. Claudius. * Ap. f. Ap. n. * Craſs. Regillenſis.

Ap. Claudij Cæci patrem hunc fuiſſe, & filium Ap. Claudij trib. mil. Cos. poteſtate. anno CCCL. Onufrij coniectura eſt. Hunc bis Dictatorem, alios eius tres collegas Conſules habebimus: ex quibus & Ti. Aemilius Prætor, Q. Seruilius magiſter equitum fuere.

ANNI. P. R. C. CCCXCVIIII.

Conſules.

M. Fabius. N. f. M. n. Ambuſtus. III. T. Quinctius. //. f. //. n. Pennus. Capitolinus. Criſpinus.

AMBO rurſum patricij Conſules ſumma contentione patrum, & per infrequentiam habitis comitijs creati fuerunt, vt auctor eſt Liuius. Qui addit pro T. Quinctio in quibuſdam annalibus reperiri M. Popillium plebeium, Alios quoque videntur ſequi annales tabulæ Græcæ, nec minùs à Capitolinis diſcrepantes; nam plebeium C. Marclum Rutilum iungunt patricio T. Quinctio Penno; proferunt enim Rutilum II. & Pennum. Sed alij auctores vt Diodorus, Caſſiodorus, & Marianus aſtipulantur Liuio, & faſtis Capitolinis, qui T. Quinctium M. Fabio collegam apponunt. Sic item Solinus cap. XLIII. M. Fabio Ambuſto, & T. Quinctio Capitolino Conſulibus Alexandrum Magnum Pellæ natum, & Dianæ Epheſiæ famoſiſſimum templum conflagrauiſſe, ex Cornelio Nepote tradit. Sed numeri annorum ab Vrbe condita non conueniunt. *Alexandri Magni natalis annus.*

Duo bella eo anno à Romanis proſperè geſta ſunt cum Tiburtibus & Tarquinienſibus. In hos acerbè ſæuitum, multi mortales in acie cæſi, & ex ingenti captiuorum numero CCCXLVIII. nobiliores ſelecti, qui Romam miſſi populi iuſſu medio in foro virgis cæſi, & ſecuri percuſſi ſunt. Vulgus aliud ſine diſcrimine trucidatum. Illud pœnæ hoſtibus redditum pro immolatis captiuis Romanis. Samnites amicitiam petiuerunt per legatos, cum quibus fœdere ſocietas inita eſt. Vide Liuium libro VII. Et Diodorus libro XVI. de Samnitico fœdere verba facit. *Crudelis vindicta in Tarquinienſes.* *Fœdus cum Samnitibus.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
C. Iulius * L. f. C. n. * Iulus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
L. Furius. M. f. //. n. Camillus. M. Papirius. * M. f. M. n. * Mugillanus.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
C. Liuius. //. f. //. n. Denter. [Q. Hortenſius. Q. f. L. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
C. Pœtelius. Q. f. Q. n. * Libo. Viſolus.	[Ti. Pontificius. Ti. f. Ti. nepos.]
[Sp. Mæcilius. Sp. f. Sp. nepos.]	K. Duilius. K. f. K. * nepos. III.
[L. Marcius. L. f. C. n. Rutilus.]	[T. Roſcius. T. f. T. nepos.]
[Sp. Metilius. Sp. f. Sp. nepos.]	[Sex. Tempanius. Sex. f. Sex. nepos.]
[A. Sellius. A. f. A. nepos.]	[L. Villius. P. f. P. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M. Fabij cos. in Tiburti.
//. //. //. f. //. n. //. T. Quinctij. cos. in Tarquinienſi.

Q. Fabius. Q. f. M. n. Ambuſtus.	[A. Lucerius. A. f. //. nepos.]
[C. Iunius. C. f. L. n. Bubulcus. Brutus.]	[C. Papirius. C. f. //. n. Craſſus.]

C. Papirij pater tribunus militum anno CCCLXX. videtur fuiſſe, Q. Fabius filius item tribuni militum anno CCCLXIII. vnius ex tribus Fabijs, qui bellum Gallicum concitarant, vt ante dictum eſt. Hic autem magiſter equitum decimo dein anno ſequetur.

M. FABIVS. N. F. M. N. AMBVSTVS. II. ANN. CCCXCIX.
COS. III. DE TIBVRTIBVS. III. NON. IVN.

Tiburtes in deditionem veniunt.

Cum Tiburtibus item, Saſſula ex ijs capta, ad deditionem pugnatum eſt. Ceteraque Tiburtinæ ditionis oppida eandem fortunam habuiſſent, ni vniuerſa gens poſitis armis in fidem veniſſet. Triumphatum itaque de Tiburtibus, alioquin mitis victoria fuit, vt ait Liuius. Sed quinam Conſulum triumpharit, non dicit: M. Fabium fuiſſe conſtat ex fragmento Capitolino.

ANNI. P. R. C. CD.

Conſules.

C. Sulpicius. M. f. Q. n. Peticus. IV.	M. Valerius. P. f. L. n. Poplicola. II.

CONSVLATVS vterque ſequenti item anno apud patricios manſit. C. Sulpicium Peticum IV. M. Valerium Poplicolam II. auctore Liuio. Cognomina omittit Caſſiodorus, Diodorus etiam numeros. deſunt & in tabulis Græcis, vbi Peticus & Poplicola leguntur.

C. Sulpicio Tarquinij prouincia euenit, Valerio Volſci, quos eſſe in armis Latini legati nunciarunt. Liuius libro VII

T. Manlius. L. f. A. n. Imperioſſus. Torquatus. Dict.
A. Cornelius. P. f. A. n. Coſſus. Aruina. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa:

Cærites Tarquinienſibus iuncti ex agro Romano prædas agunt. Cærites territi pacem petunt, quibus centum annorum induciæ datæ.

Multiplicis belli terror, cùm Volſcorum motus à Latinis nunciarentur, & à C. Sulpicio Conſule Cærites Tarquinienſibus ſanguine iunctos arma etiam cœpiſſe, & prædas agere: in cauſſa fuit, vt Dictator T. Manlius L. f. Torquatus diceretur, & magiſter equitum A. Cornelius Coſſus. T. Torquatus Galli cæde nobilis erat. A. Coſſum ex triumpho quem Cos. de Samnitibus geſſit anno CDX. in Capitolinis fragmentis extantem deſcripſimus. Sed nihil memoria dignum bello geſtum, cum Cærites territi confeſtim ſuppliciter per legatos pacem peterent, nec arma Romana expectarent. Quibus ob vetus meritum,

qua

quia Gallis Vrbem occupantibus ſacra Rom. recepiſſent, & cuſtodiſſent, centum annorum induciæ datæ ſunt. In Faliſcos deinde vim belli conuertit Dictator, quos etiam Tarquinienſibus auxilia dediſſe conſtabat; ſed hoſtis non inuentus. Itaque finibus depopulatis legiones Romam reductæ ſunt, & reliquum anni muris turribusque reficiendis conſumptum, & ædes Apollini dedicata eſt. Liuius libro VII.

Prætor.

// // //. f. //. n. //.
L. Cornelius. * P. f. * //. n. Scipio.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
[L. Hortenſius. L. f. L. nepos.] — [L. Antiſtius. L. f. L. nepos.]
[M. Marcius. M'. f. M'. nepos.] — [C. Iunius. C. f. C. n. Bubulcus. Brutus.]

Tribuni plebis.

Legis Liciniæ patrocinium contra Dictatorem & patricios Conſulem plebeium volentes, ſuſceperunt; & comitijs interceſſione ſublatis, ad interregnum rempublicam duxerunt. Liuius libro VII.

// //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
C. Plautius. //. f. //. n. Hypſæus. — M. Duilius * M. f. M. * nepos. II.
L. Mænius. //. f. //. nepos. II. — [C. Mamilius. C. f. L. n. Vitulus.]
[C. Sicinius. C. f. C. n. Bellutus.] — [T. Sicinius. T. f. L. n. Dentatus. III.]
[C. Titius. C. f. Sex. nepos. II.] — [C. Apronius. C. f. C. nepos. III.]
[C. Sextius. L. f. L. nepos. II.] — [L. Sextilius. C. f. //. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Petici cos. in Etruſco.
//. //. //. f. //. n. //. M. Valerij cos in Volſco.
Q. Publilius. Q. f. Q. n. Philo. — P. Decius. Q. f. //. n. Mus.
C. Mænius. P. f. P. nepos. — [Cn. Cornelius. C. f. Cn. n. Coſſus.]

Cn. Coſſus forte filius C. Coſſi tribuni militum anno CCCLXVII. Alij tres collegæ magni nominis, conſulares, dictatorij, ac triumphales multisque rebus geſtis præclari ſæpius dehinc in annalibus occurrent.

ANNI. P. R. C. CDI.

Conſules.

P. Valerius. P. f. L. n. Poplicola. — C. Marcius. L. f. C. n. Rutilus. II.

CVM tribuni plebis pertinacius legem Liciniam defenderent, neque comitia, niſi ſecundum hanc, vellent admittere; prolatandis interceſſione comitijs cum Dictator Conſulesque magiſtratu abijſſent, ad vndecimum vſque interregem ſeditionibus certatum eſt. Tandem L. Scipione interrege comitia habente, permiſſu patrum ex lege ad plebem redijt conſulatus, & P. Valerio Poplicolæ datus è plebe collega C. Marcius Rutilus, Interreges vndecim.

cuius

cuius hic ſecundus eſt conſulatus. Igitur rectè Caſſiodorus P. Valerium & C. Marcium Rutilum II. ponit. Diodorus autem ex [illegible]js forſan annalibus patricios ambos eo anno Conſules prodit; pro C. Marcio M. Fabium Valerio iungens.

Quinque viri menſarij rem fœnebrem moderantur.

Conſulibus vtriſque Etruria prouincia decreta eſt, quos in Faliſco & Tarquinienſi legiones habuiſſe ex Liuio colligere eſt. Domi autem inclinatis ſemel in concordiam animis, noui Conſules fœnebrem quoque rem diſſidia perpetua nutrientem leuare ſunt aggreſſi, creatis quinqueviris menſarijs: qui æquitate, curaque ſunt meriti, vt per omnium annalium monumenta celebres nominibus eſſent. Fuere autem C. Duilius, P. Decius, M. Papirius, Q. Publilius, Ti. Aemilius, qui rem difficillimam ſine queremonijs vtriuſque partis vtcunque compoſuerunt. vt Liuius libro ſeptimo.

C. Iulius. * L. f. C. n. * Iulus. Dict.
L. Aemilius. * C. f. * //. n. Mamercinus. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa.

Terror belli Etruſci, cùm coniuraſſe XII. populos fama eſſet, Dictatorem in caſtris dici coëgit, vt refert Liuius. Eo enim ad Conſules miſſum eſt S. C. vt diceretur. Sed vanus is terror fuit; foris enim omnia tranquilla reperta ſunt. Tentatum domi per Dictatorem, vt ambo patricij Conſules crearentur, ſed in caſſum laborando rem ad interregnum perduxit, vt refert Liuius.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
Ap. Claudius. P. f. Ap. n. Craſs. Sabin. Regillenſis.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
P. Valerius. * P. f. P. n. * Poplicola.	L. Pinarius. //. f. //. n. Natta.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[Cn. Appuleius. Cn. f. Cn. n. Panſa.]	[L. Albinius. M. f. //. nepos.]

Trib. plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
Sex. Tullius. //. f. //. nepos.	[P. Mænius. P. f. P. nepos. II.]
K. Duilius. * K. f. K. n. * IV.	[Q. Hortenſius. Q. f. L. nepos. III.]
[M'. Pomponius. M'. f. M'. nepos.]	[M. Mænius. M. f. M. nepos. II.]
[L. Cædicius. L. f. L. nepos.]	[C. Furius. C. f. C. nepos.]
[P. Mælius. P. f. Q. nepos.]	[C. Canuleius. C. f. C. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. P. Valerij. } Cos. in Etruria.
//. //. //. f. //. n. //. C. Marcij. }

L. Aemilius. L. f. L. n. Mamercinus. Qui poſtea Priuernas appellatus eſt. Et in marmoribus Capitolinis ita ſcriptus reperitur.

C. Volumnius. C. f. //. n. Flamma. Pater L. Flammæ bis Conſulis, vt eadem marmora volunt Capitolina:

[L. Aemilius. L. f. //. n. Barbula. II.] Q. Aemilius. L. f. //. n. Barbula.

Iam

Iam verò Lucius, vt dixi, patruus, & hic Q. Barbula pater Q. Barbulæ bis Cos. atque triumphalis habebitur ex Capitolinis, in quibus ille deſcriptus eſt.

ANNI. P. R. C. CDII.

Conſules.

C. Sulpicius. M. f. Q. n. Peticus. v. T. Quinctius T. f. T. n. Cincinnatus. Capitolinus.

OB meritum æris alieni leuati mitiore iam plebe, ex interregno patricij duo Conſules admiſſi ſunt C. Sulpicius Peticus, & T. Quinctius Pennus; ſed numerum deſiderari apud Sulpicium in Liuio, anteacti eius quatuor conſulatus docent. Idem aſſerit in Quinctij Conſulis prænomine annales variare, in aliquibus namque Cæſonem, in alijs Caium appellari. Quemadmodum & in Diodoro, vbi numerus apud Sulpicium, & cognomina omittuntur. Tabulæ Græcæ ſuggerunt Sulpicium II. & Pennum, ſed error item in numero eſt.

Ambo Conſules ad bellum profecti, Faliſcum Quinctius; Tarquinienſe Sulpicius. Hoſtes cùm nuſquàm prodirent, vrendo, populandoque ſubiugârunt, & pacem petere coegerunt: quibus induciæ annorum quadraginta datæ ſunt. Liuius libro VII. *Faliſci & Tarquinienſes ſubacti inducias obtinuere.*

M. Fabius. N. f. M. n. Ambuſtus. Dict.
Q. Seruilius. Q. f. Q. n. Ahala. Mag. eq.
Comitiorum. habendorum. cauſſa.

Habuit idem annus Dictatorem nullo terrore belli, ſed vt inhiberet ne Licinia lege in inſequentem annum Conſul plebeius crearetur. Dictator dictus M. Fabius, magiſter equitum additus Q. Seruilius. Lex tamen Licinia præualuit, vt paullò poſt dicetur. Hũc M. Fabium Ambuſtum Q. Maximi Rulliani patrem, ter Conſulem & Dictatorem fuiſſe, teſtantur tam Liuius ipſe poſtea, quàm Vali. Maximus libro ſecundo, cap. II. vbi de L. Papirij Dictatoris ſeuera diſciplina militari.

Cens. Cn. Manlius. L. f. A. n. Capitolinus. Imperioſſus. C. Marcius. L. f. C. n. Rutilus. primus è plebe. Luſtr. f. XXI.

Quia ſolutio æris alieni multarum rerum & poſſeſſionum mutauerat dominos, cenſum agi placuit. Cæterùm cùm comitia cenſoria eſſent indicta, C. Marcius Rutilus, qui primus Dictatorẽ plebe fuerat, inter candidatos apparens, concordiam ordinum turbauit: quod tamen alieno tempore videbatur feciſſe, cum ambo patricij Conſules rationẽ eius ſe habituros negarent. Attamen inuitis Conſulibus, tribunorum plebis auxilio, ſuffragante populo cenſor eſt factus primus è plebe, & collega Cn. Manlio patricio datus. Liuius libro VII. meminit item poſtea libro X, in anni CDLIII. hiſtoria. Eutropius item, & Marianus Scotus Romæ cenſum hoc ferè tempore actum fuiſſe referunt, quamuis adamuſſim annum non attingant. *Cenſor è plebe primus.*

Prætor.

M. Papirius. ∗ M. f. M. n. Mugillanus. ∗

Aediles curules.

Aediles plebis.

C. Pœtelius. ∗ Q. f. Q. n. ∗ Libo. Viſolus. [C. Antiſtius. C. f. C. nepos.]
[C. Appuleius. C. f. C. nepos.] [L. Villius. P. f. P. nepos.]

Tribuni plebis.

M. Ouinius. [illegible] f. [illegible] nepos. Lex Ouinia, ſi non primis cenſoribus, hoc quidem

dem tempore cùm via plebeijs ad cenſuram aperiretur, lata videtur. Eius mentionem comperio apud ſolum Sex. Pompeium Feſtum, qui tribuniciam appellat. Præteriti, inquit, ſenatores quondam in opprobrio non erant: quòd vt Reges ſibi legebant, ſublegebantque quos in conſilio publico haberent; ita poſt exactos eos, Conſules quoque, & tribuni mil. Cos. poteſtate, coniunctiſſimos quoſque patriciorum, & deinde plebeiorum legebant: donec Ouinia tribunicia interuenit, qua ſanctum fuit, vt cenſores ex omni ordine optimum quemque curiatim in ſenatum legerent. Quo factum eſt, vt qui præteriti eſſent, & loco moti, haberentur ignominioſi. Hæc quidem Feſtus ex Verrio Flacco, vel alio neſcio quo. Ex quibus colligere eſt quod apud alios non reperimus: nempe poteſtatem legendi ſublegendique ſenatum, à Regibus deriuatam eſſe in Conſules, Dictatores, ac Tribunos mil. conſulari poteſtate: eamque lectionem non ſimul cum cenſu ſingulis luſtris fieri ſolere: ſed diminuto ſenatu cùm opus eſſet, donec lege Ouinia poteſtas illa ſumma legendi, expurgandique ſenatum tranſlata eſt in cenſores: quod ipſum etiam ex ſequentibus luſtris deinceps manifeſtum fiet; quibus & principes ſenatus legi, & cauſſas, cur quidam præterirentur, cenſores elogio ſuo edicere cœperũt. Et antea quidem præterlapſis luſtris ſenatum lectum à cenſoribus fuiſſe, expreſſam mentionem non inuenimus apud Liuium, vel alios auctores.

Præteriti ſenatores. — *Ouinia lex de ſenatu curiatim legendo per cenſores.* — *Elogium cenſorum.*

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	
C. Duilius. *C. f. C. nepos. II.	M. Pœtelius. M. f. //. n. Libo.
[M. Claudius. M. f. C. n. Cicero.]	[P. Mælius. P. f. P. n. Capitolinus.]
[L. Canuleius. L. f. L. nepos.]	[T. Romuleius. T. f. Q. nepos.]
[L. Rabuleius. L. f. L. nepos.]	[Q. Terentius. Q. f. Q. nepos.]
[Cn. Domitius. Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus.]	

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. T. Quinctij } coS. in { Faliſco.
//. //. //. f. //. n. //. C. Sulpicij } coS. in { Tarquinienſi.

[Ser. Sulpicius. Ser. f. Q. n. Longus.] [Sp. Furius. Sp. f. Sp. n. Medullin.]
[P. Lucretius. L. f. P. n. Tricipitin.] [Q. Cædicius. Q. f. //. nepos.]

Ser. Sulpicij fratrem ter Cos. triumphalem ac Dictatorem memorant faſti Capitolini: Sp. Furij patrem & auum, nec non P. Lucretij patrem tribunos militum conſulari poteſtate. Q. Cædicius autem filius videri poterit centurionis Q. Cædicij, quem reliquiæ exercitus Allienſis ex clade Veios profugæ ducem ſibi præfecerant anno CCCLXIII. cuius virtute Tuſcos vicere, vt Liuius libro V.

ANNI. P. R. C. CDIII.

Conſules.

M. Popillius. M. f. C. n. Lænas. III.	L. Cornelius. *P. f. *//. n. Scipio.

NVMERVS apud Lænatem reſtituendus in Liuio, nam tertius hic illius eſt conſulatus, Caſſiodorus & Marianus rectè M. Popillium III. & L. Cornelium habent. Tabulæ Græcæ Scipionem & Lænatem III. In Diodoro mendosè, M. Pompilius, C. Cornelius leguntur. Ceterùm in conſularibus hiſce comitijs patrum conſenſus dictatura licet munitus nil magis potuit, quàm in cenſura: nam M. Popillius à plebe Conſul, L. Cornelius à patribus eſt datus.

Galli in agro Latino victi prælio ingenti.

Fortuna quoque illuſtriorem plebeium Conſulem fecit. Nam cùm ingentem Gallorum exercitum in agro Latino caſtra poſuiſſe nunciatum eſſet, Scipione graui morbo implicito

plicito Gallicum bellum Popillio extra ordinem datum eſt; quod fortiter, & ſumma ſua cum laude adminiſtrauit, Gallis inſigni prœlio fuſis, vt pulchrè, & latè Liuius Libro VII. Meminit belli etiam Appianus in Celtica.

L. Furius. M. f. //. n. Camillus. Dict.
P. Cornelius. *P. f.* //. n. Scipio. Mag. EQ.
Comitiorum. habendorum. cauſſa.

Idem annus Dictatorem habuit L. Furium Camillum, vt eſſet qui comitijs conſularibus præeſſet ægris Conſulibus: Scipionem morbus, Popillium vulnus in prœlio acceptum impediebat. L. Furius Dictator ſumma poteſtate præditus reddidit patribus poſſeſſionem priſtinam conſulatus, ob quod meritum ipſe ingenti patrum ſtudio Conſul deſignatus eſt cum Ap. Claudio Craſſo. Liuius lib. VII. Paucæ literæ, quæ extant in fragmento Capitolinæ tabulæ, monſtrant Dictatorem hoc anno cum magiſtro equitum fuiſſe. *Conſules ambo patricij per Dictatorem deſignati.*

Prætor.

P. Valerius. *P. f. P. n.* Poplicola. Poſt delectum à Conſule Popillio habitum expletis quatuor legionibus, quod ſuperfuit militum ad cuſtodiam Vrbis accepit. Liuius Libro VII.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
M. Fabius. *C. f.* //. n. Dorſo. Ser. Sulpicius. //. f. //. n. Camerinus.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[L. Sextilius. C. f. //. nepos.] [C. Mamilius. C. f. L. n. Vitulus.]

Tribuni plebis.

// //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[P. Mænius. P. f. P. nepos. III.] C. Liuius. //. f. //. n. Denter. II.
K. Duilius. *K. f. K.* nepos. V. [T. Iuuentius. T. f. M. nepos]
[C. Oppius. C. f. Sp. n. Cornicen.] [L. Oppius. L. f. L. nepos.]
[C. Licinius. C. f. C. n. Caluus. Stolo.] [P. Decius. P. f. P. n. Mus.]
[Q. Cæcilius. Q. f. Q. n. Metellus.] [C. Aelius. C. f. C. n. Pætus.]

Quæſtores vrbani.

Signa legionum quatuor ex ærario ad Martis ædem extra portam Capenam ferre iuſſi ſunt, vbi Conſul Popillius, exercitu impigrè ſcripto, iuniores armatos conuenire, edixerat. Liuius libro ſeptimo.

//. //. //. f. // n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. } M. Popillij cos. in Latio.
//. //. //. f. //. n. //. }
[M. Horatius. M. f. //. n. Puluillus.] [L. Sextius. L. f. Sex. n. Sextin. Lateranus.]

M. Horatij pater trib. mil. cos. poteſtate fuerat, anno CCCLXXVI. L. Sextij verò fuit primus ille Conſul è plebe L. Sextius Lateranus.

C. Claudius. //. f. //. n. Hortator. Plebeium fuiſſe hinc colligo, quòd Suetonius recenſens Claudiæ patriciæ gentis magiſtratus maiores huius Hortatoris magiſterium equitum prætereat: quod alioquin non feciſſet, ſi quis patricius Claudius magiſter *Claudia plebeia gens.*

magiſter equitum fuiſſet. Nam inter Liuiæ gentis ſummos magiſtratus vnum, quod habuit, magiſterium equitum non omiſit.

[A. Poſtumius. A. f. //. n. Albinus. Regillenſis.] Hic A. Albini Regillenſis trib. militum Cos. poteſtate anno CCCLXXIII. filius potuit fuiſſe.

M. Popillius. M. F. C. N. Laenas. Cos. III. An. CDIII.
De. Galleis. Qvirinalibvs.

matari, alias. Matara telum Gallicum. Primus plebeij COS. triumphus. Quirinalia, quo die Kal. Martijs Conſules inire magiſtratum ſolent.

Belli Gallici ſucceſſum latè (vt dixi) deſcribit Liuius. Victoria denique poſt anceps prœlium penes Romanum Conſulem manſit, ſed non ſine ſanguine. Ipſi enim humerus læuus * machæra propè traiectus fuit; atque ideo ab inſectatione hoſtium longiore degrauatus vulnere abſtinuit. Caſtra tamen à Gallis deſerta militibus diripienda dedit, victoremque inde exercitum Gallicis ſpolijs opulentum Romam reduxit. Moram verò illius triumpho vulnus attulit, antequam tamen noui Conſules magiſtratum inirent, triumphus de Gallis à Popillio eſt actus magno fauore plebis, vt refert Liuius; atque ipſis Quirinalibus, vt monſtrat Capitolinum fragmentum. Qui dies ſolemnis XIII. Kal. Mart. celebrabatur, vt hinc intelligas conſulatum Kal. Martijs tunc iniri ſolere.

ANNI. P. R. C. CDIV.

Conſules.

L. Furius. M. f. //. n. Camillus. Ap. Clavdivs. P. F. Ap. n. Craſſus. Sabin. Regillenſis. In. mag. obiit.

L. Fvrivs (vt dixi) patrum ſtudio ingenti Conſul creatus collegam ſibi Ap. Claudium Craſſum dixit, dictatorium ſcilicet. Sic etiam nominant hos Conſules Caſſiodorus, Marianus, & alij: tabulæ autem Græcæ Camillum & Craſſum. Sed Diodorus Siculus alios fortaſſis ſequutus annales hoc anno M. Aemilium, & T. Quinctium Coss. ponit, omnino ab alijs auctoribus diſcrepans. Gellius Liuium ſequitur, dicens L. Furio, Ap. Claudio Conſulibus anno Vrbis conditæ CDV. M. Valerium cum Gallo pugnauiſſe, & à coruo auxiliante Coruum appellatum fuiſſe. Cicero in Catone eoſdem etiam habet Conſules, tradens L. Camillo, & Ap Claudio Conſulibus Platonem Tarentum veniſſe. Vbi ſic corrigenda ſunt Conſulum nomina. Nam in vulgatis exemplaribus L. Aemilius perperam pro L. Camillo; & P. Claudius pro Ap. Claudio ſunt ſuppoſiti. Glareanus vir alioquin doctiſſimus facilè ſenſit mendum eo loco latere; ſed in hoc deceptus eſt, quòd Claudium hunc Ap. Cæcum fuiſſe exiſtimârit, & pro eius collega L. Volumnio L. Aemilium malè ſuppoſitum; qui Conſules cadunt in annum Vrbis CDXLVI. Ceterùm Platonis tempora eò non deueniunt, qui anno circiter Vrbis CDVIII. mortuus eſt. Atqui hoc tempore Archytam Tarentinum vixiſſe, & cum C. Pontio Samnite (cuius filius poſtea Conſules Romanos ad Caudinas furculas vicit, & ſub iugum miſit) de voluptatis periculoſo vitio diſertè diſſeruiſſe multa ſcribit Cicero, eique colloquio Platonem interfuiſſe. Quapropter temporum ratio omnino requirit, vt ad hos potiùs Conſules, quàm ad Ap. Cæcum referatur Platonis aduentus in Italiam.

N. Valerius Coruus unde. Platonis in Italiam aduentus. Archytas Tarentinus philoſophus quando vixerit.

Multis varijſque motibus annus hic inſignis fuit. Galli ex Albanis montibus effuſi per campos, maritimaque loca vagi populabantur. Mare infeſtum claſſibus Græcorum erat, Latinorum item populi ad defectionem ſpectantes auxilia negarunt Romanis. Extendere tamen omnes imperij vires delectu habendo Conſules ſenatus iuſſit. Vndique non ex vrbana tantùm, ſed etiam agreſti iuuentute legiones decem ſcriptæ dicũtur quaternûm milium, & ducenûm peditum, equitumque trecenûm: quem nunc nouum exercitum, vt ait Liuius, ſi qua externa vis ingruat, hæ vires populi Romani, quas vix terrarum capit orbis, contractæ in vnum haud facilè efficiant. Adeò in quæ laboramus, ſola creuimus, diuitias luxuriamque. Atque hæc obiter pulchrè de ſui ſæculi vitijs Liuius. Inter cetera triſtia eius anni Conſul alter Ap. Claudius in ipſo belli apparatu moritur, quod etiam pauculæ fragmenti Capitolini literæ oſtendunt. Igitur rediêre res ad vnum Camillum Conſulem, cui vel ob omen fauſtum ad Gallicum tumultum cognominis, (nam Marci Camilli liberatoris Vrbis erat filius) vel ob aliam dignationem præficere Dictatorem non viſum eſt ſenatui. L. Camillus autem paternæ virtutis memor, Gallos in Pomptino agro caſtra habentes exercitu probè inſtructo aſſecutus, prædas agentes compeſciturus, ac fame domiturus, non procul ſtatiua poſuit. Quo loco M. Valerius Maximus tribunus militum prouocatus ſingulari certamine Gallum corpore & viribus inſignem corui auxilio vicit, & trucidauit,

Italia ab externis Gallis & Græcis prædonibus vexata. Latinorum defectio. Ap. Claudius COS. moritur. L. Camilli contra Gallos expeditio. M. Valerij Maximi trib. mil. ſingulare prælium.

trucidauit,& Corui cognomẽ ſibi adeptus eſt. Cuius omine pugnæ læti Romani prœlium capeſſentes haud ambiguo euentu depugnârunt, primo impetu fuſis & profligatis Gallorum legionibus; quarum reliquiæ per Volſcum, Falernumq́ue agrum diſſipatæ Apuliam & mare ſuperum petierunt. Conſul poſt victoriam laudatum pro concione M. Valerium decem bobus, aureaq́ue corona donauit. Celebris, ac nota eſt hiſtoria, quam leges exactiùs apud Liuium lib. VII. Gellium libro IX. cap. XI. Val. Maximum libro III. cap. II. Auctorem de viris illuſtribus cap XXIX. Eutropium, Oroſium, & alios. Præterire tamen nequeo variè deprauatum locum L. Flori, quĩ libro primo cap. XIII. duelli Valeriani hiſtoriam eandem attingit poſt victoriam de Gallo T. Manlij Torquati deſcriptam. vbi ſic in vulgatis legitur: „ Iterum Pontino agro, cùm in ſimili pugna L. Valerius inſidente galeæ ſaryta alite adiutus „ retulit ſpolia, & inde Coruini. Io. Stadius locum ita correxit ex Iornande, qui eadẽ ferè „ Flori verba profert. Iterum in Pontino agro, cum ſimili pugna M. Valerius inſequente „ Gallo ſacra alite adiutus, &c. Magis tamen placet manuſcriptus codex antiquus Flori, quem ex bibliotheca S. Amandi nuper habui: in quo hæc ita pleniùs & correctiùs reppe- „ ri. Iterum Pontino in agro, cùm in ſimili pugna Valerius inſidente galeæ ſacra alite adiu- „ tus retulit ſpolia: dictusq́ue eſt ipſe Coruus, & inde Coruini. Et quidem ſic videtur Flori locus hic reſtituendus.

Gallorum clades.

Honos M. Valerij post victoriam.

L. Flori locus notatus, & ſuppletus.

T. Manlius. L. f. A. n. Imperioſ. Torquatus. II. DICT.
A. Cornelius. P. f. A. n. Coſſus. Aruina. II. MAG. EQ.
COMIT. HABEND. CAVSSA.

L. Furius Conſul iuſſus à ſenatu poſt bellum Gallicum prædonibus Græcis occurrere, & caſtris cum Prætore iunctis maritimum bellum curare; cùm Romæ comitijs conſularibus præſto eſſe non poſſet, ex auctoritate ſenatus Dictatorem comitiorum cauſſa T. Manlium Torquatum dixit, qui cum magiſtro equitum A. Cornelio Coſſo conſularia comitia habuit, & æmulum decoris ſui M. Valerium Coruum abſentem ſummo fauore populi tres & viginti annos natum Conſulem renunciauit, collega de plebe M. Popillius Lænas additus. Liuius libro ſeptimo. In fragmento item Capitolino viſuntur adhuc reliquiæ huius dictaturæ.

Dictator comitiorum cauſſa dictus à Camillo Conſule.

M Valerius Coruus XXIII. annorum adoleſcens COS. abſens creatur.

Prætor.

L. Pinarius. //. f. //. n. Natta. Qui magiſter equitum antea fuerat. Hic Appio Cos. mortuo, maritimam oram cum quatuor legionibus contra Græcos prædones claſſe Italiam infeſtantes tutatus eſt. Ex decem enim conſcriptis legionibus duas Vrbi præſidio reliquerat L. Camillus Cos. reliquas octo cum Prætore contra Græcos ituro diuiſit, vt Liuius libro ſeptimo.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[M'. Pomponius. M'. f. M'. nepos.] Sex. Tullius. //. f. //. nepos.
[L. Cædicius. L. f. L. nepos.] [C. Furius. C. f. C. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
Q. Publilius. Q. f. Q. n. Philo. C. Mænius. P. f. P. nepos.
[C. Icilius. C. f. L. n. Ruga.] [Cn. Domitius. Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus. II.]
[M. Claudius. M. f. C. n. Cicero. II.] [P. Mucius. Q. f. Q. n. Scæuula.]

C. Fabricius. //. f. //. n. Luſcinus. [Pupius. P. f. P. nepos.]
[L. Antiſtius. L. f. L. nepos.] [L. Publilius. L. f. L. n. Philo. Vulſcus.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. L. Camilli. cos. in Latio.
//. //. //. f. //. n. //. L. Pinarij. pr. in ora maritima.
P. Aelius. P. f. * P. n. * Pætus. [Q. Antonius. Q. f. Q. n. Merenda.]
[C. Quinctius. C. f. T. n. Cincinnatus.] [L. Domitius. L. f. Cn. n. Ahenobarbus.]

P. Aelius ex ea gente primus Conſul eſt factus, & eius auus, vt ex annorū ſpacio coniicimus, è primis plebeijs Quæſtoribus fuit. C. Quinctij patrem tribunum militum conſularem habuimus anno CCCLXXVII.

ANNI. P. R. C. CDV.

Conſules.

M. Popillius. M. f. C. n. Lænas. IV. M. VALERIVS. M. F. M. N. CORVVS.

M. Valerij C. ſui cognomē Coruus librariorum culpa paſſim in auctoribus mutatum eſſe.

DIODORVS Siculus alios hoc anno nominat Conſules, Liuius, Marianus, & Caſſiodorus M. Popilium Lænatem IIII. & M. Valerium Coruinum. Tabulæ Græcæ Lænatem III. & Coruinum: ſed mendoſè, nam M. Valerij cognomen integrum extat correctiſſimè in fragmentis Capitolinis. Ceterùm in omnibus quorumcunque vulgaris auctorum exemplaribus paſſim recentiori, & magis vſitato Valeriorum cognomine Coruinus appellatur. Quod quia poſteriorum temporum librarijs, atque etiam hiſtoricis magis notum erat, vetuſtiùs illud excluſiſſe videtur. Nam qui coruo adiutante Gallum occidit, rudi cognomine militari Coruum appellatum potius ſit veriſimile; velut in antiquioribus Liuij exemplaribus reperiri teſtatur Sigonius, atque item in Cuſpiniani tabulis legitur, vt in ſecunda huius dictatura dicemus. Poſteros verò eius familiæ ab eodem Coruinos appellatos exiſtimari poteſt. Sic primum Albi, Craſſi, Rufi, Mamerci, Longi, Læui, Luſci inueniuntur appellati, quorum poſteri deriuatiuo cognomine Albini, Craſſini, Rufini, Mamercini, Longini, Læuini, Luſcini. Quapropter non dubitarem in Liuio, Cicerone, Gellio, Valerio Maximo, alijſque auctoribus antiquis, qui huius M. Valerij mentionē faciunt, vulgatum illud cognomen Coruinus in Coruus mutare. In L. Floro mendoſe item L. Valerius appellatur; nam Marci prænomen patris, auique ipſum tenuiſſe oſtendunt Capitolinæ tabulæ. Quam ob cauſſam potiùs à M'. Valerio Maximo Poplicolæ fratre genus trahere exiſtimo, quod & Zonaras affirmat; licet apud Liuium in oratione quadam ſemet à P. Valerio, qui Reges eiecit, ortum dicat. De hoc eius conſulatu mentionem quoque faciunt Val. Maximus libro VIII. cap. XV. Eutropius libro II. Gellius libro IX. cap. XI. Anno quippe ætatis XXIII. Conſulem factum produnt auctores.

Lectiſternium in Vrbe propter peſtem. Cum Carthaginienſibus fœdus ictum.

Peſtis in Vrbe, & xvirûm monitu lectiſternium factum eſt, alioquin pax domi foriſque fuit. Satricum ab Antiatibus colonia deducta. Cum Carthaginienſium legatis, quando amicitiam & ſocietatem petentes veniſſent, fœdus ictum. Liuius & Oroſius libro tertio, capite ſeptimo.

//. //. //. f. //. n. //.
C. Claudius. * Ap. f. Ap. n. * Craſs. Regillenſis. DICT.
//. //. //. f. //. n. //.
C. Liuius. //. f. //. n. Denter Mag. EQ. I.

COMITIOR. HABEND. CAVSSA.

Eodem anno Dictatorem cum magiſtro equitum fuiſſe creatum comitiorum habendorum cauſſa ex fragmento Capitolino cognoſcimus; ſed cùm nomina ibidem perierint, neque Liuius vel quiſquam alius antiquorum, quod ſciam, eorumdem meminerit, donec quid ampliùs comperiamus, eos in incerto relinquemus. Si cui coniecturæ placent, videat Marlianum, qui ex marmoris antiqui cuiuſdam titulo M. Aemilium Barbulam adducit; videat Onufrium, qui vt dictaturas Claudiæ gentis, & magiſteria equitum Liuiæ ſuppleat in Sue-

in Suetonio Dictatorem facit C. Claudium cum magiſtro equitū C. Liuio Dentre, cuius coniectura quidem non prorſus diſplicet, quandoquidem in Liuia gente magiſterium equitum nullum aliud inueniamus, quo ſimul cum dictatura honorata fuiſſe teſtatur Suetonius in Tiberio.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
M. Fabius. *C. f.* //. n. Dorſō.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
Q. Fabius.* Q. f. M. n.* Ambuſtus. Q. Seruilius.* Q. f. Q. n.* Ahala.*

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
M. Pœtelius. M. f. //. n. Libo. [P. Mælius. P. f. P. n. Capitolinus.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
[P. Licinius. C. f. C. n. Stolo.] P. Decius. Q. f. //. n. Mus.
K. Duilius. * K. f. K.* nepos. VI. [C. Appuleius. C. f. C. nepos. II.]
[A. Trebius. A. f. A. nepos.] [Q. Mæcilius. Q. f. L. nepos.]
[Cn. Lucerius. Cn. f. //. nepos.] [Cn. Sellius. Cn. f. Cn. nepos.]
[A. Tempanius. A. f. A. nepos.] Q. Marcius. Q. f. //. n. Tremulus.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M. Popillij } coss. in.* ſtipendiarieis*
//. //. //. f. //. n. //. M. Corui }

L. Papirius. L. f. M. n. Craſſus. Hic primus deſijt vocari Papiſius in ea gente xv. Papiſiorum qui ſella curuli ſederant à primo Mugillano, vt auctor Cicero ad Pætum Familiarium. lib. IX.

L. Poſtumius. Sp. f. //. n. Megellus. Pater L. Megelli ter Conſulis, quem Capitolina marmora L. F. SP. N. produnt.

[L. Petillius. L. f. L. nepos.] [M. Fulcinius. M. f. M. nepos.]

ANNI. P. R. C. CDVI.

Conſules.

C. Plautius. //. f. //. n. Hypſæus. T. Manlius. L. f. A. n. Imperioſs. TORQVATUS.

IN quibuſdam Liuij & Caſſiodori exemplaribus T. Manlio iteratur conſulatus hoc loco, & in nonnullis C Plautio. Sed rectiùs in Mariano Scoto neutri. De Manlio enim dubium non eſt, quin hic ſit primus eius cōſulatus, licet antea bis Dictator fuerit. C. Plautium Proculum quidem prius ſemel habuimus Conſulem: ſed hunc alium eſſe ab illo non malè animaduerterunt Cuſpinianus, Glareanus, & alij qui de Conſulibus Romanis noſtro tempore ſcripſerunt, licet nullum cognomen adſcribant Liuius, Diodorus, Caſſiodorus, vel Marianus. Venocis cognomen illi addit Cuſpinianus ex tabulis Conſulum, opinor, ſuis antiquis, quas frequenter citat; idemque habetur in tabulis Græcis, Venocem

enim & Torquatum ſuggerunt. Cur autem illud omittamus, & Hypſæum potiùs appellemus, in ſecundo eius conſulatu exponam, qui paullò poſt ſequetur.

Fœnus imminutum. Vnciarium fœnus in ſemunciarium redactum eſt, nihilque aliud memorabile in Vrbe geſtum. Liuius libro VII.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
Ser. Sulpicius. //. f. //. n. Camerinus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[C. Licinius. C. f. C. n. Caluus. Stolo.]	Q. Publilius. Q. f. Q. n. Philo.
[P. Decius. P. f. P. n. Mus.]	[T. Iuuentius. T. f. M. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
Sex. Tullius. //. f. //. nepos. II.	C. Duilius * C. f. C. * nepos. III.
C. Mænius. P. f. P. nepos. II.	[P. Mænius. P. f. P. nepos. IV.]
[Voler. Publilius. L. f. L. n. Philo. Vulſcus.]	[L. Atinius. L. f. L. n. Longus.]
[L. Antiſtius. L. f. L. nepos. III.]	[C. Antiſtius. C. f. C. nepos. II.]
[M'. Pomponius. M'. f. M'. nepos. II.]	[P. Pupius. P. f. P. nepos. II.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Plautij }
//. //. //. f. //. n. //. T. Manlij } Cos. in * ſtipendiarieis. *

[L. Genucius. L. f. M. n. Auentinenſis.]	L. Furius. Sp. f. M. n. Camillus.
C. Sulpicius. Ser. f. Q. n. Longus.	Ser. Sulpicius. P. f. //. n. Sauerrio.

L. Genucij pater bis Cos. antè reperitur deſcriptus in Capitolinis; ſic & L. Camillus, qui filius fuit primi Prætoris Sp. Camilli, ac nepos magni illius M. Camilli. Ex duobus autem Sulpicijs C. Longus ter Cos. in Faſtis reperitur. Ser. Sauerrionem verò patrem fuiſſe colligimus ex Capitolinis P. Sauerrionis, qui Cos. & Cenſor ſequetur in his annalibus.

ANNI. P. R. C. CDVII.

Conſules.

M. Valerius. M. f. M. n. Coruus. II.	C. Pœtelius. * Q. f. Q. n. * Libo. VISOLVS.

IN Liuio correctè habentur Conſulum nomina; ſic item in Caſſiodoro; ſed ſuperuacuus eſt apud Pœtelium numerus. In Diodoro M. Valerius, & M. Pompilius eduntur; ſed mendoſè, ni fallor; quemadmodum & in Cenſorino, vt iam dicemus. C. Pœtelio cognomina duo adiunxi, quorum alterum extat in Capitolino fragmento, alterum habemus in tabulis Græcis, quæ Coruum II. & Libonem produnt. Cuſpinianus item ex ſuis tabulis conſularibus Caſſiodoro cognomen hoc addidit.

Volſci rebellant. Volſcis Latinorum populos ad bellum ſollicitantibus arma illata ſunt. Liuius lib. VII.

Ludi

Ludi. ſæculares. iterum.

// // // f. // n. // Mag. X.VIR.
// // // f. // n. //

M. Fabio. N. f. M. n Ambuſto. C. Iulio. * L. f. C. n. * Iulo.

Anno P. R. C. CDVII.

Ex. S. C. facti. ſunt.

Centeſimo decimo quoque anno ludi Sæculares à Romanis inſtaurari ſolent, velut antè declaraui Capitolinorum faſtorum auctores annotaſſe ex commentarijs xv.virum, & edicto D. Auguſti. Primos autem celebratos anno Vrbis conditæ CCXCVII. ex Cenſorino tum probaui, M. Valerio, Sp Virginio Conſulibus. Adde centum decem annos, incides in hunc Vrbis annum CDVII. eodemque ſecundos ludos Sæculares factos fuiſſe ex xvirûm commentarijs ſcribit Cenſorinus cap. XIIII. de die natali; licet eo loco mutilus, & incorrectus ſit, vt tum quoque admonui. Cuius verba, vbi de ſecundis ludis agit, ita ſupplenda, & corrigenda videntur. Ludi ſæculares ſecundi ab Vrbe condita. Coniecturæ locus.
"Secundos factos fuiſſe volunt, anno poſt Vrbem, conditam octauo & quadrageſimo ſupra trecenteſimum: vt verò in commentarijs xvirorum ſcriptum, anno CCCC. & VIII. M. Valerio Coruo II. & C. Pœtelio Cos. Præter Cenſorinum nemo, quod ſciam, antiquorum auctorum, qui ad noſtra tempora peruenêre, ſæcularium horum facit mentionem. Sed vide quæ in primis ſæcularibus adduxi.

Prætor.

// // // f. // n. //

A. Cornelius. P. f. A. n. Coſſus. Aruina.

Aediles curules.

// // // f. // n. // — // // // f. // n. //

Q. Fabius. *Q. f. M. n.* Ambuſtus. II. [Ser. Sulpicius. Ser. f. Q. n. Longus.]

Aediles plebis.

// // // f. // n. // — // // // f. // n. //

[C. Icilius. C. f. L. n. Ruga.] [P. Mucius. Q. f. Q. n. Scæuula.]

Tribuni plebis.

// // // f. // n. // — // // // f. // n. //
// // // f. // n. // — // // // f. // n. //
// // // f. // n. // — // // // f. // n. //
// // // f. // n. // — // // // f. // n. //
// // // f. // n. // — // // // f. // n. //

P. Decius. Q. f. // n. Mus. II. C. Fabricius. // f. // n. Luſcinus. II.
[M. Claudius. M. f. C. n. Cicero. IV.] [Cn. Domitius. Cn. f. Cn. n. Ahenobarb'. III.]
[C. Aelius. C. f. C. n. Pætus. II.] [Q. Cæcilius. Q. f. Q. n. Metellus. II.]
[P. Licinius. C. f. C. n. Stolo. II.] [P. Mælius. P. f. P. n. Capitolinus. II.]
[Sp. Mælius. Sp. f. P. n. Capitolinus.] [Q. Cædicius. * Q. f. * // nepos.]

Quæſtores vrbani.

// // // f. // n. // — // // // f. // n. //

Quæſtores militares.

// // // f. // n. // M. Valerij
// // // f. // n. // C. Pœteli } cos. in Volſceis, & Latio.

M. Attilius. *M. f.* //. n. Regulus. [C. Veturius. C. f. C. n. Craſſus.] Cicurinus.

[A. Sempronius. A. f. A. n. [Q. Canuleius. Q. f. M. nepos.] Atratinus.]

M. Atilium Conſulem adducemus, C. Veturius patre tribuno militum conſulari natus, vt A. Sempronius magiſtro equitum, & Q. Canuleius auo tribuno plebis, quos antè memorauimus ſuis locis.

M. VALERIVS. M. F. M. N. CORVVS. COS. II. AN. CDVII.
DE. ANTIATIATIBVS. VOLSCEIS. SATRICANEISQ. K. FEBR.

Cùm nunciaretur Romæ legatos ab Antio circumire Latinorum populos ad conci- tandum bellum, priuſquam plus hoſtium fieret, Volſcis inferre bellum iuſſus eſt Valerius Conſul. Iſque ad Satricum infeſto exercitu pergit, occurrentesque copijs ſuis hoſtes prælio vicit, & in Vrbem fugauit; quam militum corona ſtatim cinxit, & cùm iam ſcalis caperetur, ad quatuor milia armatorum ſeſe dediderunt. Satricum dirutum atque incenſum eſt, ab æde tantùm Matutæ matris abſtinuère ignem, præda omnis militi data eſt. Captiuorum autem quatuor milia Conſul ante currum triumphans egit; quibus deinde venditis, magnam pecuniam in ærarium redegit, Liuius lib. VII. *Matuta mater.*

Satricum. Satricum Plinius inter præcipua primæ regionis oppida in Latio nominat libro III. cap. V. Aſtipulatur Dionyſius Halicarnaſſæus libro V.

ANNI P. R. C. CDVIII.

Conſules.

M. Fabius. *C. f.* //. n. Dorſo. Ser. Sulpicius. //. f. //. n. Camerinus.

M. Fabius Dorſo, non Dorſuo. DIODORVS hos Conſules quadriennio anticipat, alios ſequutus annales. Dorſo Fabij cognomen eſt; non Dorſus, vel Dorſuo, vt paſſim Liuij, & Caſſiodori habent exemplaria. Dicitur enim Naſo, Maſo, Vulſo: non Naſuo, Maſuo, vel Vulſuo. Correctè igitur cognomen hoc extat in Valerio Max. vbi Fabium Dorſonem ſacrificaturum in Quirinali hoſtium caſtra peruaſiſſe ſcribit, Gallis Capitolium obſidentibus. Tabulæ quoque Græcæ lectionis antiquæ retinent veſtigia, licet incorrectè ſcripta, duabus literis dumtaxat immutatis, nam βόλσωνα, pro δόρσωνα hunc Conſulem appellant.

Sora capta. Ambo patricij fuère, & miror eius non meminiſſe Liuium. Soram à Volſcis ceperunt Conſules. Liuius libro ſeptimo.

L. Furius. M. f. //. n. Camillus. II. Dict.
Cn. Manlius. L. f. A. n. Capitolin. Imperioſſus. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa.

Auruncum bellum. Auruncum bellum repentina hoſtium incurſione eſt cœptum. In quod Dictator dictus eſt, velut aduerſus armatum iam Latium, L. Furius Camillus; eò quòd dubium eſſet, num totius nominis Latini cōſenſu hoc bellum moueretur. Dictator nihilominus prædonum potiùs quàm hoſtium animos inueniens prima acie debellauit, & in ipſo prælio ædem Iunonis Monetæ vouit. Quæ ex S. C. duouiris ad hoc creatis in area dirutarum ædium M. Manlij in Capitolio poſita eſt. Liuius libro VII. Meminère Ouidius Faſtor. VI. & Macrobius Saturn. primo. *Aedes Iunonis Monetæ in Capitolio.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
Q. Seruilius. *Q. f. Q. n.* Ahala.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
C. Mænius. P. f. P. nepos. [A. Trebius. A. f. A. nepos.]

[Q. Mæci-

[Q. Mæcilius. Q. f. L. nepos.] [Cn. Lucerius. Cn. f. //. nepos.]

Tribuni plebis

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
C. Claudius. //. f. //. n. Hortator. C. Duilius. * C. f. C. * nepos. IV.
Q. Publilius. Q. f. Q. n. Philo. II. P. Aelius. P. f. * P. n. * Pætus.
[L. Cædicius. L. f. L. nepos. II.] [M. Genucius. M. f. M. n. Auentinenſis.]
[L. Sextius. L. f. Sex. n. Sextinus. Lateranus.] [Sex. Titius. M. f. Sex. nepos.]
[M. Titinius. Sex. f. Sex. nepos.] [Cn. Sicinius. C. f. C. n. Bellutus.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M. Fabij.
//. //. //. f. //. n. //. Ser. Sulpicij. } coss. in Volſceis.

T. Veturius. //. f. //. n. Caluinus. Cn. Domitius. //. f. //. n. Caluinus,
[Cn. Pupius. Cn. f. Cn. nepos.] [M'. Sergius. M'. f. M'. n. Fidenas.]

T. Veturius & Cn. Domitius Conſules ambo ſequentur. Et ille non minùs quàm hic plebeiæ gentis fuiſſe videtur. Iungitur enim bis collega Sp. Poſtumio patricio, cum quo Conſul iterum à Samnitibus ſub iugum miſſus, & hoſtibus poſtea deditus fuit, vt ex ſequentibus manifeſtum fiet.

ANNI. P. R. C. CDIX.

Conſules.

C. Marcius. L. f. C. n. Rutilus. III. T. Manlius. L. f. A. n. Imperioſ. Torquatus. II.

DE Conſulibus Liuius, Diodorus Marianus, & Caſſiodorus conſentiunt, & rectè apud omnes leguntur, niſi quòd hi cognomina more ſuo omittant. Diodorus etiam numeros. Tabulæ Græcæ Rutilum, & Torquatum II. edunt.

Iunonis Monetæ ædes in Capitolio dedicata eſt, Kal. Iunijs, vt Macrobius Saturnalium libro primo cap. XII. refert ex Niſi commentarijs Faſtorum. Iudicia populi in fœneratores, accuſantibus ædilibus, acerba facta ſunt. Liuius libro VII. *Fœneratores plures damnati à populo.*

P. Valerius. P. f. L. n. Poplicola. Dict.
Q. Fabius. * Q. f. M. n. * Ambuſtus. Mag. eq.
Feriarum. Latinarum. cauſſa.

Dedicationem ædis Monetæ extemplò ſequuta ſunt prodigia. Lapidibus namque pluit, noxque interdiu viſa intendi. Ex libris itaque Sibullinis feriæ Latinæ indicendæ videbantur, quæ vt auſpicatius conſtituerentur, ſenatui placuit Dictatorem dici. Dictus eſt P. Valerius Poplicola, & ei Q. Fabius Ambuſtus magiſter equitum datus eſt. Nec tantum, vt magis ſolemniter peragerentur, à Romanis tribubus ſupplicatum fuit; ſed à finitimis etiam populis. Liuius libro VII. Meminit prodigiorum Oroſius libro III. cap. VII. atque iiſdem diebus Alexandrum Magnum natū, ex alijs, quàm Solinus, annalibus ſcribit. *Prodigia. Feriæ Latinæ. Supplicationes.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
L. Furius. M. f. //. n. Camillus.

Aediles.

Aediles curules.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

L. Aemilius. L. f. L. n. Mamercinus. Priuernas. Ti. Aemilius.* Ti. f. Ti. n.* Mamercinus.

Aediles plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

P. Decius. Q. f. // n. Mus. [L. Atinius. L. f. L. n. Longus.]

Trib. plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //

[P. Mænius. P. f. P. nepos. v.] [C. Titinius. C. f. // nepos.]
[Q. Manilius. Q. f. M. nepos.] [L. Mamilius. C. f. Q. n. Vitulus.]
[C. Pompilius. M. f. M. nepos.] [Q. Silius. Q. f. Q. nepos.]
C. Volumnius. C. f. // n. Flamma. [L. Villius. L. f. L. nepos.]
[L. Volumnius. L. f. C. n. Flamma.] [L. Titius. C. f. C. nepos.]

Quæſtores vrbani.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Quæſtores militares.

// // // f. // n. // C. Marcij } coſs. in * ſtipendiarieiſ *
// // // f. // n. // T. Manlij }

Cn. Quinctilius. // f. // n. Varus. C. Pœtelius. C. f. C. n. Libo. Viſolus.
M. Claudius. // f. // n. Marcellus. Cn. Fuluius. Cn. f. // n. Pætinus.

Cn. Quinctilius deinde Dictator, C. Pœtelius bis Cos. & item Dictator: ſic M. Marcellus Cos. & Dictator memorantur in annalibus. Ex his Marcellus fuit proauus fortiſſimi illius M. Marcelli quinquies Conſulis, qui opima ſpolia tertia Ioui Feretrio de Rege Verdumaro retulit, & Annibalem victorem crebris prœlijs fatigauit. Cn. Fuluius Cn. f. pater M. Fuluij Pætini nominatur Conſulis, anno CDLIV. qui de Nequinatibus & Samnitibus triumphauit, vt poſtea demonſtrabitur.

ANNI. P. R. C. CDX.

BELLVM. SAMNITICVM.

Cur bella grauiſſima quæque faſtis annotari ſoleant.

GRAVISSIMA quæque bella Romanorum faſtis annotari plerumque ſolere ex Capitolinis tabulis, alijsque aliquot antiquis faſtorũ fragmentis facilè colligimus. Cauſſam exiſtimo, quòd frequenter rerum geſtarum tempora, & annos memorabili alicuius belli exordio annotârint ſcriptores; non ſecus ac ab Vrbe condita. Quin etiam ab Vrbe per Gallos capta temporum ſupputationes ſæpe fieri animaduertimus, etiam ſi caſus ille, vt quidem rarus, ita & memorabilis omnium hominum iudicio ſemper fuerit æſtimatus: quando tamen tumultus paucorum ſolummodo menſium ſpacio peracti, quàm belli potiùs nomine cenſeatur à Liuio, Cicerone, alijsque auctoribus: non viſum fuit annalibus annotare, veluti neque cladem Cannenſem, à qua nonnunquam anni numerati item ſolent. Samniticum verò bellum, quod Liuij, & omnium auctorum opinione his Conſulibus exortum eſt, omittere nolui: quòd illud inter maxima, ac diuturna quoque Romanorum bella non immeritò cenſeri poſſit. Quinquaginta enim annis duraſſe, & viginti quatuor triumphorum materiam fuiſſe Romanis teſtatur L. Florus. Atqui ſi triumphorum Capitolinas columnas exactius perluſtrare velis, multò plures inuenies triumphos; niſi duos aliquoties eodem anno à collegis Conſulibus ductos pro vno velis numerare, quod videtur feciſſe Florus. Cæterùm libro XXXI. Liuius in oratione legati Rom. habita in concilio

Samniticum bellum quàm diu durarit. Quot ex eo bello triumphi.

cilio Aetolorum per ſeptuaginta annos bellum hoc productum teſtatur, cuius ſententiæ magis accedo, quia CDXXCL. anno Vrbis, etiam tum de Samnitibus triumphatum fuiſſe inuenio. Appianus Alexandrinus in proœmio hiſtoriæ ſuæ refert in Italia vltimos Samnites magno difficilique bello per annos octuaginta cum Romanis conflictatos fuiſſe: ſed opinor reliqua magnæ Græciæ bella Samnitico annexa, & ex eodem prognata, quæ ad annum Vrbis CDXC. vſque durârunt, ſimul ipſum comprehendiſſe, vnoque libro deſcripſiſſe, quem Samniticum appellauit.

Conſules.

M. Valerius. M. f. M. n. Coruus. III. | A. Cornelius. P. f. A. N. Coſſus. Aruina.

EX interregno inierunt ambo patricij Conſules, quorum nomina ex tabulis Capitolinis triumphalibus deſcripſi. Satis correctè alioquin eoſdẽ recenſet Liuius, Diodorus, Marianus, Caſſiodorus, & Cicero libro primo de diuinatione, vbi ſomniũ P. Decij narrat. Sed omittuntur plerumque cognomina in his auctoribus; in Diodoro etiam numerus apud M. Valerium, cuius hic tertius eſt conſulatus. Tabulæ item Græcæ Coruum III. & Coſſum produnt. Auctor verò qui de viris illuſtribus ſcripſit cap. XXVI. nominat eoſdem, ſed M. Valerio Maximi cognomen addit, non Corui; neque id ineptè arbitror, cùm ex Maximorum familia fuerit, & Corui cognomen ex euentu habuerit.

Campani Samnitum armis oppreſſi per legatos Romanorum auxilium, & ſocietatem implorârunt. Cùm ſe excuſarent primò Romani, ob fœdus quod illis cum Samnitibus erat: Campani vltrò ſeſe, ſuaque omnia Romanis dedidêre. Qua deditione recepta, legati ad Samnites miſſi ſunt, qui populi Rom. nomine peterent pro amicitiæ iure vt dedititijs Romanorum parceretur. Non ſolùm reiecta eſt ea interceſſio, ſed etiam præfectis cohortium in præſentia legatorum eſt mandatum, vt confeſtim in agrum Campanum ducerent prædatum. Quibus Romam nunciatis ſolemniter Samnitibus bellum indictum eſt. Miſſi ambo Conſules diuerſis cum exercitibus: Valerius in Campaniam; Cornelius in Samnium. Ille hoſtes primo prælio fudit ad montem Gaurum, primus ipſe manus cõſerens, & obuium hoſtem obtruncans. Deinde ad Sueſſulam denuò cum Samnitibus congreſſus, eorum etiam caſtra cœpit primo impetu; pluresque hoſtium in tentorijs, quàm in Vallo vel portis periêre. Cædes ingens ab equitibus facta eſt fugientium, adeò vt quadraginta millia ſcutorum, ſigna militaria ducenta viginti ad Cõſulem delata fuerint. A. Cornelius Conſul prope Saticulam exercitum in inſidias fermè præcipitauerat, in caua Valle ab hoſtibus circumuentus: ſed P. Decij tribuni militum ductu, & virtute periculum euaſit. Is enim editum collem caſtris hoſtium imminentem cum paucis occupauit. Trepidantibus eam ob cauſſam Samnitibus, ſpatium Cõſuli dedêre, ex iniquo loco in tuta cum exercitu euadendi. Ipſe Decius poſtea quamuis obſeſſus per media caſtra cum ſuis nocturno tempore non ſine obuiorum cæde erupit, & incolumis ad Romana caſtra peruenit: auctorque fuit Conſuli, vt hoſtes nocturno pauore attonitos aggrederetur. Quo facto inſperata Conſuli victoria parta eſt, triginta hoſtium millibus cæſis, & caſtris eorum captis. Latiſſime omnia Liuius libro ſeptimo. Oroſius libro tertio, cap. VIII. Auctor de viris illuſtribus, cap. XXVI. Euſebius in Chronico.

Campani per legatos ſe ſuaq; Romanis dedunt, & auxiliũ cõtra Samnites flagitant.
Romanorũ legatio ad Samnites.
Sãnitibus bellum indictum.
M. Valerij cos. victoria.
P. Decij tribuni militũ virtus.
A. Cornelij cos, inſperata victoria.

Cens. .. .. .. f. .. n. .. .. f. .. n. .. Luſtr. fec. XXII.

Satis erat Liuio controuerſiam de plebeio cenſore primo, vt ſuperiore luſtro dictum eſt, narraſſe; itaque reliqua omnia, quæ ad cenſus & luſtra pertinent, more ſuo ad alia feſtinans prætermittit. Cùm tamen aliquot procoldubio luſtra horum temporum deeſſe conſtet ex fragmento Capitolino, quòd anno Vrbis CDXXXVI. nobis oſtendit luſtrum XXV. vt ſuo loco dicemus; hoc vigeſimum ſecundum ex Euſebij auctoritate hic inſerere volui, cùm ſcribat in Chronico ſuo Olympiadis centeſimæ decimæ anno primo deſcriptionem Romæ factum fuiſſe, qua inuenta ſunt ciuium capita CLX. milia. Quod ſanè de hoc luſtro intelligendum, quum auctore Diodoro Siculo his Conſulibus Olympias centeſima decima incipiat. Nomina autem cenſorum apud auctores reperire nondum potui; ex honoratioribus tamen eius ſæculi fuiſſe, veriſimile eſt, quales ſunt

Cenſus, & luſtrum XXII.

M. Fabius. N. f. M. n. Ambuſtus, | M. Popillius. M. f. C. n. Lænas.

Quorum alterum Fabium etiam principem ſenatus poſtea fuiſſe docet Plinius lib. VII. cap. XI. quos plerumque ex cenſorijs legi ſolere conſtat.

Prætor.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
[Ser. Sulpicius.Ser.f. Q. n.Longus.]

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
[Q.Cædicius.*Q.f.* //. nepos.]   [Sp.Mælius.Sp.f.P.n.Capitolinus.]
[P. Licinius. C. f. C. n.Stolo.]   [Q. Cæcilius.Q.f.Q.n.Metellus.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
P. Aelius. P. f.* P. n.*Pætus. II.   M. Atilius. *M. f.* //.n.Regulus.
C.Claudius.//.f.//.n.Hortator. II.   [Sex. Titius. M. f.Sex.nepos.II.]
M.Antonius. //. f. //. nepos.   [L. Sextius. L. f.Sex.n.Sextinus. Lateranus.]
[N. Sextius. L. f. Sex. n. Sextinus.]   [M. Genucius. M. f. M. n. Auentinenſis.II.]
[Cn. Genucius. Cn. f. M. n. Auentinenſis.]   [L. Cædicius. L. f. L. nepos. III.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. M. Corui Cos.in Campania.
//. //. //. f. //. n. //. A. Coſſi. Cos.in Samnio.
M. Papirius. *L. f. M. n.* Craſſus.   L. Papirius. Sp. f. L. n. Curſor.
C. Plautius. P. f. P.n.Decianus.   Cn.Fuluius.Cn.f.//.n.Centumalus.

M. Papirium Dictatorem reperimus vndecimo ab hinc anno. L. Papirij Curſoris plures ſummi magiſtratus atque triumphi ſequuntur in annalibus ex Liuio & Capitolinis, vt & C. Plautij conſulatus atque triumphus de Priuernatibus. Hinc eſt, quòd hominem valdè honoratum vocet L.Curſorem Cicero familiarium libro IX. in epiſtola ad Papirium Pætum, vbi multos eius gentis illuſtres viros recenſet. Cn.Fuluium verò patrem fuiſſe Cn.Fuluij Maximi Centumali qui Cos.anno CDLV.habetur in Capitolinis, ex annorum ordine colligimus.

M. VALERIVS. M. F. M. N. CORVVS. II. ANN. CDX.
COS. III. DE. SAMNITIBVS. X. K. OCT.
A. CORNELIVS. P. F. A. N. COSSVS. ARVINA. AN. CDX.
COS. DE. SAMNITIBVS. VIIII. K. OCT.

Primi de Samnitibus triumphi.
P. Decij tribuni militum honores ac dona militaria.
Graminea corona & querna ciuica.

M.Valerius autem & A. Cornelius Conſules primi de Samnitibus triumphârunt, potenti quidem ex populo, ſed in ingenti bellorum materia. P. Decius tribunus primùm in caſtris à ſuo imperatore A.Cornelio pro concione laudatus, & aurea corona, centum bobus, eximioque vno albo, opimo, auratis cornibus; & ab exercitu per ipſum ſeruato obſidionali graminea corona, & à præſidio ſuo ciuica querna donatus, Conſules triumphantes ſequebatur, inſigni laude, doniſque decorus; cùm militaribus carminibus haud minùs tribuni celebre nomen, quàm Cõſulum eſſet. Eius autem victoriæ fama Italiæ finibus

non

non ſe tenuit, ſed Carthaginienſes item legatos gratulatum miſere Romam, cum dono coronæ aureæ pondo xxv. quæ in Capitolio in Iouis cella poneretur. Hæc Liuius libro vii. Plinius libro xvi. cap. iiii. vbi de coronis agit. Auctor de viris illuſtribus, in P. Decio meminere. *Carthaginienſium legatio.*

Samnites Sabinis oriundi ſunt, & vicini Campanis, Lucanis, Frentanis, Auſonibus, Apulis, & Picentibus, vt Eutropius libro ii. teſtatur. Liuius ad orientem & ſeptētrionem Latinis conterminos dicit, & Samnium vocat, agrum Sabellum libro viii. Sabellos enim priùs appellatos teſtantur Cato de originibus, Sex. Pompeius, & C. Sempronius; incoluiſſe autem à fontibus Silaris fluuij, ad fontes Volturni vſque; poſtea à Romanis Samnites appellatos, à colle Samnio, ad quem è Sabinis aduentantes conſederant. A Græcis collem Saunium, quaſi Sauinium, & populos Saunites vocatos tradunt; quod approbat & Stephanus de vrbibus. Quas habuēre celebriores, Aufidenam, Aquilam, Hadriam, Aeſerniam, Amiternum, Aquinum, Saticulam, Caudium, Beneuentum Hirpinorum, Corfinium, & alias de quibus vide Plinium. Gentem fuiſſe potentiſſimam ait L. Florus i. cap. xvi. ſiue opulentiam ſpectes; erat, quæ aureis, argenteiſque armis militabat; ſi fortitudinem, quæ ſexies rupto fœdere, repulſo iugo, cladibus ſuis animoſior euaderet. Hanc ſæpius domitam, & ſubiugatam, à L. Sulla tandem bello Italico funditus deletam volunt, adeò vt Samnium in ipſo Samnio requiratur. De quo vide Strabonem libro v. vbi notatu digna de eorum excidio refert. *Samnites populi Italiæ potentes vnde. Sabelli prius dicti. Potentia, & opulentia Samnitum.*

ANNI. P. R. C. CDXI.

Conſules.

C. Marcius. L. f. C. n. Rutilus. iv. Q. Seruilius. * Q. f. Q. n. * Ahala.

QVARTVS hic, Liuio & Mariano teſtibus, C. Marcij conſulatus, qui antea Dictator & Cēſor etiam fuit. Sed in Diodoro perperam M. Rutilius, pro Marcius Rutilus appellatur, vbi & numerus omiſſus eſt. Q. Seruilij quidam hunc tertium eſſe conſulatum exiſtimarunt, ſed falluntur; nam hic Seruilij bis Conſulis, & Dictatoris filius videtur, qui magiſter equitum fuit anno CDII. Cognomina prætererunt alij, quæ habentur in tabulis Græcis Ahala, & Rutilus.

Campaniam ſortitus eſt C. Marcius Rutilus, Q. Seruilius ad Vrbem relictus. Coniuratio præſidiariorum per Campaniam militum, de Capua occupanda, expellēdiſque Campanis detecta eſt. C. Marcius coſ. exercitum purgare turbulentorum hominum miſſionibus, commeatibuſq; inſtituit; ſingulos primò, deinde & cohortes quaſdam ablegauit, quam multitudinem Conſul alter Romæ, Prætorque, alias ex alijs fingendo moras retinebant. Qua prouidentia Conſulum ac ſenatus Campanorum ſalus conſeruata eſt. Priuernates rebellarunt, Norbam Setiamque colonias Romanas incurſione ſubita depopulati ſunt. Liuius in fine libri ſeptimi. *Præſidiariorum militum per Campaniam coniuratio. Priuernatum rebellio.*

M. Valerius. M. f. M. n. Coruus. Dict.
L. Aemilius. L. f. L. n. Mamercinus. Priuernas. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa.

Quamuis militum conſilia, quæ de occupanda Capua inierant, Conſul Marcius peruertiſſet; non ceſſauit tamen ſeditio, ſed ad Vrbem vſque graſſata eſt, cohortibus Romanis infeſto agmine Romam contendentibus. Quibus obuiam cum exercitu progreſſus eſt M. Valerius Coruus, Dictator ad hoc creatus, ad octauum vſque lapidem. Sed quando colloquium citiùs, quàm prœlium vtrinque quæreretur, populari admodum ac tempeſtiua Dictator oratione ſeditionem illam ſine ſanguine compoſuit; auctorque fuit patribus, ac populo, vt legibus latis noxa illa aboleretur, neminique fraudi fuerit illa ſeceſſio. Pulchrè hæc Liuius in fine libri vii. Meminit auctor de viris illuſtribus, cap. xxix. qui æris alieni cauſſa cōiurationem hanc ortam ſcribit; & in alijs annalibus ſe inueniſſe, ait Liuius, non à Dictatore compreſſam Valerio; ſed per Conſulem rem omnem tranſactam fuiſſe. *Ciuile prœlium vt Dictator ſumma cum moderatione declinarit.*

Prætor.

L. Furius. Sp. f. M. n. Camillus.

Aediles

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

L. Papirius. L. f. M. n. Craſſus. C. Sulpicius. Ser. f. Q. n. Longus.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

[M. Titinius. Sex. f. Sex. nepos.] [Cn. Sicinius. C. f. C. n. Bellutus.]

Tribuni plebis.

Genucia lex de fœnore. L. Genucius. * L. f. M. n. * Auentinenſis. Legem tulit, ne fœnerare liceret. Liuius ex quorundam annalibus. Lex ijs ſuffragatur, quæ ex auctore de viris illuſtribus rettuli, fontem ſeditionis æs alienum fuiſſe. Addit Liuius alijs item plebiſcitis cautum; ne quis eundem magiſtratum intra decem annos caperet, neu duos magiſtratus vno anno gereret. Vtique liceret Conſules ambos plebeios creari. Sed hæc à nonnullis tantummodo prodita memoriæ ſcribit. Atqui multò poſtea has leges introductas fuiſſe ex annalibus colligere eſt. Eaſdem, aliasque item militares huius ſeditionis occaſione latas, annalium ſecundo Zonaras quoque teſtatur. Ne cuius militis ſcripti nomen, niſi ipſo volente, ex albo deleretur. Ne qui tribunus militum fuiſſet, poſtea ordinum ductor, vel primipilus centurio fieret. Quas leges perlatas fuiſſe Liuius conſentit, ſed de reliquis dubitat.

Lex de magiſtratibus nō repetendis intra decennium.

Leges militares duæ.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

C. Mænius. P. f. P. nepos. III. [P. Curatius. P. f. P. nepos.]
[L. Furius. L. f. L. nepos.] [P. Mælius. P. f. P. n. Capitolinus. III.]
[M. Minucius. M. f. M. n. Augurinus.] [Q. Canuleius. Q. f. M. nepos.]
[M. Decius. M. f. M. n. Mus. [Cn. Domitius. Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus. IV.]
[P. Mucius. Q. f. Q. n. Scæuula. II.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. } C. Marcij cos. in Campania

P. Valerius. * M. f. P. n. * Poplicola. L. Cornelius. * L. f. * //. n. Lentulus.
P. Valerium reperiemus magiſtrum equitum. L. Lentulus autem poſtea legatus conſularis in obſidione Caudina ſuaſit Conſulibus, vt conditiones ab hoſte propoſitas ſeruandarum legionum cauſſa acceptarent, vt Liuius libri noni principio, qui L. Lentulum in eo exercitu principem legatorum virtute, & honoribus fuiſſe dicit. Videndum an ab hoc caſu Caudinorum agnomen in ea domo remanſerit.

P. Cornelius. //. f. //. n. Rufinus. [M. Aulius. M. f. M. n. Cerretanus.]


ANNI. P. R. C. CDXII.

Conſules.

C. Plautius. //. f. //. n. Hypſæus. II. L. Aemilius. L. f. L. n. Mamercinus. Priuernas. Abdicârunt.

REFERVNTVR Conſules à Diodoro Siculo L. Aemilius, C. Plotius. A Liuio, Mariano, & Caſſiodoro C. Plautius, & L. Aemilius. Hunc autem ex dictatura eius Capitolina

lina deſcripſi, quam anno CDXXXVII. geſſit, C. Plautium verò non eundem eſſe cũ C. Proculo qui de Hernicis triumphauit, ſuprà in priore huius conſulatu dixi, quamuis enim cognomen illius omittatur à Liuio, alijsque auctoribus; quia tamen ex historia conſtat Priuernates oppido capto ſubactos primum ab hoc Conſule fuiſſe, reperiamque in antiquis denarijs argenteis, quos tam Romæ, quàm hic in Cardinalis Granuellani antiquitatum theſauro vidi, C. Hypſæum Conſulem Priuernum cepiſſe; nihil dubitaui, quin hic idem exiſtimari debeat; maximè cùm in Plautia gente Hypſæorum familia nobilis fuerit. Ex nummis vnum delineatum huic loco ſubijcere non pigebit, in quibus ſub Victoriæ quadriga notas ortographica formula antiqua, quæ nullas aſpirationes admittebat, impreſſas videmus, ita, C. YPSAE. COS. PRIV. CEPIT. hoc eſt, C. Ypſæus Conſul Priuernum cepit. *Plautiorũ antiquũ numiſma.*



Alterum adducam in ædilitate curuli P. Hypſæi, quam cum M. Scauro geſſit. Ab hoc enim cuſos opinor, ideoque hunc C. Hypſæum Cos. principem familiæ ſuæ, clariſſimique tituli virum, eiusque victoriam inſculpi curaſſe. Tabulæ Græcæ Conſules nominant Venocem II. & Mamercinum. Venocis cognomen in Plautio hoc non placere dixi, illud enim multis annis poſtea inter Plautios receptum, ſuo loco in Ap. Cæci cenſura demonſtrabo

Bellum Volſcum & Priuernas C. Claudio Conſuli ſorte obuenit, L. Aemilio Samnium prouincia. Hic cùm hoſtes non inueniſſet, agros vaſtando, Samnites ad pacem petendam adegit. Petentibus per legatos à ſenatu fœdus redditum. C. Plautius Conſul Priuernates acie fudit, oppido capto præſidium impoſuit, & ciuibus agri partes duas ademit. Inde victorem exercitum contra Volſcos Satricum duxit, vbi magna vtrimque cæde prœlium atrox commiſſum fuit, quod nox tandem diremit: ſed Volſci lucem non expectantes inſequentem relictis impedimentis, & ſaucijs eadem nocte fugerunt Antium. Conſul poſtridie direptis caſtris fines hoſtiles vſque ad oram maritimam depopulatus eſt. Latini, Campani, & Sidicini primùm contra Samnites, deinde etiam contra Romanos coniurârunt. Quæ omnia diffusè Liuius libri VIII. principio, Valerius item Max. lib. VI. cap. II. Priuernates belli, & Plautij Conſulis meminit; ſed intelligenda ſunt ea de Plautio Deciano, & bello per eum geſto anno Vrbis CDXXIV. vt ſuo loco dicemus. *Samnites pacem petiere.* *Priuernates victi.* *Volſci ad Satricum ancipiti prælio victi.* *Nouum bellum cum Latinis, Campanis & Sidicinis.*

Cõſules deinde iuſſi ſunt ante tempus abdicare ſe magiſtratu, cùm belli Latini ac coniurationis indicia Romam emanâſſent. Id ideo factum, quo maturius noui Conſules aduerſus tantam molem belli crearentur. Sed religio inceſſit, infauſtum fore ab ijs quorum imminutum eſſet imperium comitia haberi. Itaque interregnum eſt initum; duo tantùm interreges fuêre, M. Valerius, & M. Fabius, à quo Conſules facti ſunt. Liuius lib VIII. *Conſules abdicare iuſsi ante tempus.* *Interregnum.*

Prætor.

Ti. Aemilius. * Ti. f. Ti. n. * Mamercinus. De Samnitium poſtulatis ſenatum conſuluit. Ex S. C. pacem petentibus dedit, & cum eorum legatis fœdus fecit. Liuius libro VIII. Idem videtur qui altero pòſt anno Cos. eſt factus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

[C. Titinius. C. f. //. nepos.] [C. Pompilius. M. f. M. nepos.]
[Q. Manilius. Q. f. M. nepos.] [L. Villius. L. f. L. nepos.]

Trib. plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.

Q. Publilius. Q. f. Q. n. Philo. III. Cn. Domitius. //. f. //. n. Caluinus.
[C. Duilius. C. f. C. nepos.] [Cn. Pupius. Cn. f. Cn. nepos.]
[Q. Pomponius. Q. f. Q. nepos.] [C. Sempronius. C. f. //. n. Sophus.]
M. Atilius. * M. f. * //. n. Regulus. II. [L. Atinius. L. f. L. n. Longus. II.]
K. Atinius. K. f. L. n. Longus.] [C. Atinius. C. f. L. n. Longus.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Plautij coſs. in Volſco & Priuernati.
//. //. //. f. //. n. //. L. Aemilij cos. in Samnio.

C. Valerius. * C. f. C. n. * Potit. Flaccus. Sp. Poſtumius. //. f. //. n. Albinus.
D. Iunius. //. f. //. n. Brutus. Scæua. L. Plautius. //. f. //. n. Venno.

M. Cicero in oratione pro L. Flacco teſtatur à primo Poplicola Flaccos oriundos eſſe. Quod cognomen, vel agnomen ab initio potiùs apud hunc conſularem virum C. Potitum in Valeria gente primùm reperio. Qui ex annorum interſtitio filius fuiſſe videtur C. Valerij Potiti trib. mil. Cos. poteſt. anno CCCXCII. atque nepos C. Potiti Voluſi, qui Cos. ac ter tribunus militum conſulares antè fuerat. Sequenti dehinc æuo domus ac familia Flaccorum in gente Valeria admodum illuſtris honoribus floruit, vt ex ſequentibus patebit. At Sp. Poſtumij conſulatus infelix pace Caudina ſequetur, reliquorum duorum maiores item magiſtratus habebunt annales noſtri.

ANNI. P. R. C. CDXIII.

Conſules.

T. Manlius. L. f. A. n. Imperioſſus. Torquatus. III. • P. Decius. Q. f. //. n. Mus. Qui ſe deuouit.

FREQVENS horum Conſulum mentio eſt apud auctores. Nominantur enim non ſolùm à Liuio, Diodoro, Mariano, Eutropio, & Caſſiodoro; ſed etiam à Plinio libro XXII. cap. V. Valerio Max. libro primo, cap. VII. Cicerone Officiorum III. & varijs alibi locis, Auctore de viris illuſtribus, Zonara, & alijs. Vbique ſatis correctè, niſi quòd numerus conſulatum T. Manlij tertium indicans multis in locis deſideretur. Habet eoſdem L. Florus libro primo, cap. XIV. Verùm P. Decio non Muris, ſed Murenæ cognomen ibi malè tribuitur, quod ſciolorum imperitia in alijs etiam auctoribus accidiſſe video, vt & in Oroſio libro tertio cap. IX. vbi etiam numerus annorum Vrbis conditæ eſt corruptus. P. Decium. Q. f. vocat Cicero de diuinatione libro primo; quod idem in filio confirmant tabulæ Capitolinæ, nam P. F. Q. N. appellant.

Latinorum

Latinorum principes Romam euocati à Samnitibus populi Romani fœderatis abſtinere, armaque ponere iuſſi ſunt. At feroci ſuperboque reſponſo ſenatum & ordines omnes vehementer offenderunt. Communi itaque conſenſu bellum Latinis indictum eſt, Conſulesque duobus conſcriptis exercitibus, & adiunctis Samnitium copijs, ad Capuam vbi iam Latini ſocijque eorum conuenerant, caſtra locârunt. Funeſtum vtrique Conſuli bellum fuit, vnius nempe domui, & alterius capiti. Manlius enim ante prœlium, ne conſulari imperio, militarique diſciplinæ quicquam decederet, in proprium animaduertit filium pœna capitis, qui contra edictum extra ordinem in hoſtes pugnauerat. Inſuper cùm ambobus eadem nocte Conſulibus in quiete prædictum eſſet, ex vna acie Imperatorem, ex altera exercitum dijs manibus deberi; victoriam eius partis fore, cuius Imperator ſe deuouiſſet; collatis poſtridie ſomnijs, inter Conſules conuentum, vt cuius cornu priùs laborare cœpiſſet, inde eius ſe Imperator pro exercitu, populoque Romano, Quiritibusque deuoueret, & capite ſuo fatis ſatisfaceret: Quæ P. Decium popoſcerunt, is enim inclinante in prœlio cornu læuo, quod ducebat, ſolemnibus verbis præeunte Pontifice ſemet dijs manibus deuouit, & impetu deinde in medios hoſtes facto, ſtrenuè pugnans occubuit, morteque ſua victoriam Romanis peperit. Quæ omnia diſertè & diffuſe Liuius libro octauo. Plutarchus autem in Parellelis, cap. XXVI. ex Ariſtide Mileſio hiſtoriam de Torquato refert aliquanto aliter, & bello contra Samnites in filium animaduertiſſe Manlium ſcribit. Sed receptior eſt, quam Liuius enarrat, opinio; eam enim ſequuntur Gellius ex primo annalium Claudij Quadrigarij, Eutropius, Oroſius, Euſebius, D. Auguſtinus, Auctor de viris illuſtribus, & alij omnes quos antè citaui, pro vt frequens eius reiamentio eſt. Nihil enim magis celebre in Rom. hiſtoria, quàm Deciorum in remp. pietas, & T. Manlij in diſciplina militari ſeueritas.

Latinorũ conuratio aduerſus Romanos.

T. Manlij COS. ſeueritas in filium ſuum.

Somnia Conſulum.

P. Decij COS. in patriam pietas.

L. Papirius. L. f. M. n. Craſſus. Qui. idem. Prætor. erat. Dict.
L. Papirius. Sp. f. L. n. Curſor. Mag. eq.
Rei. gerundæ. cauſſa.

Dictatorem poſtea creatum fuiſſe contra Antiates, agrum Oſtienſem & Ardeatem incurſantes L. Papirium Craſſum, cum L. Papirio Curſore magiſtro equitum auctor eſt Liuius, quia id bellum Manlius Conſul per valetudinem exequi non poterat. Sed nihil memorabile in ea expeditione geſtum eſt, detrectantibus prœlium Antiatibus. Meminit huius dictaturæ etiam expreſsè M. Tullius in epiſtola quadam ad Pætum, ſed biennio diſcrepat in annis Vrbis conditæ à faſtis Capitolinis. Vtriuſque tam Dictatoris, quàm magiſtri equitum nomina reperiuntur poſtea in fragmentis.

L. Papirius Dictator & Prætor ſimul.

Prætor.

L. Papirius. L. f. M. n. Craſſus. Auctor item Liuius, L. Papirium Craſſum fortè tum Prætorem fuiſſe, cùm Dictator diceretur. Ex cenſura eius Capitolina ipſum deſcripſi.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

M. Valerius. M. f. M. n. Coruus. Hunc ſemel & vicies ſella curuli ſediſſe, & ad ſummam ſenectutem vixiſſe ſcribunt. Plinius libro ſeptimo, cap. XLVIII. & Valerius Maximus libro octauo, cap. XIII. & XV. Euectus autem eſt ad conſulatum valde iuuenis XXIII. tantùm annos natus ſummo populi ſtudio, poſt fauſtum & inſigne illud duellum, quo Corui cognomen adeptus eſt, vt antè diximus: eundemque honorem ſexies geſſit, quibus ſi totidem adiungamus præturas, totidemque ædilitates cum vna cenſura duabusque dictaturis, quas geſſit, numerum magiſtratuum curulium à Plinio poſitum inueniemus. Quapropter repetijſſe ſæpiùs minores magiſtratus neceſſe eſt, nec tamen ante tertium conſulatum primamque dictaturam, vt opinor; quos honores mox ſine intermiſſione cumulauit ei populus; cùm ſine inuidia ſublatis ordinum contentionibus magiſtratus maximè dignis darentur.

M. Valerij Corui curules magiſtratus viginti vnum.

C. Claudius. * Ap. f. Ap. n. * Craſſ. Regillenſis.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

M. Antonius. //. f. //. nepos. L.Genucius. L. f. M. n. Auentinenſis.

Tribuni plebis.

// //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

M. Claudius. //. f. //. n. Marcellus. [M'. Marcius. M'. f. M'. nepos.]
[P. Publilius. P. f. Voler. n. Philo.] [C. Popillius. M. f. C. nepos.]
C. Pœtelius. C. f. C. n. Libo. Viſolus. [C. Petillius. C. f. C. nepos.]
[L. Allienius. L. f. L. nepos.] [M. Conſidius. M. f. M. nepos.]
[M. Plætorius. M. f. M. nepos.] [C. Mæcilius. C. f. C. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. // n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. T. Manlij } cos. in Latio & Campania.
//. //. //. f. //. n. //. P. Decij }

P. Sallonius. //. f. //. n. * Sarra. * Cuius ob cauſſam lex ſuperiore ſeditione militari lata eſt, Ne qui tribunus militum fuiſſet, poſtea ordinum ductor eſſet. Hunc enim qui alternis propè annis & tribunus militum, & primus centurio fuerat, deſtituere volebant milites, infenſi, quòd ſemper aduerſatus nouis conſilijs fuiſſet. Itaque cùm propter Sallonium ab ſenatu hoc vnum non impetraretur, ipſe obteſtatus patres conſcriptos ne ſuum honorem pluris, quàm concordiam ciuitatis æſtimarent, perpulit, vt ea lex quoque ferretur. Sallonium igitur autumo exactis honorificè ſtipendijs, ad vrbanos quoque magiſtratus promotum deinde fuiſſe, & hoc ferè tempore eos à quæſtura incepiſſe. Sarræ cognomen in hac familia reperio, quæ & prætoria poſtmodum fuit.

Lex militaris.

P. Sallonij præclara virtus, & moderatio.

C. Plautius. C. f. C. n. Proculus. Qui poſtea Venox appellatus eſt.

L. Aemilius. * L. f. * //. n. Paullus. [L. Pinarius. L. f. //. n. Natta.]

Hic filius videri poterit L. Nattæ mag. eq. anno CCCXC. Ille verò auus M. Paulli, qui de Pœnis & Coſſurenſibus Procos. tertia ab hinc ætate triumphauit, vt indicant Capitolina marmora, & patet M. Paulli Cos. CDLI.

T. MANLIVS. L. F. A. N. IMPERIOSS. TORQVAT. A. CDXIII.
COS. III. DE. LATINEIS. CAMPANEIS. SIDICINEIS.
AVRVNCEIS. XV. K. IVNIAS.

Memorabilis prœlij illius ordinem, & ſucceſſum, ritus quoque, quibus P. Decius Conſul ſe pro patriæ ſalute deuouit. Latinorum cladem, & Romanorum victoriam pulchrè deſcribit Liuius, vt dixi, libro octauo. Sed præcipua laus eius belli penes Conſules fuit, quorum alter omnes deorum minas in ſe conuertit, alter ea virtute in prœlio fuit, vt facilè conuenerit inter Romanos, Latinosque qui eius pugnæ memoriam poſteris tradiderunt, haud dubiè eius partis fuiſſe futuram victoriam, cui præfuiſſet T. Manlius. Latini ex fuga ſe Minturnas contulerunt; in caſtris poſt prœlium captis multi Campanorum viui

P. Decij pietas.

T. Manlij peritia militaris.

Secunda T. Manlij coſ. victoria de Latinis. *T. Manlij coſ. triumphus.*

viui oppreſſi ſunt. Poſt paucos inde dies cum Latinis denuò pugnatum eſt ad Triſanum inter Sinueſſam & Minturnas. Quo loco debellatum eſt vſque ad Latinorum, Campanorumque deditionem. Quibus agro multatis, victor Manlius Romam redijt; cui venienti ſeniores tantùm obuiam exiſſe conſtat; iuuentutem verò tum, & omni vita deinde aduerſatam eum, execratamque fuiſſe. Liuius nihil aliud de triumpho, qui tamen extat vt vides in columnis Capitolinis. Meminit etiam Oroſius libro tertio, cap. nono. Manlius quamuis victor (inquit) occurſum tamen nobilium iuuenum Romanorum, qui legitimè exhiberi ſolet, triumphans paricida non meruit. Zonaras item annalium ſecundo, deuictis Latinis Torquatum quamuis filio occiſo, & collega mortuo, triumphum tamen duxiſſe affirmat. Diodorus autem Siculus poſt Græciæ, atque Siciliæ res geſtas eius anni enarratas, Romanos inito cum Latinis & Campanis ad vrbem Sinueſſam prœlio victores fuiſſe teſtatur, victis partem agri ademiſſe; Manlium verò ducem eius pugnæ triumphaſſe. Addam denique ne quid deſit, Valerij Maximi auctoritatem, qui libro VI. cap. IX. T. Manlium Torquatum patriam Latino tumultu feſſam ſpecioſiſſimo triumpho recreaſſe dicit.

Campaniæ laudes. *Capua Campaniæ caput vnde dicta.*

De Campania nobiliſſimo totius Italiæ tractu multa hîc dicere ſuperfluum eſſet, quem antiquitùs etiam clariſſimorum auctorum ſcriptis magnopere laudatum ſcimus. Situm regionis, fertilitatem agri, aëris temperiem, portuoſi maris oportunitatem, vrbium pulchritudinem copioſè deſcribunt Polybius libro tertio Strabo libro V. Plinius, Solinus, & inter alios L. Florus libro primo, cap. XVI. vbi eius regionis celebriores montes, portus, lacus, atque vrbes enumerat, ex quibus omnium feliciſſima ciuitas Capua caput olim fuit, Capyis conditoris nomen retinens, vt Virgilio & Suetonio placet. At Liuius vero propiùs accedens, ipſam vrbem, ac regionem à campeſtri agro nominatam putat, ſicut etiam Dionyſij Smyrnæi commentator Euſtathius. Vnde Valerius Max. libro VII. cap. VI. Campanam vrbem vocat Capuam: & Liuius frequenter per Campanos Capuanos tantùm ciues intelligit. Quemadmodum & Cicero contra legem Seruil am Rulliana ſecunda, vbi Campanos ſuperbos eſſe dicit bonitate agrorum, & fructuum magnitudine, vrbis ſalubritate & pulchritudine. Pulchrè in eandem ſententiam multa Liuius libro XXIII.

Sidicini populi Campanis vel Capuanis proximi.

Sidicini Campanis vicini ad agrum Sueſſanum verſus mare. Meminit Plinius libro tertio, cap. V. Item Virgilius libro VII.

Aurunci miſere patres, Sidicinaque iuxta
Aequora.

Theanum Sidicinorum.

Celebre oppidum eorum Theanum cognomine Sidicinûm, ad differentiam alterius, quod in Apulia erat. Scribit idem Plinius Sidicini agri lapides vnctos ardere, lib. II. cap. CVII.

Aurunci populi. *Aurunca C. Lucilij poetæ patria.*

Auruncorum in hoc bello Latino apud Liuium nulla eſt mentio, ſed poſtea per aliam occaſionem non præterijt à T. Manlio Coſ. in deditionem acceptos quoque fuiſſe. Inter antiquiſſimos Italiæ populos recenſent Plinius, & Solinus, Campaniæ partem tenuiſſe tradit Dionyſius Halicarnaſſæus, & gentem eſſe bellicoſam, robore corporis, ſtatura ingenti, & truciori aſpectu præ ſe ferre ferum quiddam, & terribile. Nomen habent ab Aurunca vrbe Lucilij poëtæ patria, cuius Iuuenalis meminit Satyra prima:

Per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnus.

Auſon Auruncæ conditor. *Auſones qui primum dicti.* *Aurunca deſerta.* *Sueſſa Aurunca.*

Eam condidiſſe ferunt Auſona Vlyſſis & Calypſus filium, vt Sex. Pompeius auctor eſt, vel Vlyſſis & Circes, ſicut Io. Tzetzes narrat hiſtoricarum Chiliade V. aut (quòd verius putat) Itali filium quendã eiuſdem nominis multo antiquiorem. Idcirco ſolos Auruncos propriè vult vocari Auſonios, medios inter Volſcos & Campanos ad mare ſitos. A quibus poſtea omnes Itali per abuſum Auſones appellati ſint. Liuius libro octauo refert eam vrbem Auruncos non diu poſt hæc tempora metu Sidicinorum, cum quibus bellum ipſis erat, deſeruiſſe, profugoſque cum liberis & coniugibus Sueſſam communijſſe, quæ tunc Arunca eſt appellata, vrbem veterem eorum Sidicinos deleuiſſe. Hinc Pinius Sueſſam libro tertio in extremo adiecti Latij collocat, à Latinis nominis populis occupatam, cùm antea Campaniæ fuiſſet.

ANNI P. R. C. CDXIV.

Conſules.

Ti. Aemilius Ti. f. Ti. n. Mamercinus. Q. Publilius. Q. f. Q. n. Philo.

PERPERAM T. Aemilius in vulgatis Liuij exemplaribus legitur; in vetuſtioribus autem recte Tiberij prænomen illi datur, quod & antea quoque in Aemilia gente habuimus. Caſſiodori item aliquot exemplaria hos Conſules produnt. Ti. Aemilius Mamercus, & Q. Publilius Philo, in alijs mendoſè T. Aemilius, & P. Philo. Diodorus etiam ita habet. Q. Publilius, & Ti. Aemilius Mamercus. Titi verò prænomen in Aemilia gente non repperi. Tabulæ Græcæ Mamercinum & Philonem ſuggerunt.

Latini atque Campani agro multati. Latium, Capuaque multantur agrorum magna parte. Latinus ager Priuernati addito agro, & Falernus, qui populi Campani fuerat, ad Vulturnum vſque plebi Romanæ diuiditur. Extra pœnam fuere Latinorum Laurentes, & Campanorum equites, quia non deſciuerant. His ciuitas Rom. data eſt, & annuum vectigal Campanus populus eis pendere iuſſus eſt. Cum Laurentibus renouatum eſt fœdus, & ex eo renouatur quotannis poſt diem decimum Latinarum. Latini rebellarunt. Liuius lib. VIII. latiùs omnia.

Q. Publilius. Q. f. Q. n. Philo. Dict.
D. Iunius. //. f. //. n. Brutus. Scæua. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa.

Latini rebellarunt. *Dictator plebeius.* Ob Latij motum ſenatus Dictatorem dici iuſſit, finire etiam cupiens imperium aduerſis ſibi Conſulibus. Aemilius, cuius tunc faſces erant, infenſus patribus, vt iam dicetur, ob negatum ſibi triumphum, Dictatorem plebeium dixit Q. Publilium collegam ſuum. Is etiam ſuæ ſortis magiſtrum equitum D. Iunium Brutum è plebe ſibi adiunxit. Quæ dictatura popularis & orationibus in patres criminoſis, & aduerſis nobilitati legibus latis damnoſa reip. fuit. Leges fuêre tres: de plebiſcitis duæ, tertia de plebeia cenſura.

Publiliæ leges. *Vti plebiſcita omnes Quirites tenerent. Hæc quidem ſemel antè lata fuit decemviratu ſublato à L. Valerio, M. Horatio* Coss. *Poſtea tertiò repetita eſt à Q. Hortenſio Dictatore, vt tum dicam.*

Vtique legum, quæ comitijs centuriatis ferrentur, ante initum ſuffragium patres auctores fierent. Hanc quoque legem poſtea M'. Curius Dentatus tribunus plebis renouauit, vt auctor Cicero.

Vtique cenſor alter è plebe ſemper crearetur. Liuius libro VIII. *Itaque cenſorum alter deinceps plebeius ferè reperitur in Faſtis, vſque ad annum* DCXXIII.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
L. Aemilius. L. f. L. n. Mamercinus. Priuernas.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
M. Atilius. * M. f. * //. n. Regulus.   Cn. Domitius. //. f. //. n. Caluinus.
[P. Curatius. P. f. P. nepos.]   [L. Furius. L. f. L. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //   //. //. //. f. //. n. //
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

[C. Luce-

[C. Lucerius. C. f. C. nepos.] [M. Acutius. M. f. M. nepos.]
[M. Pontificius. M. f. M. nepos.] [L. Volſcius. L. f. L. n. Fictor.]
[L. Villius. L. f. L. nepos. II.] [P. Silius. Q. f. Q. nepos.]
[C. Pompilius. M. f. M. nepos. II.] [Q. Manilius. Q. f. M. nepos. II.]
[Cn. Sicinius. C. f. C. n. Bellutus. II.] T. Veturius. //. f. //. n. Caluinus.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Ti. Aemilij } Cos. in Latio.
//. //. //. f. //. n. //. Q. Publij }

L. Valerius. * L. f. L. n. * Potitus. [M. Geganius. M. f. //. n. Macerinus.]
[M. Duilius * C. f. C. n. * nepos.] [M. Mæcilius. C. f. C. nepos.]

Q. PVBLILIVS. Q. F. Q. N. PHILO. COS. ANNO. CDXIV. DE. LATINEIS. IDIBVS. IANVAR.

Latinos dolore agri adempti ad rebellionem impulſos in campis Senectanis prœlio fuderunt, caſtriſque exuerunt Conſules. Q. Publilio deinde cuius auſpicijs res geſta erat, in deditionem accipiente Latinos victos; Conſul Aemilius ad Pedum duxit exercitum, vbi Tiburtes, Prænestini, Veliterni, Lauinij, contraxerant copias. Sed quia collegæ decretum triumphum, ſibi autem integrum laborem inſtare intelligebat; infecta prouincia ipſe quoque triumphi ante victoriam flagitator Romam redijt. Negantibus triumphum patribus ante Pedum captum vel deditum, adeò eſt ab ijs alienatus Aemilius; vt ſeditioſum pro plebe deinceps geſſerit conſulatum, Dictatorem dicere iuſſus, plebeium dixerit. Liuius libro octauo. *Latini denuò victi.* *Q. Publilio decretus triumphus, T. Aemilio negatus.*

ANNI. P. R. C. CDXV.

Conſules.

L. Furius. Sp. f. M. n. Camillus. C. Mænius. P. f. P. nepos.

CONSVLVM nomina ex columnis triumphalibus deſumpta ſunt, ex quibus planum & perſpicuum eſt L. Furium hunc M. Camilli liberatoris Vrbis non eſſe filium, ſed nepotem ex Sp. Camillo M. f. primo Prætore. Patruus itaque huic Conſuli, L. Furius M. f. qui Conſul & Dictator antea fuit. Quod ideo dixi, ne duo L. L. Furij Camilli, quod facilè eſſet, pro vno accipiantur: & duorum magiſtratus, reſque geſtæ confundantur. In Liuio & Caſſiodoro ſatis benè leguntur Conſules, ſed in Diodoro libri XVII. exordio C. Manlius mendosè, pro C. Mænius habetur. Tabulæ Græcæ Camillum, & Mænium adferunt correctè.

Pedum armis, viribuſque expugnandum atque delendum cenſuit ſenatus; vt Ti. Aemilio ſuperioris anni Conſuli inſigniter neglecta res exprobaretur. Ea prouincia L. Camilli fuit. Pedanis auxilio venerunt, Prænestini & Tiburtes, quorum ager erat vicinior: cum quibus Camillus ancipiti aliquandiu fortuna, erumpentibus etiam oppidanis, pugnauit. Tandem magna mole vicit, & oppidum eodem die ſcalis cepit. C. Mænius interim contra Volſcos Antiates in armis exiſtentes, quibus inſuper Lauinij, Veliterni, & Aricini ſe coniunxerant, profectus, eos ad Aſturæ flumen improuiſo fudit. Placuit itaque Conſulibus victorem vtrinque circumducere exercitum ad perdomandum Latium; nec quieuêre antequam vi, vel voluntaria deditione Latium omne ſubegiſſent. Atque eo modo bellum Latinum intra triennium finem habuit. De ciuitatibus Latinis pro vnuſ- *Pedum expugnatum à Camillo cos.* *Volſci Antiates à C. Mænio cos victi.* *Latini captis oppidis ſubacti.*

vnicuiuſque merito ſtatutum in ſenatu; multis ciuitas data, quam antea non habuerant; inter hos Aricini nominati à Liuio, quos hoc anno in ciuitatem receptos ſcribit etiam Velleius Paterculus.

Aricinis ciuitas data.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

M. Valerius. M. f. M. n. Coruus. Vt ex Plinio priùs?

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

T. Veturius. //. f. //. n. Craſſus. Cn. Quinctilius. //. f. //. n. Varus.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

M. Claudius. //. f. //. n. Marcellus. [C. Atinius. C. f. L. n. Longus.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

P. Sempronius. C. f. //. n. * Longus. * Hic pater P. Sempronij Iuriſcos. qui Sophus ob prudentiam iuris eſt dictus, vt poſtea ex Plinio declarabimus.
P. Sallonius. //. f. //. n. Sarra. L. Genucius.* L. f. M. n.* Auentinenſis. II.
C. Plautius. P. f. P. n. Decianus. [C. Titinius. C. f. //. nepos. II.]
[M. Minucius. M. f. M. n. Augurin. II.] [Q. Canuleius. Q. f. M. nepos. II.]
[C. Terentius. C. f. n. Arſa.] [M'. Iuuentius. //. f. //. n. Thalna.]
[M. Decius. M. f. M. n. Mus. II.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. L. Furij } cos. in Latio.
//. //. //. f. //. n. //. C. Mænij }

[C. Sulpicius. C. f. M. n. Peticus.] [L. Veturius. L. f. L. n. Craſſus. Cicurinus.]
[P. Furius. L. f. L. nepos.] [C. Minucius. M. f. M. n. Augurinus.]

L. FVRIVS. SP. F. M. N. CAMILLVS. COS. ANN. CDXV.
DE. PEDANEIS. ET. TIBVRTIBVS. IIII. K. OCT.
C. MAENIVS. P. F. P. N. COS. DE ANTIATIBVS. ANN. CDXV.
LAVINEIS. VELITERNEIS. PRIDIE. K. OCT.

REBVS in Latio benè geſtis, diſpoſitisque per recepta oppida præſidijs, Conſules Romam ad deſtinatum triumphum deceſsêre. Additus triumpho (vt ait Liuius) honos vt ſtatuæ equeſtres ijs (rara illa ætate res) in foro ponerentur. Quod idem Eutropius ſcribit libro ſecundo, de Latinis perdomitis triumphatum fuiſſe, & ſtatuas Conſulum pro Roſtris

Conſulum ſtatuæ equeſtres in foro Rom.

Roſtris ob meritum victoriæ poſitas. Mari interdictum Antiatibus fuit, atque naues longæ ademptæ, quæ partim Romæ in naualia ſubductæ, partim incenſæ ſunt, roſtriſque earum, ſuggeſtum in foro extructum, adornatum eſt, Roſtraque id templum appellatum, ex quo conciones haberi ſolent ad populum, cuius crebra mentio eſt apud auctores. Sed de ſpolijs Antiatum quæ C. Mænius in ſuggeſtu fori adfixit, ſcribit etiam L. Florus libro pri„ mo, cap. XI. Extant & parta de Antio (inquit) ſpolia, quæ Mænius in ſuggeſtu fori capta „ hoſtium claſſe ſuffixit; ſi tamen illa claſſis, nam ſex fuere roſtratæ. Sed hic numerus illis „ initijs nauale bellum fuit. Plinius autem libro XXXIV. cap. V. columnam C. Mænio, qui Priſcos Latinos deuicerat, & in ſuggeſtu roſtra deuictis Antiatibus fixerat, anno Vrbis CDXVI. poſitā fuiſſe auctor eſt. Quo in loco vides, vt anno vno præuertat Capitolinos faſtos.

Antiatum naues longæ. *Roſtra templū in foro Romano celebre.* *Columna Mænia.*

Pædam Auſoniæ vrbem Stephanus dicit, cuius gentile Pedanus. Liuius Pedum vbique vocat, Plinius libro tertio, cap. V. inter priſcos Latinos Pedanos enumerat, qui carnem in monte Albano ſoliti erant accipere.

Peda, vel Pedū Auſoniæ.

Lauinium Albanorum metropolis in antiquo Latio, conditum à Troianis cum Aenea ab Ilio profugis inter Antium & Oſtiam, in agro Laurenti; nomen habens à Lauinia Latini Regis filia, vt auctores ſunt Dionyſius antiquitatum primo. Strabo libro V. Stephanus de vrbibus ex Iuba Rege, Solinus ex Caſſio Hemina, Cuſſonio, & alijs. Seruius autem Grammaticus in primum Aeneidos tria nomina huic vrbi fuiſſe dicit; priùs Lauinum, à Lauino Latini Regis fratre, deinde Laurentum, à lauro ibidem inuenta à Latino Rege; cùm mortuo fratre adeptus regnum ampliaret ciuitatem. Poſtea Lauinium appellatum, à Lauinia Aeneæ vxore, Latini Regis filia. Sed Laurentum priùs Aboriginū fuiſſe, multò ante Troianorum & Aeneæ aduentum, Liuius, Dionyſius & Solinus auctores ſunt; qui referunt Aeneam æſtate ab Ilio capto ſecunda Italicis littoribus appulſum in agro Laurenti poſuiſſe caſtra, & accepto à Latino Rege quingentis iugeribus Lauinium condidiſſe quarto poſt Troiæ excidium anno, loco à mari quatuor ſtadijs diſtante. Laurentum verò priùs multò conditam à Pico Rege memorat Priſcianus, Virgilij, ni fallor, ſententiam ſequutus. Poſtmodum tamen mortuo Latino Rege breui admodum tempore duos vicinos hoſce populos per connubia communicatis ſacris & legibus in vnam remp. & ciuitatem coaluiſſe tradit Dionyſius, Lauro Lauinium iunctis vtriuſque nominibus appellatam conſtat; cuius gentile eſt Laurens Lauinas, vt videre eſt in marmorum inſcriptionibus antiquis. Et memini me legiſſe in epitaphio quodam Romæ, quod tum ſtabat in taberna vinaria quadam theatro Pompeiano contigua. Rurſus Venetijs in ara marmorea Beleni Apollinis ex voto quondam poſita, & ex Aquileiæ vrbis ab Atila Hunno dirutæ ruinis extracta, demumq. tranſlata Venetias in palatium Aquileienſis Patriarchæ Grimani cum multis alijs antiquitatum reliquijs. In ara dicta hæc verba ſic extant:

Lauinium ab Aenea & Troianis conditum. *Lauinū priùs, inde Laurentū, demque Lauinium dictum.* *Quando conditum Lauinium.* *Lauro Lauinium quando. Laurens Lauinas populus.* *Apollo Belenus Aquileiæ cultus.*

BELENO
MANSVETIVS
VERVS.
LAVR. LAV.
ET. VIBIANA
IANTVLLA.
V. S.

Quæ ſic leguntur: Beleno. Manſuetius. Verus. Laurens. Lauinas. &. Vibiana. Iantulla. votum. ſoluere.

Indifferenter deinde ab auctoribus eos populos vel Laurentes, vel Lauinios fuiſſe vocatos fit veriſimile; cùm ſcribat Liuius, T. Tatium Regem in ſolemni ſacrificio à Laurentibus occiſum fuiſſe, quos Dionyſius Lauinios appellat, eandem hiſtoriam referens. Libro tamen quinto deſcripturus prœlium, quo fuſi ſunt ad lacum Regillenſem Latini anno Vrbis CCLVII. inter alios eius nominis populos idem Dionyſius receſet etiam Laurentinos, & Lauinienſes quaſi diuerſos. Strabo item in Coſmographia ſua duo hæc oppida ſeparatim inter Antium, Ardeam & Oſtiam collocare videtur. In itinerario inſuper populi Romani, quod Antonini Aug. extat titulo, Lauinium à Laurento milia paſſuum XVI. diſtare legimus, vt certi quid de his conſtituere difficile ſit; niſi ſub ijſdem legibus & ſacris vnum populum duas vrbes incoluiſſe dicamus, & indifferenter vel hoc, vel illo, vel vtroque nomine nuncupatos fuiſſe. Quemadmodum Liuius de Cumanis ſcribit Chalcide Euboica oriundis, duas item vrbes Paleopolim, & Neapolim ipſos ſimul incoluiſſe. Lauinium autem celebre fuit ſacris Troianis Palladio, Veſta, & Dis Penatibus: quæ Aſcanius Alba condita cùm tranſtuliſſet, ſponte ſua Lauinium reuerſa fuiſſe feruntur, vt Dionyſius libro primo multis refert. Macrobius autem libro tertio Saturnalium Conſules, Prætores, & Dictatores Lauinij rem diuinam ſolemniter dis Penatibus pariter & Veſtæ ſcribit facere conſueuiſſe, cùm magiſtratum inibant.

Cumani. *Lauinium ſacris Troianis celebre.*

Veliternos Latini populum, ciuitatem Velitras vocant, ϐελιτρανοὺς etiam more patrio appellari, ac ciuitatem βέλιτραν, quam centum ſeptuaginta quatuor ſtadijs, neque longiùs,

Veliterni populi in Latio.

Roma

Velitræ colonia quando. *Vt puniti Veliterni propter rebellionem hoc anno fuerint.* *Augusti patria Velitræ.* *Veliterninum vinum.*

Roma diſtare, ex Phlegonte docet Stephanus. Colonia Romanorum facta eſt anno Vrbis conditæ CCLIX. Inter Volſcos & Latini nominis populos numerantur Veliterni Coranis & Volanis vicini. Hoc bello cum alijs Latini nominis deuicti, quia toties rebellarent, grauiùs etiam puniti fuerunt. Muri ciuitatis deiecti, & ſenatus inde abductus Romam, trans Tiberim habitare iuſſus eſt, in agrum verò ſenatorum noui coloni miſſi ſunt, ſicut libro octauo latiùs memoratur à Liuio. Celebris denium fuit colonia origine gentis Octauiæ, vt Suetonius in Auguſto tradit. Laudatur à Plinio libro XIV cap. VI. inter vina, quæ in vrbis Romæ vicinia naſcũtur, etiam Veliterninum, vt appellat. Cuius meminit & Silius Italicus libro octauo. Nunc verò temporis non vſque adeò eſt in precio, cum non duret ni.i ſapa conditum.

AVCTORVM LOCA EMENDATA, VEL EXPLICATA

ANNALIVM POPVLI ROM. LIBRO QVARTO.

Plinij maioris, pag. 254. 278. Diodori Siculi, pag. 255. 256. 262. 273. 275. & ſequentibus multis. T. Liuij, pag. 255. 257. 259. 262. 267. 273. 279 & alijs ſequentibus. Plutarchi, pag. 258. 202. A. Gellij, pag. 262. Pomponij Iuriſcos. pag. 267. Caßiodori, pag. 262. 273. 279. & ſequentibus. Ciceronis, pag. 262. 277. 284. 294. L. Flori, pag. 295. 308. Auctoris de viris illuſtribus, pag. 262. Tabularum Græcarum, pag. 275. 288. 291. 300. 307. Cenſorini, pag. 299. Quinctiliani, pag. 277.

FINIS LIBRI QVARTI.

AEQVICOLA.

LIBER V. ANNAL. POP. ROM. PER STEPHANVM VINANDVM PIGHIVM, CAMPENSEM.

PRAEFATIO IN LIBRVM V. AD

AMPLISSIMVM VIRVM D. CHRISTOPHORVM AB ASSONLEVILLE, EQVITEM AVRATVM, ALTEVILLAE, ET BOVCHOLTII DOMINVM, AC PHILIPPI HISPANIAR. REGIS CATHOLICI APVD BELGAS SVPREMI SENATVS VTRIVSQ. CONSILIARIVM, &c.

CVM rerum publicarum regimina conſideramus, vir ampliſſime, ciuitatumq́. maximarum conditiones atque formas penitiùs introſpicimus: nullam ipſis diuturnam felicitatem humana quauis induſtria conſeruari potuiſſe reperimus, ſine iuris æqui ſubſidio. Legum namque diſciplinæque publicæ temperata moderatio, & præmij, pœnæq́. iuſta executio, domi pacem atque concordiam conſeruat, animorum vincula firmat, & totum ciuitatis corpus nutrit non ſolùm; ſed etiam viribus ac neruis validis adauget. Dum ipſa membra inter ſe conſentientia reſpiciunt ad vnum ſcopum; ad publicum ſcilicet bonum magis, quàm ad priuatum quæque ſuum commodum laborando. Et hac quidem virtute ciuitas Phœbi illam harmoniam muſicam imitatur, iuris, ſcilicet, inter ordines atque membra temperati, & legum æquarum cultu concordi: quo quidem ſolo vitam felicem, atque ſalutem ſuam conſeruat, non ſecus ac in Phœbea cithara diuerſi nerui, varia tonorum proportione coæquati, dulcem ac gratam conſonantiam proferunt. Non igitur ineptè Demoſthenes orator bonas leges ciuitatis animam eſſe dixit. Vt enim corpus, anima diffluente, languido pondere ſuo concidit; ſic etiam ciuitas ſine legibus æquis diu feliciter agere, ſaluaque conſiſtere nequit. Sed ijs deſtituta, iuſtitiam facilè deſerit, moxque contumelijs, iniurijs, atque ſceleribus ſcatens, tanquam inteſtinis vermibus, interno ſuo morbo diſſoluta perit. Atqui notatu & admiratione non videtur indignum, quod auctores probatiſſimi plures ex antiquiſſimorum philoſophorum ſcriptis memoriæ nobis produnt, vates eſſe debere ciuitatum legiſlatores; nec rectè populos inſtitui regíve poſſe ſine futuri ſcientia. Et huic arti in primis præſidere temperantiam prudētiæ tutricem volunt, quæ vanos ac temerarios animos reijcit, probos atque moderatos eligit, inſtruit, & ad prouidentiam vaticiniaque prouehit; vt à talibus hominum genus inſtitutum, legibusque formatum, moderatè viuat, agatque feliciter. Nam cuſtos hominum vitæ Sophroſyne ſiue temperantia hæc eſt, vt in Charmide Plato

Ius æquum publicæ felicitatis fundamentum.

Phœbi lyra poëtica quid ſignificare velit.

Anima ciuitatis bona lex.

Legiſlatores ciuitatum vates eſſe debere.

Temperantia vitæ humanæ cuſtos, & tutrix prudentiæ.

Plato nos docet, quæ nunquam ſubrepere inſcitiam, iniquitatemq́ue barbaram viribus ſuis graſſari ſinet. Vt autem hæc virtus, inſtar harmoniæ, quæ diapaſon dicitur, in ciuitate legibus æquis conſtituta, ſeſe per omnia eius membra diffundat, officiorum mirabili concentu cuncta dirigens, diſcrepantia concilians, diſparia adæquans, luculenter idem Plato diſſerit in quarto de republica. In aurea igitur Phœbi, vel legiſlatoris vatis lyra naſcens hæc dea, ſecundùm edicta legitima Orthyam quod aiunt, virtutis omnifariæ, ſimulq́ue imperij perfecti modulationē profert, ad quam auribus attentis omnes etiam exteri populi choreas ducere gaudent. Nam maximè iuſtum eſt natura imperium, quo prudentiores ignaris, meliores peioribus dominantur, quemadmodum de legibus quarto pulchrè diſſerit idem Plato, Pindarum poëtam redarguens, quòd ſecundùm naturam imperio iuſto potentiores, inter animalia quæcunque dominari imbecillioribus canat. Sed violentum magis, quàm iuſtum videtur hoc imperium; niſi ſponte lubenterq́ue fuerit ab imbecillioribus ſuſceptum. Legibus enim æquis ſeruire debet imperium, & omnium magiſtratuum poteſtates, quæ idcirco ſubiectæ quoque eſſe, & parere coguntur legitimæ ciuium voluntati; quæ leges ipſas conſenſu publico conſtituit, & firmat. Itaque poteſtas publica, atque imperium iuſtum æqui iuris habenis obſquentes ciues regere, & vim ſuam legum in primis armis exercere, rebellibuſq́ue iugum imponere debet, ſi nomen ac maieſtatem ſuam conſeruare velit, alioquin ſibi hauddubium præcipitium, ſubiectiſq́ue populis magna pericula creat. Vt autem Romana ciuitas excuſſo regum iniquo nimiumq́ue duro freno, per annos ampliùs ducētos internis ſæpe malis quaſſata fuerit, vtq́ue diſcordijs, atque ſeceſſionibus diuulſa nutando ruinam aliquando minabatur, iſta multo ſanguine concreta potentiæ moles, prioribus annalium libris demonſtratum eſt, vt ea latiùs hîc repetere non ſit operæ precium. Ex quibus luce clariùs patet, diſcordiarum cauſſas fuiſſe, & ſeceſſionum pericula ſemper nata eſſe, ex æqui iuris defectu, & iniqua bonorum atque honorum diſtributione: dum plebes infima fœnoribus obruitur, agris à locupletioribus pellitur, nobilitas interim ſibi ſacerdotia, auſpicia, magiſtratus, imperia, atque omnem poteſtatem, excluſis plebeijs hominibus, arrogare contendit. Quæ quidem iniqua rerum diſpenſatio, magnam inter ciueis animorum diſſenſionem produxit, atque mirabilem imperij atque maieſtatis ἀτονίαν ſiue languorem in adminiſtranda republica generauit. Itaque in hunc modum luxatis, diſſipatiſq́ue neruis, Romanæ ciuitatis lyra frequenter diſſona ſurdaq́ue manebat. Ceterùm hiſce malis remedium oportunum, ab optimis pleriſque ciuibus, quibus reipub. maior, quàm priuati commodi cura fuit, vt à M. Menenio Agrippa, Poplicolis, M. Camillo, & alijs ſæpe quæſitum, & in extremis etiam periculis inuentum fuit. Nam omni ſtudio laboratum, atque prouiſum ſemper fuit; vt ad cædes, ſanguinemq́ue ciuilem res non perueneri; & ne reſpublica præceps à ſcopulis altis, vt aiunt, in pelagus rueret, varijs legibus occurſum fuit. Tam fœnebri rei, quàm agris poſſidendis modus præſcriptus, connubia, auſpicia, magiſtratus, imperia, ſellæ curules, laureæ triumphales, honores, ceteraq́ue reipublicæ commoda plebi à patricijs, poſt varia certamina, multaſq́ue contentiones tandem communicata ſunt. Sic demum Apollineæ rationis pleſtro ductuq́ue nerui Romanæ lyræ æqui iuris proportione concinnati, periucunda populis harmonia reſonare cœperunt: & æqui compos facta ciuitas reconciliatis inuicem ordinibus, æquum publicè colendo, varijs atque inſignibus virtutum exemplis effloreſcens imperij ſui potentiam atque maieſtatem, Gallis eiectis, per vniuerſam Italiam adauxit, & propagauit; quemadmodum Aequicola hic noſter annalis repræſentabit latiùs. Qui tui clariſſimi nominis auſpicijs

Diapaſon.

Orthya modulatio.

Imperium natura iuſtiſſimum quod.

Legibus æquis ſeruire debet omnis poteſtas.

Romanæ ciuitatis ſtatus poſt Reges exactos.

Cauſſa diſcordiarum quæ fuerant.

Remedium cōtra ciuiles diſſentiones quæ inuenerunt.

Romanæ ciuitatis lyra ſenſim recōciliata.

Nuncupatio.

auſpicijs optimis, vir ampliſſime, fretus, nunc audet in lucem prodire, & ad te properare. Miraberis, ſat ſcio, noſtrum hunc exoticum citharœdum, rogabiſque mox, quis ſit? quid velit? moliatúrve noui? Phœbus quidem eſt, citharam pulſans, & motum igneum diuini luminis ſignificans; qui mentes hominum illuſtrat & excitat ad veræ rationis intellectum; qua rerum diſſimilium varij caſus iuſta diſpenſatione moderari poſſunt ad humani conſortij felicitatem, ciuitatiſque publicam concordiam. Princeps igitur boni conſilij in ciuitate ſua linguæ plectro legum ac morum harmoniam quaſi cæleſtem, hoc eſt, iuſti imperij vim atque potentiam format & propagat; non ſecus ac in lyra ſua Phœbus Muſarum choream ducere fingitur; hoc eſt, quemadmodum omnium artium & officiorum opera diuini luminis virtus in animis hominum temperare cognoſcitur. Vim imperij quidem antiquitas quandoque per gryphum ſignificare voluit Apollini vel Soli ſacratum animal, quod aquilæ volucrum reginæ, & leonis quadrupedum Regis mixta forma viſum ipſis fuit myſticè exprimere. Qua quidem demonſtrant, excellentem animi corporiſque fortitudinem, vim imperij atque maieſtatis quandam in ſe habere, quamdiu æquitatis & iuſtitiæ ad citharam ſeſe regit. Hanc igitur obſeruat gryphus, & concentum eius attentus auſcultat arrectis auribus, in ſacro ſedens rerum expediundarum tripode: nimirum, in obſcura quidem, & tecta difficili & perplexo Pythonis, id eſt, ignorantiæ putidæ corio cortina, ſed tribus vſque pedibus ſtabilis, quos præſentium, præteritorum, & futurorum, prudens conſiderationis circulus connectit, & firmat. Cui circumuolutus eſt Epidaurius anguis, aſſurgens ex imo citharam verſus; qui Regem cuſtodem imperij notat. Nam genius prudentis Regis habetur draco vigilans, quem criſtatum ac palearibus galli gallinacei inſignem pingebant in hieroglyphicis ſuis Ægyptij, vt Orus auctor eſt. Quinetiam ſceptrum regium inter duos erectos dracones criſtis & palearibus inſignes poſitum ſæpe vidimus in ſimilibus antiquorum notis: quo nobis hauddubiè demonſtrant, imperij maieſtatem vigilandi prudentia conſeruandam eſſe. Verùm de his iam apud te nimis multa. Quapropter ne te diutiùs diſtineam, nil aliud impręſentiarum peto, quàm vt tuæ comitatis, atque humaniſſimæ hoſpitalitatis ianua huic hiſtrioni noſtro peregrino pateat: nec graue ſit, maiorem in modum precor, iſtud perexiguum meum munuſculum, non leue tamen meæ veteris erga te obſeruantiæ pignus, ea humanitate, qua meipſum complecti olim ſoles, excipere. Hoc ipſum autem pro tuo ſingulari in bona ſtudia affectu te facturum non modò; ſed lætis etiam auſpicijs tui fauoris frigidam equo meo ſudanti te ſuffuſurum eſſe, mihi maximè perſuadeo. Quod ſi conſequutus fuero, diuturni mei laboris fructum me tuliſſe haud exiguum exiſtimabo. Vale. Sanctis è colonia Traiana, VIII. Kal. Septemb. Anno S. N. ∞. D. XCIII.

Explicatio characteris quinti huius libri.

Princeps bonus Phœbi officium explet in ciuitate.

Gryphus quid.

Tripus quid.

Serpens draco quid.

Sceptrum regium inter duos dracones quid.

Concluſio præfationis, cum beneuolentiæ captatione.

Ee CHARA-

CHARACTER AEQVICOLAE LIBRI V.



AEQVISONA. PANGIT. CITHARA. ROMANVS. APOLLO.
IMPERII. VALIDVM. PERPLEXO. CORPORE. GRYPHVM.

Character Aequicolæ libri quinti annalium ex marmoribus antiquis deſumptus, Apollo citharœdus eſt, in tripode ſuæ lyræ concentu, & oraculorum carmine gryphum aſſidentem inſtruens. Anguis cum criſta & palearibus galli gallinacei ex imo tripodis exurgens Apollinem & citharam verſus pingi debet, & eſt eiuſdem argumenti; notatque inter alia Aeſculapium Apollinis filium: quem ex Epidauro Romam tali ſpecie peruectum fuiſſe conſtat, ſicut in hoc annali refertur ſuo loco. Sed character hic apertius explicatur in præfatione libri.

ARGVMENTVM. LIBRI. V.
ANNALIVM. ROM.

AEQVICOLA *Liber quintus annorum* LV. *complectitur hiſtoriam, incipiens ab Vrbis anno* CDXVI. *declarat, qua ratione, reconciliatis ordinibus, populus Romanus domi ius æquũ varijs legibus colere, reip. potentiam, virtutum exemplis præclaris firmare; collectiſque concordi conſenſu viribus, per bella fortia iugum imperij ſenſim vniuerſæ Italiæ imponere cœperit. Proſequitur igitur bella cum vicinis populis, qui incrementum iſtud Romani imperij moleſtè ferebant, & quidquid memoria dignum præterea domi ſit geſtum, hoc ordine. Auruncis dedititijs Romanus contra Sidicinos auxilium miſit. Prætor de plebe primus Q. Publilius Philo, qui Conſul & Dictator antè fuerat, eſt creatus. De Calenis à M. Coruo deuictis triumphatum, & Cales deducta eſt colonia, & Campanis, partique Samnitium data ciuitas ſine ſuffragio. Declaratur deinde diligenter, quomodo anni* CDXX. *hiſtoria in Liuio, & alijs qui Liuium ſequuntur, interciderit; & quo tempore Alexandria in Ægypto condita, & Acerranis, Fundanis, ac Formianis Romana ciuitas data eſt. Luſtrum* XXIII. *Romæ conditum, quo duæ tribus,*

Bello Campani ſub iugũ miſſi.

Cales colonia.

Alexandria in Aegypto condita quando.

Tribus auctæ.

Mecia

Mecia & Scaptia adiectæ ſunt. Prima veneficij quæſtio Romæ fuit ob peſtilentiam muliebri fraude inuectam Vrbi grauiſsimam; qua plures damnatæ ſunt. Priuernatibus bello deuictis, ob egregium legati reſponſum venia, & ciuitas data eſt. Samnitibus ob agrum Fregellanum ademptum ab amicitia deficientibus bellum indictum fuit, & Palæopolitani poſt longam obſidionem deditione capti à Q. Philone, qui primus poſt conſulatum prorogato imperio proconſule de his triumphauit. Lex Pætelia Papiria Romæ de nexu lata eſt à Conſulibus ex S. C. ne quis ciuis ob debitum vinciretur. Cum Veſtinis Samnitium ſocijs bellatum proſperè, & L. Papirius Curſor Dictator magiſtrum equitum ſuum Q. Fabium Max. Rullianum extremo ſupplicio punire voluit, quòd abſente ſe contra imperium cum Samnitibus pugnaſſet. Qui militum fauore & auxilio lictorum è manibus elapſus Romam profugit; vbi à perſequente Dictatore, tandem ſenatus atque populi precibus vita donatus fuit. Dictator ſuffecto in Q. Fabij locum L. Papirio Craſſo mag. eq. iuſſus continuare bellum Samnites prælio ingenti fractos pacem petere compulit, de quibus triumphauit. Samnites non diu pòſt fractis quas impetrarant inducijs, cùm in belli ſocietatem Apulos traxiſſent, rebellarunt: ſed magno, & ancipiti prælio victi ſunt. T. Veturius & Sp. Poſtumius Coss. iterum facti, apud Caudium in Samnio imprudenter exercitum omnem in inſidias duxêre, & ab hoſtibus inter montes obſeſsi fœdus iniquum, ac pacem infamem acceptare coacti ſunt, & tanquam victi, ſpoliatis armis cum ſingulis veſtibus omnes ſub iugum miſsi ſunt. Quam pacem populus Rom. vt iniuſſu ſenatus populíque factam auctore Sp. Poſtumio Cos. mox reſcidit, & Coss. cum quæſtoribus & tribunis militum, qui ſœdus tam deforme ſpoponderant, hoſtibus per ſœcialem vinctos dedidit. Sequentis anni Coss. L. Curſor & Q. Publilius bis prælio victis Samnitibus, & ſub iugum viciſsim miſsis, & receptis cum Luceria ſexcentis equitibus, qui obſides fœderis dati erant, priorem illam ignominiam victorijs eximijs aboleuerunt. Campanorum occulta coniuratione detecta; Dictator anquirendi puniendíque criminis cauſſa dictus eſt C. Mænius, qui cùm & Romæ ambitus coïtiones aduerſus rempub. factas quærere cœpiſſet acerbiùs, & à nobilitate criminaretur; ſua ſponte mox ſe dictatura abdicat, vt priuatus accuſari, & cauſſam dicere poſſet. Reus cum equitum magiſtro M. Foſlio factus, aduerſus nobilium teſtimonia palàm abſoluitur. Samnitibus deuictis induciæ biennales datæ ſunt. Luſtro XXV. condito duæ tribus adiectæ ſunt, Vfentina & Falerina. Capuanis petentibus præfectus adminiſtrandæ reip. & leges datæ ſunt; ſicut etiam non diu pòſt Antiatibus Volſcis. Samnites ob Saticulam obſeſſam rebellarunt, cum quibus varia fortuna pugnatum fuit à diuerſis ducibus. Ap. Claudius Cæcus cenſor factus aquam Claudiam Vrbi induxit, & viam Appiam ſtrauit, & cenſuram contra legem Aemiliam per quinquennium retinuit. Tibicines Romani Ap. Cæci cenſoris edicto irritati vrbe relicta Tibur migrant, vbi vino inebriati nocte plauſtris Romam reuehuntur. Leges de tribunis militum comitiatis, & II. viris naualibus primùm latæ. Ab Etruſcis qui Samnitibus ſe ſociarant contra Romanos, inſignes victoriæ partæ ſunt, & cum Sallentinis nouis hoſtibus bellari cœptum eſt. Cum Samnitibus petentibus ſœdus renouatum, & cum Aequis debellatum eſt. Cn. Flauius ſcriba faſtos publicando ædilis curulis & ſimul tribunus plebis à forenſi factione plebeia creatus eſt. Quæ cùm comitia & campum ſæpiùs turbaret, à Q. Fabio Rulliano cenſore in quatuor vrbanas tribus redacta eſt. Etruſcis deuictis biennales induciæ datæ ſunt, & lex de prouocatione ad populum à M. Valerio Coruo Cos. tertiùm diligentiore ſanctione firmata, & Ogulnia lex de ſacerdotijs augendis, & plebi communicandis eſt lata. Luſtro XXIX. tribus adiectæ ſunt Anienſis, & Terentina. Samnitibus Picentes ad arma ſollicitantibus bellum denuò indictum, & Nequinates deuicti ſunt, ſicut & Etruſci, & Samnites coniunctim vno ingenti prælio: in quo Ap. Claudius Cæcus Cos. ædem Bellonæ vouit. Fœneratores & pecuarij ab ædilibus multati. Minturnam & Sinueſſam coloniæ deductæ. Cùm Q. Fabius & P. Decius Coss. contra Samnites, Etruſcos, Gallos & Vmbros, ingenti prælio dimicarent, & Romana res in diſcrimine verſaretur; P. Decius Cos. ſe pro exercitu diis inferis deuouit, & inter confertos hoſtes

Samnites à ſœdere deficiunt.
Palæopolitani victi.
Pætelia Papiria lex.
Samnitibus petentibus pacem induciæ datæ ſunt.
Caudina pax.
Caudinæ deditio.
Victoria de Samnitibus præclara.
C. Mænij Dictatoris integritas.
Samnites victi.
Tribus auctæ.
Capuanis petentibus leges & Præfectus datus.
Ap. Claudij Cæci cenſura quinquennalis.
Tibicines Romani migrant Tibur.
Etruſci & Samnites victi.
Faſti publicati.
Lex de prouocatione.
Tribus auctæ.
Fœneratores multati.
P. Decius Cos. ſe deuouit in prælio.

Peruſcis petentibus induciæ datæ, & Samnites ad Aquiloniam victi.

pugnando cadens patris exemplo, morte ſua victoriam Romanis peperit. Etruſcis deuictis induciæ annorum XL. datæ ſunt. L. Papirius Coſ. Samnitium exercitum delectu ſacro coactum ad Aquiloniam graui prœlio contudit, caſtra & Bouianum eodem impetu cœpit, & vterque Coſſ. de iiſdem hoſtibus ob plures victorias triumpharunt.

Aeſculapius Romam aductus.

Cùm peſtilentia in Vrbe laboraretur, Sibyllino oraculo Aeſculapius ex Epidauro Romam eſt tranſlatus, cui ædes in inſula Tiberina conſecrata eſt.

Q. Fabij Gurgitis victoria de Samnitibus.

Q. Fabius Gurges Coſ. cùm malè contra Samnites pugnaſſet, & in ſenatu de remouendo illo ab exercitu ageretur: pater Rullianus hanc ignominiam deprecatus, ſe legatum filio iturum ſenatui promiſit. Cuius conſilio atque opera filius vſus, cæſis Samnitibus triumphauit, & hoſtium Imperatorem C. Pontium captum ſecuri percuſſit.

M'. Curij Dentati Coſ. victoria

M'. Curius Dentatus Coſ. Sabinis & Samnitibus ſubiugatis, bis in eodem magiſtratu triumphauit. Coloniæ deductæ Caſtrum, Sena, atque Hadria. Treuiri capitales primùm lege Papiria creati ſunt.

Plebis Romanæ ſeceſſio tertia.

Plebs Romana graui & longa ſeditione commota, tertiam à patribus ſeceſſionem fecit in Ianiculum, vnde à Q. Hortenſio Dictatore reducta, & reconciliata eſt; à quo leges æquandi iuris cauſſa latæ ſunt.

Mænia lex.

Quo tempore & Mænia lex de patrum in comitijs approbandis auctoritate lata eſt.

Galli profligati.

Boij Galli à P. Dolabella Coſ. victi & profligati, & Senones deleti ſunt. In quo bello M. Liuius duce hoſtium Drauſo cominus cæſo, Druſi cognomen ſibi poſteriſque ſuis eſt adeptus. C. Fabricius Coſ. de Samnitibus, Lucanis, & Brutijs triumphauit.

Tarentinum bellum oritur.

Tarentini claſſe Romana direpta, præfectoque claſſis occiſo, legatos inſuper conqueſtum venientes violarunt.

HÆC EX AVCTORIBVS

T. Liuio, Diodoro Siculo, Caſſiodoro, Mariano Scoto, Tabulis Faſtorum Græcis, Paullo Oroſio, Tabulis Conſulum antiquis Io. Cuſpiniani, M. Cicerone, Nummis antiquis, Stephano Byzantino, Dionyſio Halicarnaſſæo, Plinio maiore, Strabone, Seruio grammatico, Virgilio poëta, Ptolomæo geographo, Silio Italico, Horatio, Martiale, Iuuenale poëtis, Velleio Paterculo, Valerio Maximo, Io. Zonara, Plutarcho, Faſtis Capitolinis, Gregorio Haloandro, Henrico Glareano, Iulio Solino, Euſebio, D. Auguſtino, M. Varrone, Suida, Auctore de viris illuſtribus, Eutropio, Io. Cuſpiniano, Pomponio Mela, L. Floro, Sex. Pompeio, Marmoribus antiquis, Pomponio Iuriſcos. Ouidio poëta, Iulio Frontino, Aſconio Pædiano, Sergio Sulpicio Iuriſcos. A. Ofilio Iuriſcos. Cincio. M. Valerio, Cenſorino, Lucretio poëta, Licinio Macro, A. Gellio, L. Piſone, Q. Tuberone, Sex. Aurelio Victore, Claudio Quadrigario, Caio Iuriſcos. Vlpiano Iuriſcos. XII. tabulis, Commentarijs pontificum, Fabio Veſtale, Medrodoro Sceptio, Athenæo, M. Meſſalla oratore, Onufrio Panuinio, Lælio Felice, Iuſtiniano, Macrobio, Salluſtio, Nonio Marcello, Hadriano Iunio, Polybio Megapolitano, M. Catone, Ennio poëta, Ammiano Marcellino, Ariſtophane, Antiocho.

A E Q V I C O L A.

L I B E R. Q V I N T V S.

A N N A L I V M. R O M. S T E P H A N I P I G H I I C A M P E N S I S

ANNI. P. R. C. CDXVI.

Conſules.

C. Sulpicius. Ser. f. Q. n. Longus. P. Aelius. P. f. * P. n. * Pætus.

SVLPICII tertius conſulatus extat in fragmentis Capitolinis, ex quibus nomen integrum deſcripſimus in hoc eius primo conſulatu. Citantur ambo correctè ſatis à Liuio, Mariano & Caſſiodoro. In Diodori codicibus deeſt P. Aelius, cuius loco proximè ſequentis anni Conſul L. Papirius eſt repoſitus. Tabulæ Græcæ Pætum, & Longum ſuggerunt: ſed mendosè φήςου pro παίτου ſcripſere librarij.

Bellum inter Auruncos & Sidicinos ortum eſt. Minucia virgo Veſtalis inceſti conuicta ſub terram viua defoſſa eſt, ad portam Collinam: loco Campi ſcelerati nomen remanſit. Liuius libro VIII. Oroſius libro III. cap. IX. *Bellum Auruncorum. Veſtalis non virgo viua defoſſa.*

C. Claudius. * Ap. f. Ap. n. * Craſſus. Regillenſis. II. Dict.
C. Claudius. //. f. //. n. Hortator. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa. Vitio. facti. abdicarunt.

Aurunci in deditionem antè accepti à T. Manlio Cos. cum alijs Latinorum populis, contra Sidicinos Romanorum implorarunt auxilium. Quod cùm ipſis eſſet decretum à ſenatu, antequam Conſules ab Vrbe exercitum abducerent, fama adfertur Auruncos metu hoſtium deſeruiſſe ciuitatem, profugosque cum liberis, & coniugibus Sueſſam communijſſe. Quapropter infenſus Conſulibus ſenatus, quorum cunctatione proditi ſocij eſſent, Dictatorem dici iuſſit. Dictus eſt C. Claudius Regillenſis, & magiſter equitum C. Claudius Hortator. Religio inde iniecta de Dictatore, quem augures vitio creatum cùm declaraſſent, ipſe & magiſter equitum magiſtratu ſe abdicarunt. Liuius lib. VIII. *Aurunci deditij Romanorum auxilium implorant. Sueſſa Auruncorum.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
T. Manlius. L. f. A. n. Imperioſſus. Torquatus. II.

Aediles curules.

Cùm iam ſummi magiſtratus omnes non generis, ſed virtutis darentur promiſcuè ex æquo præmia, & mox etiam prætura communicari plebeijs cœperit; non ampliùs alternis arbitror annis, vt hactenus, curulis ædilitas inter patricios deinde ac plebeios eſt variata, ſed libero, vt ait Liuius, populi ſuffragio, vt ceteri magiſtratus, patricijs plebeijsve hoc ferè tempore dari cœpit. Animaduertimus tamen, rarò patricium habuiſſe collegam plebeium in iſto magiſtratu: ſed ſæpius vel ambos patricios, vel ambos plebeios fuiſſe ædiles curules, vſque ad extrema ferè reipublicæ liberæ tempora. *Notandum de ædilitate curuli.*

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
P. Cornelius. //. f. //. n. Rufinus. — M. Papirius. * L. f. M. n. * Craſſus.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
[C. Petillius. C. f. C. nepos.] — [L. Allienius. L. f. L. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.

Cn.Domitius. //.f.//.n.Caluinus.II. L. Plautius. //. f. //. n.Venno.
C.Pœtelius.C.f.C.n.Libo.Viſolus.II.[M.Aulius.M.f.M.n.Cerretanus.]
D.Iunius. //. f.//.n.Brutus.Scæua. [Q.Pomponius.Q.f.Q.nepos.II.]
Cn.Fuluius.Cn.f. //.n.Centumalus. M. Fuluius. //. f. //. n.Flaccus.
[C.Sempronius.C.f.//.n.Sophus.II.] L. Atilius. //. f. //. n.Regulus.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Longi } Coss. in Campania.
//. //. //. f. //. n. //. P. Pæti. }

P.Cornelius. *P.f.* //. n. Scapula. [L. Iulius. L. f. L. n. Iulus.]
[Q. Decius. Q. f. M. n. Mus.] C.Caruilius.C. f. //.n. Maximus.

Ex his P.Cornelius Scapula Cos.abhinc anno nono reperietur. Hunc verò iuuenem, quod rarò contigit, antequam ſella curuli ſediſſet, Pontificem max. fuiſſe creatum abhinc anno circiter quarto, nobis auctor eſt Liuius libro XXV. C.Caruilium viri magni Sp.Caruilij, cuius duo conſulatus totidemque triumphi clariſſimi bello Samnitico, & Tarentino fuere, faſti Capitolini patrem indicant. Reliqui duo Quæſtores ex ordine temporum diſtributi ſunt.

ANNI P. R. C. CDXVII.

Conſules.

L. Papirius. L. f. M. n. Craſſus. K. Duilius. * K. f. K. * nepos.

LIVIVS, Marianus, & Caſſiodorus ita ferè nominant hos Conſules. At in Diodoro mendoſè proculdubio Valerius Cæſo legitur, pro Cæſone Duilio. Meminit pulchrè Conſulum Cicero in epiſtola ad Pætum, quam antea adduxi, L.Papirius Craſſus (inquit) „ quadriennio poſtquam Dictator fuit, Conſul factus eſt cum K.Duilio. Hæc Cicero, vbi eo „ modo prænomen Duilij debet reſtitui. Tabulæ Græcæ Craſſum, & Duilium proferunt.

Victoria de Calenis & Sidicinis. Bellum cum Calenis ortum, quæ ciuitas Auſonum erat, & cum Sidicinis arma coniunxerat; ſed vno nō magno prœlio duorum populorū exercitus fuſus eſt. Liuius lib. VIII.

Prætor.

Prætor de plebe primus. Q. Publilius. Q. f. Q. n. Philo. Primus de plebe. Creatus anni ſuperioris exitu Sulpicio Conſule aduerſante, qui negabat rationem eius ſe habiturum. Attamen Prætor eſt factus, ſenatu, cùm in ſummis imperijs id non obtinuiſſet, minùs in prætura tendente. Liuius libro VIII. meminit, & libro X. Porrò Conſul & Dictator iam fuerat Publilius cùm hunc magiſtratum capeſſeret. Non enim ſpernebant eius ſæculi homines poſt ſumma imperia ad minores magiſtratus deſcendere, atque præturas, ædilitatésve pro vſu reip. ſæpiùs reſumere; quod & Valerios, Papirios, Fabios, pluresque alios ampliſſimos viros feciſſe cognoſcemus. *A ſummis imperijs ad urbanos magiſtratus deſcenſus voluntarij.* Adæquatis enim ordinibus, ſublataque per leges contentionum materia, non ambitione, factionibúsve certatum eſt ampliùs; ſed pro ſe quiſque reip. ſtudebat in commune, atque ſolis benemeritis ad honores tendere glorioſum exiſtimabatur. *Concors reip. ſtudium.* Igitur inclytarum hoc ſæculo virtutum ſeges ampliſſima naſci Romæ cœpit, & vniuerſalis imperij pulcherrima fundamenta iacta ſunt.

Aediles

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //.　　　.//. //. //. f. //. n. //.

Sp. Poſtumius. //. f. //. n. Albinus.　　P. Valerius. * M. f. P. n. * Poplicola.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.　　　.//. //. //. f. //. n. //.

P. Sallonius. //. f. //. n. * Sarra. *　　[P. Silius. Q. f. Q. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //.　　　.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.　　　.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.　　　.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.　　　.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.　　　.//. //. //. f. //. n. //.

M. Antonius. //. f. //. nepos. II.　　M. Claudius. //. f. //. n. Marcellus. II.
C. Plautius. P. f. P. n. Decianus. II.　C. Plautius. C. f. C. n. Proculus. Qui poſtea Venox appellatus eſt
L. Genucius. * L. f. M. n. * Auentinenſis. III.　[C. Marcius. C. f. C. n. Rutilus.]
[M'. Marcius. M'. f. M'. nepos. II.]　[P. Publilius. P. f. Voler. n. Philo. II.]
[C. Popillius. M. f. C. nepos. II.]　[L. Conſidius. M. f. M. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.　　　.//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. L. Craſſi }
//. //. //. f. //. n. //. K. Duilij } cóss. in Campania.

[Sp. Veturius. L. f. L. n. Craſs. Cicurinus.]　Q. Aulius. Q. f. M. n. Cerretanus.
L. Fuluius. L. f. L. n. Curuus.　[M. Aebutius. M. f. M. n. Elua.]

Q. Aulium & L. Fuluium ex tabulis Capitolinis deſcripſimus, in quibus horum exſtant equitum magiſteria. De alijs duobus nil ampliùs addo.

ANNI. P. R. C. CDXVIII.

Conſules.

M. Valerius. M. f. M. n. Coruus. IV.　　M. Atilius. * M. f. * //. n. Regulus.

CVRA belli cum Sidicinis & Calenis effecit, annitentibus magnoperè patribus, vt Imperator ea tempeſtate maximus M. Valerius Coruus Conſul quartùm crearetur. Collega additus Coruo M. Atilius Regulus. Ita recenſet hos Conſules Liuius. Eoſdem habent Marianus, Caſſiodorus, & Diodorus, ſed cognomina omiſerunt, quæ reperiuntur in tabulis Græcis, Regulus & Coruinus, perperam pro, Coruus, cui numerus adiungendus; ſicut & in Diodoro.

M. Valerio Conſuli Caleni prouincia extra ſortem data eſt. Is exercitu victore à ſuperioribus Conſulibus accepto ad Cales, vnde bellum ortum erat, profectus, cùm hoſtes memoria ſuperioris certaminis adhuc pauidos primo impetu fudiſſet, mœnia ipſa vineis, ac turribus oppugnare aggreſſus eſt. Liuius lib. VIII. *Caleni victi, & intra muros pulſi.*

L. Aemilius. L. f. L. n. Mamercinus. Priuernas. Dict.
Q. Publilius. Q. f. Q. n. Philo.　　Mag. eq.
Comitiorum. habendorum. cauſſa.

Bello

Bello Caleno maturè conſecto, cùm iam M. Valerius triumphaſſet, vt iam diceretur, maiorque pars anni reſtaret; ne M. Atilius expers gloriæ eſſet, iuſſi ambo Conſules aduerſus Sidicinos ducere exercitum: ſed antequam educerēt, Dictatorem ex S.C. dixerunt L. Aemilium Mamercinum, iſque magiſtrum equitum Q. Publilium Philonem dixit, cum quo comitia abſentibus Conſulibus haberet. Liuius libro VIII.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

Cn. Quinctilius. //. f. //. n. Varus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C. Valerius. * C. f. C. n. * Potit. Flaccus. L. Valerius. * L. f. L. n. * Potitus.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

[M'. Iuuentius. //. f. //. n. Thalna.] [Q. Canuleius. Q. f. M. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

L. Plautius. //. f. //. n. Venno. II.
[L. Plætorius. M. f. M. nepos.]
[L. Fulcinius. L. f. C. nepos.]
[C. Numitorius. C. f. C. nepos.]
[M. Mæcilius. C. f. C. nepos.]
[C. Plætorius. C. f. C. nepos.]
[C. Racilius. C. f. C. nepos.]
[T. Statius. T. f. T. nepos.]
[C. Antius. C. f. C. n. * Reſtio *]
[C. Lucerius. C. f. C. nepos. II.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M. Corui }
//. //. //. f. //. n. //. M. Reguli } coss. in Campania.

L. Papirius. * L. f. L. n. * Mugillanus. Qui Conſul ſequetur, ſtirpe, vt apparet, conſulari natus.

A. Cornelius. * A. f. P. n. * Coſſus. Aruina. Hic poſtea princeps fœcialium deditionem Conſulum, Quæſtorum, aliorumque ſponſorum Caudinæ pacis fecit, vt Liuius libro IX. Filius hic maior fuit, vt videtur, A. Coſſi, qui Dictator, bis Cos. & bis magiſter equitum fuit; & frater P. Coſſi bis item Cos. & Cenſoris.

L. Iulius. //. f. //. n. Libo. Perantiqua Libonum domus eſt in Iulia gente patricia, quæ hoc quaſi tempore ad magiſtratus perueniſſe videtur: cum huius L. Libonis nepos, vt marmora Capitolina monſtrant, ad conſulatum atque triumphum peruenerit, vt ſuo loco conſtabit. Itaque trientem æreum antiquiſſimum Antonij Perrenoti Cardinalis Granuellani patroni mei huius ferè temporis eſſe ſuſpicor, cum his characteribus. L. IVL. LIBO. ſupra nauem roſtratam cum falcis ſigno in prora, vt Saturni nauem eſſe noſcas. Nam primæui moris erat Romano, nummos ſignare cum Iano bifronte laureato, & naui heroum vrbium conditorum, atque cultorum Italiæ aduentum notante.

[M. Aulius. Q. f. M. n. Cerretanus.] Frater fortaſſe Q. Aulij bis deinde Conſulis, de quo ſuprà loquuti ſumus.

M. VALE-

M. VALERIVS. M. F. M. N. CORVVS. III. COS. IV. AN. CDXIIX.
DE. CALENEIS. IDIBVS. MART.

Obſidione cinctis Calibus,dum ad expugnationem neceſſaria parantur, M.Fabius captiuus Romanus per negligentiam cuſtodum feſto die vinculis ruptis per muros inter opera Romanorum elapſus, perpulit M.Valerium Cos. vt vino, epuliſque ſopitos hoſtes ſcalis aggrederetur ex improuiſo, nec maiore certamine capti cum vrbe ſunt Auſones, quàm acie fuſi erant. Præda fuit ingens, præſidioque impoſito Calibus reductæ Romam legiones.Conſul ex S.C.triumphauit. Liuius libro VIII. *Cales oppidum ſcalis captum.*

Calenos Stephanus καλησιάνυς, appellat,ex Dionyſij Halicarnaſs.libro XV. vrbemque καλησιὰν,niſi fortè librariorum is eſt error,& καλληνιανοὶ dicendi ſint,vrbsque καληνία.Plinius,& Strabo Calenum,Seruius Cale; Ptolemæus verò cum Virgilio,& Liuio pluraliter Cales vocant. Quamuis nonnulli diſtinguere velint Cales à Caleno; magis tamen placet eorum opinio, qui Calenum à Calibus nuncupatum, & hoc etiam nomine vrbem cum agro appellari tradunt, Cales verò ciuitatem ipſam à conditore Calai Boreæ filio primum nomen habuiſſe. In qua opinione & Silius Italicus eſt: nam libro octauo belli Punici ita cecinit; *Calenorum origo.* *Calais Boreæ filius.*

Quem genuere Cales, non paruæ conditor vrbis
Vt fama eſt,Calais. Boreæ; quem rapta per auras
Orithyia vagas Geticis nutriuit in antris.

Poſtmodum Auſones tenuiſſe eam vrbem auctor eſt Liuius,gentem celebrem, & magni nominis,tum etiam temporis, quo primùm eam Romam bello tentarunt. Nam hos ita ſollicitos gentis fama fecit, vt nihil magis curæ fuerit ſenatui, quàm vt M. Valerius Coruus Imperator, vt dixi, tum clariſſimus Conſul in hoc crearetur, & vt eidem Caleni prouincia extra ſortem decerneretur. Horum ſanè remp.olim inſignem & amplam valdè fuiſſe indicio quoque ſunt plurima, quæ vbique viſuntur adhuc in Italia,exquiſitiſſimi operis numiſmata,cùm ex ære pulcherrimo, tum ex argento; quibus plerumque eſt inſigne,taurus cum humana Iouis facie, cui ſupra volitans Victoria coronam imponit.Subſcriptum nomen, CALENO. id eſt, Calenorum. Quo ſymbolo cæli ac Iouis fauore & humana induſtria partas per agriculturam opes & potentiam ſignificaſſe videntur. Tenebant enim tunc vberrimum Campaniæ tractum, monti Maſſico, Sidicino, Caſilino, & agro Falerno contiguum. Vina habebant eximia, vnde quidam nominis etymologiam ducere volunt, καλὸς καὶ οἶνος ſcilicet. Laudatiſſimum erat enim antiquitus vinum Calenum, Strabone & Plinio auctoribus, quod etiam cum Falerno, Surrentino & Cæcubo contendere poterat. Vnde frequens eius mentio eſt apud poëtas Latinos, Horatium, Martialem,Iuuenalem, & alios ſcriptores; quorum verba hic adducere nimis longũ eſſet. *Auſones Calenum tenuere.* *Calenorũ reſp. potens.* *Eorum numiſmata.* *Vinum Calenum.*

ANNI. P. R. C. CDXIX.

Conſules.

T. Veturius. //. f. //. n. Caluinus. Sp. Poſtumius. //. f. //. n., Albinus.

DICTATORE comitia habente creati hi Conſules; quibus cognomina non addunt Liuius,Diodorus,Velleius,Marianus & Caſſiodorus. Ea ex tabulis Græcis noſtris adiunxi; veluti Cuſpinianum ex ſuis feciſſe videbam. Approbãt autem tam Liuius libro IX. quàm Val.Max. Velleius, Zonaras,alijque;qui Caudinam pacem per hos in ſecundo conſulatu turpiter factam referunt, Veturio Caluini cognomen attribuentes,qui plebei Conſulis locum obtinere videtur.Poſtumij Albini,familiare ſcilicet cognomen addunt: quod idem exprimit Plutarchus in Parallelis, pacem & ipſe Caudinam memorans. In Zonara quidem Tiberij prænomen Caluino tribuitur, idque librarij errore (ni fallor) alicuius ex ore alterius fortè ſcribentis τιβέριος, pro βετούριος καλουῖνος: nam Liuij, aliorumque conſenſu T.Veturius appellatur.Huius inſuper filium Valerius Max.libro VI.cap.I. T.Veturium vocat;& patri,quia illud idem filij erat, nullum prænomen addit, ex vſu, velut opinor,loquendi recepto. *In Zonara locus.*

Senatus conſultum factum eſt de colonia deducenda Cales, & III.viri agris dandis idcirco creati.K. Duilius, T.Quinctius,& M.Fabius. Auctor eſt Liuius libro VIII.Cuius rei meminit ita Velleius Paterculus: „Abhinc annos CCCL. Sp.Poſtumio, Veturio Caluino „Cos.Campanis data eſt ciuitas, partique Samnitium ſine ſuffragio,& eodem anno Cales *Cales deducta colonia.* *Campanis ciuitas ſine ſuffragio data.*

deducta

Velleij Paterculus.

deducta colonia. Ceterùm notæ numerorum, quibus annos à ſuo tempore ſupputat Velleius, non parum fallunt: pro vt is auctor planè mutilus, & incorrectus ad nos peruenit. Si numeres enim à M. Vinicij conſulatu, cui opus ſuum dedicauit, deerunt anni quatuordecim. Conſul enim fuit cum C. Caſſio Vrbis anno DCCXXCII. cui numero ſi demas annos CDXVIII. remanebunt CCCLXIV. Et implicatiora ſunt etiam quæ ſubijcit de Fundanorum & Formianorum ciuitate, & Alexandria condita; quæ profectò videntur Sibullæ conturbata folia, ſi ea Liuio conferas.

P. Cornelius. //. f. //. n. Rufinus. Dict.
M. Antonius. //. f. //. n. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa.
Vitio. facti. abdicarunt.

Ingenti comparato exercitu Sidicini, & ipſi pro extrema ſpe dimicaturi enixè videbantur; & Samnium fama erat conciri ad bellum. Igitur Dictator ex auctoritate ſenatus à Conſulibus dictus eſt P. Cornelius Rufinus, & M. Antonius magiſter equitum. Vitio creati cùm viderētur, magiſtratu ſe abdicarunt. Tum quia peſtilentia inſecuta eſt, religio etiam inceſſit: & velut omnibus eo vitio contactis auſpicijs, res ad interregnum redijt. Ab interregno inito quintus demum interrex M. Valerius Coruus Conſules creauit. Hæc ferè Liuius libro octauo.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
M. Papirius. *L. f. M. n.* Craſſus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
L. Cornelius. * L. f. * //. n. Lentulus. [M. Geganius. M. f. //. n. Macerinus.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
Cn. Fuluius. Cn. f. //. n. Centumalus. M. Fuluius. //. f. //. n. Flaccus.

Trib. plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
P. Sallonius. //. f. //. n. Sarra. II.	[L. Racilius. L. f. C. nepos.]
[T. Metilius. T. f. T. nepos.]	[M. Sellius. M. f. M. nepos.]
[M. Scaptius. M. f. P. nepos.]	[P. Silius. Q. f. Q. nepos. II.]
M. Mamilius. //. f. //. n. Vitulus.	Q. Cædicius. //. f. //. n. Noctua.
[C. Memmius. C. f. C. nepos.]	[P. Furius. L. f. L. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. T. Veturij }
//. //. //. f. //. n. //. Sp. Poſtumij } cos. in Campania.

Cn. Cornelius. Cn. f. //. n. Lentulus. [Ap. Claudius. Ap. f. P. n. Craſſus. Sabinus. Regillenſis.]
[C. Acutius. C. f. C. nepos.] [Ti. Pontificius. M. f. M. nepos.]

ANNI.

ANNI. P. R. C. CDXX.

Conſules.

L. Papirius. Sp. f. L. n. Curſor. C. Pœtelius. C. f. C. n. Libo. Viſolus.

DIfficilis admodum, atque Alexandrio gladio dignus eſt nodus in horum temporum hiſtoria, quam annalium vetuſtorum incertitudo, & diuerſitas ita inuoluit: vt nec dum Liuius, ceterive hiſtorici, cùm Græci, tum Latini (quorum ſcripta ad noſtra peruenere tempora) ſatisfaciant, nondum liquidè nobis aperiant oculos ad veritatis lumen intuendum. Quinimo, ſi poſſit ingenuè dici, non parum effundunt caliginis; quando faſtos ac annales ſequuntur non ſatis fidos. Ex quibus cùm ſibimetipſis parum aut nihil certitudinis hauſerint, laboris tamen tædio veritatem ipſam diligentiùs inquirere, & ſectari ſuperſedent: negligentiamque diſſimulãdo, hiſtoriam talem qualem nobis relinquere malunt, ac tenebras pro luce oſtendere. Non vel ipſe Lynceus porrò perſpexiſſet, anni integri hiſtoriam ſimul cùm Conſulibus à Liuio prætermiſſam ex annalium quorundam ductu non admodum ſecuro; niſi faſtorum Capitolinorum columnæ triumphales ſcrupulum inieciſſent grauem, cuius impatientia curioſior factus, vt ex hiſtoria eximeretur, omni induſtria adniſus ſum. Referunt autem M. Valerium Coruum Cos. IV. anno Vrbis CDXIIX triumphaſſe de Calenis, vt iam demonſtratum eſt, & ſexennio poſtea L. Aemilium Cos. II. anno CDXXIV. de Priuernatibus. Verùm hic triumphus in annum incidet CDXXIII. ſi Liuij, Diodori, & Caſſiodori ſupputationem ſequamur, qui quinque ſolummodo Conſulum paria à M. Valerio ad L. Aemilium ponunt. Igitur vel omnis faſtorum Capitolinorum ratio fallere poſtmodum debet, vel vnus annus eſt interſerendus, cuius Liuius, & Diodorus non meminere, vt L. Aemilij conſulatus, & triumphus in annum cadant CDXXIV. Videtur hoc ante nos etiam animaduertiſſe Gregorius Haloander, qui Conſulum catalogum pandectis addidit, idque ex vetuſto forſan aliquo Caſſiodori codice, qui annum Conſulibus vacuum hoc loco interſerit, inter Sp. Poſtumium, T. Veturium; & A. Cornelium, Cn. Domitium Conſules, quod in alijs etiam faſtis ſe reppeiiſſe annotauit Glareanus. Caſſiodori item quæ diuerſa vidimus exemplaria, cùm duplicent, & varient in ſequentium Conſulum Cornelij & Domitij prænomina (nam Cornelius ab alijs Lucius, ab alijs Aulus vocatur; item Domitius, in nonnullis Cneus, in aliquibus Caius) in ſuſpicionem me duxerunt, Conſules deſiderari, quorum prænomina eſſent reſidua, vt poſtea declarabo. Atqui certiùs quicquam de ea re mihi non conſtabat, antequam Liuium & Caſſiodorum in anno Alexandriæ Aegypti conditæ duabus ferè Olympiadibus diſcrepare animaduertiſſem ab Euſebio, Solino, & etiam Diodoro Siculo; quem æquè, ac Dionyſium Halicarnaſſæum, quàm diligentiſſimè conſulatus Romanos Olympiadibus accommodaſſe cognoſcimus. Itaque dum in diſquiſitionem venio, apud quóſnam auctores hic error manere poſſet; occurrit in primis cogitatio, quoſdam annalium ſcriptores ex duobus L. L. Papirijs Curſore ſcilicet & Mugillano, perperam vnum feciſſe; ſimulq; duos C. Pœtelij conſulatus in vnum contraxiſſe; atque eo caſu huius anni Conſulibus amiſſis, hiſtoriam vel in annum ſuperiorem (vt ex Diodoro liquet) vel ad tertium C. Pœtelij conſulatum (quemadmodum ex Liuio apparet) tranſlatam; annuum verò illud ſpaciũ, cuius Conſules perierant, per interregna diuerſimodè interſertum fuiſſe. Aperuit hanc nobis feneſtram inter primos Solinus Polyhiſtor cap. XXXV. Aegypti miracula & res memorabiles deſcribens, qui Olympiade CXII. Alexandriam conditam dicit, L. Papirio Sp. f. C. Pœtelio. C. f. Conſulibus. Quæ Olympias anno Vrbis CDXXI. in faſtis Capitolinis adamuſſim reſpondet, ex Onufrij calculo ſatis accurato, vt anno ſolum vno ab ijs diſcrepet more ſuo Solinus. Ex Diodori autẽ ſupputatione, qui aliquantò aliter Olympiades Romanis Conſulibus comparauit, eadem cadit in Conſules M. Valerium IV. & M. Atilium, ac Vrbis annum CDXIIX. ſecundum tabulas Capitolinas: ſed Alexandriam cõditam aſſerit Olympiadis CXII. anno ſecundo Sp. Poſtumio, T. Veturio Coſs. qui conditæ Romæ eſt CDXIX. Cæterum Euſebius anno vno tardiùs, nempe eiuſdem Olympiadis tertio, qui ex Diodori ſupputatione eſt Vrbis CDXX. cuius Conſules in Liuio & Diodoro deſideramus, & hiſtoriam tranſpoſitam dixi. Igitur cum tres ſuprà dicti auctores in vna Olympiade conſiſtant, & adeò parum inter ſe differant in Alexandriæ conditæ tempore exprimendo, vt nulla ferè ſit diſcordia, ſi maximè Solinum ſequi aliam ſupputationem conſideremus, & ex alijs duobus alterum ad initium, alterum verò ad finem conſtructæ Vrbis referamus; vel Diodorum dicamus biennij hiſtoriam ſuperioribus Conſulibus attribuiſſe: mirari ſatis non

Nodum Gordium inextricabilẽ Alexander Magnus gladio diſſecuit.

Antiquorum faſtorum diuerſitas obſcuritatis cauſſa.

Anni integri hiſtoria cum Conſulibus ſuis hic deſideratur in Liuio, & alijs, qui Liuiũ ſequuntur.

Caſſiodori varietas ſuſpecta.

Annalium diuerſitas in anno Alexandriæ Aegypti.

Duo L. L. Papirij conflati, & duo C. Pœtelij.

Solini opinio de Alexandria cõdita clarior cũ Conſulum nominibus.

Diodori Siculi.

Euſebij in Chronico.

Liuiana hiſto- potui Liuium ſeptennij totius interuallo ab his diſtare; eoque anno, & ijs Conſulibus
ria ſcrupulus. Alexandriam conditam ſcribere, quo Diodorus, & Euſebius eius vrbis auctorem Ale-
xandrum Magnum apud Babylonios perijſſe affirmant. Adeò vt non ineptè mihi videa-
tur inconditum ordinem in hiſtoria huius Alexandri notaſſe Glareanus in ſuis annota-
tionibus. Nam quum in eundem Liuij locum de Alexandria condita incidiſſet, ita mira-
bundus adiecit. Hoc loco Alexander ædificat Alexandriam, qui non longè ab initio huius »
libri octaui in alio tractu orbis à fortuna morbo extinctus eſt. Equidem Liuianos Con- »
ſules cum ijs conferens, quos adfert Solinus, & Liuium dubitare videns in Conſulum, ſub
Duo Papirij. quibus Alexandriam tradit conditam, altero Papirio, num Curſor fuerit, num Mugilla-
nus; animaduerti, ratione Olympiadum aſtipulante, Solinum reſpicere conſulatus, qui
apud Liuium deſiderantur: nempe primos, L. Papirij Curſoris, & C. Pœtelij C. f. L. Pa-
pirij autem hunc primum à Liuio prætermiſſum eſſe docent, in primis numeri apud ſe-
quentes eiuſdem conſulatus expreſſi in tabulis Capitolinis, Caſſiodoro, & alijs; deinde
Liuius ipſe, qui anno CDXXXIII. L. Papirium Curſorem Cos. iterum expreſsè enumerat, li-
cet de primo conſulatu antea (vt dictum eſt) nihil certi affirmare audeat, C. Pœtelij Q. f.
autem primum conſulatum anno CDVII. fuiſſe demonſtrauimus; itaque hunc alterius
C. Pœtelij quem differētiæ cauſſa Solinus C. f. appellat, primū fuiſſe opinor cum L. Papirio
Sp. f. Curſore, vt auctor Solinus; & ſecundum geſſiſſe poſteà cum L. Papirio Mugillano,
conſtabit. Liuius igitur eos auctores ſequi mihi videtur, qui Curſoris & Mugillani conſu-
latus diuerſos nominum ſimilitudine forſan decepti, & C. Pœtelij duos in vnum confun-
dendo conditæ Alexandriæ annum falſum tradidere. Error in vetuſtis illis faſtis primùm
veniſſe videtur, tam ex congruentia nominum, quàm ob ſimilitudinem ac iterationem
hiſtoriæ quaſi eiuſdem, cùm huic anno CDXX. & illi, quo Liuius Alexandriam conditam
dicit, CDXXVII. dictatura vitio facta, abdicataque, & deinde interregnum præceſſerit. His
Alexandria in rationibus motus, Solini illos Conſules L. Papirium Sp. f. & C. Pœtelium C. f. anno huic
Aegypto his CDXX. adſcripſi, vti de Alexandriæ in Aegypto conditæ tempore maior nobis auctorum
Cos. condita. conſenſus, & in reliqua Romana hiſtoria ratio annorum eſſet ſecurior. Atqui in hanc
Velleij Pater- nobiſcum ſententiam pedibus etiam ire videtur Velleius Paterculus, Romanarum colo-
culi locus. niarum ortus recenſens loco ſuprà citato, licet incorrecto, vbi ſuperiore anno, Sp.
Poſtumio, T. Veturio Cos. Cales coloniam deductam, Liuio conſentiente, ſcribit, ad-
dens ita: Interiecto deinde triennio Fundani & Formiani in ciuitatem recepti, eo ipſo „
(inquiens) anno, quo Alexandria condita eſt. Inſequentibuſque Conſulibus à Sp. Poſtu- „
mio, & Philone Publilio cenſoribus Acerranis ciuitas data eſt. Sed hic iterū in annorum „
calculo vitium latet, videlicet in his verbis (Interiecto deinde triennio Fundani & For- „
miani in ciuitatem recepti) vt apparet, adulterinis, nec ſuo loco deſcriptis. Etenim Liuia-
næ hiſtoriæ, alijſque ſuprà nominatis auctoribus Diodoro, Solino, Euſebio, Capitoliniſ-
que faſtis, quos omnes in vna Olympiade CXII. conuenire monſtraui, aduerſantur non ſo-
lum; ſed etiam Velleium ipſum ab omni temporum ordine ſeducunt; &, vt ſibimet non
conſtet, efficit. Euoluas quidem licet faſtos, ac annales omnes, non inuenies triennium
inter Sp. Poſtumium, T. Veturium Conſules, & Sp. Poſtumium, Q. Publilium cenſores, à
quibus ciuitatem Acerranis datam dicit: ſed hunc vnum dumtaxat annum CDXX. quem
ob annalium incertitudinem à Liuio, Diodoro, & Caſſiodoro prætermiſſum; apud Solinum
verò & Euſebium remanſiſſe iam docui. Quo eodem, poſt Cales deductam coloniam, &
Poſtumium Caluinumque Conſules, ſi non Fundanos Formianóſque, quos quinquennio
priùs ciues factos eſſe, Liuius aſſerit; certè populos alios, quorum nomen in exemplaribus
perijt, in ciuitatem receptos, Velleius ſcripſiſſe videtur, eo ipſo ſcilicet anno, quo Alexan-
dria condita eſt. Alioquin profectò reliqua, quæ de coloniarum origine deinde Velleius
perſequitur, non ſolùm à Liuio, ſed ab omnium annalibus ſecedere videbis; quæ alioquin
Acerranis quã- aptè congruunt, vt ex ſequentibus patebit. Rectè enim dicit, inſequentibus Conſulibus
do ciuitas data. ciuitatem Acerranis datam à cenſoribus Poſtumio, & Publilio; quod idem apertè teſta-
tur Liuius, vt anno ſequenti dicam latiùs. Si verò triennium ab colonia Cales deducta in-
terijcias; Alexandria condita, & Formiani Fundaníque, vt habent codices, in ciuitatem
Fundanis & dicentur recepti anno Vrbis conditæ CDXXIII. L. Papirio, & L. Plautio Cos. Sed hoc vt ab
Formianis omni hiſtoria alienū, ita in primis contra Liuium eſt; qui lib. VIII. teſtatur, his populis ci-
quando ciuitas uitatem ſine ſuffragio datam eſſe, L. Camillo, C. Mænio Coss. anno Vrbis CDXV. bello La-
data. tino confecto. Et in anni CDXXIII. rebus referendis palàm fatetur Fundanos iam antea ci-
uitatem habuiſſe. Eius verba, vbi legationem primorum eius gentis enarrat, ſunt hæc.
Fundanis pacem eſſe, & animos Romanos, & gratam memoriam acceptæ ciuitatis; orare „
ſe Conſulem, vt bellum ab innoxio populo abſtineat. His demonſtrat clarè Liuius, non eo „
primum anno Fundanos in ciuitatem receptos fuiſſe: hos enim, vt demonſtraui, iam ali-
quot annis antea ciues ſine ſuffragio factos, L. Camillo, C. Mænio Cōſulibus ipſe dixerat,
diuerſus

diuerſus in hoc etiam à Velleio. Cuius auctoris deinde & alia omnia, quæ de colonijs ſubijcit, ab hiſtoriæ Romanæ contextu diſcrepabunt, ſi triennio poſt Albinum Caluinumq; Conſules (vt habet eius liber) Fundanorum Formianorumque ciuitatem ponas, ac Alexandriam conditam dicas; ſi anno ſequenti, vt res ipſa ſe habere videtur, optimè conuenient, quemadmodum ſuis locis declarabo. Sed hæc aliquantò latius, vt ſtudioſis oſtenderem, quàm damnoſa, in ijs, quæ poſteritati relinquenda ſunt, ſemper fuerit neglegentia. Quare magna cauſa eſt, vt veterum ſcripta diligenti cura, & accurato iudicio legenda putem.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
C. Valerius. * C. f. C. n. * Potitus. Flaccus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
M. Valerius. M. f. M. n. Coruus. II. Vt auctor eſt Plinius.   [L. Veturius. L. f. L. n. Craſſus. Cicurinus.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
L. Plautius. //. f. //. n. Venno.   C. Plautius. P. f. P. n. Decianus.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
L. Genucius. * L. f. M. n. * Auentinenſis. IIII.   C. Plautius. C. f. C. n. Procul'. Qui poſtea Venox. II.
[C. Popillius. M. f. C. n. Lænas. III.]   [C. Lætorius. C. f. P. nepos.]
[C. Mælius. C. f. P. n. Capitolinus.]   [C. Minucius. M. f. M. n. Augurinus.]
[Q. Canuleius. Q. f. M. nepos. III.]   [M. Terentius. M. f. M. nepos.]
[Q. Hortenſius. Q. f. Q. nepos.]   [M'. Iuuentius. //. f. //. n. Thalna.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. L. Papirij } Coss. in Campania.
//. //. //. f. //. n. //. C. Pœtelij }
[Q. Fabius. M. f. N. n. Maximus. Rullianus.   Q. Fabius. * Q. f. Q. n. * Ambuſtus.
[C. Foſlius. C. f. //. n. Flaccinator.]   Q. Mamilius. //. f. //. n. Vitulus.

Fabiorum alter ex Capitolinis deſcriptus eſt, qui fuit mag. equitum, ter Cos. Cenſor & Dictator, duobusque triumphis illuſtris, cuius item nepos deinde, Q. Fabius Annibalem cunctando fregit. Alter Fabius Ambuſtus Dictator ſequetur, qui filius fuiſſe videtur Q. Fabi magiſtri eq. anno CDIX. C. Foſlius frater apparet M. Foſlij bis magiſtri equitum & Conſulis. Q. Mamilij verò nepotem reperimus in Capitolinis marmoribus Cos. anno CDXCI.

ANNI. P. R. C. CDXXI.

Conſules.

A. Cornelius. P. f. A. n. Coſſus. Aruina. II.   Cn. Domitius. //. f. //. n. Caluinus.

CONSVLVM cognomina ſola more ſuo referunt tabulæ Græcæ, Coſſum ſcilicet, & Caluinum; id quod dubij non parum abſtulit, cùm ab aliis auctoribus omittantur, & vtriuſque gentis plures ſint familiæ, atque inſuper prænomina variè prodantur in Liuij, Diodori, & Caſſiodori exemplaribus. Cornelio namque Lucius, vel Aulus adſcribitur; & Domitio Caius, vel Cneus. Ex iis Lucius & Caius ſuperiorum Conſulum eſſe videntur, quos ab his auctoribus prætermiſſos eſſe dixi. Nam cum Cornelius ex Coſſorum familia fuerit, vt tabulæ Græcæ volunt, & iteretur illi nunc honor apud Liuium; proculdubio erit is, qui in priore Conſulatu anno Vrbis CDX. vno omnium conſenſu A. Cornelius Coſſus appellatur. Domitium verò cum correctioribus Liuij & Caſſiodori exemplaribus malim Cneum vocare, vt pater ſit C. Domitij Cn. f. qui poſthabitus Cn. Flauio ſcribæ repulſam tulit in ædilitatis petitione, quamvis eſſet conſularis viri filius, vt memorat ſuo loco Liuius. Meminit Plinius libro XXXIII. cap. I.

Duplicia Conſulum prænomina prodere faſtorum errorem videntur. Qui A. Cornelius hic iterum Conſul. Cn. Domitius cur hic Cos. ſit vocandus.

Alexander Epiri Rex è Pæſto Lucanis & Samnitibus bellum intulit, eoſdem prælio fudit, & cum Romanis fœdus ac amicitiam fecit. Liuius libro octauo. Meminit Caſſiodorus ex Liuio.

Alexāder Epiri Rex cum Romanis amicitiam facit.

M. Papirius. * L. f. M. n. * Craſſus. Dict.
P. Valerius. * M. f. P. n. * Poplicola. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa.

Rebus domi tranquillis, fama belli Gallici, licet falſa, pro tumultu valuit, vt Dictatorem dici placeret M. Papirium Craſſum, fratrem (vt volunt) L. Craſſi, qui Dictator fuerat anno CDXIV. Is magiſtrum equitum dixit P. Valerium Poplicolam, filium, vt arbitror, M. Poplicolæ bis Conſulis. Ab his cùm delectus intentiùs haberetur, ab exploratoribus nunciatum eſt, apud Gallos omnia quieta eſſe. Liuius libro VIII.

Belli Gallici rumor Romæ Dictatorē excitauit fruſtra.

Cens. Q. Publilius. Q. f. Q. n. Philo. Sp. Poſtumius. //. f. //. n. Albinus.
Luſtrum fecerunt XXIII.

Eodem anno cenſus eſt actus, & à Q. Philone, Sp. Poſtumio cenſoribus ciues Romani facti ſunt Acerrani, vt auctor eſt Liuius: cui aſtipulatur item Velleius loco iam antè memorato, poſt Alexandriam conditam inſequentibus Conſulibus, à Sp. Poſtumio, & Philone Publilio cenſoribus ciuitatem datam Acerranis fuiſſe ſcribens. Cenſores ambo fuere conſulares. Cenſum actum ob nouos ciues, populóſve recens in ciuitatem receptos teſtatur Liuius, & propter eos additas tribus duas, Mæciam & Scaptiam. Luſtrum verò conditum fuiſſe conſtabit poſtea ex numeris luſtrorum in tabulis Capitolinis editorum, & ipſo etiam Liuio; quamuis hoc loco nullam eius mentionem faciat. Principem verò ſenatus iſto luſtro fuiſſe nominatum patrem Q. Fabij Max. Rulliani, M. Fabium N. f. Ambuſtum nobis vnus C. Plinij locus oſtendit, libro ſeptimo, cap. XLI. recenſens inter raros caſus tres ordines in vna domo principes ſenatus, patrem, filium, atque nepotem, his verbis: Reperitur vna Curionum familia, in qua tres continua ſerie oratores extiterunt; vna Fabiorum, in qua tres continui principes ſenatus, M. Fabius Ambuſtus, Q. Fabius Rullianus filius, Q. Fabius Gurges nepos.

Acerrani in ciuitatem recepti. Romanæ tribus auctæ ſunt duabus Mæcia, & Scaptia. Princeps ſenatus quis. Rarum quid in Fabia domo.

Prætor.

L. Papirius. * L. f. L. n. * Mugillanus. Vrbanam iuriſdictionem obtinuit.

Legem ex cenſorio edicto tulit, qua Romana ciuitas Acerranis ſine ſuffragio data eſt. Liuius libro octauo, cognomen non addit, ſed Mugillanum ſuſpicor fuiſſe, qui poſtea Conſul eſt factus.

Papiria rogatio de Acerranorū ciuitate ſine ſuffragio.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

[L. Plætorius. M. f. M. nepos.] [C. Plætorius. C. f. C. nepos.]
[C. Racilius. C. f. C. nepos.] [L. Fulcinius. L. f. C. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. f.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
L. Fuluius. L. f. L. n. Curuus.	M. Lætorius. //. f. //. nepos.
[L. Hortenſius. L. f. L. nepos.]	M'. Otacilius. //. f. //. n. Craſſus.
A. Ogulnius. //. f. //. n. Gallus.	[Sp. Oppius. Sp. f. Sp. n. Cornicen.]
[Q. Decius. Q. f. M. n. Mus.]	C. Caruilius. C. f. //. n. Maximus.
[L. Aelius. L. f. L. n. Pætus.]	M'. Curius. M'. f. //. Dentatus.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. A. Coſſi } coss. in Campania.
//. //. //. f. //. n. //. Cn. Domitij }

M. Flauius. //. f. //. nepos.   A. Cornelius. A. f. P. n. Coſſus. Aruina. II.
M. Fabius. M. f. N. n. Ambuſtus.   C. Aquilius. //. f. //. n. Florus.

M. Flauius plebi gratus bis tribunus plebis memoratur à Liuio. De A. Coſſo diximus in priore quæſtura. M. Fabius autem paullò antè adducti principis ſenatus maior filius fortaſſe, qui poſtea magiſter equitum factus eſt, vt Liuius ex quibuſdam annalibus. C. Aquillij verò nepos Cõſul extat in Capitolinis. Plebeios verò fuiſſe Floros Aquilios, inde colligo, quòd huius nepos in conſulatu iungatur L. Scipioni patricio Vrbis anno CDXCIV. quo ſæculo ſemper alter è plebe Conſul erat.

ANNI. P. R. C. CDXXII.

Conſules.

M. Claudius. //. f. //. n. Marcellus.   C. Valerius. * C. f. C. n. * Potitus.
Flaccus.

TABVLÆ Græcæ Potitum & Marcellum ſuggerunt, cognomen Valerij Conſulis variè Flaccum & Potitum reperiri in annalibus refert Liuius. Potitus cognomen vetuſtum Valeriæ gentis eſſe liquet, Flaccus in eadem poſtmodum ſæpe redibit, vt hinc colligere ſit, hunc C. Potitum ex primis inter Valerios Flacci cognomen in faſtis Conſulum habuiſſe. Atqui Cicero in oratione pro L. Flacco, à Poplicolis, vt antè diximus etiam, Flaccos oriundos eſſe prodit. Mendosè T. Valerius in Liuij vulgatis codicibus legitur; nam illud prænomen in Valeria gente peregrinum omnino videtur eſſe. Diodorus, & Caſſiodorus C. Valerium rectè vocant. Oroſius autẽ hos Cos. ſine prænominibus adfert Claudium Marcellum, & Valerium Flaccum. Suſpicor prænominum notas in exemplaribus perijſſe.

Flaccorum familia gentis Valeriæ orienda à primo Poplicola.

Annus infamis peſtilentia fuit, quam ortam muliebri fraude per veneficia, ancillæ cuiuſdam indicio patefactum eſt. Ex quibus ad CLXX. in eo crimine depræhẽſæ pœnas dederunt. Quæ prima veneficij quæſtio Romæ fuit, antè moribus Romanis ignota. Liuius lib. VIII. Val. Max. lib. II. cap. V. D. Auguſtinus de ciuitate Dei, lib. III. cap. XVII. Oroſius libro III. cap. X. vbi nominat etiam Conſules: ſed CCCLXX. damnatas fuiſſe dicit, niſi error ſit in numeris.

Peſtis in Vrbe è veneficijs orta.

Prima veneficij quæſtio.

Cn. Quinctilius. //. f. //. n. Varus. Dict.
L. Valerius. * L. f. L. n. * Potitus. Mag. eq.
Claui. figendi. cauſſa.

Atrox illud muliebre facinus prodigij loco fuit habitum, velut alienatis potiùs mentibus, quàm animi malignitate accidiſſet. Ideoque Dictatorem claui figendi cauſſa creari placuit. Repertum enim erat in annalibus claui pactionem in ſeceſſionibus aliquando plebis animorum diſcordiæ remedio fuiſſe; mentesque hominum diſſidijs alienatas eo piaculo ſui compotes factas. Dictator igitur dictus Cn. Quinctilius, magiſtrum equitum L. Valerium dixit, qui fixo clauo magiſtratu ſe abdicarunt. Liuius lib. VIII.

Claui pactio ſacrificij genus.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
M. Valerius. M. f. M. n. Coruus. II. Plinius.

Aediles curules.

Q. Fabius. M. f. N. n. Maximus. Rullianus. Ancillæ veneficia matronarum detegenti, ex conſenſu ſenatus fidem ſecuritatis dedit. Liuius libro VIII.

//. //. //. f. //. n. //.
[M. Aebutius. M. f M. n. Elua.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
[L. Racilius. L. f. C. nepos.] M. Mamilius. //. f. //. n. Vitulus.

Trib. plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
Q. Aulius. Q. f. M. n. Cerretanus. [Sp. Icilius. L. f. L. n. Ruga.]
[L. Pupius. L. f. L. n. nepos.] [M'. Pomponius. M. f. M. n. Matho.]
C. Liuius. C. f. //. n. Denter. D. Iunius. //. f. //. n. Brutus. Scæua. II.
[C. Fuluius. C. f. L. n. Curuus.] Cn. Fuluius. Cn. f. Centumalus. II.
M. Fuluius. //. f. //. n. Flaccus. II. [M. Marcius. M. f. M'. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M. Marcelli } coss. in Italia.
//. //. //. f. //. n. //. C. Valerij }
L. Valerius. //. f. //. n. Flaccus. Q. Sulpicius. //. f. //. n. Paterculus.
M. Aemilius. //. f. //. n. Papus. L. Plautius. L. f. L. n. Venno.

L. Valerius abhinc anno decimo magiſter equitum inuenietur, qui ex temporum ſpacio videtur auus fuiſſe L. Valerij Flacci, qui Cos. ann. CDXCII. notatus in Capitolinis legitur M. F. L. N. Sic Q. Sulpicius nepotem conſularem ac triumphalem, M. Aemilius, qui Dictator ſequetur, filium bis Cos. & cenſorem habuiſſe videntur, ſicut annales etiam docebunt. L. Plautium verò marmora Capitolina Conſulem proferunt, vt ſuo loco.

ANNI. P. R. C. CDXXIII.

Conſules.

L. Papirius. L. f. M. n. Craſſus. II. L. Plautius. //. f. //. n. Venno.

Liuius & Caſſiodorus rectè nominant hos Conſules, ſicut etiam Marianus & Diodorus. Sed cognomina prætereunt, quæ habentur in tabulis Græcis, Craſſus, & Venox mendosè tamē. Hoc enim cognomen poſtea inuentū in Plautia gente, vt ſuo loco patebit.

Priuernatibus & Fundanis bellum illatum. Fūdani bellum deprecantur.

Bellum Priuernas initum, quibus Fundani adiuncti duce M. Vitruuio Vacco: Verùm mox fuſi à L. Papirio Conſule. Pax tamen reddita Fundanis cùm ſenatus eorum Conſuli Plautio fines hoſtiliter ingreſſo obuiam proceſſiſſet, & belli culpam omnem in ſolo eſſe Vitruuio declaraſſet. Inde Priuernum à duobus conſularibus exercitibus obſeſſum fuit. Liuius libro octauo.

Prætor,

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
P. Cornelius. * P. f. * //. n. Scapula.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

[C. Popillius. M. f. C. n. Lænas.] [C. Lætorius. C. f. P. nepos.]
[C. Mælius. C. f. P. n. Capitolinus.] [C. Minucius. M. f. M. Augurinus.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

M. Liuius. C. f. //. n. Denter. [M. Aulius. Q. f. M. n. Cerretanus.]
L. Fuluius. L. f. L. n. Curuus. II. [L. Appuleius. L. f. L. nepos.]
[A. Allienius. A. f. L. nepos.] [L. Plætorius. M. f. M. nepos. II.]
[M. Racilius. L. f. C. nepos.] [L. Fulcinius. L. f. C. nepos II.]
[A. Trebonius. C. f. C. n. Aſper.] [P. Numitorius. C. f. C. n. Pullus.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. // n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. L. Craſſi } coſs. in Priuernate.
//. //. //. f. //. n. //. L. Plautij }

[C. Playtius. C. f. //. n. Hupſæus.] [C. Petillius. C. f. Q. nepos.]
[L. Horatius. L. f. L. n. Puluillus.] [L. Aemilius. L. f. C. n. Mamercinus.]

ANNI. P. R. C. CDXXIV.

Conſules.

L. Aemilius. L. f. L. n. Mamercinus. Priuernas. II. C. Plautius. P. f. P. n. Decianus.

NOMINA Conſulum ex columnis triũphalibus deſcripſi, quæ ex antiquitatis fide ſunt correctiſſima. In Liuio & Mariano Scoto alioquin deſideratur numerus II. nam hic ſecundus Aemilij conſulatus eſt. C. Plautio malè Cnei prænomen plerumque tribuitur tam in Liuio, quàm in Caſſiodoro. Tabulæ Græcæ correctè Mamercinum II. & Decianum produnt. Diodorus autem huius anni Conſules omnino præterijt, & ſequentes ſuggerit Plautium Proculum, & P. Cornelium; ſed perperam opinor; nam alios qui inde ſequuntur L. Cornelium, & Q. Publilium bis repetere cogitur. *Diodori locus.*

Fama Gallici tumultus ſuſpenſam tenuit vrbem aliquamdiu, vt exquiſitiore ſtudio ſtatim, poſtquam Conſules K. Quinctilibus magiſtratum iniuiſſent, delectus ſine vlla vacationis venia fuerit habitus. Verum, ſatis explorata Gallorum quiete, Priuernum omnis vis eſt cõuerſa. Vrbem alij vi captam, alij per deditionem receptam fuiſſe ſcribunt. Vitruuium verò viuum in poteſtatem veniſſe conſtat, de quo ſupplicium Romæ ſumptum eſt. Aedes *Conſules initio Kal. Quinctilibus magiſtratũ deleƈtũ habent. M. Vitruuij Vacci perduellis ſupplicium.*

 cius

Priuernatium muri deiecti.

eius quæ in Palatio erant dirutæ,& bona conſecrata ſunt.Ex S. C. muri Priuernatium deiecti, & ſenatus inde abductus eſt, eadem lege qua Veliterni trans Tiberim habitare iuſſus.De reliqua multitudine ſenatus,C.Plautio Conſule (cuius ea prouincia fuerat) referente, clementer decreuit, animoſo & libero legati cuiuſdam Priuernatis reſponſo motus: qui in afflictiſſima licet ſuorum ciuium fortuna rogatus, qua pœna dignos cenſeret Priuernates non ſemel rebelles; reſpondere eſt auſus,non aliam ipſos mereri, quàm ij qui ſe libertate dignos cenſent. Rogatus iterum, pœna remiſſa quàm pacem ſeruaturi eſſent; Si bonam(inquit)dederitis,fidelem & perpetuam; ſi malam,haud diuturnã.Qua reſponſi libertate effecit,vt non ſolùm venia, ſed etiam ciuitate digni Priuernates fuerint iudicati. Igitur ex patrum auctoritate latum ad populum eſt,vt Priuernatibus ciuitas daretur.Rem pulchrè narrat Liuius,& etiam Val.Max.libro VI.cap. II. Eodem anno Anxur trecenti in coloniam miſſi bina iugera agri acceperunt,vt auctor idem Liuius,cuius rei etiam meminit Velleius,tertiò poſt Acerranos in ciuitatem receptos à Sp.Poſtumio & Philone Publilio cenſoribus anno Tarricinam coloniam fuiſſe deductam dicens,adeoque deinceps reliqua,quæ de colonijs adfert,Liuianæ reſpondent hiſtoriæ,ſi triennium illud,vt antè declaraui,mutauerimus.

Animoſum & egregium Priuernatis legati reſponſum in ſenatu.

Priuernatibus venia, & ciuitas data. Anxur colonia deducta.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

L. Cornelius. L. f. //. n. Lentulus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
L. Papirius. *L. f. L. n.* Mugillanus.	Cn.Cornelius.Cn.f. //. n.Lentulus.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
M'. Curius. M'. f. //. n.Dentatus.	[Q.Decius. Q. f. M. n.Mus.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[C. Plætorius. C. f. C. nepos. II.]	[Sp. Antius. C.f. C. n. Reſtio]
[C. Feſcennius.C. f. L. nepos.]	[C. Acutius. C.f. C. nepos.]
[Ti.Pontificius.M. f. M. nepos.]	[P. Silius. P. f. M. nepos.]
[Sex.Pompilius.Sex.f.Sex.nepos.]	[Sex.Manilius.Sex.f.Sex.nepos.]
Q. Mamilius. //. f. //.n.Vitulus.	M. Mamilius. //.f. //.n.Vitulus. II.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. L. Aemilij } coss. in Priuernate.
//. //. //. f. //. n. //. C.Plautij }

[M. Foſlius. M. f. M. n.Flaccinator.]	L. Furius. * L. f. M. n.Camillus*
M.Popillius.M. f. M. n.Lænas.	[P. Villius. P. f. P. nepos.]

L.Furium Prætorem vrbanum fuiſſe teſtantur Liuius libro IX.& Sex.Pompeius Feſtus. Hunc verò nepotem magni illius M.Camilli liberatoris Romæ, & filium L.Camilli, qui Cos.anno CDIV.Gallos in agro Pomprino vicerat,annorum ratio videtur inſinuare. M.Popillius Conſul ſequetur in annalibus, qui primi M. Popillij Lænatis quater Conſulis & Cenſoris filius fuit,vt marmora docent Capitolina.

L. AEMI-

L. AEMILIVS. L. F. L. N. MAMERCIN. ANN. CDXXIV. PRIVERNAS. COS. II. DE PRIVERNATIB. K. MART.

C. PLAVTIVS. P. F. P. N. DECIANVS. COS. ANN. CDXXIV. DE. PRIVERNATIBVS. K. MART.

Conſules ambo ſimul eodem die triumpharunt de Priuernatibus, quemadmodum teſtantur columnæ triumphales. Ceterùm Liuius omnem victoriæ laudem cum triumpho in ſolum Plautium Conſulem refert, nulla facta mentione L. Aemilij, quem bello tamen interfuiſſe ſatis innuit, ſcribens poſt exploratam Gallorum quietem (quæ alioquin prouincia L. Aemilij fuiſſet) omnem vim belli Priuernum conuerſam fuiſſe. Cognomen quoque Aemilij Priuernas ex eius occaſione victoriæ originem habuiſſe, plures opinantur.

Conſulum triumphus.

ANNI. P. R. C. CDXXV.

Conſules.

C. Plautius. C. f. C. n. Proculus, P. Cornelius. *P. f. *//. n. Scápula.
· Qui poſtea Venox appellatus eſt.

DIODORVS Siculus pro C. Claudio, A. Poſtumium edit, qui apud Liuium & Marianum P. Plautius legitur; ſed arbitror mendosè. Cùm enim tabulæ Græcæ Venocem appellent, videtur is C. Plautius eſſe, qui poſtmodum in cenſura Venocis cognomen adeptus eſt, vt ſuo loco dicetur. Conſulares item cenſores eius temporis habemus plerunque; neque hunc Conſulem alibi ante cenſuram reperimus. Caſſiodorus C. Plautium quoque vocat, veluti exemplar indicat Euſebij Chronico adiũctum, cui magis accedo, quàm quo vſus eſt Cuſpinianus; quod ex Liuij vitioſis exemplaribus variè deprauatum videtur. Rurſus tabulæ Græcæ Scipionem nominant alterum Conſulem, non Scapulam. Sed is error librarij (vt autumo) magis notum cognomẽa pprobantis; cùm alterũ obſcurius ſit, vtrumque tamen Corneliorum. Atqui hic P. Scapula, videtur qui quadriennio quaſi antea pontificatum max. adeptus fuerat, curuli ſella quamuis nondũ ſediſſet. Quod vt rarum annotauit Liuius lib. xxv. de P. Craſſi Diuitis maximo pontificatu, qui nondũ ædilis fuerat, verba faciens in anni DXLI. hiſtoria. Itaque Scapula pontificatum max. adeptus eſt ante ædilitatem curulem vel præturam, anno CDXX. cuius hiſtoriam in Liuio cum Conſulibus perijſſe probauimus; cùm ante P. Craſſum annis CXX. teſte eodem, pontifex max. factus ſit.

P. Scapula COS. pont. max. erat factus antequam ſella curuli ſediſſet.

Fregellas colonia deducta, & populo viſceratio data eſt à M. Flauio in funere matris. Palæopolitani aduerſus Romanos agrum Campanum & Falernum incolentes multa hoſtiliter fecerunt. Liuius libro VIII.

Fregellas colonia deducta. Palæopolitani Græci bellum Romanis mouent.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
D. Iunius. //. f. //. n. Brutus. Scæua.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //.
M. Valerius. M. f. M. n. Coruus. III. C. Valerius.* C. f. C. n.* Potitus. Flaccus. II.

Hanc tertiam M. Corui ædilitatem colligimus ex Plinio, cuius iam antea locum citaui. De C. Valerio conſtat nobis ex Valerio Max. ædilem curulem hoc anno fuiſſe, ſic etiam ex Liuio Hi etenim ædiles, M. Flauium ſtupratæ matrisfamiliæ reum fecerũt ad populum, qui quatuordecim tribuum ſuffragijs damnatus cùm eſſet (erant autem tunc Romanæ tribus omnes viginti nouem) proclamauit ſe innocentem opprimi. Cui C. Valerius ædilis æquè clara voce reſpondit, nihil ſua intereſſe, nocénsne, an innoxius periret, dummodo periret: Qua inſolentia dicti reliquas quindecim tribus reo donauit; aduerſariumque dum pro certo peſſundatum credidit, erexit, victoriamque in ipſa victoria perdidit, vt Valerij Maximi ferè verbis dicam, qui hæc libro VIII. cap. I. de iudicijs publicis inſignibus; ſed diſcrepat à Liuio in prænomine rei, quem Q. Flauium vocat, & addunt duo codices vetuſti cognomen Auguris, de quo ſanè dubito. Verùm quod ad prænomen attinet, Liuium malo ſequi, nam duobus in locis M. Flauium appellat: & ipſe Valerius lib. IX. cap. X. M. Fuluiũ, ſed in deprauatis exẽplaribus, vt ſuo loco dicam.

M. Flauius reus ad populum ſtupri. Romanæ tribus XXIX. Inſolens accuſatoris dictum reo profuit.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

[C. Fuluius. C. f. L. n. Curuus.] Q. Aulius. Q. f. M. n. Cerretanus.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. // .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

[M. Aulius. Q. f. M. n. Cerretanus.] [T. Sicinius. T. f. T. n. Dentatus.]
[M. Titinius. M. f. M. nepos.] [Sex. Titius. C. f. C. nepos.]
[Cn. Apronius. C. f. C. nepos.] [C. Sextius. C. f. L. n. Caluinus.]
[C. Sextilius. C. f. C. nepos.] [C. Curatius. C. f. C. nepos.]
[L. Mænius. L. f. //. nepos.] [A. Virginius. L. f. A. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Proculi }
//. //. //. f. //. n. //. P. Scapulæ } Coss. in Campania.

L. Papirius. L. f. L. n. Craſſus. Q. Aemilius. Q. f. L. n. Barbula.
Amborum curules magiſtratus ordine ſuo ſequentur.

P. Aelius. * P. f. P. n. * Pætus. Filius P. Pæti conſularis. Et hic poſtea augur ex plebe primus, & magiſter equitum, vt Liuius lib. IX.

C. Iunius. C. f. C. n. Bubulcus. Brutus. Ter Conſul poſtea, magiſter equitum bis, Cenſor, & Dictator.

ANNI. P. R. C. CDXXVI.

Conſules.

L. Cornelius. * L. f. * //. n. Lentulus. Q. Publilius. Q. f. Q. n. Philo. II.

IN Diodoro mendosè Q. Pompilius, pro Publilius. In Liuio autem (vt antè etiam admonui) gentilitium illud nomen Publilius librariorum culpa in prænomẽ abijt. P. Philo namque legitur paſſim, ſicut in Caſſiodori quoque libris; Verùm is qui Euſebio adiunctus eſt, veteris lectionis adhuc retinet veſtigia. Nam Q. Publius Philo ibidem vocatur; ſed in Mariano rectiùs, Q. Publilius II. Tabulæ Græcæ Lentulum & Philonem habent.

Bellum cum Græcis Palæopolitanis. Samnites deficiunt à Romanis.

Palæopolitanum bellum his Cos. exortum eſt. Samnites etiam ob agrum Fregellanum à Romanis occupatum ab amicitia defecerunt. His oppoſitis altero exercitu L. Cornelius Cos. Q. Publilius autem Palæopolitanos graui obſidione preſſit. Liuius lib. VIII.

M. Claudius. //. f. //. n. Marcellus. Dict.
Sp. Poſtumius. //. f. //. n. Albinus. Mag. eq.
Comitiorum. habendorum. cauſſa.
Vitio. facti. abdicarunt.

Dictator ex S. C. dictus.

Inſtante porrò comitiorum tempore cùm è rep. non videretur reuocare vel L. Cornelium Cos. iam Samnium ingreſſum cum exercitu, vel Publilium hoſtium muris imminentem; Cornelio ſcriptum ex S. C. vt Dictatorem comitiorum habendorum cauſſâ diceret. Dixit M. Claudium Marcellum, & ab eo magiſter equitum Sp. Poſtumius dictus, qui

qui ambo conſulares. Comitia tamen non habuerunt vitio facti. Res itaque ad interregnum rediit, vt Liuius libro octauo.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
Q. Fabius. M.f. N. n. Max. Rullianus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
M. Fabius. M. f. N. n. Ambuſtus. Q. Fabius. Q. f. Q. n. Ambuſtus.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
L. Fuluius. L. f. L. n. Curuus. M. Liuius. C.f. //. n. Denter.

Tribuni plebis.

Ex patrum auctoritate populum rogarunt: An, cùm Q. Publilius conſulatu abiſſet, pro Cos. rem gereret, quoad cum Græcis debellatum eſſet. Populus vti rogas, iuſſit, Liuius libro octauo.

M. Flauius. //. f. //. nepos. Abſens petentibus prælatus in ſuperioribus comitijs; quia viſcerationem in funere matris populo gratam dederat, vt Liuius lib. VIII.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

[C. Lætorius. C. f. P. nepos. II.] [C. Mælius. C. f. P. n. Capitolinus. II.]
[C. Minucius. M. f. M. n. Augurinus. II.] [C. Rabuleius. L. f. L. nepos.]
C. Aquillius. //. f. //. n. Florus. [L. Hortenſius. Q. f. Q. nepos.]
[C. Otacilius. C. f. C. nepos.] [Q. Decius. Q. f. M. n. Mus. II.]
C. Cæcilius. //. f. //. n. Metellus

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. L. Cornelij. cos. in Samnio.
//. //. //. f. //. n. //. Q. Philonis cos. in Paleopolitano.

M. Foſlius. C. f. M. n. Flaccinator. M. Pœtelius. M. f. M. n. Libo.
[C. Iulius. C. f. L. n. Iulus.] [L. Romuleius. Q. f. Q. nepos.]

M. M. Foſlius atque Pœtelius ex Capitolinis marmoribus deſcripti ſunt, in quibus Conſules, & magiſtri equitum recenſentur. Alij duo ex ſtirpis propagine deducti loca vacua ſupplent.

ANNI. P. R. C. CDXXVII.

Conſules.

C. Pœtelius. C. f. C. n. Libo. Viſolus. II. L. Papirius. //. f. //. n. Mugillanus.

EX interregno conſulatum iniere, tandem à XIIII. ſcilicet interrege L. Aemilio creati. Nomina ex Liuio ſuggerunt Marianus, & Caſſiodorus, C. Pœtelium III & L. Papirium Mugillanum; ſed vt in Liuio numerus apud Pœteliũ periit, ita in Mariano & Caſſiodoro redundat: ſecundus enim, non tertius hic eſt eius conſulatus. Nec eundem eum, Diuturnum interregnum.

ſed

Capitolina marmora vt auctorum mendas detegant. *Liuij in annalium diuerſitate dubitatio.* *Solini locus illuſtratus.* *Error Mariani Scoti.* *Diodori Siculi locus.*

ſed filium fuiſſe C. Pœtelij, qui anno CCCXCIII. Conſul de Gallis & Tiburtibus triumphauit, demonſtrat Capitolina eius dictatura anni CDXL. in qua C.F.C.N. vocatur; pater autem C.F.Q.N. in conſulatu. Ceterum Liuius hoc anno recenſet C. Pœtelium cum L. Papirio Mugillano; ſed addit Curſorem in alijs annalibus reperiri, ex quibus etiam Alexandriæ conditæ tempus nobis hoc anno conſtituere videtur. Sed eos annales non ſatis fidos & probatos fuiſſe, ab Olympiadum ratione deuiaſſe, alijsque antiquis auctoribus omnino non reſpondiſſe, ſuprà in anno CDXX. demonſtrare conatus ſum; velut etiam nec annum hunc, neque hos Conſules reſpicere Solinum, vbi dicit Olympiade CXII. L. Papirio. Sp. f. C. Pœtelio C. f. Conſulibus Alexandriam conditam: ſed Curſorem & Pœtelium Coſs. annumque Vrbis CDXX. Quod & ordo Conſulum, quos accuratè cum paternis prænominibus differentiæ cauſſa adiunctis profert, indicare poſſet, planè diuerſus à Liuio, Diodoro, Mariano & Caſſiodoro, qui Pœtelium hoc anno præponunt, & primo faſces habuiſſe oſtendunt. Id quod contra Solinum eſſet, niſi alios (vt dixi) vellet indicare Conſules. Denique Marianus Scotus ſemet ex difficultatibus hiſce cùm non poſſet explicare, bis Alexandriam in Aegypto conditam ſcribit, ſemel his Conſulibus, ſequutus fortaſſe Liuium, & ſemel ante octennium M. Valerio IIII. & M. Atilio Conſulibus, ex Olympiadum ratione, quam ferè Solinus & alij ſequuntur, iamdudum explicatam. Corrigendus interim Diodorus Siculus, qui libro XVII. Bibliothecæ ſuæ, cum Alexandri Magni morte, atque his Conſulibus finem impoſuit. Mendosè nimirum ibi leguntur, C. Popillius, & Papirius. In tabulis Græcis Libo & Curſor offeruntur hoc anno, ſicut in aliquibus item Caſſiodori exemplaribus. Verùm is error ex Liuij hac ambigua de Mugillano & Curſore hiſtoria in his auctoribus videtur natus.

Samnitibus bellum indictum. *Palæopolitani ſe dedunt.* *Pœtelia, Papiria lex de nexis.* *M. Varronis locus.*

Lectiſternium in Vrbe factum fuit, Samnitibusque bellum indictum. Item Lucani, Apuliqúe in fidem & ſocietatem Romanorum venerunt. In Samnio deinde res proſperè geſtæ, tribus oppidis in poteſtatem redactis, & agro aduentu primo Conſulum latè vaſtato. Palæopolis poſt longam obſidionem præſidiariorum Samnitium inſolentia & grauamine feſſa vltrò à ciuibus Q. Philoni procos. dedita eſt. Lucani fraude Tarentinorum decepti à Romanis ad Samnites defecerunt. Lex Romæ à Conſulibus lata eſt ex S. C. » Ne quis ciuis ob debitum vinciretur, in compedibus aut neruo teneretur, niſi qui noxam » meruiſſet, donec pœnam lueret. Pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obnoxium eſſet. Itaque nexi ſoluti, cautumque impoſterum, ne necterentur. Liuius libro octauo. Qua lege decemviralis illa de debito & nexis eſt ſublata. Meminit item Varro de lingua libro ſexto, loco licet incorrecto, qui ita legendus videtur. » Liber, qui ſuas operas in ſeruitute pro pecunia, quam debet, dat, dum ſolueret; nexus vocatur: vt ab ære, obæratus. » Hoc C. Pœtelio Viſolo rogante ſublatum, ne fieret: & omnes, qui bonam copiam eiurarent ne eſſent nexi, diſſoluti. Vide quæ Suidas in voce Γάιος latè de his ſcribit.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

C. Plautius. P. f. P. n. Decianus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

L. Valerius. //. f. //. n. Flaccus. A. Cornelius. * A. f. P. n. * Coſs. Aruina.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

[Sex. Manilius. Sex. f. Sex. nepos.] [Sex. Pompilius. Sex. f. Sex. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. // .//. //. //. f. //. n. //

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

[C. Petillius. C. f. Q. nepos.] [M. Aulius. Q. f. M. n. Cerretanus. III]

M'. Curius. M'. f. //. n. Dentatus. II. Ti. Coruncanius. Ti. f. //. nepos.

[L. Icilius.

[L. Icilius. Sp. f. L. n. Ruga.] [Sex. Tullius. Sex. f. //. nepos.]
[C. Fuluius. C. f. L. n. Curuus. II.] Ti. Sempronius. //. f. //. n. Blæſus.
[C. Antiſtius. C. f. C. nepos.] [L. Martius. L. f. L. n. Rutilus.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Pœtelij } Coss. in Samnio.
//. //. //. f. //. n. //. L. Mugillani }

Q. Mælius. * Q. f. Q. * nepos. [L. Manlius. Cn. f. L. n. Capitolinus.]
[P. Manlius. P. f. P. n. Vulſo.] [Ti. Claudius. C. f. C. n. Cicero.]

Q. Mælius poſtea tribunus plebis coactus abdicauit ad Caudium cum ceteris dedendus Samnitibus, vt ex Liuio & Cicerone traditur. Alij tres ex familiarum propagine diſtributi loca vacua ſupplere poterunt.

Prouincia.

Q. Publilius. Q. f. Q. n. Philo Procos. Paleopolitanos prouinciam prorogato imperio obtinuit, quæ anno ſuperiore in magiſtratu ſorte illi euenerat Paleopolim cum obſideret, haud e rep. viſum eſt ſenatui, ipſum imminentem hoſtium muris auocari à ſpe capiendæ vrbis. Actum igitur priùs cum tribunis eſt, ad populum ferrent, vt cùm Publilius Philo conſulatu abijſſet, procos. rem gereret, quo ad debellatum cum Græcis eſſet. Liuius libro octauo. Huic igitur primùm contigit populi iuſſu prorogatio imperij ſtatim poſt magiſtratum.

Prima prorogatio imperij in prouincia ex conſulatu, hoc eſt, magiſtratu exeunte.

Proquæſtore.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Philonis Procos. in Palæopolitana.
[L. Romulcius. Q. f. Q. nepos.]

Q. PVBLILIVS. Q. F. Q. N. PHILO. II. ANN. CDXXVII.
PRIMVS. PRO. COS. DE. SAMNITIBVS.
PALAEOPOLITANEIS. K. MAI.

Q. Publilio (inquit Liuius) triumphus decretus eſt, quod ſatis credebatur obſidione domitos hoſtes in fidem veniſſe. Palæopolim namque in deditionem receperat, & bellum ibidem feliciter confecerat. Duo ſingularia ei viro primùm contigere, prorogatio imperij poſt conſulatum non antè in vllo facta, & acto honore triumphus. Hæc ita ferè Liuius; neque quemquam alium reperio, qui eius rei mentionem facit. Procoss. tamen antea fuiſſe extra ordinem imperatores à ſenatu factos, docuimus ex Liuio & Dionyſio. Huic tamen primo populi iuſſu ex conſulatu pro cos. imperium eſt prorogatum, quod poſtea ſolemne, ac prorſus vulgare fuit. At Publilium primum pro. cos. triumphaſſe columnæ Capitolinæ item demonſtrant.

Q. Publilius procos. primus triumphanit.

Palæopolitanos autem Palæpolitanos vocant ex vſu loquendi vulgato Liuius, & alij. Horum originem ſatis deſcribit ipſe libro VIII. Item Strabo libro V. ſcilicet ex Chalcide Euboica traieciſſe in inſulas Aenariam & Pithecuſas, atque inde in continentem Italiæ tranſmigraſſe, primũ Cumas, poſtea Palæopolim, & Neapolim duas ſimul vrbes habitaſſe.

ANNI. P. R. C. CDXXIIX.

Conſules.

L. Furius. Sp. f. M. n. Camillus. II. D. Iunius. //. f. //. n. Brutus. Scæua.

L. FVRIVM M. Camilli Dictatoris, qui Vrbem à Gallis liberauit, nepotem fuiſſe non filium, ſuperiùs ex columnis triumphalibus probaui. Benè igitur à Liuio & Caſſiodoro notatur hic ſecundus Furij conſulatus; ſed collegæ prænomen apud eoſdem perijt, quod tamen extat apud Diodorum Siculum, qui L. Furium, & D. Iunium Coss. poſuit.

Paleopolitanorum origo ex Græcia.

Marianus

Marianus item, vbi errore tamen tertius ſupputatur L. Furij conſulatus. Tabulæ Græcæ Camillum & Brutum ſuggerunt.

Cum Veſtinis Samnitum ſocijs bellum cæptum.

Veſtini, qui Samnitibus ſe coniunxerant, prouincia Bruto, & Samnium Camillo ſorte obuenit. Exercitus vtroque ducti, vt cura tuendorum finium hoſtes prohibiti ſint arma coniungere. Brutus contra Veſtinos rem proſperè geſſit, primùm agris peruaſtatis, & hoſtibus prælio contuſis; deinde Cutina, & Cingilia oppidis eorum expugnatis. Liuius libro octauo.

L. Papirius. Sp. f. L. n. Curſor. Dict.
Q. Fabius. M. f. N. n. Maxim. Rullianus. Mág. eq.
coactus abdicauit, in eius locum factus eſt
L. Papirius. L. f. M. n. Craſſ. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa.

L. Furius Conſ. æger Dictatorem dicere iuſſus eſt.

Porrò L. Furium Conſulem, cui maior rerum moles impoſita erat, morbo graui implicitum, ſenatus Dictatorem dicere iuſſit rei gerundæ cauſſa. Dixit itaque bello longè clariſſimum ea tempeſtate L. Papirium Curſorem; à quo Q. Fabius Maximus Rullianus magiſter equitum eſt factus. Nobile par imperatorum rebus in eo magiſtratu geſtis: diſcordia tamen, quo propè ad vltimum dimicationis ventum fuit, nobilius. Dictator enim Papirius à Q. Fabio magiſtro equitum, quòd ſe abſente contra imperium, licet feliciter, cum Samnitibus dimicaſſet, ſumma cum ſeueritate, & inſtantia capitis pœnas exegiſſet, niſi militum ſtudio in caſtris primùm ereptus, & Romæ ſenatus precibus, populique vniuerſi intercesſione defenſus euaſiſſet. Magiſtratum tamen abrogauit illi Dictator, & in eius locum fecit magiſtrum equitum L. Papirium Craſſum. Hiſtoriam pulchrè Liuius, item Valerius Maximus, Auctor de viris illuſtribus, Eutropius, & alij. Apud omnes Q. Fabij Maximi nomen celebre admodum eſt; ſed agnomen Rullianus quod ita correctè in fragmentis Capitolinis exprimitur, vbique perperam Rutilianus vel Rullus ſcribitur. Quod ſanè ex antiquitatis fide corrigendum videtur.

L. Papirij Dictatoris ſeueritas.

Agnomen Fabij Rullianus.

Prætor.

// // // f. // n. //
L. Fuluius. L. f. L. n. Curuus.

Aediles curules.

// // // f. // n. // — // // // f. // n. //

[C. Foſlius. C. f. M. n. Flaccinator.] M. Aemilius. // f. // n. Papus.

Aediles plebis.

// // // f. // n. // — // // // f. // n. //

M. Flauius. // f. // nepos. [A. Virginius. L. f. A. nepos.]

Tribuni plebis.

// // // f. // n. // — // // // f. // n. //
// // // f. // n. // — // // // f. // n. //
// // // f. // n. // — // // // f. // n. //
// // // f. // n. // — // // // f. // n. //
// // // f. // n. // — // // // f. // n. //

L. Plautius. L. f. L. n. Venno. II. C. Popillius. M. f. M. n. Lænas.]
[C. Plautius. C. f. // n. Hypſæus.] [L. Albinius. L. f. M. nepos.]
[C. Conſidius. C. f. Q. nepos.] [L. Fulcinius. L. f. L. n. "Trio"]
[L. Numitorius. L. f. L. nepos.] [T. Roſcius. T. f. T. nepos.]
[Sp. Mæcilius. Sp. f. Sp. nepos.] [A. Lucerius. A. f. A. nepos.]

Quæſtores vrbani.

// // // f. // n. // — // // // f. // n. //

Quæſto-

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. L. Camilli. cos. in Samnio.
//. //. //. f. //. n. //. D. Bruti. cos. in Veſtino.

L. Quinctius. * L. f. T. n. Capitolinus. * Cui tribuno militum anno ſuperiore Q. Publilius procos. præſidium trium milium dederat ad occupandam Palæopolim, vt auctor eſt Liuius libro octauo.

M. Antiſtius. * M. f. M. * nepos. [P. Valerius. P. f. P. n. Poplicola.] [P. Plautius. C. f. //. n. Hypſæus.]

M. Antiſtius tribunus plebis ſequetur, P. Valerij pater Cos. & Dictator, P. Plautij verò bis Conſul fuerat.

ANNI. P. R. C. CDXXIX.

Dictator. & Magiſter equitum. ſine Conſulibus.

L. Papirius. Sp. f. L. n. Curſor. Dict.
L. Papirius. L. f. M. n. Craſſus. Mag. eq.
Rei gerundæ cauſſa.
Magiſtratum ex S. C. continuarunt.

MEMORABILIS illius dictaturæ Papirianæ hiſtoriam omnem Liuius ad annum refert ſuperiorem, omiſſa mentione de dictatura L. Papirij in annum inſequentem prorogata belli Samnitici nondum confecti occaſione. Sed cùm inueniam in columnis triumphalibus L. Papirium Dictatorem de Samnitibus triumphaſſe hoc anno CDXXIX. Q. Publilium procos. anno CDXXVII. L. Fuluium verò Conſulem anno CDXXXI. fit omnino veriſimile hunc annum CDXXIX. per dictaturam eandem Papirij ſine Conſulibus tranſactum fuiſſe, quamuis Liuius, vt alia multa, hoc prætererit. Non enim poteſt intelligi hæc ſecunda Papirij dictatura, cùm hoc refragetur Capitolinis faſtis; ſed ex anno ſuperiore in hunc CDXXIX. protracta videtur, nullis in triumpho eius ſecundæ dictaturæ notis additis, quæ in tertio triumpho eiuſdem habentur. Non reperiuntur item huic anno congruentes Conſules in Liuio, Caſſiodoro, Mariano, vel alijs, qui Conſulum catalogos nobis reliquere. Id ipſum in cauſſa eſt, vt Haloander & Glareanus ex alijs item auctoribus hunc annum ſine Conſulibus cum ſola Papirij dictatura reliquerint. Quod & faſtorum Capitolinorum ratio requirit. *Annus à Liuio præteritus.*

Luceriam deducta colonia eſt hoc anno quadriennio (vt ait Velleius) poſt Terracinam. Illam cum Apulis ante biennium in fidem ac ſocietatem Romanorum veniſſe conſtat. Nam inter Dauniorum primas in Apulia colonias recenſetur à Plinio. Hoc autem anno Romanos recepiſſe colonos Velleius auctor eſt. Ijs autem mox anno ſequenti eiectis rebellaſſe, cum Apulis ſe iunxiſſe Samnitibus, & à Q. Fabio Conſule domitos Lucerinos, Capitolini triumphi, & Auctor de viris illuſtribus demonſtrant, vt tum dicetur. Liuius alios ſequutus annales de his omnibus nihil; immo in prima illa ſocietate permanſiſſe indicat libri IX principio, bonos ac fideles Romanorum ſocios appellans, ſequutus tamen eos auctores de Apulorum fide ſcribentes, quos paulò antè libri VIII fine reiecerat. Inſuper Lucerinorum à Samnitibus defendendorum ſtudio nimio Romanos in cladem illam Caudinam cecidiſſe refert. Verùm mox ſui oblitus, Samnitium vrbem facit Luceriam, eóque velut in arcem tutiſſimam ſexcentos obſides equites Rom. poſt victoriam Caudinam miſſos à C. Pontio ſcribit, eandemque poſtea à L. Papirio Cos. cum obſidibus receptam. Sed quam hæc ſibi conſtent, iudicet lector. *Luceriam deducta colonia.*

Cens. //. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //. luſtr. fecer. XXIV.
M. Valerius. M. f. M. n. Coruus. C. Pœtelius. C. f. C. n. Libo. Viſolus.

Cenſores ac luſtrum Vrbis XXIIII. omiſit etiam Liuius, quod tamen hoc circiter anno factum arbitror. Nam inſequens XXV. luſtrum adhuc extat in fragmento Capitolino, ex cuius ratione quinquennio ante luſtrum hoc XXIIII. digeſſimus, quando nil præterea certi ex auctoribus colligere poſſumus. Cenſores qui fuerint, nobis item obſcurum eſt. Attamen veriſimile eſt, M. Valerium Coruum tot magiſtratibus inſignem, vt qui ſemel &

vicies ſella curuli ſederit, teſte Plinio, cenſuram non omiſiſſe; cui adiungemus plebeium bis Conſulem C.Pœtelium, qui & poſtea Dictator fuit.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
M. Fabius *M. f. N. n.* Ambuſtus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
L.Papirius. L. f. L. n. Craſſus. L. Furius.* L. f. M. n. Camillus.*

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
C. Cæcilius. //. f. //. n. Metellus. [L.Hortenſius. Q.f. Q. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
P. Aelius. * P. f. P. n. * Pætus. C. Iunius. C.f.C.n. Bubulcus. Brutus.
[C. Fuluius. C. f. L. n. Curuus.] [Sp.Metilius.Sp.f.Sp. nepos.]
[Sex.Tempanius.Sex.f.Sex.nepos.] [L. Villius. L. f. P. nepos.]
[L. Apronius. C.f. C. n.* Limo.*] [L. Sextilius.L. f. C. nepos.]
[C. Mænius. C. f. P. nepos.] [P. Virginius.L.f. A. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. } L. Papirij. Dict. in Samnio.
//. //. //. f. //. n. //. }

Sp. Nautius. Sp. f. Sp. n. Rutilus. Auum huius ter tribunum militum conſulari poteſtate nobis produnt annales; & ipſe Conſul deinde ſequetur.

C. Fabius. M. f. N. n. Ambuſtus. Qui. poſtea. Pictor. appellatus. eſt; Q. Fabij Rulliani fratrem fuiſſe docent Capitolina marmora, in quibus extat fratris ſui Quinti magiſter equitum. Hic primus Fabiorum Pictor cognomine cœpit appellari, quòd huius artis ſtudioſus ædem ſalutis à C.Iunio Bubulco Bruto votam in conſulatu, in cenſura locatam, annò CDL. perfectam ipſe depinxiſſet, nomenque ſuum operi inſcribere voluiſſet. Vnde Pictor ipſe vocatus, eius cognominis occaſionem ac originem in Fabia gente dedit, à quo poſtea multi Fabij Pictores ſummis magiſtratibus & honoribus inclyti.

P. Decius. P. f. Q. n. Mus. Idem qui patris ſui exemplo ſemet in conſulatu quarto pro patria in prœlio deuouit, & occiſus eſt.

[Ti. Pontificius. Ti. f. Ti. nepos.]

L. PAPIRIVS. SP. F. L. N. CVRSOR. DICT. ANN. CDXXIX. DE. SAMNITIBVS. III. NON. MART.

Samnites ſub. acti pacem petunt.

Samnites tandem ita fudiſſe prœlio, fugauiſſeque Papirium ſcribit Liuius, vt illud vltimum conferendi cum Dictatore ſigna fuerit. Atque impunè poſteà vaſtato longè lateque Samnio, coëgit hoſtes pacem petere: quibus ſtipendium annuum, & veſtimenta ſingula

ſingula pro militibus imperata ſunt, & à ſenatu annuæ induciæ datæ. Dictator triumphans Vrbem eſt ingreſſus, vt auctor Liuius libro octauo. item is qui de viris illuſtribus ſcripſit, capite xxxi.

ANNI. P. R. C. CDXXX.

Conſules.

C. Sulpicius. Ser. f. Q. n. Longus. II. Q. Aulius. Q. f. M. n. Cerretanus.

DICTATOR L. Papirius cùm triūphaſſet, iuſſu patrum, priuſquam abdicaret, Conſules creauit C. Sulpicium Longum II. Q. Aemilium Cerretanum, vt Liuiana produnt exemplaria, in quibus adijcitur etiam in nonnullis annalibus Q. Aulium haberi, non Aemilium: at Liuij locus ille non parum mihi ſuſpectus eſt. Q. Aulium enim fuiſſe potiùs collegam Sulpicij, fit veriſimile, quòd eo tempore Conſulum alter plerumque plebeius eſſe ſoleret, deinde cognomen Cerretanus, de quo nihil dubitat Liuius, Aemiliæ genti inſolitum & peregrinum ſit. Q. Aulium igitur & hoc loco ſcripſiſſe Liuium puto, quando ſecundum ipſius conſulatum poſtea libro nono recenſet; nomen Aulius vt rarum & ignotum, ita quaſi incorrectum à ſciolis in Aulus, vel Aemilius, non ſecus ac in Diodoro, Mariano, & Caſſiodoro perperam in Aelius, & ipſius Liuij libro nono in Aurelius mutatum conſtat. Immo verba hæc in margine apud Conſulum nomina à ſtudioſo aliquo annotata (Aulium quidam annales habent) ſimilium culpa in hiſtoriæ contextum irrepſiſſe videntur: Vti malim Liuij verba ſic legere. „ C. Sulpicio, Q. Aulio Conſulibus, ad de- „ fectionem Samnitium Apulum nouum bellum acceſſit: quam ſicut nunc habentur, „ C. Sulpicio, Q. Aemilio (Aulium quidam annales habent Conſulem) ad defectionem „ Samnitium, &c. Diuerſitatem enim annalium Liuius paulò antè potuiſſet commodiùs annotare, ſi quæ fuiſſet, vbi magis accuratè nominat item Conſules: ſed & iſthic malè pro Aulio ſuppoſitus Aemilius eſt. Aulij autem ab Aulo prænomine dicti ſunt, vt Marci à Marco, Quinctij a Quincto, Sextij à Sexto, Publilij à Publio. Frequens enim hoc apud Romanos fuit. Quod ob eam cauſſam adijcio, quia Io. Cuſpinianus, vir alioquin doctiſſimus, Diodori & Caſſiodori exemplaria corrupta ſequutus, Aelium potiùs appellandum cenſet, & Aulium vocem nihili putat. Tabulæ Græcæ Longum & Cerretanum adducunt Conſules, cognomina ſcilicet: hoc Aulij, non Aemilij; & illud Sulpicij. Vtriuſque nomen reperitur integrum in Capitolinis fragmentis. *Liuij locus diligenter conſiderandus.* *Aulij unde dicti.* *Io. Cuſpiniani error.*

Legionibus Romanis à Samnio abductis intra induciarum tempus Samnites rebellarunt, Apuloſque ad ſocietatem belli traxerunt, vtroque exercitus miſſi, Sulpicio Samnium, Aulio Apulia ſorte euenerunt. Nec tamen præter vaſtationes res vlla memorabilis eſt geſta. Liuius libro octauo. *Samnites rebellant tractis in ſocietatem Apulis.*

Prætor.

// . // . // . f. // . n. // .

Q. Fabius. * Q. f. Q. n. * Ambuſtus.

Aediles curules.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

M. Foſlius. C. f. M. n. Flaccinator. Q. Aemilius. Q. f. L. n. Barbula.

Aediles plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

[L. Marcius. L. f. L. n. Rutilus.] Ti. Sempronius. // . f. // . n. Blæſus.

Tribuni plebis.

M. Flauius. // . f. // . nepos. II. Tuſculanos perduellionis reos ad populum fecit, vt animaduerteretur in eos, quorum ope & conſilio Veliterni Priuernateſque populo Rom. bellum feciſſent. Populus Tuſculanus cum coniugibus & liberis Romam venit, ſpecieque reorum mutata veſte, tribus circumierūt. Quæ omnes legem antiquarunt præter Poliam, cuius ſententia fuit, vti puberes verberati necarentur, coniuges liberique lege belli venirent. Memoria Tuſculanis eius iræ in pœnæ tam atrocis auctores *Flauia rogatio de Tuſculanis.*

Valerij Max. locus.

diutiſſimè manſit, neminemq; Poliæ tribus candidatum poſtea Papiriæ tribus ſuffragio adiutum ſcribunt Liuius, & Valerius Maximus lib. IX. cap. X. qui pro Papirio tribu, Popilliam habet, & pro Flauio, Fuluium. Quæ tamen differentiæ ſcribarum negligentia natæ videntur ex nominum ſimilitudine.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

M. Pœtelius. M. f. M. n. Libo.   M. Popillius. M. f. M. n. Lænas. II.
[C. Canuleius. C. f. C. nepos.]   C. Aurelius. //. f. //. n. Cotta.
[M. Aulius. Q. f. M. n. Cerretanus. IIII.]   [Q. Aelius. P. f. P. n. Pætus.]
M'. Curius. M'. f. //. n. Dentatus. III.   Ti. Coruncanius. Ti. f. //. nepos. II.
[L. Icilius. Sp. f. L. n. Ruga. II.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Sulpicij. cos. in Samnio.
//. //. //. f. //. n. //. Q. Cerretani. cos. in Apulia.

L. Cominij trib. mil. fortitudo & induſtria.

L. Cominius //. f. //. nepos. Tribunus militum ante biennium ſub Q. Fabio Max. Rulliano magiſtro equitum proſperè pugnauit, equitibus iuſſis frenos detrahere equis, atque ita concitatos calcaribus hoſtium agmen perrumpere. Quo in prœlio viginti hoſtium milia cæſa, vt Liuius libro VIII. refert. Eius tribunatum plebis in Valerio Maximo, ni fallor, reperimus.

C. Marcius. C. f. L. n. Rutilus. Qui poſtea Cenſorinus appellatus, ſuæ familiæ hoc cognomen reliquit. Filius C Marcij primi è plebe Dictatoris Liuio, & Capitolinis faſtis auctoribus.

M. Valerius. M. f. M. n. Maximus. Qui Conſul, Cenſor, & quater etiam Prætor fuit.

[A. Virginius. L. f. L. n. Tricoſtus. Rutilus.]

ANNI. P. R. C. CDXXXI.

Conſules.

Q. Fabius. M. f. N. n. Maxim. Rullianus.   L. Fuluius. L. f. L. n. Curuus.

EX triumphalibus columnis Conſulum nomina deſcripſi integra. In Liuio enim, Mariano, & Caſſiodoro cognomina omittuntur, quæ leges in tabulis Græcis Guruum & Rullianum; ſi ita velis corrigere vbi Curſor & Rullus habetur.

Anceps integri fere diei cum Samnitibus prælium.

Prœlium anceps ac difficile commiſſum cum Samnitibus, ſed victoria Romanorum fuit; ac talis, vti hoſtes rupti fœderis auctorem morte voluntaria interemptum Papium Brutulum cum omni præda & captiuis Romanis per fœciales dederent, pacemque peterent. Liuius in fine VIII.

A. Cornelius. P. f. A. n. Coſſus. Aruina. Dict.
M. Fabius. M. f. N. n. Ambuſtus. Mag. eq.
Ludorum. Rom. cauſſa.

Annalium diuerſitas.

Eundem annum habuiſſe Dictatorem A. Cornelium Coſſum, & M. Fabium Ambuſtum magiſtrum equitum Liuius libri VIII. fine refert ex quorundam annalibus. Hos graui prœlio rebelles Samnites contudiſſe, atque de iis triumphaſſe, non Conſulem Fuluium. Liuium ſequuntur Zonaras, & Oroſius libro III. cap. XV. Verum vt ex columnis triumphalibus colligimus, bellum non à Dictatore, ſed à Conſulibus geſtum fuit. Quod in aliis

annali-

annalibus reperiri fatetur ibidem Liuius. Additque non diſcrepare quidem annales, quin Dictator eo anno A. Cornelius fuerit; ſed id ambigi, num belli gerendi cauſſa creatus ſit, an vt ludis præeſſet Romanis.

Prætor.

L. Plautius. L. f. L. n. Venno. Liuius ex iam dictis annalibus A. Cornelium Dictatorem creatum ſcribit nō rei gerundæ cauſſa; ſed vt eſſet qui ludis Romanis (quia Conſules aberant, & L. Plautius Prætor graui morbo fortè implicitus erat) ſignum mittendis quadrigis daret.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

[C. Plautius. C. f. //. n. Hypſæus.] [A. Lucerius. A. f. A. nepos.]
[Sp. Mæcilius. Sp. f. Sp. nepos.] [L. Albinius. L. f. M. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

C. Iunius. C. f. C. n. Bubulcus. Brutus. II.   [C. Volumnius. C. f. C. n. Flamma.]
[Sex. Tullius. Sex. f. //. nepos. II.]   A. Atilius. //. f. //. n. Bulbus.
[C. Petillius. C. f. Q. nepos. II.]   [L. Albinius. L. f. L. nepos.]
[C. Conſidius. C. f. Q. nepos. II.]   [L. Fulcinius. L. f. L. n. Trio. II.]
[M. Trebonius. M. f. M. n. Flauus.]   [L. Numitorius. L. f. L. nepos. II.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. L. Fuluij cos. in Samnio.
//. //. //. f. //. n. //. Q. Fabij cos. in Apulia.

[P. Seſtius. P. f. P. n. Capitolinus.]   [Q. Publilius. Q. f. Q. n. Philo.]
[M'. Sergius. M'. f. M'. n. Fidenas.]   [C. Appuleius. Cn. f. Cn. n. Panſa.]

L. FVLVIVS. L. F. L. N. CVRVVS. COS. ANN. CDXXXI.
DE. SAMNITIBVS. QVIRINALIBVS.

Q. FABIVS. M. F. N. N. MAXIMVS. RVLLIAN. AN. CDXXXI.
COS. DE. SAMNITIBVS. ET. APVLEIS. XII. K. MART.

Vides igitur ex triumphis Conſulum huius anni bellum illud anceps & difficile, quo vicerunt Romani, Samnitium Imperatore cæſo, rebuſque hoſtium ita debilitatis, vt vltrò deditionem facerent, non Dictatoris (vt volunt annales quos ſequitur Liuius) ſed Conſulum auſpicijs geſtum fuiſſe. Atqui Liuius ipſe, dum quóſnam ſequeretur auctores in tanta diuerſitate vix ſibi præſcribere poſſet, nihil certi conſtituit. Ait enim hoc bello à Conſulibus bellatum, quoſdam velle, ab ijſque de Samnitibus triumphatum fuiſſe. Q. Fabium etiam in Apuliam proceſſiſſe, atque inde magnas prædas egiſſe. Quæ omnia Capitolinis faſtis conuenire, ex Conſulum triumphis facilè cognoſcimus. Auctor item de viris illu-

ſtribus ſuffragari videtur cap. xxxII. nam tres Q. Fabij Maximi triumphos recenſens primum de Apulis, & Lucerinis fuiſſe dicit.

Apuli Iapyges olim dicti. Apuli Adriatico mari contermini inter Dauniam & Calabriam, Iapyges olim dicti à Dedali filio, de quibus vide Plinium libro III. cap. XI. Strabonem libro VI. Melam, & alios. Quidam per PP. geminum ſcribunt hoc nomen, quod in antiquo non obſeruari videmus. *Apuli unde dicti.* Deducunt enim Græci nomen ἀπὸ τοῦ ἀπολέσθαι: cò quòd in Apulia celerius, quam alibi, arbores deijciunt folia.

ANNI. P. R. C. CDXXXII.

Conſules.

T. Veturius. //. f. //. n. Caluinus. II. Sp. Poſtumius. //. f. //. n. Albinus. II.

NVMERI deſiderantur in Liuio, Caſſiodoro & tabulis Græcis apud nomina Conſulum: nam ante duodecim circiter annos adhuc ſemel collegas in eodem magiſtratu fuiſſe conſtat. Itaque de hoc ſecundo ipſorum conſulatu rectè Cicero Officiorm tertio ſic ſcribit. At verò T. Veturius, & Sp. Poſtumius, cùm iterum Conſules eſſent, quia cùm malè » pugnatum ad Caudium eſſet, legionibus noſtris ſub iugum miſſis, pacem cum Samniti- » bus fecerunt, dediti ſunt. Meminit eorundem in Catone, ſed ibi P. Poſtumius non benè le- » gitur. Io. Zonaras alterum Conſulem Ti. Veturium vocat, vetuſto Veturiæ gentis prænomine; quod tamen non niſi apud patricios Craſſos Cicurinos reperio. Hic T. Caluinus plebei Conſulis locũ obtinet. Auctor vero de viris illuſtribus in Pontio Teleſino cap. xxx. C. Veturium nominat; ſed mendoſè, & contra aliorum auctorum conſenſum.

Caudina pax infamis. Annus Caudina pace infamis. Horum enim Conſulum imperitia Romanæ legiones in inſidias ductæ, & ad Caudinas furculas Samnitium præſidijs circumſeſſæ, turpem, ſed *Exercitus Romanus ſub iugum miſſus.* neceſſariam pacem acceptarunt. Nam ibidem totus, antequam dimitteretur, exercitus, ſimul cum Conſulibus, legatis, ac tribunis, duce C. Pontio ſub iugum miſſus eſt. Hiſtoriam latè & pulchrè ſcribit Liuius in principio libri IX. Obiter Zonaras, Florus, Eutropius, & Oroſius: ſed in his annorum ab Vrbe condita numeri reſtitui debent.

Duo Dictatores & mag. eq. fruſtra creati.

Q. Fabius. * Q. f. Q. n. * Ambuſtus. Dict.
P. Aelius. * P. f. P. n. * Pætus. Mag. eq.
Comitiorum. habendor. cauſſa.
Vitio. facti. abdicarunt. In eor. loc. facti. ſunt.
M. Aemilius. //. f. //. n. Papus. Dict.
L. Valerius. //. f. //. n. Flaccus. Mag. eq.
Comitiorum. habendor. cauſſa.

Conſules cum ſummo dedecore Romam reuerſi, nihil deinde pro magiſtratu agere tentarunt in priuato abditi, niſi quod expreſſum S. C. eſt, vt Dictatorem dicerent comitiorum habendorum cauſſa. Dixerunt Q. Fabium Ambuſtum, à quo magiſter equitum P. Aelius Pætus eſt dictus. Sed his vitio creatis, ſuffecti M. Aemilius Papus Dictator, & L. Valerius Flaccus magiſter equitum. Nec per hos tamen comitia ſunt habita, vſque adeò *Interregnum.* tædebat populum magiſtratuum eius anni omnium. Itaque res ad interregnum redijt. vt Liuius libro nono.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
M. Valerius. M. f. M. n. Coruus. III. Ex Plinij VII. cap. XLVIII.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

M. Popillius. M. f. M. n. Lænas. [Sp. Metilius. Sp. f. Sp. nepos.]
[Sex. Tempanius. Sex. f. Sex. nepos.] [L. Villius. L. f. P. nepos.]

Tribuni

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. // f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
M.Pœtelius. M.f. M. n. Libo.II.	[T. Roſcius. T. f. T. nepos. II.]
[C.Mamilius.C. f. C. n.Vitulus.]	[L. Apronius. C. f. C. nepos.II.]
[L. Sextilius. L. f. C. nepos. II.]	[L. Cædicius. L. f. L. nepos.]
[C. Mænius. C. f. P. nepos. II.]	[C. Furius. C. f. C. nepos.]
[P. Mælius. P. f. P. n.Capitolinus.]	[L. Canuleius. L. f. L. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. T. Veturij } Cos. in Samnio. Abdicarunt.
//. //. //. f. //. n. //. Sp. Poſtumij }

Ab hoſtibus ſub iugum miſſi ſunt cum Conſulibus, legatis, trib. militum, legionibuſque: & quia pacem cum alijs ſpoponderant, etiam abdicarunt, & ſimul dediti ſunt. Liuius libro nono.

[Cn. Furius. Cn. f. Cn. n. Pacilus.]	[P. Lucretius. P. f. L. n. Tricipitinus.]
[Sp. Papirius. Sp. f. Sp. n. Craſſus.]	[Cn. Lucretius. Cn. f. Cn. nepos.]

ANNI. P. R. C. CDXXXIII.

Conſules.

L. Papirius. Sp. f. L. n. Curſor. II. Q. Publilius. Q. f. Q. n. Philo. III.

A SECVNDO interrege M. Valerio Coruo hi creati ſunt, haud dubio conſenſu ciuitatis, quòd nulli ea tempeſtate duces clariores eſſent. vt refert Liuius: vbi adiungendus numerus III. apud Q. Philonem: nam bis antea Conſul fuit, velut ex ſuperioribus conſtat. At L. Papirium rectè Conſulem iterum dicit; atque ita, vt non videatur hoc loco, quemadmodum priùs, de primo conſulatu eius dubitare, de quo ſatis multa ſuo loco diſſerui. In tabulis Græcis hic tertius Curſoris cum Philone computatur conſulatus; ſed malè ſemel pro Curuo Curſorem ſuppoſitum, iam antè oſtendi. In Caſſiodoro autem vterque rectè legitur; ſed numerorum notæ perperam omiſſæ ſunt apud Conſules: qui quo creati ſunt die (ſic enim placuerat patribus) magiſtratum inierunt; ſacriſque peractis, de pace Caudina retulerunt. *Conſulum par eximium.*

Conſules anni ſuperioris, cum legatis, quæſtoribus, tribunis militum, qui coacti turpem pacem ad Caudium pro populo Rom. ſpoponderant, ex S. C. vincti, & nudi Samnitibus per fœcialem dediti ſunt, non tamen recepti. Igitur ſolutis religione Romanis, bellum denuò Samnitibus indictum eſt. Satricani interea ad Samnites defecerunt, & Fregellas coloniam Romanorum occuparunt, & concremarunt. Conſules ſortiti prouincias, L. Papirius, in Apuliam pergit: Luceriam obſeſſurus, vbi equites ſexcenti obſides ad Caudium dati cuſtodiebantur. Publilius in Samnio aduerſus legiones Caudinas ſubſtitit, quas prœlio fudit, & caſtris exuit. Inde fugientes in Apuliam ſequitur, & collegæ Papirio iungitur. vbi altero rurſus ad Luceriam prœlio graui concurſum, & Samnitium caſtra per vim expugnata ſunt. Ad domandam hinc Apuliam profecto Publilio, Luceria per deditionem à L. Papirio capta eſt, & obſides Romani equites ſumma omnium lætitia recepti. Præſidiarij omnes, Samnitium ſeptem milia ſcilicet, cum ipſo Imperatore C. Pontio (vt quidam volunt annales) ſub iugum miſſi ſunt. Vide Liuium, Zonaram, Eutropium, & alios. Sueſſam, Auruncam, Saticulam colonias deductas indicat Velleius. *Deditio ſponſorum pacis Caudinæ.* *Satricanorum defectio.* *Samnites ad Caudium victi.* *Rurſum ad Luceriam.* *Luceria capta, recepti obſides Romani.* *Samnites ſub iugum miſſi.* *Sueſſa, Aurũca & Saticula nouæ coloniæ.*

C. MAINIUS.

C. Maenius. P. f. P. nepos. Dict.
M. Foslius. C. f. M. n. Flaccinator. Mag. eq.
Quæſtionum.exercendar.cauſſa.abdicarunt.
L. Cornelius * L. f. * //. n. Lentulus. Dict.
L. Papirivs. Sp. f. L. n. Curſor. II. Mag. eq.
Rei. gerundæ. cauſſa.
T. Manlivs. L. f. A. n. Imperioſ. Torquat. III. Dict.
L. Papirivs. L. f. L. n. Craſſus. Mag. eq.
Comitiorum. habendorum. cauſſa.

Tres eiuſdem anni Dictatores.

Tres ordine nobis oſtendit hoc anno Dictatores faſtorum Capitolinorum fragmẽtum, cum totidem magiſtris equitum. Quos omnes apud Liuium non reperies, nam in hiſtoria horum temporum (vt non ſemel admonui) frequenter vagatur incertus ob annalium diuerſitatẽ, & ſæpe à faſtis Capitolinis, ne dicam à ſeipſo, diſcrepat. De C. Mænio & M. Foſlio parum dubij eſt, quin fuerint primi, licet Liuius hîc eos omnino prætereat, ſexto enim anno poſtea illos iterum in eodem magiſtratu cum notis repetiti honoris exprimunt fragmenta Capitolina, rei gerundæ cauſſa creatos. Quo item anno eoſdem adfert Liuius: ſed ex alijs annalibus quæſtionum exercendarum cauſſa dictos ſcribit; vt aliquibus fiat veriſimile, nobiſque perſuaſum ſit, primum hunc magiſtratum ipſos geſſiſſe hoc titulo, ſecundum verò rei gerundæ cauſſa, vt monſtrat Capitolinum fragmentum. Quo in nonnullis hiſtorijs prætermiſſo, hunc primum perperam eò tranſpoſitum eſſe, ex hiſtoriarum ſimilitudine, vt fit, errore nato. Nam & hoc anno Luceria à Romanis capta eſt; & eo, quo C. Mænij primam hanc dictaturam deſcribit Liuius, & faſtorum Capitolinorum auctores ſecundam Quibus vt ſatisfiat, eam Liuianam huc transferemus, hac occaſione introductam ſcilicet.

Campanorum coniuratio.

Eo anno (inquit Liuius) Capuæ occultæ principum coniurationes factæ ſunt, de quibus cùm ad ſenatum referretur, haud quaquam neglecta res eſt; ſed Quæſtiones decretæ, Dictatoremq́ue quæſtionibus exercendis dici placuit. C. Mænius dictus eſt, is magiſtrum equitum M. Foſlium dixit. Tantuſq́ue terror eius magiſtratus fuit, vt præcipua Capuanæ coniurationis capita, priuſquam nominarentur apud Dictatorem, voluntaria morte ſemet iudicio ſubtraxerint. Deinde, vt quæſtioni Campanæ materia deceſſit, verſa Romam eſt, quærique cœptum, non nominatim qui Capuæ; ſed in vniuerſum, qui vſquam coiiſſent, coniuraſſentve aduerſus populum Rom. & coitiones honorum adipiſcendorum cauſſa factas, aduerſus remp. eſſe, interpretatum eſt.

Ambitus quæſtiones Romæ.

Poſtulabantur ambitus itaque nobiles homines, appellantibuſq́ue tribunos, nemo erat auxilio. Quod graue, & iniquum nobilitati viſum, quæ negare ſuorum id crimẽ eſſe, quibus ſi nulla obſtetur fraude, pateat ad honorem via; ſed potiùs nouorum hominum. Ipſos adeò Dictatorem, magiſtrumq́ue equitum reos magis, quàm quæſitores idoneos eius criminis eſſe, intellecturoſq́ue ita id eſſe, ſimulatque magiſtratu abijſſent.

Dictator ſponte abdicat, vt priuatus accuſari poſſet.

Quo audito Dictator Mænius famæ ſuæ magis, quàm imperij memor, poſteaquam in cõcione de ſua innocentia diſſeruiſſet, mandara Conſulibus quæſtione ſe dictatura abdicat; & poſt eum confeſtim magiſter equitum,

C. Mænius & M. Foſius rei facti, & abſoluti.

Primiq́ue apud Conſules, vt pecierant, rei facti, aduerſus nobilium teſtimonia egregiè abſoluuntur. Hæc multò diffuſius apud Liuium libro IX. in anni CDXXXIX. hiſtoria. Rurſus eiuſdem dictaturæ fit mentio in oratione P. Sempronij tribuni plebis aduerſus Ap. Claudium Cæcum cenſorem anno CDXLIII. dicta, qui ita apud Liuium loquitur: Quid ego antiqua reperam? nuper intra decem annos C. Mænius Dictator, quia cùm quæſtiones ſeuerius, quàm quibuſdam potentibus tutum erat, exerceret; contagio eius, quod quærebat,

Liuij locus.

criminis ipſi obiectata, ab inimicis eſt; vt priuatus obuiam iret crimini, dictatura ſe abdicauit. Ita enim correctius legentur hæc verba. Eademq́ue omnino mihi perſuadent, in hanc primam C. Mænij dictaturam quæſtiones illas potiùs referendas eſſe, Liuiumq́ue eo loco non annales ex quibus hiſtoriam cõdidit, ſed ipſam P. Sempronij tribuni orationem ſequutum, verè dicentis, intra decem annos eas habitas quæſtiones à Dictatore Mænio fuiſſe. Tot enim ferè reperies ab hac Mænij prima dictatura ad tribunatum plebis P. Sempronij huius, qui anni CDXLII. extremo abire cenſura Ap. Cæcum fruſtra iuſſit. Ab alia autem anni CDXXXIX. in qua Liuius C. Mænium exercuiſſe quæſtiones ſcribit, quinquennio diſtare eiuſdem Sempronij tribunatum, minimè reperies. Quapropter nõ immeritò ſcrupulum hæc mouerunt doctiſſimo Glareano, locum hunc haud dubiè corruptum iudicanti, niſi diuerſos, vt excipit, auctores ſit ſequutus Liuius. Quod ipſum accidiſſe ex ſupraſcriptis maniſeſtum eſt. Alterius, quæ ſequitur in Capitolino fragmento, dictaturæ meminit quidem Liuius in anni huius actis, ob annalium diſcordiam ambigi dicens, L. ne Cornelius Dictator cum L. Papirio Curſore magiſtro equitum eas res ad Caudium, atque inde

Luceriam

Luceriam geſſerit; an Conſulis Papirij præcipuum id decus fuerit. Verùm quiſnam hic L. Cornelius Dictator eſſe potuerit, quando cognomen a Liuio non additur, necdum ſatis liquet, etsi quidam Lentulum exiſtiment Conſulem anno CDXXVI. fortaſſis, quia Caudini cognomen in eadem familia poſtmodum reperiunt, & ex hac victoria originem habuiſſe ſuſpicantur. Et auctor eſt Liuius, ſuperiore anno L. Lentulum, quem legatorum principem virtute & honoribus ob geſtum conſulatum appellat, in obſidione Caudina, vt pacis neceſſariæ conditiones ab hoſtibus oblatas acceptarent, Conſules adhortatum eſſe. Itaque ſimul cum alijs hoc anno deditum fuiſſe ex eodem conſtat, atque mox deditione à Samnitibus non accepta, rediſſe cum alijs in caſtra Romana, ſed an confeſtim Dictator dictus ignominiam acceptam ipſe ſit vltus, adhuc ſub iudice lis eſt. Sequitur in fragmento tertia T. Manlij dictatura cum L. Papirij magiſterio equitũ à Liuio penitus prætermiſſa, non ſecus ac prima illa C. Mænij. Coniecturis igitur veriſimilibus hic agendum eſt, quam diu certiora non reperiuntur. T. Manlium igitur Torquatum fuiſſe exiſtimabimus Dictatorem, & magiſtrum equitum L. Papirium, L. Craſſi conſularis ac Dictatoris filium. Quos niſi comitiorum cauſſa abſentibus Conſulibus creatos dicamus, rationem huius tertiæ dictaturæ non inuenio; neque enim ſpacium inter hanc & ſuperiorem videtur in fragmento Capitolino, vti ex poſitura linearum conijci poſſit, ſuffectos hos ſuperioribus fuiſſe. Lentuli, vnde Caudini dicti.

Prætor.

// // // f. // n. //

Q. Aemilius. Q. f. L. n. Barbula.

Aediles curules.

// // // f. // n. // | .// // // f. // n. //

L. Quinctius * L. f. // n. Capitolinus. * | Sp. Nautius. Sp. f. Sp. n. Rutilus.

Aediles plebis.

// // // f. // n. // | .// // // f. // n. //

C. Iunius. C. f. C. n. Bubulcus. Brutus. | [C. Canuleius. C. f. C. nepos.]

Tribuni plebis.

L. Liuius. // f. // n. *Denter.* | T. Numicius. // f. // nepos.

Q. Mælius. *Q. f. Q.* nepos. | Coacti abdicarunt. in eorum locum facti ſunt

Hi inter ſponſores pacis Caudinæ fuerant anno ſuperiore, & reuerſi Romam iam antè, vt ſuſpicor, deſignati in hunc annum tribuni plebis, cumque magiſtratum ex more menſe Decembri inierunt. Igitur hoc anno S. C. de pace Caudina reſcindenda, & deditione ſponſorum facienda, interceſſione tollere conati ſunt; ſe in primis, quòd ſacroſancti, & in magiſtratu eſſent, dedi hoſtibus, violarique non poſſe dicentes. Vt autem non perſuasêre, ſe ſenatus poteſtati permittentes abdicarunt, & ſimul cum alijs dediti ſunt. In abdicatorum vero locum alios eſſe ſuffectos veriſimile eſt. Nominat & Cicero tribunos iam dictos rem eandem narrans Officiorum III. qui T. Numicium nominat alterum pro L. Liuio ex alijs annalibus, ſed Q. Aemilium mendosè pro Q. Mælio: patricij enim ſunt Aemilij, quos non admitti conſtat ad tribunatum plebis. Tribuni plebis ad Caudinos dediti.

// // // f. // n. // | .// // // f. // n. //

// // // f. // n. // | .// // // f. // n. //

// // // f. // n. // | .// // // f. // n. //

// // // f. // n. // | .// // // f. // n. //

// // // f. // n. // | .// // // f. // n. //

P. Decius. P. f. Q. n. Mus. | [C. Sicinius. C. f. C. n. Bellutus.]

[L. Sextius. L. f. L. n. Sextin. Lateranus.] | [M. Cædicius. L. f. L. nepos.]

[P. Mænius. C. f. P. nepos.] | [P. Virginius. L. f. A. nepos.]

[T. Romu-

[T. Romulcius. T. f. T. nepos.] [T. Iuuentius. T. f. T. nepos.]
[C. Oppius. C. f. C. n. Cornicen.] [C. Licinius. C. f. C. n. Caluus. Stolo.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. L. Curſoris. cos. in Apulia.
//. //. //. f. //. n. //. Q. Philonis. cos. in Samnio.

L. Volumnius C. f. C. n. Flamma. Violens. Bis Conſul poſtea.
Q. Fundanius. //. f. //. n. Fundulus. Auus C. Fundanij Conſulis anno DX. vt docent Capitolina marmora.
[M. Fabius. M. f. C. n. Dorſo.] Filius M. Dorſonis conſularis.
[Q. Antonius. Q. f. Q. n. Merenda.]

ANNI. P. R. C. CDXXXIV.

Conſules.

L. PAPIRIVS. Sp. f. L. n. Curſor. III. Q. Aulius. Q. f. M. n. Cerretanus. II.

QVIDAM annales (ait Liuius) L. Papirium Mugillanum Conſulem hoc anno volunt fuiſſe, cum Q. Aulio Cerretano iterum. Alij verò, quos faſti etiam ſequuntur Capitolini, L. Curſorem ob rem benè geſtam Luceriæ, continuato magiſtratu Conſulem tertiò creatum. Teſtantur autem fragmenta Capitolina L. Papirium Curſorem Cos. III. hoc anno triumphaſſe de Samnitibus. Quibus ſuffragatur Marianus Scotus: prodit enim eodem anno Conſules L. Papirium Curſorem III. & Q. Aulium Cerretanum. Caſſiodorus L. Papirium & Q. Aulium Cerretanum recenſet; Tabulæ Græcæ Papirium, & Cerretanum, ex quibus vix quicquam certi colligere eſt. Cuſpiniani tabulæ Mugillanum cum Cerretano ponunt; hos Capitolinorum faſtorum auctores ſequimur. Sed ex his corrigendum alterius Conſulis nomen, quod paſſim in Liuianis codicibus mendosè legitur, Aemilius, vel Aurelius, non Aulius.

Ferentani & Satricani victi, & oppida capta.

Q. Aulius Conſul cum Ferentanis vno prœlio debellauit, eorum vrbem obſidibus imperatis in deditionem accepit. L. Papirius Satricum præſidio Samnitium cæſo recuperauit. Colonia Romana erat, & poſt cladem Caudinã ad Samnites defecerat. Liuius lib. IX.

CENS. //. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //. abdicarunt.
C. Sulpicius. Ser. f. Q. n. Longus. C. Plautius. P. f. P. n. Decianus.

Cenſores idem annus habuit, vt indicat fragmentum Capitolinum, ſed quinam hi fuerint, apud auctores nondum reperio. Attamen luſtrum non condidiſſe, ſed aliquam ob cauſſam abdicaſſe, hinc colligi poteſt, quòd ſequenti pòſt anno cenſores alij in iiſdem Capitolinis fragmentis viſuntur, qui luſtrum condiderunt XXV. Quadriennij enim ad minùs ſpacium inter duo luſtra plerumque ſolet venire. Nos, vt magiſtratus ſuppleamus, conſulares duos eius temporis patricium & plebeium ſuggerimus; quorum alterum Onufrius C. Sulpicium Longum biſ antea Conſulem, & poſtea tertium colligit fuiſſe ex fragmenti Capitolini neſcio quibus veſtigijs; cui collegam plebeium adiungimus conſularem & triumphalem C. Plautium Decianum.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
M. Popillius. M. f. M. n. Lænas.

Aediles curules.

M. Valerius. M. f. M. n. Maximus. C. Fabius. M. f. N. n. Ambuſtus.

Aediles

Aediles plebis.

[C. Volumnius. C. f. C. n. Flamma.] [M. Trebonius. M. f. M. n. Flauus.]

Tribuni plebis.

M. Antiſtius. * M. f. M. * nepos. Quia de ciuibus Romanis iniuſſu populi quicquam in ſenatu ſtatuere illicitum erat, perduellionisque iudicium in primis penes populum eſſet; actum cum tribunis plebis eſt, vt eorum vnus pluresve rogationem ferrent. Vti ſenatui de Satricanis poſt defectionem vi receptis, ſententiæ dicendæ ius eſſet. Rogationem ex auctoritate ſenatus tulit M. Antiſtius trib. plebis. Plebsque ita ſciuit. „ Quòd ſenatus maxima pars cenſeat, qui aſſident, id volumus iubemusque. Ex hoc plebiſcito ſenatus conſultus eſt. Quid verò de Satricanorum punitione decreuerit, nobis incompertum eſt, cum Liuius hæc omnino prætereat. Per occaſionem dumtaxat meminit libro XXVI. ſcribens quid de Campanorum pœnis ſtatuiſſet ſenatus, qui itidem ciues Romani bello Punico ſecundo ad Hannibalem deſciuerant. Ex quo tribunatum hunc plebis huc retuli. At ibidem corrigendum populi nomen eſt, legendumque pro Sutrianis, Satricanis. *Antiſtia rogatio de Satricanis.* *Liuij locus corrigendus.*

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

// // // f. // n. //

M. Pœtelius. M. f. M. n. Libo. III. C. Marcius. C. f. L. n. Rutilus. Qui poſtea Cenſorinus appel. eſt.

[L. Apronius. C. f. C. nepos. III.] [L. Sextilius. L. f. C. nepos. III.]

L. Cominius. // f. // nepos. [L. Cædicius. L. f. L. nepos. II.]

[C. Mænius. C. f. P. nepos. III.] [C. Furius. C. f. C. nepos. II.]

[Q. Cæcilius. Q. f. Q. n. Metellus.]

Quæſtores vrbani.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Quæſtores militares.

// // // f. // n. // L. Papirij } coss. in Samnio.
// // // f. // n. // Q. Aulij }

Q. Marcius. Q. f. Q. n. Tremulus. Qui in primo conſulatu de Hernicis triumphauit.

[L. Geganius. L. f. L. n. Macerinus.] Nepos L. Macerini tribuni militum conſulari poteſtate anno CCCLXXVI.

[Q. Clœlius. Q. f. Q. n. Siculus.] Nepos Q. Siculi cenſoris anno CCCLXXII.

[L. Aemilius. L. f. L. n. Mamercinus.] L. Aemilij Priuernatis bis Dictatoris filius.

L. PAPIRIVS. SP. F. L. N. CVRSOR. II. COS. III. AN. CDXXXIV. DE. SAMNITIBVS. X. KAL. SEPTEMBR.

Poſt Satricanos in poteſtatem redactos, L. Papirium Cos. tradit Liuius ex quibuſdam annalibus, inde ad triumphum deceſſiſſe Romam. Antea tamen ſcribit dubitari, num anno ſuperiore triumphatum de Samnitibus ſub iugum miſſis à L. Cornelio Dictatore fuerit. Quoſdam enim ita referre, quoſdam rurſus à L. Papirio Conſule iterum; alios autem velle demum hoc anno eundem iterato honore Conſulem III. bello Samnitico confecto, Satricanis receptis triumphaſſe, atque iuſtiſſimo haudubiè triumpho ad eam ætatem. Poſt Camillum enim hic vltor vnicus Romanæ fuit ignominiæ. Meminit huius triumphi etiam Eutropius libro II. qui eoſdem ſequutus videtur annales, quos Capitolini faſti. Cum triumpho namque ſimul omnem belli huius Samnitici gloriam L. Papirio Curſori adſcribit. De cuius viri virtutibus multa Liuius libro IX. vbi pulchrè in eius laudes digreditur, quem animis bellicaque virtute parem Romani deſtinarant ducem Alexandro Magno, ſi Aſia perdomita in Europam vertiſſet arma. *Variant auctores de hoc triumpho L. Papirij Curſoris.* *Vltores ignominiæ Romanæ M. Camillus & L. Papirius.* *Dux ſuæ ætatis primus L. Papirius Alexandro Magno bellica virtute comparatus.*

ANNI

ANNI. P. R. C. CDXXXV.

Conſules.

L. PLAVTIVS. L. F. L. N. VENNO. M. FOSLIVS. C. F. M. N. FLACCINATOR.

Loci auctorum corrigendi.

CONSVLVM nomina ex faſtorum Capitolinorũ fragmento, quod XII. annorum magiſtratus integrè deinceps nobis exhibet, in Liuio, Diodoro, Caſſiodoro, Mariano, & alijs auctoribus, in quibus variè, & corruptè admodum leguntur, corrigenda ſunt, nempe in Liuio L. Flaccus, L. Plautius Venox. In Diodoro, L. Plotius, Manius Fuluius. In Caſſiodoro & Mariano, L. Fuluius, & L. Plautius Venox. In tabulis Græcis: Venox & Flaccus.

Samnitibus induciæ biennales datæ. Interamna colonia.

Samnitium legati Romæ inducias biennij à populo difficulter admodum impetrarunt. Theanenſes, Apuli Canuſiniq́ue populationibus fatigati, L. Plautio Conſuli obſides dederunt & in deditionem venerunt. Liuius libro IX. Interamna Romanorum colonia facta eſt, vt Velleius auctor eſt biennio poſt Sueſſam.

CENS. L. PAPIRIVS. L. F. M. N. CRASSVS. C. MAINIVS. P. F. P. N.
LVSTRVM. FECER. XXV.

Nouæ tribus. Vſentina & Falerina.

Repetitum hoc anno cenſum, luſtrumq́ue conditum fuiſſe docent Capitolini faſti per L. Papirium Craſſum, & C. Mænium cenſores. Liuius ne verbum quidem de his: illud tantùm huius anni actis adſcribit, Romæ duas tribus additas fuiſſe, Vſentinam & Falerinam; quarum etiam Diodorus Siculus meminit. Quod plerumque per cenſores fieri ſolere, Liuius ſuperiore libro ipſe teſtatur. De eorum temporum cenſibus mentionem lib. IX. facit, vbi in laudes L. Papirij Curſoris, & populi Rom. excurrit. Cenſebantur (inquit) eius ætatis luſtris ducena quinquagena milia capitum. Sed ad certum aliquod luſtrum hæc referre non ſcimus.

Prætor.

Capuanis præfectus & leges datæ.

L. Furius. *L. f. M. n. Camillus. * Ex S. C. Capuanis leges primus dedit; ſecundùm quas præfecti adminiſtrandæ Capuanæ reip. cauſſa tunc primum creati ius dicerent; cùm vtrumque ipſi Campani pro remedio ægris rebus diſcordia inteſtina petijſſent. Liuius libro IX. Sex. Pompeius in vocabulo Præfectura.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

M. Valerius. M. f. M. n. Coruus. IV. [M'. Sergius. M'. f. M'. n. Fidenas.]
Ex. Plinij. VII.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

P. Decius. P. f. Q. n. Mus. [T. Roſcius. T. f. T. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Q. Mælius. *Q. f. Q. *nepos. II. [L. Domitius. Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus.]
[C. Claudius. C. f. //. n. Hortator.] [P. Mucius. P. f. Q. n. Scæuula.]
C. Fabricius. C. f. //. n. Luſcinus. [C. Icilius. C. f. C. n. Ruga.]
[P. Pupius P. f. P. nepos.] [Sex. Tullius. Sex. f. //. nepos. III.]
[Q. Publilius. Q. f. Q. n. Philo.] [C. Plautius. C. f. //. n. Hypſæus. II.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſto-

Quæſtores militares.

// // // f. // n. // L. Plautij cos. } in Apulia.
// // // f. // n. // M. Foſlij cos. }

L. Genucius. * L. f. L. n. * Auentinenſis. Cuius pater trib. plebis anno CDXI. reperitur in Liuio: & ſuſpicor ex interuallo temporis nepotem eius eſſe L. Genucij, qui anno CCCXCI. Conſul iterum fuit.

Ap. Claudius. C. f. Ap. n. Cæcus. C. Craſſi filius, Iuris & eloquentiæ peritus Liuio, & Cicerone teſtibus: quem Pomponius I. C. actionum libros etiam reliquiſſe ſcribit. Hunc etiam magiſtratus plures geſſiſſe, quàm à Liuio, vel alijs auctoribus proditum memoriæ fuit, cognoſcimus ex quodam epigrammate antiquo, quod adferam poſtea in eius dictatura.

M. Fuluius. L. f. L. n. Curuus. Pætinus. Sic ſcriptus in triumphalibus columnis Capitolinis, vnde colligimus minorem fratrem fuiſſe L. Fuluij Curui Cos. anno CDXXXI.

Ti. Minucius. // f. // n. Augurinus. Qui poſtea Conſul in prœlio occiſus eſt, vt ſuo loco dicetur.

ANNI. P. R. C. CDXXXVI.

Conſules.

Q. AEMILIVS. Q. F. L. N. BARBVLA. C. IVNIVS. C. F. C. N. BVBVLCVS. BRVTVS.

RECTE Conſules nominant Liuius, Marianus & Caſſiodorus. Verùm hic cognomina omittit, quæ habentur etiam in tabulis Græcis Barbula, & Bubulcus.

Florento Apuliæ valido oppido C Iunius Conſul eſt potitus, Q. Aemilius Nerulum in Lucanis repentino aduentu oppreſſum vi cepit. Antiatibus colonis petentibus leges item datæ ſunt Romanæ, qui ſe ſine legibus certis, ſine magiſtratibus agere querebantur. Dati ex S. C. ad iura ſtatuenda non Prætor vrbanus ſed ipſius coloniæ patroni. Nec arma modò, ſed iura etiam Romana latè patebant. Liuius lib. IX. *Florentum, & Nerulum capta oppida. Antiatibus leges datæ.*

Prætor.

// // // f. // n. //
L. Papirius. L. f. L. n. Craſſus.

Aediles curules.

// // // f. // n. // — // // // f. // n. //

Aediles plebis.

// // // f. // n. // — // // // f. // n. //
M. Pœtelius. M. f. M. n. Libo. — L. Liuius. // f. // n. Denter.
T. Numicius. // f. // nepos. — M. Antiſtius. * M. f. M. nepos. *

Tribuni plebis.

// // // f. // n. // — // // // f. // n. //
// // // f. // n. // — // // // f. // n. //
// // // f. // n. // — // // // f. // n. //
// // // f. // n. // — // // // f. // n. //
// // // f. // n. // — // // // f. // n. //

L. Cominius. // f. // nepos. II. M. Lætorium Mergum tribunum militum ſtupri puerilis reum fecit ad populum: Qui damnationis metu ſemet occidit. Fato tamen functus vniniuerſæ plebis ſententia damnatus eſt. Val Max. lib. VI. cap. I. Suidas belli Samnitici tempore hoc contigiſſe ſcribit in voce Caius, & capitis damnatum fuiſſe Lætorium. ſed Liuius non meminit.

[C. Appuleius. Cn. f. Cn. n. Panſa.]
[M. Trebonius. M. f. M. n. Flauus. II.] [A. Trebius. A. f. A. nepos]
[Q. Mæcilius. Q. f. Q. nepos.] [Cn. Lucerius. Cn. f. Cn. nepos.]
[A. Tempanius. A. f. A. nepos.] [Sp. Metilius. Sp. f. Sp. nepos. II.]
[Cn. Sellius. Cn. f. Cn. nepos.] [L. Villius. L. f. P. nepos. II.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Aemilij cos. in Lucania.
//. //. //. f. //. n. //. C. Iunij cos. in Apulia.

P. Cornelius. A. f. P. n. Aruina. Bis Conſul & Cenſor deinde.
L. Papirius. //. f. //. n. Maſo. Aedilitius poſtea mortuus: à quo multi Maſones nati, vt Cicero ad Papirium Pætum familiarium libro IX.
C. Lutatius. //. f. //. n. Catulus. Auus duorum Catulorum conſularium, vt faſti monſtrant Capitolini, qui bello Punico primo finem impoſuerunt.
[M. Fulcinius. M. f. M. nepos.]

ANNI. P. R. C. CDXXXVII.

Conſules.

SP. NAVTIVS. SP. F. SP. N. RVTILVS. M. POPILLIVS. M. F. M. N. LAENAS.
L. AEMILIVS. L. F. L. N. MAMERCINVS. PRIVERNAS. II. DICT.
L. FVLVIVS. L. F. L. N. CVRVVS. MAG. EQ.
REI. GERVND. C.

ITA nobis repræſentant Conſules huius anni cum Dictatore & magiſtro equitum tabulæ Capitolinæ. Liuius & Caſſiodorus cognomina omittunt, quibus ſolis reddunt Conſules tabulæ Græcæ, Rutilum & Lænatem vocantes.

C. Iunius & Q. Aemilius exitu ſuperioris anni magiſtratu abeuntes, non Conſulibus à ſe creatis Sp. Nautio, & M. Popillio; ſed Dictatori L. Aemilio tradiderunt legiones, quibus Saticulam obſedit L. Fuluio magiſtro equitum dicto. Vnde rebellandi Samnitibus occaſio nata eſt, quos ſocijs opem ferentes ſtrauit prœlio. Liuius lib. IX. hæc latiùs. *Samnites rebellant.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
M. Valerius. M. f. M. n. Maximus. Quater Prætorem fuiſſe Liuius auctor eſt, vt in quarta prætura conſtabit.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
Q. Mælius. Q. f. Q. nepos. C. Marcius. C. f. L. n. Rutilus. Qui poſtea Cenſorinus.
[L. Apronius. C. f. C. n. Limo.] [L. Sextilius. L. f. C. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. f.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
P. Decius. P. f. Q. n. Mus. II. [C.Volumnius.C. f.C. n.Flamma. II.]
[M. Titinius.M. f. Sex. nepos.] Q.Fundanius. //. f. //. n.Fundulus.
[Sex.Titius.Sex. f. M. nepos.] [M.Genucius.M.f.M.n.Auentinenſis.]
[L. Cædicius. L. f. L. nepos. III.] [M.Cædicius.L. f. L. nepos. II].
[P. Mænius. C. f. P. nepos. II.] [C. Furius. C. f. C. nepos. III.]

Quæſtores vrbani.

//. //. •//. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. } L. Aemilij Dict. in Samnio,& Apulia.

Ti. Cornelius. Ser. f. //. n. Lentulus. Pater L.& Ser. Lentulorum, quorum magiſtratus ſequentur.

L. Atilius. * L. f. * //. n. Regulus. Patruus M.Reguli conſularis à Pœnis capti,vt indicant fragmenta Capitolina.

[L.Volumnius L. f.L.n.Flamma.] [Cn.Cornelius.Cn.f.Cn.n.Lentulus.] Hic frater Ser.Lentuli conſularis,qui ſequetur.

ANNI. P. R. C. CDXXXVIII.

Conſules.

L. PAPIRIVS. SP. F. L. N. CVRSOR. IV. Q. POBLILIVS. Q. F. Q. N. PHILO. IIII.
Q. FABIVS. M. F. N. N. MAXIMVS. RVLLIANVS. DICT.
Q. AVLIVS. Q. F. M. N. CERRETANVS. MAG. EQ. REI. GER. CAVSSA. IN. PROELIO. OCCISVS. EST. IN. EIVS. LOC. FAC. EST.
C. FABIVS. M. F. N. N. AMBVSTVS. MAG. EQ.

DIODORVS Siculus lib.XIX.Conſules prodit L.Papiriũ IIII.& Q.Popillium II.mendoſè tamen librariorũ culpa.Et tabulæ Græcæ Curſori IIII. Lænatem II.iungũt,neſcio an hoc errore ſcriptoris acciderit,an alios ſequuti fuerint annales.Si error eſt,is proueniſſe videtur ex vicinitate,& ſimilitudine nominum Popillij,& Poblilij,vt idem hîc cum ſuperiore viſus illis fuerit,qui Popillium Lenatem hoc anno repetierunt. Caſſiodorus L. Papirium non IIII ſed L.Papirium Iuniorẽ,& Q.Publilium Coss.ſuggerit,apparetq́; ipſum velle ſignare L.Curſoris ter Conſulis filium,contra Marianum,faſtos Capitolinos,& tabulas Græcas.In Liuio autem planè deſiderantur nomina Conſulũ negligẽtia potiùs librariorum,ni fallor,quàm auctoris,ferè nunquã ea ſtudio prætermittentis. Ait enim, anno circumacto bellum ad Saticulam deinceps à Dictatore Q.Fabio geſtum fuiſſe,& Coss. nouos(quo loco nomina eorum interijcienda ſunt)ſicut ſuperiores Romæ manſiſſe.Igitur bellica res omnis his duobus annis per Dictatores geſta eſt. Supplendus igitur in hunc ferè modum Liuij hic locus videtur.Conſules noui L.Papirius Curſor,IV. & Q.Publilius Philo,IIII.ſicut ſuperiores,Romæ manſerunt. Verſus etenim integer ibidem à dormitante ſcriba prætermiſſus.

Error Caſſiodori.

Liuij locus mutilatus.

Q.Fabius Dictator ad accipiendum ab Aemilio exercitum cum ſupplemento venit ad Saticulam,quam Sãnites obſidione leuare cupientes,rurſum caſtris Romanis occurrerũt nouo exercitu. Vbi dum vrbs à Dictatore oppugnatur, ad caſtra prœliũ atrox equeſtre eſt initum,quo præter alios, & magiſter equitũ Q. Aulius cecidit, occiſo priùs Samnitiũ imperatore.Paulò pòſt equeſtre prœliũ in pedeſtre mutatũ eſt , Romano priùs equis deſcendente,quo haud dubiè ſuperauit,neque diu poſt dedita eſt Saticula . Suffectus in Q.Aulij occiſi locũ C.Fabius Ambuſtus magiſter equitum frater Dictatoris. Inde Soram magnis itineribus ductæ legiones Romanæ,quæ colonis interfectis,defecerat ad Samnites.Quorum cohortes cũ ſequerentur, in itinere ad Laurulas ancipiti primum prœlio pugnarunt, demum per inſidias circumuenti,ingenti ſtrage fuſi ſunt.Liuius lib.IX.omnia exactè.

Graue prœliũ equeſtre in quo partium duces duo cecidere.

Sora rebellans obſeſſa.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

M. Valerius. M. f. M. n.Coruus. IV. Plinius lib. VII.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Ap. Claudij Caci magiſtratus plures.

Ap.Claudius.C.f.Ap.n.Cæcus. [M. Fabius. M.f. C. n. Dorſo.]

Ap.Claudium verò bis ædilem,bisque Prætorem fuiſſe, demonſtrat titulus honorum illius marmori inſculptus, quod nunc temporis Florẽtiæ adhuc ſeruatur apud Petrum Victorium eruditione ſumma celebrem virum, Cuius exemplum commodiore loco poſtea,vt pollicitus ſum,adducam.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

L.Cominius. //. f. //. nepos. [Q.Publilius.Q.f. Q. n. Philo.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. // .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

L. Liuius. //. f. //. n.Denter.II. T. Numicius. //. f. //. nepos.II.
M. Antiſtius.* M.f.M.*nepos.II. Q.Marcius. Q. f. Q. n.Tremulus.
L.Volumnius.C.f. C.n.Flamma. [Sp.Mælius.Sp. f. Sp. n.Capitolinus.]
Violens.
[Q.Canuleius.Q.f. Q. nepos.] [P. Licinius. P. f. C. nepos Stolo.]
[Q.Cæcilius.Q.f.Q.n.Metellus.II.][L.Domitius.Cn.f.Cn.n.Ahenobarb'.II.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. }
//. //. //. f. //. n. //. } Q.Fabij.Dict.in Samnio & Apulia.

C. Marcius. *C. f. C. n. Rutilus. * Qui primus augur è plebe,vt Liuius libro X.Sed mendoſè Claudius Marcius legitur in Liuianis exemplaribus multis.
M. Decius. * M. f. M.n.Mus *. Quem tribunum plebis adferemus.
M. Liuius. //. f. C. n. Denter. [L. Aemilius. L. f. L. n. Barbula.]
M.Liuius Pontifex è plebe primus,& Cos.denique factus eſt. L. Barbula patruelis Q. Barbulæ bis Conſulis ac triumphalis.

ANNI. P. R. C. CDXXXIX.

Conſules.

M. POETELIVS. M. F. M. N. LIBO. C. SVLPICIVS. SER. F. Q. N. LONGVS. III.

COGNOMINA Conſulum omiſſa ſunt à Liuio, Diodoro, Mariano, & Caſſiodoro; item numerus apud Sulpicium; nam bis antea Conſul fuit Capitolinum fragmentum, vt vides omnia plenè nobis repræſentat. Tabulæ Græcæ Sulpicium & Longum habent, perperam vnius Cos. tantùm bina nomina pro duobus Coſs. proferentes.

Exercitum

Exercitum Coſs. à Dictatore Fabio acceperunt: Sora poſt longam obſidionem tranſfugæ cuiuſdam opera recepta eſt. Auſonum item vrbes, quæ ſe Samnitibus iunxerãt, captæ. Luceria interim, prodito hoſtibus præſidio Romano rurſus Samnitium eſt facta, ſed non diu poſt exercitu Romano appropinquante per vim expugnata eſt: Lucerini, ac Samnites ad internetionem cæſi. Duo milia & quingenti denuò in coloniam eò miſſi ſunt. Liuius libro nono.

Sora tranſfugæ capta proditione. Luceria rebellans denuò vi expugnata. Colonia Luceriam iterum miſſa.

C. MAINIVS. P. F. P. N. II. DICT.
M. FOSLIVS. C. F. M. N. FLACCINATOR. II. MAG. EQ.
REI. GERVNDAE. CAVSSA.

Hæc ſecunda C. Mænij dictatura fuit, quam belli gerendi cauſſa cepit, vt Capitolinorum faſtorum auctores tradunt. Liuius in hunc annum dictaturam primam Quæſtionum exercendarum ex alijs annalibus tranſtulit, an rectè, docti iudicent; nam ſupra ſatis de ea re diſſerui. Ceterùm ex hiſtoria ipſa colligere eſt, & hoc anno Campanos ad defectionem ſpectaſſe, ideoque Dictatorem belli gerendi cauſſa creatum. Cuius etiam ſententiæ videtur eſſe Diodorus Siculus libro XIX. vbi Conſulum, & Dictatoris C. Mænij hoc anno facti ob res in Campania gerendas, quæ ad defectionem ſpectabat, obiter mentionem facit. Sed magiſter equitum mendosè ibidem M'. Fuluius appellatur.

Liuius à Capitolinis faſtis diuerſus. Campanorum defectio.

Prætor.

// // // f. // n. //
M. Valerius. M. f. M. n. Maximus. II. Liuius lib. IX.

Aediles curules.

// // // f. // n. // .// // // f. // n. //
[L. Geganius. L. f. L. n. Macerinus.] [Q. Clœlius. Q. f. Q. n. Siculus.]

Aediles plebis.

// // // f. // n. // .// // // f. // n. //
[C. Appuleius. Cn. f. Cn. n. Panſa.] [A. Trebius. A. f. A. n. nepos.]

Tribuni plebis.

// // // f. // n. // .// // // f. // n. //
// // // f. // n. // .// // // f. // n. //
// // // f. // n. // .// // // f. // n. //
// // // f. // n. // .// // // f. // n. //
// // // f. // n. // .// // // f. // n. //
Q. Mælius. Q. f. Q. nepos. III. [M. Trebius. A. f. A. nepos.]
Ti. Minucius. //. f. //. n. Augurinus. M. Fuluius. L. f. L. n. Curuus. Pætinus.
L. Genucius. L. f. L. n. Auentinenſis. [M. Domitius. //. f. //. n. Caluinus.]
[C. Claudius. C. f. //. n. Hortator. II.] [M. Claudius. M. f. //. n. Marcellus]
[P. Mucius. P. f. Q. n. Scæuula. II.] C. Fabricius. C. f. //. n. Luſcinus. II.]

Quæſtores vrbani.

// // // f. // n. // .// // // f. // n. //

Quæſtores militares.

// // // f. // n. // M. Pœtelij }
// // // f. // n. // C. Sulpicij } Coſs. in Campania.

P. Cornelius. //. f. //. n. Scipio. Barbatus. Ser. Cornelius. Cn. f. Cn. n. Lentulus.
[L. Domitius. L. f. L. n. Ahenobarbus.] P. Sempronius. P. f. C. n. Longus.

Qui. item. Sophus. eſt. appellatus Eius magiſtratus ordine ſequẽtur. Plinius lib. XXXIII. cap. I. ipſum Conſulem citans, Longum vocat, cognomine vt opinor auito. Sic Sophon agnomine quaſi ſapientem appellauit populus Rom. quia maximam iuris Romani ſcienti-

P. Sempronius Longus cur vulgò Sophus ſit appellatus.

ſcientiam hic habuit, vt Pomponius de origine iuris teſtatur. Ap. Cæco igitur iuris peritia ſemet iactanti aduerſarius fuit, quem contra leges cenſuram retinentem, hic tribunus plebis grauiſſima oratione corripuit, & ducere in carcerem voluit, vt diffuse Liuius enarrat.

P. Scipionem Barbatum Pontificem max. atque Dictatorem, Ser. Lentulum verò Conſulem adfert Liuius libro IX. & X.

C. SVLPICIVS. SER. F. Q. N. LONGVS. ANNO. CDXXXIX.
COS. III. DE. SAMNITIBVS. K. QVINT.

Triginta Samnitium milia caſa vel capta.

Fama defectionis Campanæ Samnites ex Apulia rurſus ad Caudium reuocauit, quibus occurrunt Coss. cum valido exercitu. Pugnatum atroci prœlio, & ad triginta milia Samnitium cæſa fuiſſe, memoriæ proditum eſt, vt apud Liuium libro nono latius; qui victoriam hanc vtriſque Conſulibus æquè attribuit. Faſti Capitolini ſolum Sulpicium Conſulem triumphaſſe teſtantur. de ea re Liuius ne verbum quidem, ſed Coss. ait egregia victoria parta, protinus inde ad Bouianum duxiſſe legiones, ibidemque hibernaſſe ad exitum anni vſque.

ANNI. P. R. C. CDXL.

Conſules.

L. PAPIRIVS. SP. F. L. N. CVRSOR. V. C. IVNIVS. C. F. C. N. BVBVLCVS. BRVTVS. II.

Saticulam coloniæ deducta. Pompeij Feſti locus.

** M'. Tullio Longo. fortaſſe rectius. Non enim hoc cognomen in Fuluia gente priſca reperio, nec prænomen Publium.*

Coloniæ deducta.

TABVLÆ Græcæ eoſdem cum numeris rectè per cognomina ſua produnt, atque notant hunc annum per conſulatum ſcilicet, ΚΟΥΡΣΟΡΟΣ. ΤΟ. Ε. ΚΑΙ. ΒΟΥΒΟΥΛΚΟΥ. ΤΟ. Β. Rectè item habentur apud Liuium, Diodorum, Caſſiodorum, Marianum, ſi addantur ſuis locis numeri. Sic apud Sextum Pompeium libro XVIII. ſi Papirio Curſori quintus annotetur conſulatus. Vbi coloniam his Coss. Saticulam vrbem à Samnitibus captam deduxiſſe Romanos ex fragmento eius auctoris colligimus, à triumviris M. Valerio Coruo, D. Iunio Bruto Scæua, * P. Fuluio Longo. Nec tabulæ à Cuſpiniano adductæ diſſentiunt Curſorem V. & Brutum II. adducentes.

Sueſſam, & Pontias coloniæ deductæ. Sic Interamnam, & Caſinum triumviris in hoc creatis, vt auctor eſt Liuius; ſed Velleius aliquantò aliter, vt ſuprà annotauimus. De Pontia congruit, item Diodorus Siculus.

C. POETELIVS. C. F. C. N. LIBO. VISOLVS. DICT.
M. POETELIVS. M. F. M. N. LIBO. MAG. EQ.
REI. GERVNDAE. CAVSSA.

Fregellæ Nola, & oppida quædam alia capta.

Dictator claui figendi cauſſa dictus.

Dictatorem hoc etiam anno nominatum à Conſulibus C. Pœtelium, conuenit Liuio cum tabulis Capitolinis; ſed pro M. Pœtelio magiſtro equitum, M. Foſlium habet, neſcio an correctè. Inſuper ambiguè narrat hiſtoriam belli. Fregellas quidem à Samnitibus occupatas per Dictatorem ſine certamine, inimicis fugientibus, receptas; ſed Nola, num ab eodem, num à C. Iunio Conſule capta fuerit, dubitari dicit, cùm vtrumque tradatur. Qui captæ Nolæ decus ad Conſulem trahunt, adijciunt, Atinam, & Calatiam ab eodem captas. C. Pœtelium autem peſtilentia orta claui figendi cauſſa Dictatorem dictum. Sed hæc à Capitolinis faſtis penitus diſcrepant, qui rei gerendæ cauſſa Dictatorem ponunt.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

C. Marcius. C. f. L. n. Rutilus. Qui poſtea Cenſorinus appellatus eſt.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

P. Cornelius. A. f. P. n. Aruina. Ap. Claudius. C. f. Ap. n. Cæcus. II.

Ap. Claudius ædilis curulis funebres ſumptus coarctauit.

In hac quidem ædilitate videtur Ap. Claudius tibicines Romanos, qui ſacris publicis ex Numæ Regis inſtituto ſemper eſſe præſtò debebant, damnoſo quodam irritaſſe edicto, quo ſumptus funebres nimium exereſcentes coarctauit, & ad modum in XII. tabulis

tabulis præſcriptum reduxit: ſtatuens, ne quis plures quàm decem tibicines in funebri pompa vel exequijs adhiberet Meminit Ouidius Faſtorum libro VI. Quinquatria minuſcula deſcribens. Nam ita canit: *Tibicines x. in funebri pompa.*

Temporibus veterum tibicinis vſus auorum
Magnus, & in magno ſemper honore fuit.
Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,
Cantabat mœſtis tibia funeribus.
Dulcis erat mercede labor, tempusque ſequutum eſt,
Quod ſubitò gratæ frangeret artis opes.

Hactenus rectè poëta, qui haud dubiè mox hîc cauſſas adduxit, & incommoda declarauit, propter quæ ſedem poſtea mutarint tibicines. Auſim deierare Iouem lapidem, hoc loco carmen Ouidij truncum, atque verſibus aliquot mutilatum eſſe librariorum deſidia, quibus præcipuam cecinit cauſſam, cur exulatum abierint ſponte tibicines, à Liuio nobis diſertè libro IX. declaratam. Quòd videlicet, Ap Claudius hic cenſor deinde damna eorum cumulaſſet, & ius ex more veſcendi in æde Iouis ipſis eripuiſſet, vel vt clariùs in Appij vita ſcribit Auctor de viris illuſtribus, quòd epulandi, decantandique in publico ius tibicinibus ademiſſet. Hoc ægrè paſſi, Tibur mox vno agmine, vt Liuius ait, abierunt. Qui alterius incommodi, funebris, ſcilicet, lucri imminuti, non meminit, perſiſtens in eius anni hiſtoria. Ouidius autem videtur vtramque narraſſe, ſed præcipua iam dicta deſideratur, vt apparet: mox etenim huic alteram illam priorem annectere videtur, quòd ædilis etiam funebre lucrum ipſis imminuiſſet, ita canens: *Ouidij poëtæ locus ſuſpectus.*

Adde quòd ædilis, qui pompa funeris irent,
Artifices ſolos iuſſerat eſſe decem.
Exilio mutant Vrbem, Tiburque recedunt.

Sed hæc mea diuinatio candide lector habeatur, quomodocunque, & pro tuo interim acri iudicio quiduis opinare. Mihi ſat eſt inquirendi curioſiùs anſam exhibuiſſe.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
[M. Titinius. M. f. Sex. nepos]   [Sex. Titius. Sex. f. M. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
L. Cominius. //. f. //. nepos. III.   L. Liuius. //. f. //. n. Denter. III.
M. Marcius. Q. f. Q. n. Tremulus. II.   [Sp. Icilius. C. f. C. n. Ruga.]
[Cn. Pupius. Cn. f. Cn. nepos.]   [L. Atinius. L. f. L. n. Longus.]
[Q. Publilius. Q. f. Q. n. Philo. II.]   [C. Plautius. C. f. P. n. Decianus.]
[Q. Petillius. L. f. L. nepos.]   C. Lutatius. //. f. //. n. Catulus.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. // n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. L. Curſoris } Coss. in Campania.
//. //. //. f. //. n. //. C. Iunij }
L. Poſtumius. L. f. Sp. n. Megellus.   L. Furius. //. f. //. nepos.
P. Sulpicius. Ser. f. P. n. Sauerrio.   M. Titinius. C. f. C. nepos.

L. Poſtumius ter Cos. reperitur. P. Sauerrio Cos. & cenſor, & M. Titinius mag. equitum: quorum nomina reperiũtur in marmoribus antiquis Capitolinis. Ceterùm L. Furius tribunus plebis ſuggeritur nobis à Liuio, vt ſequetur.

ANNI.

ANNI. P. R. C. CDXLI.

Conſules.

M. VALERIVS. M. F. M. N. MAXIMVS. P. DECIVS. P. F. Q. N. MVS.

Aqua Appia in vrbem quando inducta.

ITA nominant quoque Liuius & Diodorus, hos Coſs. Item Frontinus de aquæductibus, aquam Appiam inductam M. Valerio Maximo, P. Decio Mure Conſulibus ſcribens, annos triginta poſt initium belli Samnitici. Caſſiodorus & Marianus cognomina omittunt; tabulæ Græcæ Maximum, & Murem produnt. M. Valerium bis antea Prætorem habuimus.

C. SVLPICIVS. SER. F. Q. N. LONGVS. DICT.
C. IVNIVS. C. F. C. N. BVBVLCVS. BRVTVS. MAG. EQ.
REI. GERVNDAE. CAVSSA.

Liuij locus mutilus.

M. Valerio belli Samnitici reliquias perſequente P. Decius qui æger Romæ reſtiterat, auctore ſenatu ob belli Etruſci famam Dictatorem dixit, vt ait Liuius, C. Iunium Bubulcum. Sed Capitolini faſti C. Sulpicium Longum habent Dictatorem, & C. Iunium Bubulcum magiſtrum equitum. Quando itaque in hiſtoria nihil controuerſum reperitur, non dubito, quin in Liuio perierit Dictatoris nomen, & in eius locum irrepſerit illud, quod ſequebatur magiſtri equitum. Nam alterum ex his deeſſe videmus. Supplendus itaque is locus hoc modo. P. Decius, qui grauiter æger Romæ reſtiterat, auctore ſenatu Dictatorem » C. Sulpicium, & is magiſtrum equitum C. Iunium Bubulcum dixit. Ab vtraque parte bel- » lum in apparatu eo anno tranſactum fuiſſe tradit ibidem Liuius lib. IX.

Bellum Etruſcum in apparatu remanſit.

CENS. AP. CLAVDIVS. C. F. AP. N. CAECVS. C. PLAVTIVS. C. F. C. N. QVI. IN HOC. HONORE. VENOX. APPELLATVS. EST. L. F. XXVI.

Error Pomponij Iuriſc.

Ap. Claudium hunc inter iuriſconſultos veteres enumerat, vt dixi antè, Pomponius de origine iuris; ſed nõ rectè Centimanum vocat, quem alij omnes Cæcum appellant. Frontinus Craſſi familiare cognomen attribuit de aquæ Claudiæ ductu ſcribẽs, quo loco conuenit rectiſſimè in annorum numero, & Conſulum nominibus cum faſtis Capitolinis: ſed hoc dumtaxat erroris in aliquibus exemplaribus, quod XX. anno, non XXX. poſt initium belli Samnitici inductam aquam Claudiam legamus. Cæcus ab euentu eſt appellatus: luminibus enim captus fuit, deûm vt credebatur, ira; quòd Herculis ad aram maximam ſacra ſtatu ſuo in hac cenſura dimouiſſet, ſolemne miniſterium ſacerdotij, quod apud Potitios ab Euandri tempore fuerat, ad ſeruos publicos transferendo, Potitioſque eam ob cauſſam omnes intra annum cum ſtirpe extinctos, cenſoremque ipſum poſtea cæcitate adfectum ſcribunt Liuius, Cicero, Val. Maximus, Auctor de viris illuſtribus, & alij. Diodorus Siculus narrat ipſum ſimulaſſe cæcitatem, & domi manſiſſe, vt inuidiam ſenatus effugeret omnibus ob prauam lectionem exoſus. Collegam Appij C. Fabium vocat Frontinus, L. Claudium Diodorus, ſed vtrobique mendoſum nomen exiſtimo. Liuius cum Capitolinis faſtis concordat, C. Plautium appellans. Sed rationem noui cognominis in hoc honore acquiſiti, vt in Capitolinis legitur, ſolus explicat Frontinus, Venocem appellatum eſſe Plautium ſcribens ab indagandis aquarum venis.

Frontini locus.
Aqua Claudia in Vrbem ducta.
Ap. Claudius Craſſus cenſor cur Cæcus.
Herculis ſacra immutata.
Potitia gentis interitus.
Frõtini & Diodori macula.
C. Plautius cẽſor cur Venox dictus.

Clara admodum cenſura hæc fuit, & plurimorum auctorum monumentis celebrata; ſed Ap. Claudij memoria illuſtrior apud poſteros, quòd viam muniuerit, & aquam induxerit, quodque ſolus ferè cenſuram obtinuerit: quia collega ob infamem ac inuidioſam ſenatus lectionem verecundia victus magiſtratu ſe abdicauerat. Senatum verò primus Ap. Claudius in hac cenſura fœda admodum lectione deformauit, libertorum filios in eum ordinem adſciſcendo, potioribus aliquot præteritis; vt auctores ſunt Liuius, Pædianus in oratione pro Milone, Auctor de viris illuſtribus, & alij. Quam quidem lectionem Coſs. inſequentis anni non obſeruaſſe ſcribit Liuius; ſed ſenatum initio anni extemplo citaſſe eo ordine, quo ante hos cenſores ſuperiore luſtro XXV. lectus fuerat. Rurſus in fine eiuſdem libri IX. de ædilitate curuli Cnei Flauij ſcribæ verba faciens, de hac Ap. Claudij lectione ſenatus ita loquitur: Ceterùm Flauium dixerat ædilem forenſis factio Ap. Claudij cenſura » vires nacta; qui ſenatum primus, libertorum filijs lectis, inquinauerat. Et poſteaquam eam » lectionem memoratam habuit, nec in curia adeptus erat, quas petierat, opes vrbanas; hu- » milibus per omnes tribus diuiſis, forum & campum corrupit. Ex quibus ſanè colligimus, » Ser. Tullium regem primum libertinis ciuitatem dando, eos in vrbanas tribus conieciſſe. Appium vero in hac cenſura populari aura prouectũ in alias omnes diſperſiſſe, magnamque id-

Via Appia.
Aqua Claudia.
Senatus praua lectio.
Libertini in vrbanas tribubus à Ser. Tullio Rege diſtributi.

que idcirco ingenuorum nobilitatiſque inuidiam incurriſſe, cùm viderent in humillimorum poteſtate ſuffragia æquè futura eſſe. Hæc paullò latiùs apud Liuium, qui pluribus demonſtrat, quantum diſcordiæ naſci ſoleat, ex ordinum confuſione; præſertim, quàm diu penes populum vigor ſuffragiorum, & ius illud abſolutum in dandis honoribus fuit. *Ordinum confuſio diſcordiarum fomes.* Quo demum ſublato, quàm primum in Cæſares rerum ſummam tranſtulit fortuna, vix vllam ordinum rationem poſtmodum ſeruatam reperimus; ſed ex Imperatorum libidine ſenatum equeſtrem ordinem, graduſque dignitatum omnes quauis hominum colluuie fœdatos fuiſſe conſtat; ne quid agam de tribubus etiam ruſticis libertorum turba refertis. *Tribus ruſticæ libertinis communicatæ.* Quod in ipſa Claudia tribu alioquin vetuſtiſſima, ac nobiliſſima oſtendũt duæ inſcriptiones marmorum antiquæ adhuc in Italia extantes, quas hic adducere libet, quia patrum libertinorum ex hac Claudij cenſura originem ducentium fit in ijs mentio. *Claudia tribus. Patres libertini.* Vna hæc eſt, quam Romæ vidimus iuxta pontem Aelium, retro S. Celſi ædem.

Q. TREBONIVS. Q. F. CLA. ARISTO.
EX. PATRIBVS. LIBERTINIS.
SIBI. ET. SVIS. LIB. LIBERTABVSQVE.
POSTERISQVE. EORVM.

Altera reperitur Auximi in Piceno, in ara Aeſculapio, & Hygiæ ſacrata, in qua item hæc leguntur verba.

C. OPPIVS. C. L. LEONAS.
VI. VIR. ET. AVG.
HONORATVS IN TRIBV
CL. PATRVM. ET. LIBERVM.
CLIENTIVM. ADCENSVS.

Sed redeamus ad Appij cenſuram, in qua viam ab Vrbe Capuam vſque muniuit, quæ Appia ab eius nomine appellata eſt. *Via Appia.* Aquam induxit, quæ Claudia dicta eſt: cùm antea Romani Tiberi tantùm, fontibus, puteiſve contenti fuiſſent. *Aqua Claudia.* Cenſuram diuerſis tergiuerſationibus ea de cauſſa extraxiſſe cõtra legem Aemiliam traditur, vt hæc opera in ſuo magiſtratu abſoluerentur, & ipſe ſuo nomine dedicaret. *Cenſura contra legem Aemiliam ab Appio retenta.* Collegam verò C. Plautium ex lege intra annum & ſex mẽſes abdicaſſe ſcribit Frontinus, deceptum ab Appio tanquam idem facturo. Atque ita apud Appij nomen operum honos permanſit. Cenſuræ autem tempus inuitis omnibus vſque ad conſulatum protraxiſſe quidam annales produnt. Auctor de viris illuſtribus quinquennio continuaſſe refert. Sed de his plura paulo pòſt leges, in conſulatu Q. Fabij apud Liuium. Qui nihil de luſtro quòd ab his antequam abdicaret Plautius conditum fuiſſe Capitolinum fragmentum docet. *Luſtrũ XXVI.*

Prætor.

M. Foſlius. C. f. M. n. Flaccinator.

Aediles curules.

M. Valerius. M. f. M. n. Coruus. v. Plinius hoc indicat libro VII. vt antea demonſtraui.

L. Papirius. //. f. //. n. Maſo. A quo multi Maſones, vt diximus, nati ſunt, Cicerone teſte in epiſtola ad Pætum, vbi hunc ædilitium eſſe mortuum ſcribit. Videtur autem auus fuiſſe C. Maſonis, qui primus in monte Albano triumphauit anno. DXXII. *Maſonum Papiriorum primus magiſtratus curulis.*

Aediles plebis.

M. Fuluius. L. f. L. n. Curuus. Pætinus. L. Volumnius. C. f. C. n. Flamma. Violens.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. f.

// // //.f. //.n. // . // // //.f. //.n. //.
// // //.f. //.n. // . // // //.f. //.n. //.

L.Genucius. * L f. L. n * Auentinenſis. [M. Fulcinius. M. f. M. nepos.]
[A. Trebius. A. f. A.nepos.II.] [A. Acutius. A. f. A. nepos.]
[L. Villius. L. f. L. nepos.] [L.Volumnius.L. f. L. n. Flamma.]
[Q. Silius. Q. f.Q.nepos.] [C. Pompilius.C. f.M.nepos.]
[Q. Manilius.Q. f.Q.nepos.] [Cn.Sicinius.Cn.f.Cn.n.Bellutus.]

Quæſtores vrbani

// // //. f. //. n. //. // // //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M. Valerij cos. in Campania.
//. //. //. f. //. n. //. C. Sulpicij Dict. in Etruria.

[M. Papirius. M. f. L. n. Craſſus.] M. Papirij dictatorij filius.
[Cn.Fuluius.Cn.f.Cn.n.Pætinus.] Frater M.Fuluij Pætini Cos.anno CDLIV.
C. Sempronius. //. f. //. n. Gracchus. Auus Ti. Gracchi Cos.in ea familia primi, vt indicant Capitolini faſti.
Q. Appuleius * Cn. f. * C. n. Panſa. Ad conſulatum peruenit, cuius extant reliquiæ item in faſtis Capitolinis.

M. VALERIVS. M. F. M. N. MAXIMVS. ANN. CDXXXI.
COS. DE. SAMNITIBVS. SORANEISQ. IDIB. SEXT.

Annalium diuerſitas. Huius triumphi non meminit Liuius, ſolummodo referens Valerium Cõſulem, P.Decio collega ægrotante Romæ, Samnitici belli reliquias hoc anno perſequutum fuiſſe. Neque de Soranorum rebellione quicquã, quos antè à M. Pœtelio & C.Sulpicio Coss.proditione captos, ex eodem ſuo loco dixi. Sed ex annalium diſcordia hæc proueniunt, quos etiam à ſuprà dictis diuerſos ſequutus videtur, Auctor de viris illuſtribus, vbi P. Decium P. f. hoc primo ſuo conſulatu de Samnitibus triumphaſſe, & ſpolia Cereri conſecraſſe dicit, cùm Liuius velit eundem Romæ tum grauiter laboraſſe, & Dictatorem dixiſſe.

Soram inter Campanas vrbes enumerat Plinius libro III.cap.V. Ad Lirim amnem collocat Strabo. Ptolomæus inter mediterraneas Latinas recenſet. Liuius lib. X.principio Volſci agri fuiſſe, & deductam eò coloniam vult anno Vrbis CDL.Ser.Cornelio.L.Genucio Coss. *Scrupulus in Liuij historia.* Velleius autem quadriennio circiter priùs.Itaque miror Liuium ſcribere lib.IX. multò anteà, anno ſcilicet Vrbis CDXXXIX.colonis Romanis occiſis rebellaſſe; vt hinc veriſimile fiat, iam tum anteà coloniam fuiſſe, quamuis Liuius hoc, vt alia multa, prætereat.

ANNI. P. R. C. CDXLII.

Conſules.

C.IVNIVS.C.F.C.N.BVBVLCVS.BRVTVS.III.Q. AEMILIVS.Q.F.L.N.BARBVLA.II.

BVBVLCVM III. & Barbulam referunt tabulæ Græcæ. Sic item Cuſpiniani tabulæ, ſed abſque numerorum notis. Liuius, & Marianus Capitolinis marmoribus congruunt: vt etiam Diodorus, & Caſſiodorus; ſed cognomina, & numeri in his deſiderantur.

** patres. ſortè * lectis potiores aliquot, aliis.* Conſules initio anni, vt ait Liuius, queſti apud * populum deformatum ordinem praua lectione ſenatus, qua * & potiores aliquot lectis præteriti eſſent; negauerunt eam lectionem ſe, quæ ſine recti prauique diſcrimine ad gratiam ac libidinem facta eſſet, obſeruaturos: & ſenatum extemplò citauerunt eo ordine, qui ante cenſores Ap Claudium, & C.Plautium fuerat. *Lectio ſenatus cenſoria repudiatur. Tibicines irritati cẽſorio edicto relinquunt Romam.* Res item ridicula tum Romæ per eoſdem cenſores excitata contigit, quam Liuius vt leuem prætериſſet, niſi ad religionem viſa eſſet pertinere. Tibicines Romani, ob ius veſcendi in æde Iouis, quod traditum antiquitus, & ſolemne ipſis erat, ademptum per Ap.Claudium, & C.Plautium cenſs. infenſi, conſpiratione facta, Romam relinquentes vno agmine Tibur abierunt: adeò vt nemo in Vrbe reperiretur, qui ſacrificijs præcineret. Prodigioſum quid videbatur, hinc eius rei religio ſenatum tenuit; legatique

Tibur

Tibur miſſi, qui cum magiſtratu agerent, vt hi homines Romanis reſtituerentur. Tiburtini primùm accitos eos in curiam hortati ſunt, vt reuerterentur Romam; poſtquam perpelli nequibant, conſilio haud abhorrente ab ingenijs hominum eos aggrediuntur. Die feſto alij alios per ſpeciem celebrandarum epularum * cauſſa inuitant, & vino, cuius auidum fermè genus eſt, oneratos ſopiunt: atque ita in plauſtra ſomno vinctos conijciunt, ac Romam deportant. Nec prius ſenſêre, quàm plauſtris in foro relictis, eos lux oppreſſit. Tunc concurſus populi factus, impetratoque vt manerent, datum vt triduum quotannis ornati cum cantu, atque hac, quæ nunc ſolemnis eſt, licentia per vrbem vagarentur; reſtitutumque ius in æde veſcendi ijs, qui ſacris præcinerent. Hæc ita ferè de tibicinum caſu & ludicris Liuius in huius anni hiſtoria: nec diſcrepat Val. Max. libro II. cap. V. Sed miror Plutarchum in Problematibus ſuis Romanis ſcribere, tibicines priſcis illis ſuis priuilegijs per tribunos conſulari poteſtate ſpoliatos fuiſſe, qui tunc ante annos quinquaginta Romæ deſierant creari; ſed ſuſpicor interpretis errorem hunc eſſe, potiùs quàm Plutarchi. Videas lector Græcum eius exemplar, quod mihi impræſentiarum nullum eſt præſtò. Accuratiùs autem Plutarchus hanc refert hiſtoriam, & Ouidio poetæ Quinquatria minuſcula faſtorum libro VI. deſcribenti, atque eo loci librariorum ignorantia variè deprauato non parum lucis adferre videtur, ſi diligenter argumentum excutere velimus. Plutarchus quærit, cur tibicines quotannis Idibus Iunijs muliebri habitu vrbem luſtrent. Idem ſciſcitari à dea Minerua, cuius Quinquatria illa feriæ ſunt, Ouidius poeta fingit, ita canens:

Cur vagus incedit tota tibicen in vrbe?
*Quid ſibi perſonæ? quid * toga longa volunt?*

Valerius Max. quidem non togatos, ſed varia veſte velatos concentus per vrbem edidiſſe dicit. Itaque videtur pro (toga) quæ virorũ propria eſt, (ſtola) reponi debere. Iam doli, quo tibicines decepti ſunt, inuentorem ac architectum conſentiunt Plutarchus & Ouidius, fuiſſe libertum quendam Tiburtem; qui clam magiſtratus adiens eos ſe reducturum recepit, atque inuitatos ruri in villa lautis epulis tractaſſe, vinoque multo inebriaſſe. De qua re ſic Ouidius:

* *Seruus erat quidam quantolibet ordine dignus*
Tibure, ſed longo tempore liber erat.

Non hæc ſibi conſtant: ſi etenim ſeruus erat, quomodo longo tempore liber? Et libertum fuiſſe Plutarchus aſſerit. Legendum eſſe puto (Seruierat quidam) non (Seruus erat) vt vulgati habent codices. Iam eluamus eadem opera machlam aliam ſubſequentem, Plutarchi item auxilio, qui ſcribit conuiuio interfuiſſe mulieres, & noctem inſomnem ferè traductam ſaltationibus, & iocis. Tum ex compoſito repentè palàm nunciatum liberto conuiuatori, patronum ipſius aduenire: eumque mox vt vehementer perturbatum perpuliſſe ebrios, vt currus in hoc paratos conſcenderent pellibus tectos, ac Tibur è veſtigio perueherentur. Hæc etiam graphicè poeta narrat. Sed vbi profert nuncij verba patroni aduentum nunciantis ita:

——*Quid ceſſas conuiuia ſoluere? dixit.*
*Auctor vindictæ iam venit ecce, * ſuæ.*

corrigenda poſtrema vox (ſuæ) legendumque (tuæ). Sic enim periphraſticè patronum exprimit liberti poeta. Iam vbi cauſas adfert, cur laruis tecti, & ſtolis longis induti tibicines vagentur per vrbem ludibundi; quemadmodum perſonati ac veſtiti quidam eorum è conuiuio in plauſtra ſublati Romam peruecti fuerant! occurrit non minùs obſcura larua tectus verſus, quàm quiſpiam tibicinum tunc deformari potuit, qui ſic in vulgatis exemplaribus habetur.

*Claudius, vt poſſet ſpecie, numeroque * ſenatum*
Fallere, perſonis imperat ora tegi.

Variant quidem primum verſum manuſcripti codices, ſed nil adferũt ſucci: in quibuſdam (Callidus ſenatus) in alijs (Cautius vt poſſent) legimus. Atque ita verſum vnum non intellectum diuerſimodè torſerunt indocti ſcriptores: qui vt equidem conijcio, vocem priſcis Latinis, & in XII. tabulis olim celebrem, ipſis ignotam ac obſoletam (Sanatum) mutarunt in magis notam (ſenatum). Veteres autem Iuriſcoss. declararunt, quinam Sanates in XII. appellati fuerint, vbi legitur: FORTI. SANATIQ. IOVIS. IDEM. ESTO. id eſt, conſtanti, & reconciliato ciui. Sanates verò dictos volunt, vrbi Romæ vicinos ſupra & infra mare verſus populos quoſdam, inter quos Tiburtes etiam nominant, Ser. Sulpicius, & A. Ofelius Iuriſcoss. Item mare verſum in priſco Latio colonias quaſdam à Tarquinio Priſco Rege deductas, vt Cincius, & M. Valerius auctores ſunt. Sanates autem appellatos

volunt,

Aſtum dolor, Sileni vino decepti capiuntur.
* Cauſſa vox ſuperflua è notis impreſſa videtur.
Plutarchi locus ſuſpectus.
Quinquatria minuſcula Idibus Iunijs, & tibicinum ſolemnia feriæ.
Ouidij poetæ plures loci examinantur.
* ſtola malim.
Tibicines ſtolati.
Libertũ Tiburtem tibicines decepiſſe.
* Seruierat malim.
* tuæ malim.
Tibicines perſonati.
* Plautius vt poſſent.
* Sanatum, malim.
Sanates populi qui ex Sex. Pompeio.

Sanates unde dicti. *Tibicines cur Sanates dicti.*

volunt, quia cùm leuiter à Romanis defeciſſent, facilè tamen pacati, non diu poſt in fidem ac amicitiam, quaſi ſanata mente redierunt. Quemadmodum & tibicines iſti tum fecerāt, qui idcirco Sanatum modò ciuium priſtino iuri ex XII. tabularum lege reſtituti videbantur. Cùm verò poëta Claudij & collegæ ſui mentionem hîc faciat, opinor ſanè cenſores ipſum intelligere: quos fortaſſis antè nominauerat expreſſiùs, vbi truncum eius poëma videri, ſuperius diximus. Nec cauſſam video, cur ſenatum tibicinum reditu lætum fallere voluiſſet Claudius. Nec veriſimile nobis apparet, Ap. Claudium cenſorem rigidum & ſuperbum, qui nec tribuniciæ poteſtati cedere voluit, huic temerariæ homuncionum turbæ, quam non ſemel offenderat, ceſſiſſe, vel quippiam indulſiſſe, quemadmodum poëtæ vulgata verba ſonant: ſed eandem potiùs propter leuitatem & peruicacem laſciuiam maiore ignominia punijſſe, vel omnes ærarios faciendo vel tabulis cenſorijs expungēdo, cùm ſponte ſua ciuitatem reliquiſſent. Porrò facilè in eam opinionē impelli me ſinam, C. Plautium cenſorem potiùs ſua poteſtate, qua fas illi fuit etiam collegæ decreta mutare, notas & ignominias tollere, tibicines reuerſos in integrum leuatis grauaminibus reſtituiſſe, priſtina iura reddidiſſe: nec non ex auctoritate ſenatus collegium iſtud auxiſſe, tibicinas addidiſſe. Et vt pudorem tegerent, ipſis indultum fuit, vti triduo ab Idibus Iunijs, quo die redierant, perſonis tecti, & varia qua vellent, ne noſcerentur, veſte induti per vrbem incedere poſſent. Hinc tracta ſolemnis illa diuagandi per vrbem cum ludicro concentu Quinquatribus minuſculis licentia; quam deinde tollere, & abolere, religio fuit, cùm in honorem Palladis tibiæ inuentricis hæc fieri videretur. Præter iam adductos auctores, mentionem faciunt M. Varro de lingua Latina lib. V. Cenſorinus de die natali ad Q. Cærellium. In eandem ſententiam pedibus eunt etiam elegantiſſimi Ouidij poëtæ verſus, quibus non parum lucis accedet, ſi primùm paucis literis mutatis, & vero cenſoris nomine repoſito, ſic legamus:

Non Ap. Claudium, ſed C. Plautium cenſorem tibicines reuerſos in integrum reſtituiſſe, & indulſiſſe ludicra ſenatus, populique conſenſu.

Quinquatria minuſcula.

> * *Plautius, vt poſſent ſpecie numeroque * Sanatum*
> *Fallere, perſonis imperat ora tegi.*
> *Admiſcetque alios, & vt hunc tibicina cœtum*
> *Augeat, in longis veſtibus ire iubet.*
> *Sic reduces benè poſſe tegi, ne fortè notentur*
> *Contra collegæ iuſſa rediſſe ſui.*
> *Res placuit, cultuque nouo licet Idibus vti,*
> *Et canere ad veteres verba iocoſa modos.*

Conſulum prouinciæ.

Sed iam de his ſatis multa, tempuſque flagitat, vt ad penſum meum reuertar: Conſules ſortiti inter ſe prouincias. Iunio Samnium, Q. Aemilio nouum bellum Etruria ſorte euenit. de quorum rebus geſtis pòſt agemus diffuſiùs in eorum triumphis.

Prætor.

M. Valerius. M. f. M. n. Maximus. III. Vt Liuius.

Aediles curules.

Ser. Cornelius. Cn. f. C. n. Lentulus. Ti. Cornelius Ser. f. //. n. Lentulus.

Aediles plebis.

C. Fabricius. C. f. //. n. Luſcinus. [P. Mucius. P. f. Q. n. Scæuola.]

Tribuni plebis.

Lex Atilia Marcia de tribunis militum comitiatis.

L. Atilius. * L. f. * //. n. Regulus. C. Marcius. * C. f. C. n. Rutilus. *
Legem tulerunt vt tribuni militum ſeni deni in quatuor legiones à populo quotannis crearentur. Quæ antea, perquàm paucis ſuffragio populi relictis locis, Dictatorum, & Conſulum fuerant beneficia. Liuius libro nono. Hos Aſconio Pædiano teſte, comitiatos appellarunt deinde Romani.

Decia lex de II. viris naualibus.

M. Decius. * M. f. M. n. Mus. * Legem tulit, vt duouiros nauales, claſſis ornandæ reficiendæque cauſſa populus iuberet. Liuius ibidem.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

Ti.Minucius. //. f. //. n.Augurinus.II. M. Liuius. //. f. C. n.Denter.
[M.Trebius. A. f. A. nepos. II.] [L. Titius. L. f. C. nepos.]
M.Antonius.M. f. //. nepos.] [N. Sextius. N.f.L. n.Sextinus.]
Cn.Genucius. Cn. f. Cn. n. Auentinenſis.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Iunij cos. in Samnio.
//. //. //. f. //. n. //. Q. Barbulæ cos. in Etruria.

L. Ogulnius. A. f. //. n. Gallus. Pater Q. Ogulnij Cos. & Dictatoris poſtea, vt indicant Capitolina marmora.

M. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Pætinus. Conſularis & triumphalis poſtea.

Cn.Domitius.Cn. f. //. n. Caluinus. C.Pœtelius.C.f.C.n.Libo.Viſolus.

Vterque conſulari patre natus Liuio & Plinio teſtibus, nihilominus ambo, cùm ſimul peterent curulem ædilitatem, repulſam paſſi ſunt, vt poſtea annotabimus.

C. IVNIVS. C. F. C. N. BVBVLCVS. BRVTVS. AN. CDXLII. COS. III. DE. SAMNITIBVS. NONIS. SEXT.

Q. AIMILIVS. Q. F. L. N. BARBVLA. ANN. CDXLII. COS. II. DE. ETRVSCEIS. IDIBVS. SEXT.

Cleuiam vi expugnatam à Iunio Cos. omneſque puberes ibi trucidatos, Bouianum captum, atque inde plus prædæ quàm ex omni Samnio vnquam egeſtum. Samnites ad xx. hominum milia in inſidijs ſuis quas Romanis ſtruxerant cæſos; Aimiliū quoque Conſulē prœlio inſigni viciſſe Etruſcos Sutrium obſidētes multis verbis refert Liuius. Verùm triumphos horum poſt tam magnas victorias omnino prætereijt, qui tamen habentur in columnis triumphalibus. Io. Zonaras annalium ſecundo Samnitium eas inſidias, & cladem quoque deſcribit, qui locum inſigniter corruptum nobis demonſtrat in hac Liuiana hiſtoria. Nam vbi dicit transfugas Samnites, & captiuos quoſdam Cos. C. Iunio congruentia nunciaſſe, quæ & vera erant, pecoris vim ingentem in ſaltum auium compulſam eſſe; non legendum videtur (in ſaltum auium) ſed in ſaltum Auernum. Ita enim nominat quoque ſaltum illum Zonaras, & rationem inſuper reddit nominis, idem cum Liuio narrans his verbis: Πορθοῦντος γὰρ τοῦ Ἰουνίου τὴν χώραν αὐτῶν, εἰς τὰς ὕλας τὰς Ἀόρνους τὰ προσόντα οἱ Σαμνῖται ἀνεκομίσαντο: οὕτω καλουμένας, ὑπὸ τοῦ μηδ' ὄρνις εἰσπέτεσθαι εἰς αὐτάς, τῇ τῶν δένδρων πυκνότητι. Quæ ſic Latinè ſonant; Vaſtante enim agros eorum Iunio, in ſyluas Auernas res ſuas contulerunt Samnites; ſic appellatas, quòd nec auis eas inuolet, ob arborum denſitatem. Conſtat autem ex Lucretio, Virgilij VI. Aeneidos, Strabone, Plinio, & alijs Auernum lacum eiuſdem nominis ac loci obſcuriſſimo olim ſaltu circumdatū fuiſſe, tractumque illum regionis exhalatione profundi lacus, aëre denſis ſyluis opaco, & circumquaque corrupto culturam non ſolum non admiſiſſe; ſed etiam vix aues ſuprà volitantes pertuliſſe. Et ſaltum inde cum lacu incluſo Græcis ἄορνον, Latinis Auernum appellatum. De quo ſaltu loqui Liuiūm ex Zonara luce clariùs patet, & non ocioſo vocabulo, auium: ſed proprio ſuo Auernum nominaſſe. Vide locum Zonaræ lector, & mecum miraberis doctiſſimum eius interpretem VVolfium auctoris verba tam negligenter tranſtuliſſe, vt loci nomen celeberrimum ſilentio prætererit.

Conſulum victoria, & res benè geſtæ.

Liuij locus ex Io. Zonara correctus.

Auernus ſaltus.

ANNI. P. R. C. CDXLIII.

Conſules.

Q. FABIVS. M. F. M. N. MAX. RVLLIANVS. II. C. MARCIVS. C. F. L. N. RVTILVS. QVI. POSTEA. CENSORINVS. APPELLATVS. EST.

CONSVLVM nomina ſatis aptè reſpondent in Liuio, Diodoro, Mariano, & Caſſiodoro; niſi quòd cognomina alicubi omiſſa ſunt, & in Liuio notare', ſecundum hunc eſſe Fabij conſulatum, librarij neglexerint. Tabulæ item Græcæ peccarunt, Rullum & Rutilum prodentes, pro Rulliano iterum, & Rutilo. Romani duce Q. Fabio Cos. ad Sutrium multis milibus Etruſcorum cæſis; duo de quadraginta ſignis militaribus captis, hoſtium etiam caſtris potiti ſunt. Inde Ciminia ſilua penetrata, quæ antea fuerat inuia, latè depopulato agro Tuſco onuſti præda in caſtra redierunt. Quæ audacia non Etruriæ modò populos omnes, ſed etiam Vmbriæ finitimos ad arma concitauit, vt maior quàm antea exercitus ad Sutrium venerit: vbi denuò eiuſdem Conſulis auſpicijs victi Etruſci ſexaginta hominum milia perdidere. Qua clade fracti per legatos triginta annorum inducias impetrarunt. Liuius libro IX. ſed alios auctores aliter referre dicit.

Q. Fabij Cos. inſignes de Tuſcis victoriæ. Ciminia ſilua.

Tuſcis petentibus induciæ xxx. annorum datæ.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

P. Cornelius. A. f. P. n. Aruina.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

P. Cornelius. //. f. //. n. Scipio. Barbatus. [L. Aemilius. L. f. L. n. Barbula.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C. Lutatius. //. f. //. n. Catulus. [Q. Petillius. L. f. L. nepos.]

Tribuni plebis

P. Sempronius. P. f. C. n. Sophus. Initiò magiſtratus Appium Claudium Cæcum cenſuram, quam vltra decem & octo menſes contra legem Aemiliam gerebat, exemplo collegæ deponere iuſſit, vel in carcerem ire. Sed appellati ab Appio tribuni plebis tres auxilio fuerunt, & actioni collegæ intercesſerunt. Itaque cenſuram Appius quinquennio ſumma omnium ordinum inuidia ſolus geſſit. Liuius, Frontinus, & Auctor de viris illuſtribus cap. XXXIV.

P. Sempronius trib. plebis Ap. Claudiũ Cens. ducere in carcerem volens.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

L. Genucius. * L. f. L. n. * Auentinenſis. III.
M. Fuluius. L. f. L. n. Curuus. Pætinus. II. [Cn. Sicinius. Cn. f. C. n. Bellutus. II.]
[P. Curatius. P. f. P. nepos.] [M. Aulius. M. f. M. n. Cerretanus.]
[M. Claudius. M. f. //. n. Marcellus. II.] [Sp. Icilius. C. f. C. n. Ruga. II.]
[Q. Pomponius. Q. f. Q. nepos.] M. Sempronius. //. f. //. n. Tuditanus.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Fabij cos. in Etruria.
//. //. //. f. //. n. //. C. Marcij cos. in Samnio.

Q. Anicius. //. f. //. n. Prænestinus. Nuper ciuitate donatus, cùm hoſtis paucos ante annos fuiſſet, factione tamen forenſi peruenit ad ædilitatem curulem, vt poſtea dicendum erit.

M. Minucius. //. f. //. n. Feſſus. T. Popillius. //. f. //. nepos.

Ambo augures poſtea primi è plebe, vt Liuius lib. X. Incorrectè tamen in vulgatis T. Publius legitur, pro T. Popillius, vt autumo. Et hos quidem magiſtratu functos ante ſacerdotium his datum veriſimile eſt, cùm alij ferè cum his creati vel conſulares vel tribunicij fuerint.

Cn. Ful-

Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Max. Centumalus.
Qui ſic in Capitolinis ſcriptus extat, nam Conſul, & triumphalis fuit.

ANNI. P. R. C. CDXLIV.

L. PAPIRIVS. SP. F. L. N. CVRSOR. II. DICT.
C. IVNIVS. C. F. C. N. BVBVLCVS. BRVTVS. II. MAG. EQ. REI. GERVNDAE. CAVSSA.

HOC. ANNO. DICTATOR. ET. MAGISTER. EQ. SINE. COS. FVERVNT.

DVM feliciter in Etruria bellum à Q. Fabio geritur, C. Marcius alter Conſul in Samnio Aliſas, & alia multa caſtella in poteſtatem redegit. Itaque cùm Samnites eum valido cum exercitu inuaderent, atroci vtrimque prœlio dimicatum fuit: in quo Cos ipſe vulneratus, legatus vnus, tribuniq́ue militum & equeſtris ordinis aliquot occiſi. Et quia cædes anceps fuiſſet, aduerſæ rei fama penes Romanos manſit. Quæ vt auctior Romam perlata fuit, ingens terror patres inuaſit: Dictatoremq́ue dici placebat L. Papirium Curſorem, in quo tum ſumma rei bellicæ ponebatur. Quem ex S. C. dixit in caſtris Etruriæ Q. Fabius Conſul priuatim licet infenſus Papirio. Quia tamen hoc ſenatus miſſis ad eum legatis conſularibus, ita requiſiuiſſet, priuato adfectui rempublicam prætulit. L. Papirius Dictator factus C. Iunium Bubulcum magiſtrum equitum dixit. Quæ omnia Liuius faſtis Romanis conformia refert: verùm alios ſequutus annales præterijt dictaturam hanc ſub finem ſuperioris anni initam, per inſequentem hunc ſine Conſulibus continuatam fuiſſe, quemadmodum ex marmore Capitolino manifeſtum eſt.

Prælium C. Marcij Cos. cum Samnitibus anceps.

Q. Fabius Cos. Inimicū ſuum L. Curſorē Dictatorem dixit.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
M. Valerius. M. f. M. n. Coruus. v. Plinius lib. VII. vt ſuprà.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.
Q. Marcius. Q. f. Q. n. Tremulus. Ti. Minucius. //. f. //. n. Augurinus.
L. Atilius. *L. f.* //. n. Regulus. [Q. Manilius. Q. f. Q. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //   .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.
C. Marcius. C. f. C. n. Rutilus. II. M. Liuius. //. f. C. n. Denter. II.
M. Titinius. C. f. C. nepos. [C. Atinius. C. f. K. n. Longus.]
[C. Atinius. C. f. C. n. Labeo.] [M'. Marcius. M'. f. M'. nepos.]
[P. Publilius. P. f. P. n. Philo.] [C. Popillius. C. f. M. nepos.]
[C. Plautius. C. f. P. n. Decianus. II.] [L. Allienius. L. f. L. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. L. Papirij Dict. in Samnio.
//. //. //. f. //. n. //. Q. Fabij. Procos. in Etruria.

P. Valerius. //. f. //. n. Falto. L. Cornelius. Cn. f. //. n. Blaſio. Hic pater Cn. Blaſionis bis Conſulis & cenſoris: ille auūs duorum conſularium Q. & P. Faltonum, quemadmodum indicant Capitolini faſti.

P. Licinius. //. f. //. n. Varus. Auus C. Vari Conſulis anno DXVII. vt iam dicti faſti oſtendunt.

M. Duilius. M. f. ·C.· nepos. Pater C. Duilij, qui Conſul, Cenſor, & Dictator fuit: & de Pœnis naualem primus egit, vt ex iiſdem colligimus.

Prouinciæ.

Q. Fabius. M. f. N. n. Maximus. Rullianus. Procos. Etruriam prorogato imperio obtinuit. Ex Capitolinis marmoribus item colligimus Q. Fabio poſt conſulatum fuiſſe prorogatum, quoad cum Etruſcis debellaſſet. Apertè namque monſtrant Procos. ipſum hoc anno triumphaſſe de Etruſcis: non, vt vult Liuius, anno ſuperiore in conſulatu, longam rerum præclarè geſtarum hiſtoriam nimis arcto anni vnius ſpacio alioquin concludens. Itaque Reſpublica eo anno ſine Conſulibus per Dictatorem in Samnio, per Procos. in Etruria, per Prætorem aliosque vrbanos magiſtratus Romæ eſt adminiſtrata. Quem annum Liuius aliique, quando Conſules non reperiebantur, omiſere, hiſtoria ſuperioris anni actis adiecta.

Diuerſus à Capitolinus faſtis Liuius in totius anni hiſtoria.

P. Cornelius. *A. f. P. n. Aruina.* Propr. claſſem, oramque maritimam ex S.C. obtinuit. Agrum Nucerinum depopulando cladem paſſus eſt. Liuius libro IX. Duos P.P. Cornelios reperimus, Aruinam triennio pòſt Conſulem, ac Scipionem Barbatum eodem anno Dictatorem. Ex his alterum fuiſſe hunc ſuſpicor, ac Aruinam potiùs bello infelicem, quàm Barbatum: maximè quando hæc prouincia quaſi anno ſuo præcedat eius conſulatum.

L. PAPIRIVS. SP. F. L. N. CVRSOR. III. ANN. CDXLIV. DICT. II. DE. SAMNITIBVS. IDIBVS. OCT.

Deſcribit pulchrè Liuius prœlium ad Longulam, quo L. Papirius Dictator maxima adflixit clade Samnites auro argentoque cælatis armis fulgentes. Victoriaque parta ipſum triumphaſſe, & eius triumpho longè maximā ſpeciem captiua arma præbuiſſe dicit. Tantumque in ea re magnificentiæ viſum, vt aurata ſcuta dominis argentariorum ad forum ornandum diuiderentur. Vnde natum initium dicitur fori adornandi ab ædilibus, cùm thenſæ ducerentur. Et Romani quidem ad honorem deûm inſignibus armis hoſtium vſi ſunt: Campani ab ſuperbia & odio Samnitium gladiatores (quod ſpectaculum inter epulas erat) eo ornatu armarunt. Samnitiumque nomine appellarunt. Liuius libro nono. Sed hunc, vt dixi, triumphum refert ad annum, quo duos complexus eſt, ſuperiorem.

Inſignibus hoſtium ſpolijs forum Romanū ornari cœptum.

Gladiatores Samnites vnde primùm.

Q. FABIVS. M. F. N. N. MAXIMVS. RVLLIAN. AN. CDXLIV. II. PRO. COS. DE. ETRVSCEIS. IDIBVS. NOV.

Ità nobis hoc anno repræſentant Q. Fabij triumphum de Etruſcis columnæ Capitolinæ, quem Liuius anni ſuperioris hiſtoriæ adſcribit. Ait enim Fabium Conſulem, interea dum L. Papirius Dictator in Samnio res gerit, Etruſcos & Vmbros varijs adfeciſſe cladibus, & demum non procul Peruſia, poſteaquam pertinaci conflictu ad Vadimonis lacum omnes Etruſcorum opes, & exercitum ſacrata lege coactum fregiſſet, reliquias eorū non dubia victoria ſubegiſſe, Peruſiam in poteſtatem redegiſſe. Cui cùm præſidium impoſuiſſet, legationibus Etruriæ pacem amicitiamque petentibus præ ſe Romam ad ſenatū miſſis; ipſe præſtantiore etiam quàm Dictator Papirius victoria triumphans Vrbem eſt inuectus. Diffusè hæc Liuius libro IX. Auctor de viris illuſtribus ſecundū hunc Q. Fabij triumphum de Samnitibus, non Etruſcis actum refert: ſi rectè, profectò longè alijs vſus eſt annalibus quàm Liuius, & Faſtorum Capitolinorum auctores in horum temporum hiſtoria.

Etruſci ad Vadimonis lacum magno prælio victi.

Peruſia capta.

Q. Fabij Pro. cos. triumphus.

ANNI. P. R. C. CDXLV.

Conſules.

P. DECIVS. P. F. Q. N. MVS. II. Q. FABIVS. M. F. N. N. MAXIM. RVLLIANVS. III.

Q. FABIO ob egregiè perdomitam Etruriam (inquit Liuius annum ſuperiorem omittens) continuatur conſulatus, & P. Decio collega datur; qui Cōſul iterum factus eſt, eo quòd

eo quòd legatus L. Papirij Dictatoris auſpicijs in Samnio benè res geſſerat. Liuio aſtipulantur in Conſulum nominibus tam Capitolini faſti, quàm Diodorus, Marianus, Caſſiodorus, & tabulæ Græcæ. Numeri tamen non vbique reſpondent, & cognomina ab aliquibus omiſſa ſunt.

Conſules ſortiti prouincias Etruria Decio, Samnium Fabio euenit. Hic profectus Nuceriam Alphaternam oppugnando ſubegit, Samnites cum Marſis & Pelignis ſocijs acie vicit. P. Decius interea circumlatis per Etruriam armis omne nomen Etruſcum ad inducias petendas compulit. Sed Vmbris ſe mouentibus denuò ingenti conflato exercitu, Etruria item rurſus turbata eſt. Et cùm vnus Conſul ad tantam molem belli non ſuffecturus videretur, Q. Fabius ex S.C. Vmbris ſe, Samnio relicto, cum exercitu oppoſuit, & confeſtim haud magno certamine ad deditionem hoſtes compulit. Liuius libro IX. Sora, atque Alba Romanorum coloniæ factæ ſunt hoc tempore, ſecundùm Vellej ſupputationem, quæ tamen diſcrepat à Liuio.

Marſi & Peligni Samnitibus iunguntur.
Vmbri & Etruſci denuò ad Meuaniam à Q. Fabio victi.
Sora atque Alba coloniæ.

Prætor.

M. Valerius. M. f. M. n. Maximus. IV. Legatus conſularis cum P. Decio Papirij Dictatoris fuerat, & ob res in Samnio benè geſtas Prætor quartùm populi ſuffragio creatus eſt, vt Liuius lib. IX. teſtatur.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

L. Poſtumius. L. f. Sp. n. Megellus. Aedem Victoriæ ex multatitia pecunia faciundam curauit, quam poſtea in ſecundo conſulatu dedicauit. Auctor eſt Liuius libro X. Nos ædilitatem hanc more eius ſæculi triennio ante conſulatum Megelli primum poſuimus: collega fortaſſe fuit.

P. Sulpicius. Ser. f. P. n. Sauerrio.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

M. Decius. * M. f. M. n. Mus *. [M. Antonius. M. f. //. nepos.]

Tribuni plebis.

L. Furius. * L. f. L. * nepos. Ap. Claudij Cæci conſulatus candidati comitia, donec cenſura ſe abdicaſſet, interpellauit Liuius ex quibuſdam annalibus lib. IX.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

P. Sempronius. P. f. C. n. Sophus. II. M. Fuluius. L. f. L. n. Curuus. Pætinus. III.
L. Genucius. * L. f. L. n. * Auentinenſis. IV.
Q. Appuleius. * Cn. f. * C. n. Panſa. [M. Conſidius. M. f. M. nepos.]
[M. Plætorius. M. f. M. nepos.] [M. Fulcinius. M. f. M. nepos. II.]
[M. Trebius. A. f. A. nepos. III.] [M. Mæcilius. M. f. C. n. * Tullus. *]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. Q. Fabij cos. in Samnio.
//. //. //. f. //. n. //. P. Decij cos. in Etruria.

Ab Etruſcis ſtipendium pro exercitu Romano in eum annum binaſque in militem tunicas ex pacto induciarum accepit. Liuius libro IX.

L. Cornelius. *P. f. P. n.* Scipio. Nepos P. Scipionis primi ædilis curulis, ſi quid ex temporis interuallo colligere eſt. Eius conſulatus ſequetur.

M. Atilius. L. f. //. n. Regulus. Pater M. Reguli bis Conſulis, à Pœnis capti, & crudeliter occiſi, vt marmora indicant Capitolina.

Q. Papirius. //. f. //. n. * Turdus. * In tribunatu plebis legem tulit, vt ſuo loco dicemus.

M. Aemilius. L. f. L. n. Paullus. Vt faſti Capitolini in eius equitum magiſterio hunc nominant, vnde colligimus patrem ipſum fuiſſe M. Aemilij Paulli, qui Cos. anno CDXCIIX. de Coſſurenſibus & Pœnis Pro. cos. triumphauit. Nam M. F. I. N. in ijſdem ſcriptus eſt.

ANNI. P. R. C. CDXLVI.

Conſules.

AP. CLAVDIVS. C. F. AP. N. CAECVS. L. VOLVMNIVS. C. F. C. N. FLAMMA. VIOLENS.

Violens cognomen Volumniorum, antiquè pro Volens.

COGNOMINA Conſulum omittunt Liuius, Diodorus, & Caſſiodorus: Craſſi cognomen auitum dat Ap. Claudio Marianus, quemadmodum in cenſura quoque Frontinus. Volumnium, Violenſem plerique vocant; at tabulæ noſtræ Græcæ hoc anno conſulatus produnt ΑΠΠΙΟϹ, ΚΑΙ ΒΙΟΛΕΝΤΟϹ, vt magis probem ex hoc genitiuo caſu cognomen Violens, quod fragmenta Capitolina in vtroque huius Volumnij conſulatu ſic exprimunt; quàm, vulgò quod fertur, Violenſis.

Sallentini hoſtes noui.

Ap. Claudius Romæ manſit, cùm Lucio Volumnio Sallentini noua prouincia decreta eſſet. Hic multa proſperè geſſit, aliquot vrbes hoſtium vi cepit. Prædæ erat largitor, & benignitatem per ſe gratam comitate iuuabat; militemque ijs artibus fecerat & periculi & laboris auidum. Liuius libro IX.

CENS. M. VALERIVS. M. F. M. N. MAXIMVS. C. IVNIVS. C. F. C. N. BVBVLCVS. BRVTVS. L. F. XXVII.

Salutis ædes.

Viæ per agros impenſa publica primùm factæ.

Tacet Liuius omnino de cenſu & luſtro huius anni, viſumque eidem ſatis diligentiæ, obiter tantùm dixiſſe Ap. Claudium ante cenſuram depoſitam ad petitionem conſulatus non admiſſum fuiſſe, & anni inſequentis actis inſeruiſſe Salutis ædem à C. Iunio cenſore eſſe locatam, quam Conſul bello Samnitium vouerat; & eundem cum collega M. Valerio Maximo vias per agros publica impenſa feciſſe. Quod Caſſiodorus cum faſtis Capitolinis conueniens huic anno etiam adſcribere voluit. Cenſorum ex quibuſdam annalibus meminit item Valerius Max. libro II. cap. IX. ab his ſcribens, L. Antonium quendam ſenatu motum, quòd quàm virginem duxiſſet vxorem repudiaſſet, nullo amicorum in conſilium adhibito. Quod alienum ab ijs eſt, quæ libri eiuſdem cap. primo ſcribit ex alijs annalibus, quos etiam Dionyſius alijque ſequuntur; ante annum quippe Vrbis, DXX. diuortium in Vrbe nullum inter virum & vxorem interceſſiſſe.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

Ti. Minucius. //. f. //. n. Augurinus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C. Marcius.* C. f. C. n. Rutilus.* M. Titinius. C. f. C. nepos.

M. Sempronius. //. f. //. n. Tuditanus. [Q. Pomponius. Q. f. Q. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. // //. //. //. f. //. n. //. //. //. f.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

C. Pœtelius. C. f. C. n. Libo. Viſolus. Q. Anicius. //. f. //. n. Præneſtinus.
M. Liuius. //. f. C. n. Denter. III. [Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Pætinus.]
[L. Lucerius. C. f. C. nepos.] [M. Acutius. M. f. M. nepos.]
[L. Volſcius. L. f. L. n. Fictor.] [P. Villius. L. f. L. nepos.]
[P. Silius. P. f. Q. nepos.] Q. Mamilius. //. f. //. n. Turinus.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. L. Volumnij Cos. in Sallentino.
//. //. //. f. //. n. //. Q. Fabij Procos. in Samnio.

Sp. Caruilius. C. f. C. n. Maximus. M. Atilius. M. f. M. n. Regulus.

T. Manlius.* T. f. T. n.* Torquatus. Sp. Caruilium, & M. Regulum habemus notatos in triumphis Capitolinis: T. Manlius, qui in conſulatu mortuus eſt, vti poſtea dicam, nepos primi T. Manlij Torquati videtur, & filius eius, quem pater ſecuri percuſſit, vt apparet ex ratione temporum.

[A. Cornelius. A. f. A. n. Coſſus. Aruina.] Patruum P. Coſſum Aruinam bis Cos. & cenſorem videtur habuiſſe: Patrem verò A. Coſſum principem fœcialium, cuius meminit Liuius IX. in hiſtoria Caudinæ deditionis.

Prouincia

Q. Fabius. M. f. N. Maximus. Rullianus. Procos. Samnium obtinuit. Huic, poſt res in Vmbria tam feliciter geſtas, in prouinciam cum victore exercitu reuerſo, ſenatus ex conſulatu prorogauit in Samnio imperium, maximè tamen aduerſante Ap. Claudio Conſule, vt ait Liuius. Quò reſpexiſſe etiam videtur Auctor de viris illuſtribus cap. XXXIV. ne Fabius ſolus ad bellum mitteretur, Appium cõtradixiſſe ſcribens. Q. Fabius hoc anno Procos. ad Alifas cum Samnitibus ingenti prœlio, ſignis collatis, conflixit, & victoriam obtinuit; poſtridie obſeſſa hoſtium caſtra per deditionem cepit, captos Samnites cum ſingulis veſtimentis ſub iugum miſit: ſocios quibus in deditione nihil cautum erat, ad ſeptem milia ſub corona vendidit. Hernicos ſeorſim in cuſtodia habitos, Fabius Romam miſit ad ſenatum. Liuius lib. IX.

Q. Fabij Procos. de Samnitibus victoria. Samnites ſub iugum miſſi.

ANNI. P. R. C. CDXLVII.

Conſules.

Q. Marcius. Q. f. Q. n. TREMVLVS. P. CORNelius. A. f. P. n. Aruina.

CONSVLIS alterius nomen ex triumphalibus columnis deſumpſi, alterius autem ex cenſura, quæ adhuc extat in magiſtratuum Capitolinorum fragmentis. Et nihil diſſentiunt Liuius, Marianus, Diodorus, & Caſſiodorus; niſi quòd ab his cognomina omittantur Ea autem tabulæ Græcæ Tremulum & Aruinam reddunt, vt etiam Cuſpiniani.

Hernici à ſocietate Romanorum defecerunt: eos Q. Marcius Conſul tribus prœlijs victos, trinisque caſtris exutos ad deditionem compulit. In Samnio autem, quia deceſſerat inde Q. Fabius Procos. noui motus exorti, Calatia, & Sora cũ præſidijs expugnatæ ſunt. Conſul P. Cornelius, cuius eã prouincia erat, obſeſſus in locis impeditis pugnæ facultatem ab hoſtibus elicere non potuit. Sed aduentus Q. Marcij, qui, Hernicis ſubactis collegæ auxilio venire maturauit, moram certaminis hoſti ademit. Triginta Samnitium milia conſulares duo exercitus iuncti occiderunt. Cum Carthaginienſibus legatis fœdus tertiò renouatum eſt. Liuius libro IX. Carſeoli Romanorum colonia facta eſt, vt auctor Velleius.

„ At Liuius libri X. principio eius coloniæ meminit his verbis. Simul Marſos agrum vi tueri, in quem

Hernici tribus prœlijs victi, tribus caſtris exuti. XXX. Samnitium milia occiſa. Cũ Pœnis tertiò fœdus renouatum. Carſeoli colonia.

in quem colonia Carſeoli deducta erat quatuor milibus hominum ſcriptis. Non diu pòſt tamen, vix quadriennij hiſtoria adiuncta, quaſi ſui oblitus. Eodem, inquit, anno Carſeolos colonia in agrum Aequicolarum deducta. Non videtur itaque niſi per occaſionem, ac neglectè coloniarum meminiſſe.

P. Cornelius. //. f. //. N. SCIPIO. BARBATVS. Dict.
P. Decius. P. f. Q. n. MVS. Mag. eq.
Comitiorum. habendorum. cauſſa.

Idem annus, ait Liuius, Dictatorem habuit P. Cornelium Scipionem cum magiſtro equitum P. Decio Mure. Ab ijs, propter quæ creati erant, comitia conſularia ſunt habita, quia neuter Conſulum poterat bello abeſſe. Cognomina tantùm extant in fragmentis Capitolinis, vbi Scipionem Barbatum legimus, & Murem.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
Ser. Cornelius. Cn. f. Cn. n. Lentulus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
M. Cornelius. M. f. M. n. Coruus. VI. P. Valerius. //. f. //. n. Falto.
Ex Plinij VII. vt antè dictum eſt.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
P. Sempronius. P. f. C. n. Sophus. L. Genucius. L. f. L. n. Auentinenſis.

Tribuni plebis.

Cn. Flauius. Cn. f. //. nepos. Vt Licinius Macer apud Liuium libri noni fine. Atqui in hoc magiſtratu faſtos plebi promulgaſſe reor, vnde mox ædilis curulis factus eſt. Cicero ad Atticum libro VI. ep. prima, ſcribam faſtos protuliſſe dicit. Quod ita intelligendum videtur, ſcribam faſtos in vulgus proferre cepiſſe: nam cùm lege promulgaret cum magna ſenatus & nobilium indignatione, profectò in magiſtratu videtur fuiſſe, alioquin priuati ſcribæ conatibus facilè occurriſſet ſenatus. Sed hæc annalium in ea antiquitate diuerſitas eſt.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

M. Decius. M. f. M. n. Mus. II. L. Furius. L. f. L. nepos. II.
M. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Pætinus. Cn. Domitius. Cn. f. //. n. Caluinus.
Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Max. Centumalus. [M. Antonius. M. f. //. nepos. II.]
[L. Genucius. Cn. f. Cn. Auentinenſis.] [P. Curatius. P. f. P. nepos. II.]
[P. Furius. P. f. L. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
Ex S.C. legatis Pœnorum comiter munera miſere. Liuius libro IX.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Marcij Cos. in Hernico. Ab hoſtibus Hernicis bimeſtre ſtipendium frumentumque pro exercitu, & ſingulas in militem tunicas ob triginta dierum inducias datas accepit. Liuius.
//. //. //. f. //. n. //. P. Aruinæ Cos. in Samnio. Ab hoſtibus Samnitibus

nitibus trium menſium frumentum, annuumque ſtipendium, & ſingulas in militem tunicas ex pacto induciarum accepit. Liuius.

[C. Caruilius. C. f. C. n. Maximus.] Frater Sp. Caruelij conſularis ac triumphalis.

L. Iulius. L. f. //. n. Libo. Pater L. Libonis Conſulis anno CDXXCVI.

Q. Ogulnius. * A. f. * //. n. Gallus. Cuius alios cum fratre Cneo magiſtratus habebimus poſtea. Fratres ambo videntur fuiſſe L. Ogulnij Galli, quem patrem diximus ex tabulis Capitolinis fuiſſe Q. Ogulnij poſtea Conſulis & Dictatoris.

[L. Iulius. L. f. L. n. Iulus.]

Q. MARCIVS. Q. F. Q. N. TREMVLVS. COS. AN. CDXLVII. DE. ANAGNINEIS. HERNICEISQ. PRID. K. QVINT.

Q. Marcius de Hernicis triumphans Romam redijt, ſtatuaque equeſtris eidem in foro decreta eſt, & ante templum Caſtoris poſita, vt refert Liuius. Cui aſtipulatur alia occaſione Cicero Philippica VI. non eodem merito L. Antonij equeſtrem ſimilem in foro poſitam aſſerens, quo Q. Tremuli, qui Hernicos deuicit ante Caſtoris. Sed mendoſè in vulgatis exemplaribus appellatur Q. Trebellius, vel Tremellius, pro Q. Tremulus. Item Plinius libro XXXIV. cap. VI. „ Et ante ædem (inquit) Caſtorum fuit Q. Marcij Tremuli „ equeſtris togata, qui Samnites bis deuicerat; captaque Anagnia populum ſtipendio liberauerat. Hæc approbare videtur Liuius, ſcribens Hernicos deuictos, ſtipendio frumentoque, vt dixi, & ſingulis in militem tunicis pepigiſſe inducias, vt legatos pacis exorandæ cauſſa Romam mittere poſſent. Qua ratione populus Romanus ſtipendio hoſtibus, vbi potuit, imperato; exercitum alere & hoſtium ſumptibus cœpit. Quod & poſtea ſępiùs contigit, vt in quæſturis annotare pergemus. Ex ijſdem Plinij verbis colligere eſt, ſtatuam dictam Q. Tremuli in foro ante Caſtorum non extitiſſe ſuo tempore: fuiſſe enim dicit. quæ tamen Ciceronis tempore videtur adhuc extitiſſe.

Statua equeſtris Q. Marcij Tremuli in foro Rom. poſita. Ciceronis locus.

ANNI. P. R. C. CDXLVIII.

Conſules.

L. Poſtumius. L. f. Sp. n. MEGELLVS. Ti. Minucius. //. f. //. n. Augurinus.
In prœlio. occis. eſt. in. e. loc. f. eſt.
M. Fuluius. L. f. L. n. Curuus. Pætinus.

MEGELLVM & Minucium Conſules habent tabulæ Græcæ, Megellum & Augurinum, Cuſpiniani. Rectè Tiberij prænomen addit Minucio Diodorus Siculus, quod ipſum & monſtrat fragmentum Capitolinum. Quare perperam in Liuio, Mariano, & Caſſiodoro Titus legitur. Plebei Conſulis locum hic obtinet, cui occiſo plebeius item ſuffectus eſt. Hanc familiam verò Augurinorum à patribus olim traſiiſſe ad plebem, nonnulli annales tradidere; quemadmodum in tribunatu plebis L. Minucij Augurini, quem anno CCCXIV. geſſit, docui. M. Fuluium, & L. Poſtumium ex columnis triumphalibus deſcripſi, at in Liuio Fuluij prænomen corrigi debet. Duobus prœliis rurſum victi ſunt Samnites. In altero graui vulnere ſaucium, & mortuum Conſulem Minucium, quidam auctores ſunt: & in eius locum ſuffectum eſſe M. Fuluium, eundemque reliquum belli confeciſſe, & Bouianum cepiſſe. Quos annales ſequuntur Capitolini faſti, vt ex fragmento colligimus. Sora, Arpinum, aliæque vrbes hoc bello receptæ ſunt: Herculis magnum ſimulachrum in Capitolio poſitum eſt. Vide Liuium libro IX.

Duobus denuo prœlijs victi Samnites. Conſul Minucius ex vulnere moritur. Herculis magnum ſimulachrum in Capitolio poſitum.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

Ap. Claudius. C. f. Ap. n. Cæcus. Refert Liuius Ap. Cæcum & in conſulatu ſine prouincia Romæ manſiſſe, vt vrbanis artibus opes augeret, quando belli decus penes alios eſſet. Præſtabat enim eloquentia & ciuilibus artibus. Nam libro decimo item L. Volumnius ſententiam in ſenatu dicit, callidos ſolerteſq; iuris atque eloquentiæ conſultos, qualis Ap. Claudius, vrbis & fori præſides habendos, Prætoreſque ad iura reddenda creandos eſſe. Quod ipſum etiam comprobat inſcriptio antiqua, quæ honorum illius titulos recenſet: in qua bis ædilem curulem, bis Prætorem fuiſſe legimus.

Aediles

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

M. Aemilius. L. f. L. n. Paullus. L. Cornelius. Cn. f. //. n. Blaſio.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

M. Liuius. //. f. C. n. Denter. Q. Appuleius. * Cn. f. * C. n. Panſa.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

C. Marcius. * C. f. C. n. Rutilus. * III. M. Minucius. //. f. //. n. Feſſus.
[C. Minucius. C. f. M. n. Augurinus.] [M'. Iuuentius. M'. f. //. n. Thalna.]
L. Ogulnius. A. f. //. n. Gallus. P. Licinius. //. f. //. n. Varus.
[Q. Decius. Q. f. Q. n. Mus.] [Q. Aulius. M. f. M. n. Cerretanus.]
M. Duilius. M. f. C. nepos. [Q. Pomponius. Q. f. Q. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. L. Megelli. } Coss. in Samnio.
//. //. //. f. //. n. //. Ti. Minucij. }

Cn. Ogulnius. * A. f. * //. n. Gallus. Qui poſtea tribunus plebis & ædilis curulis fuit. Erat autem frater duorum Gallorum Quinti, & Lucij; quorum Quintus collega eius fuit in tribunatu & ædilitate, Lucius pater Q. Ogulnij Galli, quem poſtea Conſulem & Dictatorem habebimus. Et hæc quidem ex tẽporum ratione colligimus.
[M. Mamilius. M. f. //. n. Vituſus.] Patruus Q. Vituli Conſulis anno CDXCI.
[C. Sergius. L. f. M'. n. Fidenas.] [M. Geganius. M. f. M. n. Macerinus]

M. FVLVIVS. L. F. L. N. CVRVVS. PAETIN. ANN. CDXLIIX.
COS. DE. SAMNITIBVS. III. NON. OCT.

Liuius magna cum gloria rerum geſtarum Conſules ambo triumphaſſe ſcribit, Poſtumium Minuciumque intelligens. Sed ex alijs annalibus (quos reperiri etiam ille dicit) faſti Capitolini, vt vides, M. Fuluij Curui ſolummodo triumphum, quum bellum poſt mortem Minucij confeciſſet, nobis exprimunt. Ab hoc enim Bouianum fuiſſe captum, tradit, quo tempore ab Samnitibus Sora, Arpinum, Coſentia receptæ. *Bouianum captum.*

ANNI. P. R. C. CDXLIX.

Conſules.

P. Sempronius. P. f. C. N. SOPHVS. P. SVLpicius. Ser. f. P. n. Sauerrio.

NOMINA Conſulum cepimus ex columnis triumphalibus. Diodorus cognomina omittit, quorum Sulpicij, in Liuio, Caſſiodoro, & alijs, mendosè legitur. Auerrio Tabulæ Græcæ, σαβέῤῥιος, correctè produnt. In Plinio autem malè Longus, pro Sophus: & L. Sulpicius, pro P. Sulpicius, ſcribitur libro XXXIII. cap. I. vbi de huius anni actis vrbanis multa, diſſidioque inter ordines orto Cn. Flauij ſcribæ culpa, quòd Faſtos promulgaſſet, vt etiam Liuius in fine libri IX. latius recenſet. *Plinij locus.*

Cum

Cum Samnitibus fœdus eſt renouatum. Ex Aequis vnum & quadraginta oppida intra ſexaginta dies oppugnando capta ſunt, nomenque Aequicum ad internitionem ferè deletum eſt. Marrucinis, Marſis, Pelignis, ac Ferentinis amicitiam petentibus fœdus datum eſt. Liuius in fine libri IX.

Samnitibus petentibus fœdus redditum.
Aequi debellati.

Cens. Q. Fabius. M. f. N. n. MAXIM. RVLLIANVS. P. Decius. P. f. Q. n. Mus.
Luſtrum fecer. XXVIII.

Cenſores huius anni ex Liuio, & Valerio Max. poſſunt ſuppleri, cùm præter Q. Fabij, vt vides, cognomina nihil ferè in fragmento Capitolino ſit reliquum. Is cenſor omnem forenſem turbam excretam in quatuor tribus coniecit, quas vrbanas appellauit: ne tantùm ſcilicet, auctoritatis poſtmodum vulgò maneret in comitijs, ac dandis ſuffragijs. Sategitque hoc diſcordiæ auferendæ cauſſa concitæ inter ordines, vt antea dixi, ob ædilitatem & ambitionem Cn. Flauij ſcribæ, ac in primis ex praua illa lectione Ap. Claudij Cæci cenſoris, qua ſenatum tribusque turbauerat, & comitia in humillimi cuiuſque poteſtatem ŕedegérat. Atque eo merito Fabium Maximi cognomen ſibi paraſſe ſcribunt Liuius libri IX. fine, Valerius Max. lib. II. cap. II. & Plutarchus in Pompeio. Qui tamen in Fabio Cunctatore cognomen hoc ei inditum tradit ob ſplendorem & magnitudinem; vt auctor de viris illuſtribus ob virtutem, nō addita ratione magis exquiſitâ. Quibus accedere etiam videntur Capitolini ſcriptores, qui & ante cenſuram Maximi cognomen omnibus huius Fabij magiſtratibus adiungunt. Idem in hac cenſura inſtituit, vt equites Romani ſolemni pompa quotannis Idibus Quinctilibus ab æde Honoris equis inſidentes trabeati in Capitolium tranſueherentur. vt Liuius obiter in fine noni. Valerius libro II. cap. II. & Auctor de viris illuſtribus cap. XXXII. Luſtrum quidem ab his conditum fuiſſe, ſequentia luſtra demonſtrant.

Vrbanæ tribus quatuor plebis inquilinæ.
Q. Fabius cenſor cur Maximus ſit dictus.
Equitum Romanorũ tranſuectio ſolemnis.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
P. Valerius. //. f. //. n. Falto.

Aediles curules.

Cn. Flaũius. Cn. f. //. nepos. Qui idem tribunus plebis erat.

Q. Anicius. //. f. //. n. Prænestinus. Hic hoſtis paucis ante annis fuerat, ille patre ſcriba & libertino natus ſcriptum ipſe Ap. Claudio Cæco faciebat, & ædilibus curulibus apparebat. Quia tamen faſtos populo promulgarat, cum ingenti ſenatus nobiliumque indignatione, vt phaleræ & annuli etiam publicè ponerentur, ædilis curulis à forenſi turba creatus eſt, cum Q. Anicio: præteritis C. Pœtelio, & Cn. Domitio, quorum patres Conſules fuerãt. Additum Flauio, vt ſimul & tribunus plebis eſſet. Is ædem Concordiæ dedicauit. Sella curuli inter nobiles cùm ſibi aſſurrectum non eſſet, conſedit. Vide Liuium in fine lib. IX. ex Licinio Macro. Pomponiũ de origine iuris. Plinium cap. I. libri XXXIII. Valerium Max. lib. II. cap. V. & lib. IX. cap. III. Ciceronem ad Atticum lib. VI. ep. I. Gellium in noctibus libro VI. cap. IX. qui hiſtoriam ex L. Piſone recenſet. Ex his pleniùs omnia percipies. Dubito tamen an correctè in Gellio & Plinio legatur Cn. Flauius Annij filius. cùm Liuius & Cicero Cn. f. vocent Sed pulchrè Cicero ad
„ Atticum. E libris de republica meis vnum (inquit) ἱστορικὸν requiris de Cn. Flauio Cn. f.
„ Ille verò ante decemviros non fuit, quippe qui ædilis curulis fuerit: qui magiſtratus
„ multis annis poſt decemviros inſtitutus eſt. Quid ergo profecit, quòd protulit faſtos?
„ Occultatam putant quodam tempore tabulam iſtam, vt dies agendi peterentur à pau-
„ cis. Nec vero pauci ſunt auctores Cn. Flauium ſcribam faſtos protuliſſe, actionesque
„ compoſuiſſe: nec me hoc, vel potiùs Africanum (is enim loquitur) commentum putes.

Faſtorum publicatio.
Gellij, & Plinij loci.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Max. Centumalus. L. Furius. * L. f. L. * nepos.

Tribuni plebis.

Cn: Flauius· Cn.·f. //. nepos. II. Qui idem ædilis curulis erat, vt Liuius, & Plinius teſtantur locis antè citatis.

Q. Papirius. //. f. //. n. * Turdus. * Legem de locis publicè conſecrandis tulit.

Papiria lex de conſecrandis locis.

„ tulit. De qua lege in oratione pro domo ſua ſic ſcribit Cicero. Video eſſe legem vete-
„ rem tribunitiam, quæ vetet iniuſſu plebis ædes, terram, aram conſecrare: neque tamen
„ hoc Q. Papirius, qui hanc legem rogauit, ſenſit, neque ſuſpicatus eſt, fore periculum, ne
„ domicilia, aut poſſeſſiones indemnatorum ciuium conſecrarentur. Quam legem vel hoc anno, vel paucis ante latam eſſe, cùm ex Ciceronis verbis, tum ex Liuio videmus colligere; qui refert Cn. Flauium ædilem ſumma inuidia nobilium ædem Concordiæ in area Volcani dedicaſſe, & coëgiſſe conſenſu populi P. Cornelium Barbatum Pontificem maximum verba præire, cùm more maiorum negaret, niſi Conſulem, aut Imperatorem poſſe templum dedicare. Itaque poſtea ex auctoritate ſenatus latum eſſe ad populum dicit, ne quis templum arámve iniuſſu ſenatus, aut tribunorum plebis partis maioris dedicaret. Si ergo tunc contra morem maiorum ædilis dedicarit, & Pontifex maximus populi conſenſu coactus eſt verba præire, profectò Papiria hac lege hic coactus & ille dedicaſſe videtur. Nam ſi nemo iniuſſu populi, certè ſolo eius iuſſu quis poterat conſecrare: vt ea lex tum recens lata eſſe inuito ſenatu videatur, per illam forenſem plebis factionem, quæ vires praua illa Ap. Cæci cenſura erat adepta. Obtinuiſſe tamen in iſta Flauianæ conſecrationis diſſenſione ſenatum Liuius innuit; vti templa & aræ deinceps exciperentur è lege, & niſi vel iuſſu ſenatus, vel tribunorum plebis partis maioris dedicarentur.

//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	.//. //. //. f. //. n. //.

D. Iunius. D. f. //. n. Pera. Pater D. Peræ Conſulis anno CDXXCVII. vt indicant Capitolina marmora.

[M'. Pomponius. M'. f. M'. n. Matho.] [M. Fuluius. M. f. //. n. Flaccus.]
M. Sempronius. //. f. //. n. Tutidanus. II. M. Atilius. L. f. //. n. Regulus.]
T. Popillius. //. f. //. nepos. [C. Plautius. C. f. C. n. Proculus.]
[Q. Pœtelius. C. f. C. n. Libo. Viſolus.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. P. Sempronij cos. in Aequico.
//. //. //. f. //. n. //. P. Sulpicij cos. in Samnio.

L. Papirius. L. f. Sp. n. Curſor. Honorati illius L. Curſoris bis Dictatoris, ac quinquies Conſulis filius.

M'. Curius. M'. f. M'. n. Dentatus. Tenuis quidem fortunæ, ſed ſummæ virtutis vir. Pyrrhum Regem deuicit. Eius verò vitam breuiter deſcribit Auctor de viris illuſtribus. Cum dentibus natum, & inde cognomen obtinuiſſe ſcribit Plinius lib. VII.

L. Aelius. *L. f. L. n.* Pætus. Qui poſtea ædilis fuit, vt Liuium auctorem habemus.

D. Iunius. D. f. //. n. Brutus. Scæua. Hic aſcendit ad conſulatum, vt ex ſequentibus patebit.

P. SEMPRONIVS. P. F. C. N. SOPHVS. ANN. CDXLIX.
COS. DE. AEQVEIS. VII. K. OCT.
P. SVLPITIVS. SER. F. P. N. SAVERRIO. AN. CDXLIX.
COS. DE. SAMNITIBVS. IIII. K. NOVEMB.

Triumphi duo de Aequis, & Sãnitibus contra Liuij hiſtoriam.

De Aequis autem triumphatum fuiſſe, tot oppidis eorum, vt dixi, oppugnando captis, obiter adijcit hiſtoriæ ſuæ Liuius: ſed de Samnitico triumpho P. Sulpicij, nihil prorſus. Nam fœdus ſuppliciter petentibus hoc anno redditum fuiſſe narrat, diſcrepans in iſtorum temporum hiſtoria à faſtis Capitolinis ſæpiſſimè; qui Conſules ambos diuerſis è prouincijs diuerſis etiam menſibus triumphaſſe volunt.

ANNI.

ANNI. P. R. C. CDL.

Conſules.

Ser.Cornelius.CN.F.CN.N.LENTVLVS. L.Genucius.* L.f.L.n.* Auentinenſis.

LENTVLVM, & Auentinenſem Conſules habent tabulæ Græcæ, neque diſcordat in Lentulo Capitolinum fragmentum. Liuius, Diodorus, Marianus & Caſſiodorus cognomina omittunt, & ſuggerunt L. Genucium, & Ser. Cornelium Conſules.

Soram atque Albam in Æquos coloniæ deductæ ſunt, vt auctor eſt Liuius libri x. principio. Itemque Trebulanis, Arpinatibusque ciuitas data eſt. De Sora, & Alba Velleius meminit triennio circiter tempus anticipans, Liuius etiam decennio, velut etiam priùs annotaui: colonos videlicet Romanorum interfeciſſe referens, vt dictum eſt ſuo loco. Videntur itaque in duas has vrbes coloni denuò reducti potiùs fuiſſe. Quin Albam cum alijs Æquorum oppidis rebellem anno ſuperiore captam quoque fuiſſe veriſimile eſt. In Vmbriam expeditio propter agros vaſtatos eſt facta, & armatorum duo milia in quadam ſpelunca flammis & fumo ſunt abſumpta. Liuius lib. x. Coloniæ deductæ.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

M. Valerius. M. f. M. n. Coruus. VI. vt Plinius lib. VII.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

L.Cornelius. * P.f. P. n. * Scipio. [A.Cornelius. A. f. A. n. Coſſus.] Aruina

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

[L.Genucius.Cn.f.Cn.n.Auentinenſis.] [P. Furius. P. f. L. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. // .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Q. Fuluius. M. f. //. n. Flaccus. Pater M.Flacci. Q. f. qui Conſul fuit cum Ap. Claudio anno CDXXCIX. & poſtea magiſter equitum, vt ex tabulis Capitolinis colligimus. A quo poſtea multi Fuluij Flacci.

L. Poblicius. //. f. //. n. Malleolus. Duorum L. & M. Malleolorum auus, qui ſimul ædiles plebis Floralia inſtituerunt, vt ex ſequentibus cõſtabit. Nam horum Marcus Conſul L.F.L.N. in faſtis Capitolinis annotatus eſt.

[M. Allienius. L. f. L. nepos] [L. Conſidius. L. f. M. nepos.]
[L. Plætorius. L. f. M. nepos.] [C. Plætorius. C. f. C. nepos.]
[L. Racilius. L. f. L. nepos.] [C. Apuſtius. //. f. //. n. Fullo.]
[Sex. Statius. T. f. T. nepos.] [C. Numitorius C.f. C. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Ser. Lentuli } coss. in Vmbria.
//. //. //. f. //. n. //. L. Genucij }

L. Cornelius. Cn. f. //. n. Scipio. Pater duorum illuſtrium Scipionum L. & Cn. conſulatium, qui res proſperè bello Punico primò geſſerunt, & triumpharunt, vt dicetur.

C. Fuluius. C. f. C. n. Curuus. Is poſtea ædilis Liuio teſte.

M. Valerius. L. f. //. n. Flaccus. Quem patrem notant Capitolinæ tabulæ, L. Flacci Conſulis anno CDXCII.

Q. Mamilius. M. f. //. n. Vitulus. Et hunc Q. Mamilij Conſulis anno CDXCII.

ANNI. P. R. C. CDLI.

Conſules.

M. Liuius. //. f. C. N. DENTer. M. Aemilius. L. f. L. n. Paullus.

DENTREM & Paullum produnt in hunc annum Cuſpiniani tabulæ: Græcæ autem, Dentrem & Aemilium. Liuius, Diodorus, Marianus, & Caſſiodorus cognomina Conſulum præterire: & prænomen Aemilij variatur admodum apud ſupraſcriptos auctores. Ex ijs autem, vt Diodoro M. Aemilium appellanti potiùs aſſentiar, in cauſſa eſt; quòd extet idem magiſter equitum anno ſequenti apud Liuium, & in fragmentis Capitolinis; in quibus L. F. L. N. appellatur, vnde colligimus patrem fuiſſe M. Aemilij, qui poſtea de Pœnis, & Coſſurenſibus triumphauit, vt antè dictum eſt.

Cum Veſtinis fœdus ictum. Græcorum claſſis. Cum Veſtinis amicitiam petentibus fœdus eſt ictum. Græcorum claſſis, quæ in Sallentinis Thurias vrbem ceperat, à M. Aemilio Conſule profligata eſt, & vrbs recepta, cultoribusque veteribus reddita, Liuius libro x.

C. Iunius. C. f. C. N. BVBVLCVS. BRVTUS. Dict.
M. Titinius. C. F. C. nepos. Mag. eq.

Aequi rebellarunt. Redintegrarunt Æqui bellum ægrè ferentes Albam coloniam, velut arcem, ſuis finibus impoſitam; & expugnare ſumma vi adorti, ab ipſis colonis pelluntur. Cæterùm Romæ terrorem fecêrunt, quia vix credibile videbatur, tam adfectis rebus, Æquos ſolos per ſe ad bellum coortos. Eius itaque tumultus cauſſa Dictator dictus eſt C. Iunius Bubulcus cum M. Titinio magiſtro equitum. Is Æquos ante diem octauum primo congreſſu ſubegit. Liuius. Eius item dictaturæ veſtigia adhuc extant in Capitolino fragmento.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
Q. Appuleius. Cn. f. Cn. n. Panſa.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
L. Poſtumius. L. f. Sp. n. Megellus. II. — T. Manlius. T. f. T. n. Torquatus.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
M. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Pætinus. — [C. Minucius. C. f. M. n. Augurinus.]

Tribuni plebis.

L. Furius. L. f. L. nepos. III. — Q. Papirius. //. f. //. n. Turdus. II.
Sp. Caruilius. C. f. C. n. Maximus. — Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Max. Centumal. II.
M. Atilius. M. f. M. n. Regulus. — [Ti. Pontificius. Ti. f. M. nepos.]
[C. Metilius. T. f. T. nepos.] — [M. Volſcius. L. f. L. n. Fictor.]
[A. Sellius. M. f. M. nepos.] — [L. Antonius. M. f. //. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

Quæſto-

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M. Liuij cos. in Aequico.
//. //. //. f. //. n. //. M. Paulli cos. in Sallentino.

Q. Cædicius. Q. f. //. n. Noctua. Qui Conſul poſtea eſt factus.
[C. Acutius. C. f. C. nepos.] [C. Foſlius C. f. C. n. Flaccinator.]
[Q. Fabius. Q. f. Q. n. Ambuſtus.] Filius Q. Ambuſti Dictatoris anno CDXXXII.

C. IVNIVS. C. F. C. N. BVBVLCVS. BRVTVS. II. AN. CDLI.
DICT. DE. AEQVEIS. III. K. SEXT.

Dictator, inquit Liuius, die octauo triumphans in Vrbem cùm redijſſet; ædem ſalutis, quam Conſul vouerat, cenſor locauerat, Dictator dedicauit. De hac æde item Plinius lib. xxxv. cap. IV. & Val. Max. libro VIII. cap. XIV. verba faciunt: à C. Fabio videlicet nobiliſſimo ciue depictam fuiſſe ſcribentes, vnde Pictorum in gente Fabia cognomen emerſit.

ANNI. P. R. C. CDLII.

Dictatores

Q. Fabius. M. F. N. N. MAXimus. Rullianus. II. Dict.
M. AemILIVS. L. F. L. n. Paullus. Mag. eq.
Rei. gerundæ. cauſſa.
. Hoc. anNO. DICTAT. & Mag. eq ſine. cos. fuerunt.
M. Valerius. M. F. M. N. Coruus. II. Dict.
P. SempronIVS. P. f. C. n. Sophus. Mag. eq.
Rei. gerundæ. cauſſa.

HOc anno per Dictatores duos ſine Conſulibus rempublicàm adminiſtratam eſſe, docet vnum ex minutiſſimis faſtorum Capitolinorum fragmẽtis. Quod niſi bona quadam fortuna, & antiquitatis ſtudioſorum diligentia ex tantis vrbis Romæ cladibus ac ruinis erutum conſeruatumque fuiſſet; neſcio quis ſemet ex tam inextricabili hiſtoriarum eius temporis labyrintho potuiſſet explicare, cùm Liuius ipſe, ſi dicere fas eſt, non potuerit. Quem ſi faſtis Capitolinis, aliorumque antiquorum quorundam ſcriptis prorſus conciliare velis, ſanè admodum difficile hoc tibi fore inuenies. Nam ſibimet conſtare diſtractus annalium diuerſitate non videtur; niſi mutilum, vbi huius anni hiſtoriam tractat vt pluribus locis eſt, velimus dicere. Quod fortaſſe non abſurdum videbitur diligentius conſideranti, quàm abruptè ſuperioris anni actis, omiſſa omni Conſulum, alteriúſve noui magiſtratus mentione, ſubiungat; multiplicem deinde exortum terrorem, Etrutiam rebellare, ab Aretinorum ſeditionibus motu orto, * vbi Cilnium genus præpotens diuitiarum, inuidia pelli armis cœptum, Marſos agrum vi tueri, in quem colonia Carſeolos deducta erat; & propter eos tumultus Dictatorem dictum M. Valerium Maximum, & magiſtrum equitum M. Aemilium Paullum. Quod magis ſe credere dicit, quàm, vt quidam volunt, Q. Fabium ea ætate, & ijs honoribus Valerio ſubiectum fuiſſe. Ceterùm ex Maximi communi cognomine ortum errorem putat. Sed inter quóſnam commune Maximi eſt cognomen? inter duos ne magiſtros equitum, de quibus dubitat vter ſub M. Valerio Dictatore fuerit? Minimè quidem: ab Aemilio enim eſſe alienum, palàm eſt omnibus. At inter Dictatores duos, qui in fragmento Capitolino reperiuntur, illud commune eſt, Q. Fabio ſcilicet, & M. Valerio. Nam & M. Valerium eo fuiſſe vſum, antequam Coruus appellari cœperat, manifeſtum eſt, & Gellius libro IX. noctium cap. XI. adſtipulatur; vt in dictaturis prodendis commune cognomen erroris occaſionem dare citiùs potuerit. Verùm Liuius vnum dumtaxat Valerium Dictatorem admittens, deque duobus magiſtris equitum fruſtra diſceptans, non parum relinquit nobis ſcrupuli & obſcuritatis; præſertim non declarans an C. Iunio ſtatim ſucceſſerit Valerius Dictator, an alio anno factus fuerit. Vt hinc facilè colligas ipſum non valde probatos ſequutum annales, turſus biennij hiſtoriam malè contrahere; & magiſtratibus veris non repertis, hunc annum omnino præterite ſine Conſulibus per duas ordine dictaturas tranſactum, Q. Fabij ſcilicet, & M. Valerij Corui, quem Fabio dictatura decedente creatum arbitramur, aucto belli Etruſci tumultu, &

In hiſtoria Liuiana huius anni magna obſcuritas.

Multiplex belli terror.

*At mendoſè ibi in exẽplaribus, vbi * ciuium Licinium genus. Sic in Aldinis vetuſtioribus. In alijs iã interpolatis, * Licinium habetur. Sed germana lectio, Cilnium, eſt, vt opinor. Antiquiſſimo namque regio ſtemmate clariſſima fuit apud Tuſcos hæc gẽs Cilnia. Quod etiam teſtatur Horatius poeta, qui Cilnium Mæcenatem ſuũ Regibus atauis editum cecinit. Itaque duobus Liuij locis verum hoc nomen à ſcriptoribus librarijs nõ intellectũ, corrupta voce ſublata, reſtitui debet: ſicut etiam doctiſſ. Iuſtus Lipſius nomen hoc correxit.*

M. Valerij duplex cognomen, Maximus, & Coruus.

Caſſiodori & aliorum error ex Livio.

tu, & cladis acceptæ rumore vrbem territante. Cæterùm Caſſiodorus & alij recentiores Liuium ſequuntur, & annum hunc prætereunt. Quem niſi nobis oſtendiſſent paucæ admodum, vt dixi, adhuc extantes in Capitolinis fragmentis literæ: nec triumphorum columnæ magiſtratuum tabulis poſtmodum reſpondiſſent, C. Iunij Dictatoris triumphum de Æquis anno CDLI. prodentes, & Cn Fuluij Conſulis de Samnitibus, anno CDLV. cuius alioquin conſulatus cadet in annum CDLIV. Vti confeſtim hunc annum deſiderare neceſſe ſit, ſi magiſtratus deinceps triumphis reſpondere velimus. Neque etiam Ciceronis in Catone maiore locus commodè potuiſſet intelligi de Ap. Claudio Cæco loquentis, qui Pyrrhi regis amicitiam oblatam grauiſſima oratione diſſuaſit. Atque hæc (inquit) ille egit " ſeptem & decem annis poſt alterum conſulatum, cùm inter duos conſulatus anni decem " interfuiſſent, cenſorque ante conſulatum ſuperiorem fuiſſet. Niſi igitur hunc annum à Li- " uio, & alijs omiſſum ſuo loco reſtituas, inter duos Ap. Cæci conſulatus nouennium ſolummodo interpoſitum reperies. Cuſpinianus vir doctiſſimus ex Olympiadum ratione Vrbis conditæ annis aliter non reſpondente animaduertit item in Liuio & Caſſiodoro ſuo annum vnum, hoc ferè loco, deeſſe: Coruum II. & Rullianum ponens inter Dentrem & Paullum Coss. ſuperioris anni, & Coruum V, & Panſam inſequentis. Eos enim in Conſulum tabulis ſuis antiquis incerti auctoris reperiebat, loco videlicet Dictatorum huius anni poſitos: quemadmodum antè etiam duos ſolùm, nō omnes tribunos militum quotannis nominant; quàm diu reſpublica per tribunos conſulari poteſtate præditos adminiſtrata fuit. Cæterùm Corui non hic ſecundus conſulatus, vt volunt Cuſpiniani tabulæ, ſed quintus eſſe debebat, qui anno proximo ſequetur. At dictaturam ſecundam hoc anno geſſiſſe, tam ex rationibus iam antè dictis, quàm ex fragmento triumphi Valeriani ſubſequente manifeſtum eſt.

In Cuſpiniani antiquæ Conſulum tabulæ Capitolinis reſpondens, Duos Dictatores Conſulum loco in hunc annum ſuggerentes.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

L. Cornelius. *P. f. P. n.* Scipio.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

C. Pœtelius. C. f. C. n. Libo. Viſolus.   D. Iunius. D. f. //. n. Pera.

M. Atilius. L. f. //. n. Regulus.   [C. Plautius C. f. C. n. Proculus.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Q. Anicius. //. f. //. n. Præneſtinus. II. [C. Memmius. C. f. C. nepos.]

[Q. Pœtelius. C. f. C. n. Libo. Viſolus. II.] [P. Furius. P. f. L. nepos. II.]

[L. Genucius. Cn. f. Cn. n. Auentinenſis. II.] [C. Lætorius. C. f. C. nepos.]

M. Lætorius. M. f. //. n. Plancianus. [C. Mælius. C. f. C. n. Capitolinus.]

M. Minucius. //. f. //. n. Feſſus. II. [M. Terentius. M. f. M. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Fabij Dict. in Marſico.

//. //. //. f. //. n. //. M. Corui Dict. in Etruria.

Etruſcis demũ inducíæ biennales datæ.

Annuum ſtipendium, & duûm menſium frumentum ab Etruſcis, quò legatos Romam mittere poſſent, ex pacto pro exercitu accepit. Liuius libro X.

[M'. Ser-

[M'. Sergius. L. f. M'. n. Fidenas.] Q. Hortenſius. *Q. f. Q.* nepos.

Hic poſtea Dictator legem de plebiſcitis tulit.

C. Cædicius. * Q. f. //. n. Noctua. * Frater videtur Q. Cædicij anno CDLXIV. Conſulis, & fuit legatus, præfectusque equitum in prœlio ad Aquiloniam contra Samnites anno CDLX. vt auctor eſt Liuius.

M. Claudius. //. f. //. n. Marcellus. Poſtea Conſul. Non patre tamen conſulari, ſed alia ſtirpe natum, ratio annorum indicare videtur; cùm à conſulatu primi Marcelli diſtet huius conſulatus annis quadraginta quatuor. Duæ igitur ſtirpes Marcellorum deinceps in republica floruerunt, ſub ijſdem ferè prænominibus; vt ægrè diſtingui, niſi temporum interuallo poſſint. Atque inde nō parum obſcuritatis naſcitur. *Plures Marcellorum ſtirpes.*

M. VALERIUS. M. f. M. N. Coruus. ann. CDLII.
IV. DICT. II. de. Etruſceis.
X. K. DECEMBRIS.

Quem vnum adfert huius anni Dictatorem Liuius, M. Valerium Maximum nominat; & eundem Coruum eſſe Valerium, monſtrat triumphi fragmentum, in quo M. Valerium Dictatorem iterum egiſſe quartum hoc anno triumphum legimus. Id quod de alio M. Valerio, quàm de Coruo, qui ter antea triumpharat, & ſemel Dictator fuerat, intelligi nō poteſt: nam alterius eius temporis M. Valerij Maximi nullam antè dictaturam, & vnū dumtaxat triumphū reperimus De Coruo itaque intelligenda ſunt, quæ Liuius de M. Valerio Maximo Dictatore ſcribit; ipſum Etruſcorum opes denuò fregiſſe, inſigni prælio hoſtes contudiſſe, caſtris exuiſſe. Igitur pacem coactos petijſſe Etruſcos, ſed inducias biennij tantum impetraſſe, vt latè narrat Liuius libro x. vbi etiam, Dictator (inquit) triumphans in Vrbem redijt; habeo auctores ſine vllo memorabili prœliō pacatam ab Dictatore Etruriam eſſe. Alterum verò Dictatorem Q. Fabium ſubegiſſe, Miloniam, Pliſtiam, Freſiliam cepiſſe, parteque agri multatis hoſtibus fœdus reſtituiſſe putandum eſt; quæ & Valerio Dictatori adſcribit Liuius. *Triumphus M. Corui de Etruſceis.* *Q. Fabij Dictatoris res geſta.*

ANNI. P. R. C. CDLIII.

Conſules.

Q. Appuleius. * Cn. * F. C. N. Panſa. M. Valerius. M. f. M. n. Coruus. v.

M'. VALERIVM, & Q. Appuleium Panſam ſuperioribus Conſulibus ſubiungunt Liuius, Caſſiodorus, & Marianus. annum omittētes, vt dixi, per dictaturas exactum. Habere quidem ſe auctores aſſerit Liuius M. Valerium Conſulem ex Dictatore factum, atque adeo abſentem creatum, & per interregem ea facta comitia fuiſſe. Atqui de Valerio Maximo loquitur; nihil tamen obſtat, quin de Valerio Coruo hæc intelligi ex faſtorum Capitolinorum ſententia poſſint, velut ante ſatis declaraui; cùm ipſe Maximi cognomen habuerit etiam, adeò vt quintum hoc anno conſulatum ex ſecunda dictatura obtinuiſſe colligamus. Suffragantur his tabulæ Græcæ, Coruinum & Panſam, licet incorrectè, ſuperioribus Conſulibus M. Liuio, & M. Aemilio ſuggerentes. At multò apertiùs Cuſpiniani tabulæ, quæ Coruum v. & Panſam hoc anno proferunt. Sextus verò M. Corui conſulatus paulò pòſt ex alijs probabitur auctoribus.

Lex Valeria de prouocatione à M. Coruo Conſule, tūc poſt Reges exactos lata tertiùm, & diligentiùs ſancta fuit, ſemper à familia eadem. Hanc pulchrè confert Liuius cum lege Porcia pro tergo ciuium lata multò pòſt; cuius pœnam grauiorem fuiſſe dicit. Valeriæ autem nihil vltra adiectum, quàm improbè fieri, ſi quis aduerſus eam feciſſet; ciuemque, qui prouocaſſet, virgis cecidiſſet, vel ſecuri necaſſet. Id vinculum legis ſatis validum videbatur, qui tum erat pudor hominum. Nunc vix * ſeruo ſuo ita minetur quiſquam, vt ait Liuius. Bellum à Valerio Conſule aduerſus Æquos rebellantes geſtum eſt, & ab Appuleio Nequinum in Vmbria obſeſſum. Liuius libro x. *Valeria lex tertia de prouocatione.* *Porcia lex.* ** ſerio ſuis fortè melius.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Maximus. Centumalus.

Hunc Cn. Fuluium, opinor, Liuius intelligit, qui anno ſuperiore legatus M. Valerij Dictatoris præſidium, cui præerat, prudēter & fortiter defendit, & maximæ victoriæ viam ſtrauit; ideoque virtutis ergo mox ad honores maiores prouectus videtur.

Aediles curules.

// . // . //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
[L. Iulius. L. f. L. n. Iulus.] L. Iulius. L. f. //. n. Libo.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
Q. Papirius. //. f. //. n. * Turdus. * Q. Fuluius. M. f. //. n. Flaccus.

Tribuni plebis.

Q. Ogulnius. * A. f. * //. n. Gallus. Cn. Ogulnius. * A. f. * //. n. Gallus.

Ogulnia lex de ſacerdotijs. Legem de ſacerdotijs tulerunt, vt cùm quatuor augures, quatuorq́ue pontifices eſſent, omnesq́ue patricij, placeretq́ue augeri ſacerdotum numerum: quatuor pôtifices, quinque augures, & omnes de plebe præterea allegerentur, vt omnino octo pontifices, nouem augures collegia explerent. Diſſuaſit legem vehementi oratione propugnator patriciorum Ap. Claudius, ſuaſit è contrà P. Decius, qui bis Conſul, Dictator & Cenſor fuerat: ſed Decio perſuadente tandem lex conſenſu plebis, inuitis patricijs perlata eſt. Creatiq́ue pontifices primi de plebe P. Decius ſuaſor legis, P. Sempronius Sophus, C. Marcius Rutilus, M. Liuius Denter conſulares omnes. Quinque item augures de plebe facti ſunt, quos nominat Liuius libro x.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

[M. Mamilius. M. f. //. n. Vitulus.] [Q. Terentius. C. f. C. n. Arſa.]
[T. Iuuentius. M'. f. //. n. Thalna.] [M'. Otacilius. M'. f. //. n. Craſſus.]
C. Otacilius. M'. f. //. n. Craſſus. [Sp. Oppius. Sp. f. Sp. n. Cornicen.]
[C. Caruilius. C. f. C. n. Maximus.] [Q. Aulius. Q. f. Q. n. Cerretanus]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Panſæ. cos. in Vmbria.
//. //. //. f. //. n. //. M. Corui. cos. in Aequico.

Q. Fabius. Q. f. M. n. Gurges. Q. Fabij Maximi Rulliani filius, patri tamen virtutibus impar.

M. Aquillius. C. f. //. n. Florus. Pater C. Flori Conſulis plebei anno CDXCIV. cum L. Cornelio, vt monſtrant Capitolina marmora.

C. Aelius. * P. f. P. n. * Pætus. P. Pæti magiſtri equitum anno CDXXXII. filius, vt apparet ex annorum interuallo; & hic poſtea Conſul.

[L. Veturius. Sp. f. L. n. Craſſus. Cicurinus.]

ANNI. P. R. C. CDLIV.

Conſules.

M. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Pætinus. T. Manlius. T. f. T. n. Torquatus.
In mag. mort. eſt. In eius. loc. f. eſt
M. Valerius. M. f. M. n. Coruus. VI.

PAETINVM & Torquatum Conſules produnt in hunc annum tabulæ Græcæ. In Pætini cognomine conueniunt columnæ triumphales, ex quibus M. Fuluium Conſulem hic digeſſimus; licet in Liuio, & Caſſiodoro Pætus appelletur. Q. Fabium Maximum auctores

ctores ſunt Licinius Macer, & Tubero his comitijs conſulatum non petenti oblatum recuſaſſe,& in bellicoſiorem annum ſibi eum differendum eſſe,cenſuiſſe. Sed, vt incertam, reprobat hanc hiſtoriam Liuius: Nam, vti refert,bellum eodem anno mouerunt Etruſci Gallorum ſocietate confiſi; quæ prouincia T. Manlio Conſuli obuenit. Verùm is hoſtium fines vix ingreſſus, inter exercendum equo effuſus, ex lapſu colliſus expirauit. In huius locum omnes centuriæ dixerunt, Romæ Conſulem M. Valerium Coruũ iam ſexto, quem ſenatus Dictatorem iuſſurus erat. Eius aduentus in caſtra compreſſit Etruſcos, vt neque vaſtatio agrorum,neque incendia ad prœlium eos elicere potuerint. Cæterùm hic M. Valerij Corui ſextus eſt conſulatus, quamuis Liuius illud non ita annotarit, & cognomen eius omittat. Plutarchus enim in Mario hunc ſolum ante C Marij tempora ad ſextum conſulatum perueniſſe memorat; item annos centum vixiſſe, quadraginta quinque inter primum & ſextum eius conſulatum intercurriſſe. Quod etiam ſcribunt Cicero in Catone maiore, Valerius Max. libro VIII. cap. XIV. Plinius libro VII. cap. XLVIII. Sed hi numerant annos XLVI. inter primum & ſextum Corui conſulatum. Quod biennio diſcrepat à faſtis Capitolinis; ſed librariorum fortè culpa varietas hæc in numerorum notis conſiſtit. *M. Valerij Corui longa vita.*

Cens. P. Sempronius. P. f. C. n. Sophus. P. Sulpicius. Ser. f. P. n. Sauerrio.
Luſtrum. fecerunt. XXIX.

Et luſtrum eo anno conditum fuiſſe à P. Sempronio Sopho, & P. Sulpicio Sauerrione cenſoribus, tribusque additas duas Anienſem & Terentinam, Liuius auctor eſt. Et luſtrum illud XXIX. fuiſſe, ex ſequenti XXX colligere eſt. Aliud de hoc cenſu legere non contigit, niſi quòd ex Plinij VII. cap. XI. colligimus principem ſenatus huius temporis ferè luſtris fuiſſe Q. Fabium Maximum Rullianum, qui antea cenſor fuerat. Plinij verba adducam in cenſura Q. Fabij Gurgitis. *Romana tribus aucta.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
L. Poſtumius. L. f. Sp. n. Megellus.

Aediles curules.

Q. Fabius. M. f. N. n. Maximus. Rullianus. II. L. Papirius. L. f. Sp. n. Curſor.

Cùm Q. Fabium Cos. vt dixi, non petentem omnes centuriæ dicerent, ipſum populo auctorem fuiſſe ſcribit ex Licinio Macro,& Tuberone T. Liuius, differendi ſibi conſulatus in bellicoſiorem annum: eo anno maiori ſe vſui fore reipublicæ vrbano magiſtratu. Ita nec diſſimulãtem quid mallet, ædilem curulem cum L. Papirio Curſore factum. Ipſum verò Q. Fabium iam ædilem in annonæ caritate ſumma præparando, conuehendoque frumento ſic ſategiſſe, ſcribunt ijdem auctores; vt ad vltimum inopiæ, quò res ſpectabat, Roma non peruenerit. *Annona diligens prouiſio.*

Cn. Domitius. Cn. f. //. n. Caluinus. Sp. Caruilius. C. f. C. n. Maximus.

L. Piſo tamen vetuſtior annalium auctor in cauſſa eſt, vt de ſupraſcriptis ædilibus Liuius dubitet. Nam eo anno fuiſſe plebeios ædiles curules tradit, Cn. Domitium Cn. f. Caluinum, & Sp. Caruilium C. f. Maximum. Id credo cognomen (inquit Liuius) errorem in ædilibus feciſſe. Cn. Domitius videtur idẽ qui antea repulſam, Cn. Flauio prælato, in eiuſdem magiſtratus petitione paſſus erat; quemadmodum ex Plinio & alijs tunc probaui. Patrem enim Conſulem habuit anno CDXXI. Sp. Caruilius ex fragmentis Capitolinis formatus eſt. Quapropter in Liuio prænomina hoc modo ſunt corrigenda.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
L. Antonius. M. f. //. nepos. [C. Metilius. T. f. T. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

L. Aelius.

L. Aelius. * L. f. L. n.* Pætus. C.Fuluius.•C. f. C.n.•Curuus.
M. Atilius. M. f. M. n. Regulus. II. [C.Cæcilius.C.f. //. n.Metellus.]
D. Iunius. D. f. //.n.Brutus.Scæua. [L. Pupius. L.f.L. nepos.]
[M.Aulius.Q.f.Q n.Cerretanus.] [M. Volſcius. L. f. L. n. Fictor. II.]
D. Iunius. D. f. //.n. Pera. II. C. Iunius.C.f.C.n. Brutus.Bubulcus.

Qui filius C.Bubulci Bruti ter Conſulis,Dictatoris,& Cenſoris : vt indicat triumphus eius Capitolinus,& interuallum temporis non refragari videtur.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. // n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. M. Fuluij cos. in Samnio & Vmbria.
//. //. //. f. //. n. //. M.Corui cos. in Etruria.

P. Cornelius. P. f. //. n. Rufinus. Qui bis Conſul, & Dictator à C. Fabricio Cenſore notatus poſtea fuit.Homo militaris, ſed rapacitate & luxu infamis. Velleius Paterculus ipſum bello Pyrrhi inter celeberrimos Romanos duces fuiſſe ſcribit. Sed eius poſtea domus diu iacuit, nec poſt illum quiſpiam ex eius nepotibus præturæ gradum ſuperans ad conſulatum peruenit ante L. Cornelium Sullam Felicem; quemadmodum ex Plutarcho, & eodem Velleio colligimus. Sextum enim ab hoc Rufino L.Sullam fuiſſe teſtatur Velleius.

M. Valerius. M. f. M. n. Maximus. Coruinus. M. Valerij Corui,qui ſemel & vicies ſella curuli ſedit, hic filius fuiſſe videtur ex cognomine, & temporum ratione.

M. Liuius.* M. f. C. n. Denter.* Qui poſtea Druſus appellatus eſt. Primi in ea gente magiſtri equitum nepos, ex temporum interuallo : ad quam dignitatem & ipſe perueniſſe videtur,vt in CDLXXVI. annali dicemus.Hunc colligo ex ſucceſſione ſtirpis primum Druſi cognomen retuliſſe,vt ſuo loco declarabo.

C. Claudius. //. f. //. n. Canina. Haud dubiè plebeius, nam bis poſtea plebeij Conſulis locum obtinebit.

M. FVLVIVS. CN. F. CN. N. ANN. CDLIV.
PAETINVS. COS. DE. SAMNITIBVS.
NEQVINATIBVSQVE. VII. K. OCT.

Nemen cum Samnitibus bellum.

Samnitici belli nulla mentio eſt in eius anni hiſtoria apud Liuium, ex fœdere icto ante paucos annos tum quieſcebāt. Refert dumtaxat,à Picentibus nouis ſocijs indicatum Romæ fuiſſe,Samnites rebellionem & arma ſpectare,ſeque ab eis ſollicitatos Curam deinde belli ab Etruria in Samnites verſam. Nihil etiam Liuius de triumpho M.Fuluij Conſulis, illud tantùm adijcit, Nequino capto exercitum magna cum præda domum eſſe reductum.

M.Fuluius Pætinus à Frontino cognomine Nobilior dictus.
Eius pulchrum ſtratagema.

Refert tamen Frontinus ſtratagematum libro primo, Fuluium Nobiliorem hoc tempore cùm aduerſus numeroſum Samnitium exercitum ſucceſſibus tumidum decertaturus eſſet paruis admodum copijs: vt ſuis metum auferret, ſimulaſſe legionem vnam hoſtium à ſe pecunia corruptam,& in prœlio tranſituram eſſe.Et vt fidem faceret,numeratam omnem ſingulorum militum pecuniam mutuam accepiſſe, vt repræſentari merces proditoribus poſſet : ſe poſt victoriam cum ampliſſimis præmijs cuncta redditurum. Ea perſuaſione Romanis tantam alacritatem & fiduciam inieciſſe, vti præclaram admodum victoriam retulerint. Iam eius autem temporis Pætini Fuluij plures item Nobiliores appellabantur: adeò niſi hic M.Fuluius fuerit qui ſtratagemate Samnites vicerit; alium poſtea non inuenio,qui cum imperio ijs populis bellum intulerit, & victoriam grandem de ijs obtinuerit.

Nequinates, qui poſtea Narnienſes.

Nequinates Plinius locat in ſexta regione Italiæ, quæ Vmbriam continet, Narnienſes eos vocans: ſed antea Nequinum appellatum oppidum affirmat. Idem teſtantur Liuius, & Sex. Pompeius Feſtus Poſteaquam enim hoc anno in ditionem populi Romani venere Nequinates,deducta eò colonia,à Nare flumine Narnienſes appellari cœperunt. Ptolomæus libro II capite I. Narniam vocat,quod priùs Nequinum dicebatur. Stephano

Nequinates vnde dicti.

Νάρνα,vel Ναρνία eſt; & populi Ναρνιᾶται,qui priùs Nequinates appellabantur infami nomine ob inertiam,& prauos oppidanorum mores,vt volunt quidam: vel a loci iniquitate.

In

In aſperis enim & ſaxoſis montibus ſita eſt Narnia, vt pulchrè Silius Italicus poëta cecinit:

Et duro monti per ſaxa recumbens Narnia.

Martialis de eadem ſic canit:

Ancipiti vix adeunda iugo.

Ex ea colonia natum Cocceium Neruam principem tradit Sex. Aurelius Victor. Cæterùm Stephanus diuerſas vrbes fuiſſe, ex Dionyſio Halicarnaſſæo probat, Narniam Samnitium, & Nequinum, quod Νηκουΐαν appellat, Vmbriæ faciens: vt altera Narnia in agro Samniti fuiſſe videatur. Eius verba ſunt hæc: Ναρνία πόλις Σαυνιτῶν, ἀπὸ τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ Νάρνος, ὡς Διονύσιος ὀκτωκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. τὸ ἐθνικὸν, Ναρνιάτης. Sic poſtea ſuo loco. Νηκουΐα πόλις Ὀμβρικῶν. Διονύσιος ἑπτακαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. τὸ ἐθνικὸν, Νηκουιάτης. Verùm non addit Narniam poſtea vocatam fuiſſe. *Imp. Nerua Aug. patria.* *Narnia Samnitium. Nequinum Vmbriæ.*

ANNI. P. R. C. CDLV.

Conſules.

L. Cornelius. * P. f. P. n. * Scipio. Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Max. Centumalus.

EX interregno hi Conſules creati ſunt, cùm iam ſuperiores magiſtratu abiuiſſent: nec cauſſa traditur, cur tam diu dilata ſint comitia, vt auctor eſt Liuius, qui alterius Conſulis cognomen omittit, ſicut vtriuſque Caſſiodorus & Marianus. Ea tamen habemus in tabulis Græcis, quæ Scipionem * & Maximum nominant. De L. Scipione coniecturam noſtram diximus in eius quæſtura, alterum Cn. Fuluium ex huius anni triumpho ſuo deſcripſi, qui integer adhuc extat in columna Capitolina.

Cum Etruſcis & Samnitibus bellatum, & cum Lucanis ictum eſt fœdus; quibus auxilium aduerſus Samnites datum eſt. Conſules inter ſe partiti prouincias Scipioni Etruria, Fuluio Samnites obuenerunt, diuerſique ad ſuum quiſque bellum proficiſcuntur. Carſeolos item colonia deducta eſt, in agrum Æquicolarum. Liuius libro x. *Cum Lucanis fœdus ictum eſt.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

M. Liuius. //. f. C. n. Denter.

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Pleriſque diem dixere, quia pluſquam quod lege finitum erat, agri poſſiderent. Nec quiſquam eſt purgatus, vinculumque ingens immodicæ cupiditati eſt iniectum. Hæc ita Liuius, ſed adeò negligenter, vt ædilium nomina non ſolùm, verùm etiam curules ne, an plebeij fuerint, omnino prætereat. Reſtat igitur, vt eorum nomina ſubiungamus, ex ratione temporis, qui hoc anno ædiles eſſe potuerunt. *Actiones agrariæ.*

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

L. Cornelius. Cn. f. //. n. Scipio. M. Valerius. L. f. //. n. Flaccus.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

M. Lætorius. M. f. //. n. Plancianus. [C. Lætorius. C. f. C. nepos.]

Tribuni plebis.

Dum comitia habentur in annum inſequentem conſularia, Q. Fabij Max. Rulliani quartum conſulatum recuſantis iuſſu legem, quæ intra decem annos eundem Conſulem reficere vetabat, in populi concilio recitari mandarunt. Vix præ ſtrepitu audita lex eſt, tribunique plebis nihil id impedimenti futurum aiebant, ſe ad populum laturos, vti legibus ſolueretur. At Fabius in recuſando perſtabat, quid ergo attinet leges ferri, rogitans, *Q. Fabij Max. Rulliani inſignis modeſtia, & æquitas.*

tans,quibus per eoſdem,qui tuliſſent,fraus fieret? Iam Regi leges,non regere Populus nihilominus ſuffragia inibat,& vt quæque intro vocata erat centuria, Conſulem haud dubie Fabium dicebat. Hæc pulchre Liuius lib.x.

M'. Curius. M'. f. M'. n. Dentatus. Diximus ex Liuio Conſules huius anni ex interregno creatos eſſe. Quippe tunc interreges fuere Ap. Claudius,ac deinde P. Sulpicius,is conſularia comitia habuit; creauit autem L. Cornelium Scipionem, & Cn. Fuluium. Hæc ita breuiter Liuius indicans Ap. Claudium Cæcum tunc interregem primum fuiſſe,nec habuiſſe comitia,ſed eius ſucceſſorem P. Sulpicium. Et moris erat, vt antea ſuo loco diximus ex Pædiano,interregem primum nō habere comitia; ſed vel ſecundum,vel ſequentes Ceterùm ex Bruto Ciceronis de Oratore,atque ex interuallo aliorum magiſtratuum M'. Curij Dentati colligimus,ipſum eodem tempore tribunum plebis fuiſſe, & Ap. Claudio vehementer obſtitiſſe contra morem maiorum & leges habenti comitia plebeij Conſulis excludendi,& duos patricios eligendi cauſſa. Ciceronis verba ſunt hæc,vbi de eius ſæculi eloquentibus diſſerit. Poſſumus & M'. Curium ſuſpicari diſertum,quòd is tribunus plebis interrege Appio Cæco diſerto homine comitia contra leges habente,cùm de plebe Conſulem non accipiebat, patres antè auctores fieri coëgerit; quòd fuerit permagnum, nondum lege Mænia lata. Hæc Cicero de M'. Curij tribunatu,atque idem ferè ſcribit Auctor de viris illuſtribus in eius vita. M'. Curius (inquit) tribunus plebis patres auctores fieri coëgit comitijs, quibus plebeius magiſtratus creabatur. Quod ipſum vt ſemper fieret; hoc eſt, vti patres ante comitia probare ſe dicerent eos magiſtratus, quos populus creaſſet: poſtea lege Mænia perlatum eſt,vt ſuſpicor,in ſeceſſione proxima plebis, qua etiam Hortenſia lex de plebiſcitis aduerſus patres lata eſt.

Curia lex de magiſtratuum comitijs.

Mania lex.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

Q. Papirius. //. f. //. n.* Turdus.* III. [M. Flauius. M. f. //. nepos.]
Q. Fuluius. M. f. //. n. Flaccus. II. M. Atilius. L. f. //. n. Regulus. II.
A. Atilius. C. f. //. n. Calatinus. Pater ſummi viri A. Calatini bis Conſulis & Cenſoris,vt indicant marmora Capitolina,in quibus is A.F.C.N. notatur.
[M. Marcius. M. f. M. nepos.] [M. Popillius. M. f. M. n. Lænas.]
[C. Plautius. C. f. C. n. Proculus. II.] [L. Plautius. L. f. L. n. Venno.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. L. Scipionis. cos. in Etruria.
//. //. //. f. //. n. //. Cn. Fuluij cos. in Samnio.

C. Trebonius.* A. f. C. n. Aſper.* Meminit Liuius lib. x. fine,legatum ſcilicet, & præfectum fuiſſe equitibus, C. Trebonium in prœlio ad Aquiloniam quinquennio poſtea. Prænomen ipſius in vulgatis exemplaribus librariorum ignauia perijt. vbi ſic legitur: Equitibus legatos alios, C. Cædicium & Trebonium præfecit. Sed in antiquis ita fortaſſe, C. C. id eſt. Caios Cæditium & Trebonium. Alterum C. prænominis nota indoctis exſcriptoribus ſuperfluum videbatur.

M. Scantius. //. f. //. nepos. Qui tribunus plebis L. Megello ter Conſuli diem dixit,vt ſuo loco dicemus.

L. Cæcilius. C. f. //. n. Metellus. Conſul hic poſtea ſequetur.

A. Manlius. P. f. P. n. Vulſo. Longus. Pater L. Manlij Cos. anno CDXCVII.

CN. FVLVIVS. CN. F. CN. N. MAXIM. AN. CDLV.
CENTVMALVS. COS. DE. SAMNITIBVS.
ETRVSCEISQVE. IDIBVS. NOV.

Vides denuo quantum differat in horum temporum hiſtoria Liuius à Capitolinis faſtis. Ex hoc triumpho namque Cn. Fuluium Conſulem colligis tam de Etruſcis, quàm

quàm Samnitibus triumphaſſe, & vtrobique rem geſſiſſe. Aliter Liuius. nam L. Scipioni Etruriam, Cn. Fuluio Samnium obueniſſe refert; à Scipione Etruſcos vno prœlio primùm ſatis dubio, & ancipite victos fuiſſe, caſtris captis agros vaſtatos, & prædas abactas ingentes. Cn. verò Fuluium interea in Samnio bellum geſſiſſe pro Lucanis ſocijs, quorũ agros depopulabantur Samnites, quia in ſocietatem belli contra Romanos trahi nequiuiſſent. Eius claram pugnam fuiſſe ad Bouianum cum haud ambigua victoria, ſimulq́ue vrbem eandem cum Aufidena captam narrat, Fuluiumq́ue victorem de Samnitibus triumphaſſe. At Etruſci belli victoriam cum L. Scipioni adſcribat, rebus licet magnis geſtis, nullam triumphi tamen de Etruſcis mentionem facit. Sed hæc annalium diuerſitas in tanta antiquitate ex familiarum adulatione prouenisse videtur, dum rerum geſtarum laudes quæque ſibi attrahere conatur.

Etruſci à L. Scipione Cos. victi.

Bouianum, & Aufidena à Cn. Fuluio Cos. capta.

ANNI. P. R. C. CDLVI.

Conſules.

Q. Fabius. M. f. N. n. Maxim. Rullianus. IV. P. Decius. P. f. Q. n. Mus. III. Qui poſtea. ſe. deuouit.

CONSVLVM nomina habentur correctè in Liuio, Mariano, & Caſſiodoro. Q. Fabium Maximum ob apparatus bellicos ingentes ex Samnio & Etruria nunciatos totius ciuitatis conſenſus inuitum & recuſantem admouit reip. gubernaculis, & Conſulem fecit. Cui omnes etiam centuriæ collegam, quem petebat, adiunxerunt P. Decium Murem.

Dum Conſules inter ſe compararent prouincias, ab Sutrio, Nepete, Falerijs legati ſidem fecerunt, concilia populorum Etruriæ de pace petenda haberi. Quapropter ambo conſulares exercitus diuerſis itineribus in Samnium ducti ſunt. Q. Fabius occurrentes ad Tifernum legiones Samniticas laborioſo certamine, difficiliq́ue admodum prœlio vicit, ac proſtrauit. Sic P. Decius ad Maleuentum Apulos Samnitibus ſe iungere volentes prœlio ſuperauit, ſed non adeò difficulter. Plus enim ibi fugæ fuit, quàm cædis: ſolum duo milia Apulorum cæſa ſunt. Ambo deinde Conſules Samnium omne quinque menſium ſpacio euaſtarunt. Hæc Liuius latè libro X. Meminit Frontinus ſtratagematum libro II. capite quarto, qua ratione Fabius Samnitium immotam aciem metu turbauerit, & in fugam propulerit.

Etruſci bello fatigati quieuere.

Q. Fabij prælium cũ Samnitibus.

P. Decij prælium cum Apulis.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
[L. Iulius. L. f. L. n. Iulus.]

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[Q. Fabius. Q. f. Q. n. Ambuſtus.] [M'. Sergius. L. f. M'. n. Fidenas.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
M. Atilius. M. f. M. n. Regulus. D. Iunius. D. f. //. n. Brutus. Scæua.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Q. Hortenſius.* Q. f. Q.* nepos. C. Cædicius.* Q. f. //. n. Noctua.*
Q. Cædicius. Q. f. //. n. Noctua. M. Atilius. M. f. //. n. Regulus. Serranus.
[C. Plautius. C. f. C. n. Hypſæus.] [M. Pœtelius. M. f. M. n. Libo.]
[C. Petillius. C. f. C. nepos.] [L. Appuleius. L. f. L. n. Saturninus.]
[A. Allienius. A. f. A. nepos.] [C. Pontificius. Ti. f. M. nepos.]

Quæſto-

L. Cornelius. Cn. f. //. n. Scipio. Pater duorum illuſtrium Scipionum L. & Cn. conſularium, qui res proſperè bello Punico primò geſſerunt, & triumpharunt, vt dicetur.

C. Fuluius. C. f. C. n. Curuus. Is poſtea ædilis Liuio teſte.

M. Valerius. L. f. //. n. Flaccus. Quem patrem notant Capitolinæ tabulæ, L. Flacci Conſulis anno CDXCII.

Q. Mamilius. M. f. //. n. Vitulus. Et hunc Q. Mamilij Conſulis anno CDXCI.

ANNI. P. R. C. CDLI.

Conſules.

M. Liuius. //. f. C. N. DENTer. M. Aemilius. L. f. L. n. Paullus.

DENTREM & Paullum produnt in hunc annum Cuſpiniani tabulæ: Græcæ autem, Dentrem & Aemilium. Liuius, Diodorus, Marianus, & Caſſiodorus cognomina Conſulum præterire: & prænomen Aemilij variatur admodum apud ſupraſcriptos auctores. Ex ijs autem, vt Diodoro M. Aemilium appellanti potiùs aſſentiar, in cauſſa eſt; quòd extet idem magiſter equitum anno ſequenti apud Liuium, & in fragmentis Capitolinis; in quibus L. F. L. N. appellatur, vnde colligimus patrem fuiſſe M. Aemilij, qui poſtea de Pœnis, & Coſſurenſibus triumphauit, vt antè dictum eſt.

Cum Veſtinis fœdus ictum. Græcorum claſſis. Cum Veſtinis amicitiam petentibus fœdus eſt ictum. Græcorum claſſis, quæ in Sallentinis Thurias vrbem ceperat, à M. Aemilio Conſule profligata eſt, & vrbs recepta, cultoribusque veteribus reddita. Liuius libro x.

C. Iunius. C. f. C. N. BVBVLCVS. BRVtus. Dict.
M. Titinius. C. F. C. nepos. Mag. eq.

Aequi rebellarunt. Redintegrarunt Æqui bellum ægrè ferentes Albam coloniam, velut arcem, ſuis finibus impoſitam; & expugnare ſumma vi adorti, ab ipſis colonis pelluntur. Cæterùm Romæ terrorem fecêrunt, quia vix credibile videbatur, tam afflictis rebus, Æquos ſolos per ſe ad bellum coortos. Eius itaque tumultus cauſſa Dictator dictus eſt C. Iunius Bubulcus cum M. Titinio magiſtro equitum. Is Æquos ante diem octauum primo congreſſu ſubegit. Liuius. Eius item dictaturæ veſtigia adhuc extant in Capitolino fragmento.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
Q. Appuleius. Cn. f. Cn. n. Panſa.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
L. Poſtumius. L. f. Sp. n. Megellus. II. — T. Manlius. T. f. T. n. Torquatus.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
M. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Pætinus. — [C. Minucius. C. f. M. n. Augurinus.]

Tribuni plebis.

L. Furius. L. f. L. nepos. III. — Q. Papirius. //. f. //. n. Turdus. II.
Sp. Caruilius. C. f. C. n. Maximus. — Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Max. Centumal. II.
M. Atilius. M. f. M. n. Regulus. — [Ti. Pontificius. Ti. f. M. nepos.]
[C. Metilius. T. f. T. nepos.] — [M. Volſcius. L. f. L. n. Fictor.]
[A. Sellius. M. f. M. nepos.] — [L. Antonius. M. f. //. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

Quæſto-

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M. Liuij cos. in Aequico.
//. //. //. f. //. n. //. M. Paulli cos. in Sallentino.

Q. Cædicius. Q. f. //. n. Noctua. Qui Conſul poſtea eſt factus.
[C. Acutius. C. f. C. nepos.] [C. Foſlius C. f. C. n. Flaccinator.]
[Q. Fabius. Q. f. Q. n. Ambuſtus.] Filius Q. Ambuſti Dictatoris anno CDXXXII.

C. IVNIVS. C. F. C. N. BVBVLCVS. BRVTVS. II. AN. CDLI.
DICT. DE. AEQVEIS. III. K. SEXT.

Dictator, inquit Liuius, die octauo triumphans in Vrbem cùm rediјſſet; ædem ſalutis, quam Conſul vouerat, cenſor locauerat, Dictator dedicauit. De hac æde item Plinius lib. XXXV. cap. IV. & Val. Max. libro VIII. cap. XIV. verba faciunt: à C. Fabio videlicet nobiliſſimo ciue depictam fuiſſe ſcribentes, vnde Pictorum in gente Fabia cognomen emerſit.

ANNI. P. R. C. CDLII.

Dictatores

Q. Fabius. M. F. N. N. MAximus. Rullianus. II. Dict.
M. Aemilivs. L. F. L. n. Paullus. Mag. eq.
Rei. gerundæ. cauſſa.
. Hoc. anno. DICTAT. & Mag. eq ſine. cos. fuerunt.
M. Valerius. M. F. M. N. Coruus. II. Dict.
P. Sempronivs. P. f. C. n. Sophus. Mag. eq.
Rei. gerundæ. cauſſa.

HOc anno per Dictatores duos ſine Conſulibus rempublicàm adminiſtratam eſſe, docet vnum ex minutiſſimis faſtorum Capitolinorum fragmẽtis. Quod niſi bona quadam fortuna, & antiquitatis ſtudioſorum diligentia ex tantis vrbis Romæ cladibus ac ruinis erutum conſeruatumque fuiſſet; neſcio quis ſemet ex tam inextricabili hiſtoriarum eius temporis labyrintho potuiſſet explicare, cùm Liuius ipſe, ſi dicere fas eſt, non potuerit. Quem ſi faſtis Capitolinis, aliorumque antiquorum quorundam ſcriptis protſus conciliare velis, ſanè admodum difficile hoc tibi fore inuenies. Nam ſibimet conſtare diſtractus annalium diuerſitate non videtur; niſi mutilum, vbi huius anni hiſtoriam tractat vt pluribus locis eſt, velimus dicere. Quod fortaſſe non abſurdum videbitur diligentius conſideranti, quàm abruptè ſuperioris anni actis, omiſſa omni Conſulum, alteriúſve noui magiſtratus mentione, ſubiungat; multiplicem deinde exortum terrorem, Etruriam rebellare, ab Aretinorum ſeditionibus motu orto, * vbi Cilnium genus præpotens diuitiarum, inuidia pelli armis cœptum, Marſos agrum vi tueri, in quem colonia Carſeolos deducta erat; & propter eos tumultus Dictatorem dictum M. Valerium Maximum, & magiſtrum equitum M. Aemilium Paullum. Quod magis ſe credere dicit, quàm, vt quidam volunt, Q. Fabium ea ætate, & ijs honoribus Valerio ſubiectum fuiſſe. Ceterùm ex Maximi communi cognomine ortum errorem putat. Sed inter quóſnam commune Maximi eſt cognomen? inter duos ne magiſtros equitum, de quibus dubitat vter ſub M. Valerio Dictatore fuerit? Minimè quidem: ab Aemilio enim eſſe alienum, palàm eſt omnibus. At inter Dictatores duos, qui in fragmento Capitolino reperiuntur, illud commune eſt, Q. Fabio ſcilicet, & M. Valerio. Nam & M. Valerium eo fuiſſe vſum, antequam Coruus appellari cœperat, manifeſtum eſt, & Gellius libro IX. noctium cap. XI. adſtipulatur; vt in dictaturis prodendis commune cognomen erroris occaſionem dare citiùs potuerit. Verùm Liuius vnum dumtaxat Valerium Dictatorem admittens, deque duobus magiſtris equitum fruſtra diſceptans, non parum relinquit nobis ſcrupuli & obſcuritatis; præſertim non declarans an C. Iunio ſtatim ſucceſſerit Valerius Dictator, an alio anno factus fuerit. Vt hinc facilè colligas ipſum non valde probatos ſequutum annales, turſus biennij hiſtoriam malè contrahere; & magiſtratibus veris non repertis, hunc annum omnino præterire ſine Conſulibus per duas ordine dictaturas tranſactum, Q. Fabij ſcilicet, & M. Valerij Corui, quem Fabio dictatura decedente creatum arbitramur, aucto belli Etruſci tumultu, &

In hiſtoria Liuiana huius anni magna obſcuritas.

Multiplex belli terror.

*At mendosè ibi in exẽplaribus, vbi * ciuium Licinium genus. Sic in Aldinis vetuſtioribus. In alijs iã interpolatis, * Licinium habetur. Sed genuina lectio, Cilnium, eſt, vt opinor. Antiquiſſimo namque regio ſtemmate clariſſima fuit apud Tuſcos hæc gẽs Cilnia. Quod etiam teſtatur Horatius poeta, qui Cilnium Mæcenatem ſatũ Regibus atauis editum cecinit. Itaque duobus Liuij locis verum hoc nomen à ſcriptoribus librarijs nõ intellectũ, corrupta voce ſublata, reſtitui debet: ſicut etiam doctiſſ. Iuſtus Lipſius nomen hoc correxit.*

M. Valerij duplex cognomen, Maximus, & Coruus.

Caſſiodori & aliorum error ex Liuio.

tu, & cladis acceptæ rumore vrbem territante. Cæterùm Caſſiodorus & alij recentiores Liuium ſequuntur, & annum hunc prætereunt. Quem niſi nobis oſtendiſſent paucæ admodum, vt dixi, adhuc extantes in Capitolinis fragmentis literæ: nec triumphorum columnæ magiſtratuum tabulis poſtmodum reſpondiſſent, C. Iunij Dictatoris triumphum de Æquis anno CDLI. prodentes, & Cn. Fuluij Conſulis de Samnitibus, anno CDLV. cuius alioquin conſulatus cadet in annum CDLIV. Vti confeſtim hunc annum deſiderare neceſſe ſit, ſi magiſtratus deinceps triumphis reſpondere velimus. Neque etiam Ciceronis in Catone maiore locus commodè potuiſſet intelligi de Ap. Claudio Cæco loquentis, qui Pyrrhi regis amicitiam oblatam grauiſſima oratione diſſuaſit. Atque hæc (inquit) ille egit „ ſeptem & decem annis poſt alterum conſulatum, cùm inter duos conſulatus anni decem „ interfuiſſent, cenſorque ante conſulatum ſuperiorem fuiſſet. Niſi igitur hunc annum à Li- „ uio, & alijs omiſſum ſuo loco reſtituas, inter duos Ap. Cæci conſulatus nouennium ſolummodo interpoſitum reperies. Cuſpinianus vir doctiſſimus ex Olympiadum ratione Vrbis conditæ annis aliter non reſpondente animaduertit item in Liuio & Caſſiodoro ſuo annum vnum, hoc ferè loco, deeſſe: Coruum II. & Rullianum ponens inter Dentrem & Paullum Coſs. ſuperioris anni, & Coruum V, & Panſam inſequentis. Eos enim in Conſulum tabulis ſuis antiquis incerti auctoris reperiebat, loco videlicet Dictatorum huius anni poſitos: quemadmodum antè etiam duos ſolùm, nō omnes tribunos militum quotannis nominant; quàm diu reſpublica per tribunos conſulari poteſtate præditos adminiſtrata fuit. Cæterùm Corui non hic ſecundus conſulatus, vt volunt Cuſpiniani tabulæ, ſed quintus eſſe debebat, qui anno proximo ſequetur. At dictaturam ſecundam hoc anno geſſiſſe, tam ex rationibus iam antè dictis, quàm ex fragmento triumphi Valeriani ſubſequente manifeſtum eſt.

In Cuſpiniani antiqua Conſulum tabula Capitolinis reſpondens, duos Dictatores Conſulum loco in hunc annum ſuggerentes.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

L. Cornelius. *P. f. P. n.* Scipio.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C. Pœtelius. C. f. C. n. Libo. Viſolus. D. Iunius. D. f. //. n. Pera.
M. Atilius. L. f. //. n. Regulus. [C. Plautius C. f. C. n. Proculus.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Q. Anicius. //. f. //. n. Prænestinus. II. [C. Memmius. C. f. C. nepos.]
[Q. Pœtelius. C. f. C. n. Libo. Viſolus. II.] [P. Furius. P. f. L. nepos. II.]
[L. Genucius. Cn. f. Cn. n. Auentinenſis. II.] [C. Lætorius. C. f. C. nepos.]
M. Lætorius. M. f. //. n. Plancianus. [C. Mælius. C. f. C. n. Capitolinus.]
M. Minucius. //. f. //. n. Feſſus. II. [M. Terentius. M. f. M. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Fabij Dict. in Marſico.
//. //. //. f. //. n. //. M. Corui Dict. in Etruria.

Etruſcis demum induciæ biennales datæ.

Annuum ſtipendium, & duûm menſium frumentum ab Etruſcis, quò legatos Romam mittere poſſent, ex pacto pro exercitu accepit. Liuius libro X.

[M'. Ser-

[M'. Sergius. L. f. M'. n. Fidenas.] Q. Hortenſius. *Q. f. Q.* nepos.
Hic poſtea Dictator legem de plebiſcitis tulit.

C. Cædicius. * Q. f. //. n. Noctua. * Frater videtur Q. Cædicij anno CDLXIV. Conſulis, & fuit legatus, præfectusque equitum in prœlio ad Aquiloniam contra Samnites anno CDLX. vt auctor eſt Liuius.

M. Claudius. //. f. //. n. Marcellus. Poſtea Conſul. Non patre tamen conſulari, ſed alia ſtirpe natum, ratio annorum indicare videtur; cùm à conſulatu primi Marcelli diſtet huius conſulatus annis quadraginta quatuor. Duæ igitur ſtirpes Marcellorum deinceps in republica floruerunt, ſub ijſdem ferè prænominibus; vt ægrè diſtingui, niſi temporum interuallo poſſint. Atque inde nō parum obſcuritatis naſcitur. *Plures Marcellorum ſtirpes.*

M. VALERIUS. M. f. M. N. Coruus. ann. CDLII.
IV. DICT. II. de. Etruſceis.
X. K. DECembris.

Quem vnum adfert huius anni Dictatorem Liuius, M. Valerium Maximum nominat; & eundem Coruum eſſe Valerium, monſtrat triumphi fragmentum, in quo M. Valerium Dictatorem iterum egiſſe quartum hoc anno triumphum legimus. Id quod de alio M. Valerio, quàm de Coruo, qui ter antea triumpharat, & ſemel Dictator fuerat, intelligi nō poteſt: nam alterius eius temporis M. Valerij Maximi nullam antè dictaturam, & vnū dumtaxat triumphū reperimus. De Coruo itaque intelligenda ſunt, quæ Liuius de M. Valerio Maximo Dictatore ſcribit; ipſum Etruſcorum opes denuò fregiſſe, inſigni prœlio hoſtes contudiſſe, caſtris exuiſſe. Igitur pacem coactos petijſſe Etruſcos, ſed inducias biennij tantum impetraſſe, vt latè narrat Liuius libro x. vbi etiam, Dictator (inquit) triumphans in Vrbem redijt; habeo auctores ſine vllo memorabili prœliò pacatam ab Dictatore Etruriam eſſe. Alterum verò Dictatorem Q. Fabium ſubegiſſe, Milioniam, Pliſtiam, Freſiliam cepiſſe, parteque agri multatis hoſtibus fœdus reſtituiſſe putandum eſt; quæ & Valerio Dictatori adſcribit Liuius. *Triumphus M. Corui de Etruſcis.* *Q. Fabij Dictatoris res geſta.*

ANNI. P. R. C. CDLIII.

Conſules.

Q. Appuleius. * Cn. * F. C. N. Panſa. M. Valerius. M. f. M. n. Coruus. V.

M. VALERIVM, & Q. Appuleium Panſam ſuperioribus Conſulibus ſubiungunt Liuius, Caſſiodorus, & Marianus, annum omittētes, vt dixi, per dictaturas exactum. Habere quidem ſe auctores aſſerit Liuius M. Valerium Conſulem ex Dictatore factum, atque adeo abſentem creatum, & per interregem ea facta comitia fuiſſe. Atqui de Valerio Maximo loquitur; nihil tamen obſtat, quin de Valerio Coruo hæc intelligi ex faſtorum Capitolinorum ſententia poſſint, velut ante ſatis declaraui; cùm ipſe Maximi cognomen habuerit etiam, adeò vt quintum hoc anno conſulatum ex ſecunda dictatura obtinuiſſe colligamus. Suffragantur his tabulæ Græcæ, Coruinum & Panſam, licet incorrectè, ſuperioribus Conſulibus M. Liuio, & M. Aemilio ſuggerentes. At multò apertiùs Cuſpiniani tabulæ, quæ Coruum V. & Panſam hoc anno proferunt. Sextus verò M. Corui conſulatus paulò pòſt ex alijs probabitur auctoribus.

Lex Valeria de prouocatione à M. Coruo Conſule, tūc poſt Reges exactos lata tertiùm, & diligentiùs ſancta fuit, ſemper à familia eadem. Hanc pulchrè confert Liuius cum lege Porcia pro tergo ciuium lata multò pòſt; cuius pœnam grauiorem fuiſſe dicit. Valeriæ autem nihil vltra adiectum, quàm improbè fieri, ſi quis aduerſus eam feciſſet; ciuemque, qui prouocaſſet, virgis cecidiſſet, vel ſecuri necaſſet. Id vinculum legis ſatis validum videbatur, qui tum erat pudor hominum. Nunc vix * ſeruo ſuo ira minetur quiſquam, vt ait Liuius. Bellum à Valerio Conſule aduerſus Æquos rebellantes geſtum eſt, & ab Appuleio Nequinum in Vmbria obſeſſum. Liuius libro x. *Valeria lex tertia de prouocatione.* *Porcia lex.* *ſerio ſuis fortè melius.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Maximus. Centumalus.
Hunc Cn. Fuluium, opinor, Liuius intelligit, qui anno ſuperiore legatus M. Valerij Dictatoris præſidium, cui præerat, prudēter & fortiter defendit, & maximæ victoriæ viam ſtrauit; ideoque virtutis ergo mox ad honores maiores prouectus videtur.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
[L. Iulius. L. f. L. n. Iulus.] L. Iulius. L. f. //. n. Libo.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
Q. Papirius. //. f. //. n. * Turdus. * Q. Fuluius. M. f. //. n. Flaccus.

Tribuni plebis.

Q. Ogulnius. * A. f. * //. n. Gallus. Cn. Ogulnius. * A. f. * //. n. Gallus.

Ogulnia lex de ſacerdotijs. Legem de ſacerdotijs tulerunt, vt cùm quatuor augures, quatuorque pontifices eſſent, omnesque patricij, placeretque augeri ſacerdotum numerum: quatuor põtifices, quinque augures, & omnes de plebe præterea allegerentur, vt omnino octo pontifices, nouem augures collegia explerent. Diſſuaſit legem vehementi oratione propugnator patriciorum Ap. Claudius, ſuaſit è contrà P. Decius, qui bis Conſul, Dictator & Cenſor fuerat: ſed Decio perſuadente tandem lex conſenſu plebis, inuitis patricijs perlata eſt. Creatique pontifices primi de plebe P. Decius ſuaſor legis, P. Sempronius Sophus, C. Marcius Rutilus, M. Liuius Denter conſulares omnes. Quinque item augures de plebe facti ſunt, quos nominat Liuius libro x.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
[M. Mamilius. M. f. //. n. Vitulus.] [Q. Terentius. C. f. C. n. Arſa.]
[T. Iuuentius. M'. f. //. n. Thalna.] [M'. Otacilius. M'. f. //. n. Craſſus.]
C. Otacilius. M'. f. //. n. Craſſus. [Sp. Oppius. Sp. f. Sp. n. Cornicen.]
[C. Caruilius. C. f. C. n. Maximus.] [Q. Aulius. Q. f. Q. n. Cerretanus.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Panſæ. cos. in Vmbria.
//. //. //. f. //. n. //. M. Corui. cos. in Aequico.

Q. Fabius. Q. f. M. n. Gurges. Q. Fabij Maximi Rulliani filius, patri tamen virtutibus impar.

M. Aquillius. C. f. //. n. Florus. Pater C. Flori Conſulis plebei anno CDXCIV. cum L. Cornelio, vt monſtrant Capitolina marmora.

C. Aelius. * P. f. P. n. * Pætus. P. Pæti magiſtri equitum anno CDXXXII. filius, vt apparet ex annorum interuallo; & hic poſtea Conſul.

[L. Veturius. Sp. f. L. n. Craſſus. Cicurinus.]

ANNI. P. R. C. CDLIV.

Conſules.

M. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Pætinus. T. Manlius. T. f. T. n. Torquatus.
In. mag. mort. eſt. In eius. loc. f. eſt
M. Valerius. M. f. M. n. Coruus. VI.

PAETINVM & Torquatum Conſules produnt in hunc annum tabulæ Græcæ. In Pætini cognomine conueniunt columnæ triumphales, ex quibus M. Fuluium Conſulem hic digeſſimus; licet in Liuio, & Caſſiodoro Pætus appelletur. Q. Fabium Maximum au-

ctores

ctores ſunt Licinius Macer, & Tubero his comitijs conſulatum non petenti oblatum recuſaſſe, & in bellicoſiorem annum ſibi eum differendum eſſe, cenſuiſſe. Sed, vt incertam, reprobat hanc hiſtoriam Liuius: Nam, vti refert, bellum eodem anno mouerunt Etruſci Gallorum ſocietate confiſi; quæ prouincia T. Manlio Conſuli obuenit. Verùm is hoſtium fines vix ingreſſus, inter exercendum equo effuſus, ex lapſu colliſus expirauit. In huius locum omnes centuriæ dixerunt, Romæ Conſulem M. Valerium Coruũ iam ſexto, quem ſenatus Dictatorem iuſſurus erat. Eius aduentus in caſtra compreſſit Etruſcos, vt neque vaſtatio agrorum, neque incendia ad prœlium eos elicere potuerint. Cæterùm hic M. Valerij Corui ſextus eſt conſulatus, quamuis Liuius illud non ita annotarit, & cognomen eius omittat. Plutarchus enim in Mario hunc ſolum ante C Marij tempora ad ſextum conſulatum perueniſſe memorat; item annos centum vixiſſe, quadraginta quinque inter primum & ſextum eius conſulatum intercurriſſe. Quod etiam ſcribunt Cicero in Catone maiore, Valerius Max. libro VIII. cap. XIV. Plinius libro VII. cap. XLVIII. Sed hi numerant annos XLVI. inter primum & ſextum Corui conſulatum. Quod biennio diſcrepat à faſtis Capitolinis; ſed librariorum fortè culpa varietas hæc in numerorum notis conſiſtit. *M. Valerij Corui longa vita.*

Cens. P. Sempronius. P. f. C. n. Sophus. P. Sulpicius. Ser. f. P. n. Sauerrio. Luſtrum. fecerunt. XXIX.

Et luſtrum eo anno conditum fuiſſe à P. Sempronio Sopho, & P. Sulpicio Sauerrione cenſoribus, tribusque additas duas Anienſem & Terentinam, Liuius auctor eſt. Et luſtrum illud XXIX. fuiſſe, ex ſequenti XXX colligere eſt. Aliud de hoc cenſu legere non contigit, niſi quòd ex Plinij VII. cap. XI. colligimus principem ſenatus huius temporis ferè luſtris fuiſſe Q. Fabium Maximum Rullianum, qui antea cenſor fuerat. Plinij verba adducam in cenſura Q. Fabij Gurgitis. *Romanæ tribus auctæ.*

Prætor.

// . // . // . f. // . n. // .

L. Poſtumius. L. f. Sp. n. Megellus.

Aediles curules.

Q. Fabius. M. f. N. n. Maximus. Rullianus. II. L. Papirius. L. f. Sp. n. Curſor.

Cùm Q. Fabium Cos. vt dixi, non petentem omnes centuriæ dicerent, ipſum populo auctorem fuiſſe ſcribit ex Licinio Macro, & Tuberone T. Liuius, differendi ſibi conſulatus in bellicoſiorem annum: eo anno maiori ſe vſui fore reipublicæ vrbano magiſtratu. Ita nec diſſimulãtem quid mallet, ædilem curulem cum L. Papirio Curſore factum. Ipſum verò Q. Fabium iam ædilem in annonæ caritate ſumma præparando, conuehendoque frumento ſic fategiſſe, ſcribunt ijdem auctores; vt ad vltimum inopiæ, quò res ſpectabat, Roma non peruenerit. *Annonæ diligens prouiſio.*

Cn. Domitius. Cn. f. //. n. Caluinus. Sp. Caruilius. C. f. C. n. Maximus.

L. Piſo tamen vetuſtior annalium auctor in cauſſa eſt, vt de ſupraſcriptis ædilibus Liuius dubitet. Nam eo anno fuiſſe plebeios ædiles curules tradit, Cn. Domitium Cn. f. Caluinum, & Sp. Caruilium C. f. Maximum. Id credo cognomen (inquit Liuius) errorem in ædilibus feciſſe. Cn. Domitius videtur idẽ qui antea repulſam, Cn. Flauio prælato, in eiuſdem magiſtratus petitione paſſus erat; quemadmodum ex Plinio & alijs tunc probaui. Patrem enim Conſulem habuit anno CDXXI. Sp. Caruilius ex fragmentis Capitolinis formatus eſt. Quapropter in Liuio prænomina hoc modo ſunt corrigenda.

Aediles plebis.

// . // . // . f. // . n. // .	// . // . // . f. // . n. // .
L. Antonius. M. f. //. nepos.	[C. Metilius. T. f. T. nepos.]

Tribuni plebis.

// . // . // . f. // . n. // .	// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .	// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .	// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .	// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .	// . // . // . f. // . n. // .
	L. Aelius.

L. Aelius. * L. f. L. n.* Pætus. C. Fuluius.• C. f. C. n.• Curuus.
M. Atilius. M. f. M. n. Regulus. II. [C. Cæcilius. C. f. //. n. Metellus.]
D. Iunius. D. f. //. n. Brutus. Scæua. [L. Pupius. L. f. L. nepos.]
[M. Aulius. Q. f. Q n. Cerretanus.] [M. Volſcius. L. f. L. n. Fictor. II.]
D. Iunius. D. f. //. n. Pera. II. C. Iunius. C. f. C. n. Brutus. Bubulcus.

Qui filiũs C. Bubulci Bruti ter Conſulis, Dictatoris, & Cenſoris: vt indicat triumphus eius Capitolinus, & interuallum temporis non refragari videtur.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. // n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares

//. //. //. f. //. n. //. M. Fuluij cos. in Samnio & Vmbria.
//. //. //. f. //. n. //. M. Corui cos. in Etruria.

P. Cornelius. P. f. //. n. Rufinus. Qui bis Conſul, & Dictator à C. Fabricio Cenſore notatus poſtea fuit. Homo militaris, ſed rapacitate & luxu infamis. Velleius Paterculus ipſum bello Pyrrhi inter celeberrimos Romanos duces fuiſſe ſcribit. Sed eius poſtea domus diu iacuit, nec poſt illum quiſpiam ex eius nepotibus præturæ gradum ſuperans ad conſulatum peruenit ante L. Cornelium Sullam Felicem; quemadmodum ex Plutarcho, & eodem Velleio colligimus. Sextum enim ab hoc Rufino L. Sullam fuiſſe teſtatur Velleius.

M. Valerius. M. f. M. n. Maximus. Coruinus. M. Valerij Corui, qui ſemel & vicies ſella curuli ſedit, hic filius fuiſſe videtur ex cognomine, & temporum ratione.

M. Liuius.• M. f. C. n. Denter.• Qui poſtea Druſus appellatus eſt. Primi in ea gente magiſtri equitum nepos, ex temporum interuallo: ad quam dignitatem & ipſe perueniſſe videtur, vt in CDLXXVI. annali dicemus. Hunc coll. go ex ſucceſſione ſtirpis primum Druſi cognomen retuliſſe, vt ſuo loco declarabo.

C. Claudius. //. f. //. n. Canina. Haud dubiè plebeius, nam bis poſtea plebeij Conſulis locum obtinebit.

M. FVLVIVS. CN. F. CN. N. ANN. CDLIV.
PAETINVS. COS. DE. SAMNITIBVS.
NEQVINATIBVSQVE. VII. K. OCT.

Nouum cum Samnitibus bellum.

Samnitici belli nulla mentio eſt in eius anni hiſtoria apud Liuium, ex fœdere icto ante paucos annos tum quieſcebãt. Refert dumtaxat, à Picentibus nouis ſocijs indicatum Romæ fuiſſe, Samnites rebellionem & arma ſpectare, ſeque ab eis ſollicitatos Curam deinde belli ab Etruria in Samnites verſam. Nihil etiam Liuius de triumpho M. Fuluij Conſulis. illud tantum adijcit, Nequino capto exercitum magna cum præda domum eſſe reductum. Refert tamen Frontinus ſtratagematum libro primo, Fuluium Nobiliorem hoc tempore cùm aduerſus numeroſum Samnitium exercitum ſucceſſibus tumidum decertaturus eſſet paruis admodum copijs: vt ſuis metum auferret, ſimulaſſe legionem vnam hoſtium à ſe pecunia corruptam, & in prœlio tranſituram eſſe. Et vt fidem faceret, numeratam omnem ſingulorum militum pecuniam mutuam accepiſſe, vt repræſentari merces proditoribus poſſet: ſe poſt victoriam cum ampliſſimis præmijs cuncta redditurum. Ea perſuaſione Romanis tantam alacritatem & fiduciam inieciſſe, vti præclaram admodum victoriam retulerint. Iam eius autem temporis Pætini Fuluij plures item Nobiliores appellabantur: adeò niſi hic M. Fuluius fuerit qui ſtratagemate Samnites vicerit; alium poſtea non inuenio, qui cum imperio ijs populis bellum intulerit, & victoriam grandem de ijs obtinuerit.

M. Fuluius Pætinus à Frontino cognomine Nobilior dictus.
Eius pulchrum ſtratagema.

Nequinates, qui poſtea Narnienſes.

Nequinates Plinius locat in ſexta regione Italiæ, quæ Vmbriam continet, Narnienſes eos vocans: ſed antea Nequinum appellatum oppidum affirmat. Idem teſtantur Liuius, & Sex. Pompeius Feſtus Poſteaquam enim hoc anno in ditionem populi Romani venere Nequinates, deducta eò colonia, à Nare flumine Narnienſes appellari cœperunt. Ptolomæus libro II capite I. Narniam vocat, quod priùs Nequinum dicebatur. Stephano Νάρνα, vel Ναρνία eſt; & populi Ναρνιᾶται, qui priùs Nequinates appellabantur infami nomine ob inertiam, & prauos oppidanorum mores, vt volunt quidam: vel a loci iniquitate.

Nequinates unde dicti.

In aſperis enim & ſaxoſis montibus ſita eſt Narnia, vt pulchrè Silius Italicus poëta cecinit:

Et duro monti per ſaxa recumbens Narnia.

Martialis de eadem ſic canit:

Ancipiti vix adeunda iugo.

Ex ea colonia natum Cocceium Neruam principem tradit Sex. Aurelius Victor. Cæterùm Stephanus diuerſas vrbes fuiſſe, ex Dionyſio Halicarnaſſæo probat, Narniam Samnitium, & Nequinum, quod Νηκουΐαν appellat, Vmbriæ faciens: vt altera Narnia in agro Samniti fuiſſe videatur. Eius verba ſunt hæc: Ναρνία πόλις Σαυνιτῶν, ἀπὸ τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ Νάρνου, ὡς Διονύσιος ὀκτωκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. τὸ ἐθνικὸν, Ναρνιάτης. Sic poſtea ſuo loco. Νηκουΐα πόλις Ὀμβρίκων. Διονύσιος ἑπτακαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. τὸ ἐθνικὸν, Νηκουιάτης. Verùm non addit Narniam poſtea vocatam fuiſſe. *Imp. Neruæ Aug. patria. Narnia Samnitium Nequinum Vmbriæ.*

ANNI. P. R. C. CDLV.

Conſules.

L. Cornelius. *P. f. P. n. *Scipio. Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Max. Centumalus.

Ex interregno hi Conſules creati ſunt, cùm iam ſuperiores magiſtratu abiuiſſent: nec cauſſa traditur, cur tam diu dilata ſint comitia, vt auctor eſt Liuius, qui alterius Conſulis cognomen omittit, ſicut vtriuſque Caſſiodorus & Marianus. Ea tamen habemus in tabulis Græcis, quæ Scipionem & Maximum nominant. De L. Scipione coniecturam noſtram diximus in eius quæſtura, alterum Cn. Fuluium ex huius anni triumpho ſuo deſcripſi, qui integer adhuc extat in columna Capitolina.

Cum Etruſcis & Samnitibus bellatum, & cum Lucanis ictum eſt fœdus; quibus auxilium aduerſus Samnites datum eſt. Conſules inter ſe partiti prouincias Scipioni: Etruria, Fuluio Samnites obuenerunt, diuerſique ad ſuum quiſque bellum proficiſcuntur. Carſeolos item colonia deducta eſt, in agrum Æquicolarum. Liuius libro x. *Cum Lucanis fœdus ictũ eſt.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

M. Liuius. //. f. C. n. Denter.

Aediles

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Pleriſque diem dixere, quia pluſquam quod lege finitum erat, agri poſſiderent. Nec quiſquam eſt purgatus, vinculumque ingens immodicæ cupiditati eſt iniectum. Hæc ita Liuius, ſed adeò negligenter, vt ædilium nomina non ſolùm, verùm etiam curules ne, an plebeij fuerint, omnino prætereat. Reſtat igitur, vt eorum nomina ſubiungamus, ex ratione temporis, qui hoc anno ædiles eſſe potuerunt. *Actiones agrariæ.*

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

L. Cornelius. Cn. f. //. n. Scipio. M. Valerius. L. f. //. n. Flaccus.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

M. Lætorius. M. f. //. n. Plancianus. [C. Lætorius. C. f. C. nepos.]

Tribuni plebis.

Dum comitia habentur in annum inſequentem conſularia, Q. Fabij Max. Rulliani quartum conſulatum recuſantis iuſſu legem, quæ intra decem annos eundem Conſulem reficere vetabat, in populi concilio recitari mandarunt. Vix præ ſtrepitu audita lex eſt, tribunique plebis nihil id impedimenti futurum aiebant, ſe ad populum laturos, vti legibus ſolueretur. At Fabius in recuſando perſtabat, quid ergo attinet leges ferri, rogitans, *Q. Fabij Max. Rulliani inſignis modeſtia, & æquitas.*

quàm Samnitibus triumphaſſe, & vtrobique rem geſſiſſe. Aliter Liuius. nam L. Scipioni Etruriam, Cn. Fuluio Samnium obueniſſe refert; à Scipione Etruſcos vno prœlio primùm ſatis dubio, & ancipite victos fuiſſe caſtris captis agros vaſtatos, & prædas abactas ingentes. Cn. verò Fuluium interea in Samnio bellum geſſiſſe pro Lucanis ſocijs, quorũ agros depopulabantur Samnites, quia in ſocietatem belli contra Romanos trahi nequiuiſſent. Eius claram pugnam fuiſſe ad Bouianum cum haud ambigua victoria, ſimulque vrbem eandem cum Aufidena captam narrat, Fuluiumque victorem de Samnitibus triumphaſſe. At Etruſci belli victoriam cum L. Scipioni adſcribat, rebus licet magnis geſtis, nullam triumphi tamen de Etruſcis mentionem facit. Sed hæc annalium diuerſitas in tanta antiquitate ex familiarum adulatione prouenisse videtur, dum rerum geſtarum laudes quæque ſibi attrahere conatur.

Etruſci à L. Scipione Coſ. victi.

Bouianum, & Aufidena à Cn. Fuluio Coſ. capta.

ANNI P. R. C. CDLVI.

Conſules.

Q. Fabius. M. f. N. n. Maxim. Rullianus. IV. — P. Decius. P. f. Q. n. Mus. III. Qui poſtea. ſe. deuouit.

CONSVLVM nomina habentur correctè in Liuio, Mariano, & Caſſiodoro. Q. Fabium Maximum ob apparatus bellicos ingẽtes ex Samnio & Etruria nunciatos totius ciuitatis conſenſus inuitum & recuſantem admouit reip. gubernaculis, & Conſulem fecit. Cui omnes etiam centuriæ collegam, quem petebat, adiunxerunt P. Decium Murem.

Dum Conſules inter ſe compararent prouincias, ab Sutrio, Nepete, Falerijs legati fidem fecerunt, concilia populorum Etruriæ de pace petenda haberi. Quapropter ambo conſulares exercitus diuerſis itineribus in Samnium ducti ſunt. Q. Fabius occurrentes ad Tifernum legiones Samniticas laborioſo certamine, difficilique admodum prœlio vicit, ac proſtrauit. Sic P. Decius ad Maleuentum Apulos Samnitibus ſe iungere volentes prœlio ſuperauit, ſed non adeò difficulter. Plus enim ibi fugæ fuit, quàm cædis: ſolum duo milia Apulorum cæſa ſunt. Ambo deinde Conſules Samnium omne quinque menſium ſpacio euaſtarunt. Hæc Liuius latè libro X. Meminit Frontinus ſtratagematum libro II. capite quarto, qua ratione Fabius Samnitium immotam aciem metu turbauerit, & in fugam propulerit.

Etruſci bello fatigati quæruere.

Q. Fabij prœlium cũ Samnitibus.

P. Decij prœlium cum Apulis.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

[L. Iulius. L. f. L. n. Iulus.]

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

[Q. Fabius. Q. f. Q. n. Ambuſtus.] [M'. Sergius. L. f. M'. n. Fidenas.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

M. Atilius. M. f. M. n. Regulus. D. Iunius. D. f. //. n. Brutus. Scæua.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

Q. Hortenſius.* Q. f. Q.* nepos. C. Cædicius.* Q. f. //. n. Noctua.*
Q. Cædicius. Q. f. //. n. Noctua. M. Atilius. M. f. //. n. Regulus. Serranus.
[C. Plautius. C. f. C. n. Hypſæus.] [M. Pœtelius. M. f. M. n. Libo.]
[C. Petillius. C. f. C. nepos.] [L. Appuleius. L. f. L. n. Saturninus.]
[A. Allienius. A. f. A. nepos.] [C. Pontificius. Ti. f. M. nepos.]

Quæſto-

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Fabij. } Coſs. in Samnio.
//. //. //. f. //. n. //. P. Decij. }

M. Fuluius. M. f. //. n. Pætin. Nobilior. Pater Ser. Fuluij Nobilioris, vt indicant marmora Capitolina, qui poſtea Conſul anno CDXCVIII. fuit, & Procos. naualem egit de Pœnis, & Coſſurenſibus.

Ti. Sempronius. Ti. f. //. n. Blæſus. Hic C. Blæſi pater, qui Cos. anno D. de Pœnis triumphauit, vt teſtantur marmora Capitolina.

[L. Manlius. L. f. Cn. n. Capitolinus.] Nepos Cn. Manlij Capitolini Imperioſſi bis Conſulis & Cenſoris.

[Ser. Cornelius. P. f. //. n. Rufinus.] Frater P. Rufini bis Conſulis ac Dictatoris, & à Fabricio Cenſore notati.

ANNI. P. R. C. CDLVII.

Conſules.

Ap. Claudius. C. f. Ap. n. Cæcus. II. L. Volumnius. C. f. C. n. Flamma. VIOLENS. II.

Vt Cicero & Capitolini faſti Liuium redarguunt.

IAM iterum Conſules Ap. Claudius & L. Volumnius fiunt, Liuio, Caſſiodóro, & Mariano conſentientibus. Igitur inter hunc & ſuperiorem iſtorum conſulatum decem illi anni, quos interfuiſſe ſcribit Cicero in Catone maiore, adamuſſim proueniẽt: ſi per duos Dictatores tranſactum annum (vt faſti volunt Capitolini) ſimul computes. Eadem ratione & decennium interpones tertio & quarto Q. Fabij Rulliani conſulatibus; cuius faſces Ap. Claudius vtrobique excepit. Quare Liuius, niſi Piſonem, vel alios, quàm Cicero & Capitolini faſti, ſequeretur auctores, Q. Fabium à quarto conſulatu ſemet excuſantẽ non ſcripſiſſet, lege teneri de conſulatu intra decennium non repetendo. Quod quidem impedimentum rectiùs poſtea obijcere poterat, cùm à quinto ſe conſulatu excuſaret. Habenti enim in hunc annum comitia conſularia Fabio primo vocatæ tribus quintum deferebant conſulatum. Itaque Ap. Claudius cum ſuis, tum totius nobilitatis viribus incubuit, vt ſe cum Fabio Conſulem dicerent; è cœno plebeio conſulatum extraherent, atque patricijs ſolis vindicarent. Cùm tamen Q. Fabius ſe ſui rationem contra leges, ac peſſimo exemplo, in ijs, quibus præeſſet comitijs habiturum conſtanter negaret: L. Volumnius de plebe cum Ap. Claudio Conſul eſt factus. Atqui in hac concertatione potiùs quàm antea legem illam de decennio conſulatibus duobus interponendo Fabium obieciſſe autumo.

Aequitas & modeſtia Q. Fabij Rulliani.

Prælium ingens contra Samnites & Etruſcos conductos.
Ap. Claudius Cos. ædẽ Bellonæ vouet.
L. Volũnij Cos. victoria de Sãnitibus in agro Campano.
Iuſtitium.

Conſules Ap. Claudius & L. Volumnius è Samnio vocatus, Etruſcos & Samnites, & vndecunque conquiſita eorum auxilia magna animorum concertatione (dum quiſque ſibi ſoli victoriæ laudem quærit) aggreſſi, vno ingenti prœlio vicerunt, hoſtiũ caſtra etiam diripuerũt. Appius in medio pugnæ diſcrimine ædem Bellonæ vouit. Inde L. Volumnius cum exercitu, Samnium repetens, prouinciam ſuam, in agro Caleno prope Volturnum nouos Samnitium exercitus Campanum agrum deprædantes vicit, & caſtris item exuit: vbi ſex milia hoſtium cæſa ſunt, duo milia quingenti cum ipſo duce capti, præda ingens recepta ſimul cum ſeptem milibus, & quadringẽtis captiuis. Cuius victoriæ fama tumultus Romæ motos, cùm ob populationẽ agri Campani, tum quòd ferebatur Etruriam rurſus ad arma cõcitari, penitus ſedauit. Igitur iuſtitium, quod ob eos terrores indictum erat, remiſſum eſt; ſupplicationesque ob res benè geſtas Conſulis ſunt decretæ. Liuius hæc latè libro decimo. Auctor de viris illuſtribus in Ap. Cæco.

Prætor.

Prætor vrbanus ex S. C. delectum habet.

P. Sempronius. P. f. C. n. Sophus. Poſt alios ſummos magiſtratus. Ex S. C. iuſtitium indixit, delectum omnis generis hominum in vrbe habuit. Senatu poſtea L. Volumnij Cos. literis, & nuncio victoriæ recreato, III. viros colonis Minturnas, Sinueſſamque deducendis creare ex plebiſcito iuſſus eſt, ad præſidium regionis depopulatæ

pulatæ à Samnitibus: Minturna ad oſtium Liris fluuij, Sinueſſa in ſaltu Veſtino, quæ à Græcis tunc Synope dicebatur. Liuius libro x.

Minturna & Sinueſſa nouæ coloniæ.

Aediles curules

Q. Ogulnius. * A. f. * //. n. Gallus. Cn. Ogulnius. * A. f. * //. n. Gallus.

Fœneratores aliquot, die ad populum dicta damnarunt, ex ære multatitio in publicum redacto ænea in Capitolio limina, & trium menſarum argentea vaſa in cella Iouis, Iouemque in culmine cum quadrigis: & ad Ficum Ruminalem ſimulachra infantium conditorum vrbis ſub vberibus lupæ poſuerunt, ſemitamque ſaxo quadrato à Capena porta ad Martis ſtrauerunt. Liuius libro x.

Fœneratores mulctati. Capitolij ornamenta.

Aediles plebis

L. Aelius. * L. f. L. n. * Pætus. C. Fuluius. * C. f. C. n. * Curuus.

Ex multatitia pecunia à pecuarijs damnatis exacta ludos fecerunt, paterasque aureas ad Cereris poſuerunt. Liuius libro x.

Pecuarij damnati. Ornamenta ad Cererem.

Tribuni plebis.

Ad populum ex S. C. tulerunt, vti P. Sempronius Prætor III viros comitijs habitis crearet, qui colonos Minturnas, Sinueſſamque deducerent. Liuius.

III. viri coloniar. deducend.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

C. Iunius. C. f. C. n. Brutus. Bubulcus. II.   M. Claudius. //. f. //. n. Marcellus.
Q. Papirius. //. f. //. n. * Turdus. * IV.   [M. Racilius. M. f. L. nepos.]
[P. Numitorius. P. f. C. n. Pullus.]   [Sp. Antius. Sp. f. C. n. Reſtio.]
[Q. Sallonius. P. f. //. n. Sarra.]   [M. Acutius. C. f. C. nepos.]
M'. Curius. M'. f. M'. n. Dentatus. II.   [M. Metilius. T. f. T. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Ap. Claudij Cæci cos. in Etruria.
//. //. //. f. //. n. //. L. Volumnij Flammæ cos. in Samnio.
C. Nautius. Sp. f. Sp. n. Rutilus.   M. Valerius. //. f. //. n. Max. Potitus.

Ambo Conſules poſtea. Quorum Nautius habetur pro filio Sp. Nautij, qui Conſul extat in Capitolinis anno CDXXXVII. vt ratio temporis omnino ſuffragatur.

Cn. Domitius. * C. f. * Caluinus. Hic item poſtea Conſul & Cenſor fuit. Alius tamen ab illo Cn. Caluino conſularis viri filio, qui repulſam in ædilitate paſſus eſt, vt antea diximus.

L. Flaminius. //. f. //. n. * Chilo. * Auus C. Flaminij bis Conſulis & Cenſoris, ab Hannibale ad Thraſimenum occiſi, vt marmora Capitolina demonſtrant. Ex ſenioribus autem ſenatus hic fuit, ſi idem eſt, qui poſt bellum Tarentinum, quando argenteus nummus primum ſignandus erat, lectus fuit primus inter quatuorviros præfectos argento flando, quemadmodum tunc latiùs declarabo. Nomen etenim illius extat in antiquiſſimis denarijs tale. L. FLAMIN. CHILO. Item in alijs. L. FLAMIN. CILO. nota aſpirationis in cognomine ſublata: ſicut apud priſcos Romanos in vſu fuiſſe comperimus, illam vel ſcribere, vel in ſcribendo prætermittere: quam ſuperfluam eſſe Latinis Quinctilianus cenſet, & A. Gellius ſpiritum magis, quàm literam eſſe vult. Nec videtur antiquitas illa differentiam ſignificationis in iſto cognomine per H. ſcribendo curioſius quæſiuiſſe, quàm nobis poſt aliquot tandem ſecula Grammatici protulere: vt Chilones ex lingua Græca vocarentur à labiorum magnitudine, ſicut & Labeones; Cilones autem à capite longo in altum exurgente. Cognomen iſtud in gente Flaminia breui videtur obſoleuiſſe, quod tantùm in bigatis denarijs reperio.

Prouinciæ.

Lucanorũ plebeiæ contra magiſtratus ſeditiones.

Q. Fabius. M. f. N. n. Maximus. Rullianus. Pro. cos. Samnium. prorogato. in. ſex. menſes. imperio. obtinuit. Lucanorum ſeditiones plebeias ſumma optimatum voluntate compreſſit. Liuius libro x.

P. Decij Procos. in Samnio victoria.

P. Decius. P. f. Q. n. Mus. Procos. Samnium. prorogato in. ſex. menſes. imperio obtinuit. Exercitum hoſtilem Samnitium finibus expulit, qui è patria pulſus Etruriam vno agmine petijt. Decius interim in Samnio Murgantiam, Romuliam, Ferentinum, validas vrbes vi cepit, ingentique præda militem ditauit. Liuius lib. x.

Proquæſt.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Fabij.	}	Procos. in Samnio.
//. //. //. f. //. n. //. P. Decij.	}	

[L. Manlius. L. f. Cn. n. Capitolinus.] Ti. Sempronius. Ti. f. //. n. Blæſus.

ANNI. P. R. C. CDLVIII.

Conſules.

Q. Fabius. M. f. N. n. Maxim. RVLlianus. V. P. Decius. P. f. Q. n. Mus. IV.
Qui. in hoc. mag. ſE. DEVOVIT.

Non parũ obſcuritatem in auctoribus afferre nominum atque notarum deprauationẽ. Minturna & Sinueſſa coloniæ. Pyrrhus apud Epirotas regnare cœpit hoc anno. Prodigia.

HI Conſules celebrantur apud omnes ferè auctores qui Romanam tractant hiſtoriam, idq; in magna benegeſtarum hoc anno rerum materia. Velim itaque eorum nomina, vbicunque perperã leguntur, cum conſulatuum ab vtriſque geſtorum numeris ſtudioſi ita corrigerẽt; vt annus hic eluceſcat, qui alioquin manebit incertus, quando collegæ bis antea ſimul in hoc eodem magiſtratu ambo fuerunt. Velleius his Conſulibus (ſed corrigenda & in eo auctore nomina) Sinueſſam, Minturnaſque colonias deductas, eodemque anno Pyrrhum Epirotam regnare cœpiſſe ſcribit. Liuius quidem anno ſuperiore de iiſdem colonijs deducendis actum fuiſſe refert: ſed Etruriæ ingraueſcens bellum ab ijs curis ſenatum tunc auertiſſe. Veriſimile eſt igitur hoc anno primùm, victoria vndique parta, colonos eò miſſos fuiſſe, quamuis Liuius hoc prætereat. Felix is annus bellicis rebus, peſtilentia grauis, prodigijſque ſollicitus fuit. Nam & terram multifariam pluit, & in exercitu Ap. Claudij plerique fulmine icti ſunt. Alia etiam recenſet Io. Zonaras, & quomodo à Manio quodam aruſpice Etruſco fuerint interpretata, pulchrè explicat.

Conſules ambo cõtra Etruſcos, Vmbros, Gallos, & Samnites coniunctis viribus pugnãt. Atrox prœliũ. P. Decius Cos. ſemet deuouet. Ioui Victori vota ædes.

Q. Fabio extra ſortem Etruria ex S. C. & plebiſcito decreta eſt, & P. Decio Samnium prouincia data. Sed ob terrores ingentes belli inſtantis, cùm Tuſci, Vmbri, Samnites, & Galli copias iunxiſſent; Conſules ambo item contrahere caſtra, & ſocijs viribus hoc bellum gerere iuſſi ſunt. Etruſcis demum ad agros ſuos tuendos, quos alio exercitu depopulabantur Romani, reuocatis: inſtare Conſules, vt abſentibus ijs pugnaretur cum Gallis, Samnitibus, & Vmbris. In agro Sentinate infeſtis armis concurſum eſt ancipiti per diem quaſi integrum prœlio; in quo declinante P. Decij Conſulis cornu, & in fugam verſo, patris Decij exemplo is ſemet pro exercitu Romano deuouit, & inter medios hoſtes occumbens morte voluntaria ſuis victoriam peperit. Quo piaculo facto, redijt Romanis animus, & noua de integro pugna eſt reſtaurata, qua Galli ad internitionem occiſi ſunt. Fabius Conſul Samnitibus oppoſitus in dextro cornu, ædem Ioui Victori & ſpolia hoſtium vouit, tandemque non incruenta victoria vicit, Samnitio Imperatore Gellio Egnatio occiſo, & caſtris hoſtium captis: quorum XXIIII milia eo die cæſa ſunt, octo capta. Romanorum autem octo milia ducenti occubuere. Hæc diffusè Liuius libro x. memorat, Io. Zonaras, Oroſius, Florus, Eutropius, & alij multi obiter.

Prætor.

Ap. Claudij Cæci Pr. in Samnium expeditio.

Ap. Claudius. C. f. Ap. n. Cæcus. II. Abſens in Etruria cum legionibus adhuc exiſtens creatus eſt. Romam Q. Fabio Cos. accepto ſucceſſore reuerſus, vt duobus conſularibus exercitibus res in Etruria gererentur, perſuaſit. Poſt Q. Fabij Conſulis victoriam cum parte Deciani exercitus contra Samnites agrum Veſtinum Formianumque deprædantes miſſus, res proſperè geſſit. Liuius libro decimo. Auctor de viris illuſtribus, capite XXXIV.

Aediles

Aediles curules

Fœneratores aliquot, die dicta, populi iudicio damnarunt. Liuius libro decimo.

Q. Fabius. Q. f. M. n. Gurges. Aliquot matronas ad populum ſtupri cauſſa damnatas pecunia multauit. Ex quo multatitio ære Veneris ædem, quæ prope Circum eſt, faciendam curauit. Liuius libro decimo. P. Victor item meminit in deſcriptione Circi maximi. *Aedes Veneris.*

//. //. //. f. //. n. //.

[L. Veturius. Sp. f. L. n. Craſſus. Cicurinus.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Q. Hortenſius.* Q. f. Q.* nepos. [L. Plautius. L. f. L. n.* Venno.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Q. Cædicius. Q. f. //. n. Noctua. II. C. Aelius. * P. f. P. n. * Pætus.

[P. Villius. P. f. P. nepos.] [P. Silius. P. f. P. nepos.]

[Sex. Pompilius. Sex. f. Sex. nepos.] [C. Manilius. Sex. f. Sex. nepos.]

[L. Sicinius. T. f. T. n. Dentatus.] [Q. Titinius. M. f. M. nepos.]

[Sex. Titius. Sex. f. C. nepos.] [Cn. Apronius. Cn. f. C. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Fabij cos. in Etruria.

//. //. //. f. //. n. //. P. Decij cos. in Samnio.

Sp. Nautius. * Sp. f. Sp. n. * Rutilus. Frater fortaſſe C. Nautij poſtea Conſulis, & filius Sp. Nautij Cos. anno CDXXXVI. Hic legatus in prœlio ad Aquiloniam biennio poſtea hoſtes ſtratagemate fefellit donaturque poſt victoriam à Conſule L. Papirio corona aurea, & armillis, vt pulchrè Liuius in fine libri x. Meminit ſtratagematis item Frontinus libro II. cap. IV.

Cn. Aemilius. //. f. //. n. Papus. Qui auus fuit L. Papi conſularis ac cenſorij, quemadmodum indicant Capitolini faſti.

C. Aelius.* Q. f. P. n.* Pætus. C. Fabricius. C. f. C. n. Luſcinus. Hic pauper quidem, ſed ſummæ virtutis vir, atque inter primos ſui temporis ter Conſul & Cenſor, Pyrrhum Regem bello fregit, ſicut ex ſequentibus patebit. C. Aelium plebis tribunum fuiſſe poſteà ſuo loco dicam.

Prouinciæ

L. Volumnius. C. f. C. n. Flamma. Violens. Procos. Samnium obtinuit prorogato in annum imperio. In locum P. Decij Conſulis cò miſſus cum ſecunda & quarta legionibus. Samnitium exercitum in Tifernum montem compulſum fudit, fugauitque. Dein, iuncto ſibi Ap. Claudio Prætore, in agro Stellati legiones hoſtium omnes vno prœlio vicit, quo ſedecim milia cæſa, duo capta ſunt. Liuius libro x. Zonaras meminit item. *L. Volumnij Procos. victoria de Samnitibus.*

Adduntur & alij, qui cum poteſtate prætoria legati extra ordinem prouincias hoc bello habuere, & conſulares quidem omnes.

L. Cornelius.* P. f. P. n.* Scipio Leg. propr. extra ordinem ad Cluſium in Etruria cum ſecunda legione relictus à Q. Fabio Cos. Romam profecturo; ante cuius reditum à Gallis Senonibus oppugnatus cladem paſſus eſt. Vide Liuium. *L. Scipionis clades.*

Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Maximus. Cẽtumalus. Leg. propr. in agro Faliſco ſtationẽ tenuit. Iuſſu poſtea Conſulũ cohortes ad Cluſiũ admonuit, ſummaq. vi cũ Poſtumio *Cn. Fuluij victoria de Etruſcis.*

collega agros hoſtium depopulatus eſt; vt Etruſcorum legiones à ſocijs Samnitibus Galliſque diuulſerit,& ex agro Sentinate ad ſuos fines tuendos auerterit Peruſinorum deinde,Cluſinorumque tria milia occidit,ſigna militaria viginti cepit. Liuius x.

Peruſini & Cluſini caſi.

L. Poſtumius. L. f. Sp. n. Megellus. Leg. Propr. in Vaticano agro trans Tiberim ſtationem tenuit. Conſulum deinde iuſſu cum Cn. Fuluio collega Etruſcorum agros depopulatus eſt. Liuius x.

M. Liuius. //. f. C. n. Denter. Pontifex. Leg. Propr. in exercitu P. Decij Conſulis. Verba præiuit,quibus Conſul ipſum ſe legionesq. hoſtium pro exercitu pop. Rom. Quiritium deuouit. Acceptis iuſſu Decij lictoribus, eiuſdem poſtea occiſi vices in prœlio Propr. ſuppleuit. Liuius libro x.

Proquæſt.

//. //. //. f. //. n. //. L. Volumnij Procos. in Samnio.

Cn. Domitius. C. f. //. n. Caluinus.

Q. FABIVS. M. F. N. N. MAXIMVS. AN. CDLIIX.
RVLLIANVS. III. COS. V. DE. SAMNITIBVS.
ET. ETRVSCEIS. GALLEIS. PRID. NON. SEPT.

Q. Fabius Conſul confecto bello (vt refert Liuius) Deciano exercitu relicto in Etruria, ſuas legiones deduxit ad vrbem, & de Gallis Etruſciſque ac Samnitibus triumphauit. Milites triumphantem ſequuti ſunt. Celebrata, vt videas publicam gratitudinem, inconditis carminibus militaribus non tam victoria triumphantis imperatoris Q. Fabij, quàm mors præclara P. Decij. Quod & omnibus ordinibus iucundum adeò fuit, vt inter memoratu digna annalibus annotaretur, nec Liuius id prætererit. Data eſt ex præda militibus, æris octogeni bini, ſagaque & tunicæ, præmia illa tempeſtate militiæ haudquaquam ſpernenda. In his autem Liuius triumphalibus columnis ſatis congruit: ſed auctor de viris illuſtribus Q. Fabij Rulliani triumphos recenſens, hunc tertium de Gallis, Vmbris, Marſis, & Tuſcis fuiſſe ſcribit. Et neſcio an Marſos pro Samnitibus ponat. Oroſius etiam triumphi huius meminit libro tertio, cap. XXI. cum funeſtum fuiſſe affirmans, cùm ob ciues in acie deſideratos, tum ob peſtem in vrbe graſſantem, his quidem verbis: Hanc cruentam, „ triſtemque victoriam peſtilentia ciuitatis onerauit, & triumphales pompas obuiæ mor- „ tuorum exequiæ polluerunt. Nec erat, cui de triumpho gaudium ſuaderetur, cùm tota ci- „ uitas aut ægris ſuſpiraret, aut mortuis.

P. Decij mors celebrata.

Donatiuum.

ANNI. P. R. C. CDLIX.

Conſules.

L. Poſtumius. L. f. Sp. N. MEGELLVS. II. M. Atilius. M. f. M. n. Regulvs.

CONSVLVM nomina ex triumphis eorum ſuppleui. Tabulæ Græcæ Megellum & Regulum ſuggerunt. Cuſpiniani correctiùs, Megellum II. & Regulum: Liuij, & Caſſiodori aliquot codices alterum M. Poſtumium vocant, non rectè: nam idem hic eſt L. Poſtumius, qui antea Conſul fuit anno CDXLIIX. Quare numerus etiam iterati magiſtratus adiungendus in Liuio: id quod ex Mariano quoque conſtare poterit, qui L. Poſtumium II, & M. Atilium nominat.

Samnium ambobus Conſulibus decreta eſt prouincia, ſed Poſtumium valetudo aduerſa Romæ tenuit. M. Atilius in Samnium profectus in finibus hoſtes repperit. Vbi cùm caſtris caſtra collata eſſent, ſubitanea oppugnatione Samnites caſtra Romanorum ferè cepiſſent; niſi virtute militum vis hoſtium ingruentium munitionibus expulſa fuiſſet. Qui rumor ad vrbem perlatus coëgit Poſtumium Conſulem vix validum abire in prouinciam. Is Miloniam oppugnatione, Ferentinum deſertum à Samnitibus, & oppida aliquot alia cepit. M. Atilius non procul Luceria ancipiti, neque incruenta pugna cum Samnitibus conflixit: ſed nox vtrinque prœlium diremit. Poſtridie contra eoſdem fugam molientes præter Romanorum caſtra (cum alia non pateret via) Conſul metu potiùs coactus, quàm ſpe victoriæ exercitum educit, opinione falſus Samnitem ad caſtra oppugnanda venire. Sic pugnam capeſſiit quamuis inuitus. Et primùm ſegniter, nec ſine turpi fuga, quando Statori Ioui templum vouit conſul Romanus. Deinde ex deſperatione redintegrato prælio, Sam-

Samnites Romanorum caſtra ferè capiunt.

L. Poſtumius Cos. Miloniā, Ferentinum & alia oppida capit.

M. Atilij Cos. cruentum ac anceps prœliū ad Luceriam.

lio, Samnitium magna ſtrages edita eſt. Quatuor milia & octingenti cecidere, ſeptem millia trecenti capti, qui omnes nudi ſub iugum miſſi ſunt. Liuius libro x. & Io. Zonaras annalium ſecundo. *Samnitū milia ſeptem & trecenti ſub iugum miſſi.*

Cens. P. CORNELIVS. A. F. P. N. ARVIna. C. Marcius. C. f. L. n. Rutilus. Qui poſtea Cenſorinus. appel L. EST. luſt. f. XXX.

De cenſu nihil Liuius in huius anni actis: meminit tamen obiter C. Marcij cenſoris; vbi de Poſtumiano triumpho ſcribit: C. Marcium Rutilum, inquiens, patrem eius qui tunc cenſor eſſet, non ex auctoritate ſenatus, ſed iuſſu populi triumphaſſe. Vnde cenſores iamtum in republica fuiſſe colligimus, atque anno ſequenti luſtrum condidiſſe (vt ipſe in fine lib. x. numerat) Vrbis vndevigeſimū. quod hic in faſtis Capitolinis trigeſimum eſſe cognoſcimus. Ceterùm, niſi error librariorum hic ſit ex numerorum notis prouenicns, luſtra decem non videtur Liuius numerare ante primos cenſores condita. Quæ ſi adiicias, erit hoc luſtrum vndetrigeſimum, vt ſolùm in vno differat à tabulis Capitolinis. Eius auctoris incuria in referendis cenſoribus ac luſtris priorum temporum frequẽter notata eſt. Quam & hinc etiam peculiariter intelligas licet, quòd eodem in loco dicat P. Cornelium Aruinam, & C. Marcium vigeſimos ſextos cenſores à primis fuiſſe: vix enim duodecim cenſorum paria, nedum vigintiquinque ante hos ex eius hiſtoria percipies. Cenſa autem fuiſſe ſcribit * capitum milia ducenta ſexaginta duo, & trecenta viginti duo; ſicut habent exemplaria vetuſtiora: nam in numeris magna eſt variatio. Euſebius in Chronico Olympiadis centeſimæ vigeſimæ primæ anno, qui his Conſulibus exactè reſpõdet, tertio; cenſu, ait, Romæ agitato inuenta ſunt ciuium Romanorum CCLXX. milia. Eadem Marianus Scotus ſuperioris anni Conſulibus adiungit, ni fallor, ex ipſo Euſebio; ſed CCXL. milia cenſa fuiſſe dicit. Itaque de huius cenſus luſtro eos loqui exiſtimo, licet quæ de legatis Ptolomæi Regis ſuggerunt, huic tempori non reſpondeant. Ea autem non ſuo loco tranſcripta videntur, vt multa in antiquis illis chronicorum tabulis librariorum imperitia perperam collocata eſſe comperimus. Luſtro autem iſto principem ſenatus fuiſſe lectum Q. Fabium Maximum Rullianum, ex Plinij libro VII. conſtat, vt antè dictum eſt, & poſtea demonſtrabo latius.

Liuius à Capitolinis faſtis diuerſus. *Liuij locus notandus.* *Luſtrum. * ciuium fortè.* *Q. Fabius Max. Rullianus princeps ſenatus.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
D. Iunius. D. f. //. n. Brutus. Scæua.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
M. Valerius. M. f. M. n. Max. Coruinus. P. Cornelius. P. f. //. n. Rufinus.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
M'. Curius. M'. f. M'. n. Dentatus. M. Claudius. //. f. //. n. Marcellus.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

C. Trebonius * A. f. C. n. Aſper.* Anno ſequenti legatus in prœlio ad Aquiloniam, teſte Liuio.
M. Liuius. *M. f. C. n. Denter.* Qui poſtea Druſus.
C. Claudius. //. f. C. n. Canina. [C. Sextius. C. f. C. n. Caluinus.]
[C. Sextilius. C. f. C. nepos.] [C. Curatius. C. f. C. nepos.]
[L. Mænius. L. f. L. nepos.] [T. Memmius. C. f. C. nepos.]
[A. Virginius. A. f. L. nepos.] M. Lætorius. M. f. //. n. Plancianus. II.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Ab Etruriæ ciuitatibus præcipuis Peruſia, Volſinio, Arretio ſingulis D. ∞. æris multas induciarum datarum nomine imperatas accepere. Liuius.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. L. Poſtumij Cos. in Samnio. & Etruria.

Ab Etruſcis deuictis frumentum ac veſtimenta in milites ex pacto induciarum accepit. Liuius libro x.

L. Opimius. //. f. //. n. Panſa. M. Atilij. Cos. in Samnio. In. prœlio. occiſus. eſt. Dum in caſtra Romanorum ſubitò faciunt impetum Samnites, ac porta decumana irrumpentes quæſtorium capiunt, quæſtor ibidem L. Opimius occiſus eſt. Liuius libro decimo.

Quæſtor in caſtrorum Rom. quæſtorio ab hoſtibus irrumpentibus occiſus.

Q. Marcius. Q. f. Q. n. Philippus. Conſul & magiſter equitum poſtea, ſic eſt in Capitolinis deſcriptus.

M. Aemilius. //. f. //. n. Lepidus. C. Seruilius. //. f. //. n. Tucca.

Et hi ambo poſtea Conſules patricij.

L. POSTVMIVS. L. F. SP. N. MEGELL. AN. CDLIX. COS. II. DE. SAMNITIB. ET. ETRVSCIS. VI. K. APR.

L. Poſtumius Cos. Etruſcos ad pacem petendam compulit.

Etruſcis induciæ XL. annorum datæ.

Poſtumius ſenatu aduerſante populi iuſſu triumphat.

L. Poſtumius Conſul, vt auctor eſt Liuius, poſt Miloniam, Ferentinum, aliaſque ab hoſtibus deſertas vrbes in poteſtatem redactas, quia in Samnio belli materia deerat, in Etruriam traduxit exercitum, & in agro Volſinienſi hoſtium duo milia & ducentos ſtrauit, agrum inde Roſellanum, oppido etiam expugnato, depopulatus eſt; vt Etruſci demum cladibus feſſi, pacem petierint, veſtimentis militum, frumentoque pacti à Conſule tempus mittendi Romam legatos; vbi inducias in quadraginta annos impetrarunt. Multa tamen præſens quingentum milium æris in ſingulas ciuitates impoſita eſt. Negatum à ſenatu Conſuli triumphum tradit Liuius, quòd tardiùs vrbe exiſſet, & quòd iniuſſu ſenatus tranſijſſet in Etruriam ex Samnio. Ad populum itaque rem detulit Cos. cuius fauore, & trium tribunorum plebis auxilio aduerſus reliquorum interceſſionem & conſenſum ſenatus, populo celebrante diem triumphauit.

M. ATILIVS. M. F. M. N. REGVLVS. COS. A. CDLIX. DE. VOLSONIBVS. ET. SAMNITIBVS. V. K. APR.

Annalium magna diuerſitas.

Volſones, qui populi, non ſi qua.

Aliter autem Liuius, quàm Capitolini faſti. Nam M. Atilio Romæ de triumpho agenti negatum honorem refert, quòd ſeptena milia & trecentos in pugna ad Luceriam perdidiſſet, & quòd captiuos hoſtes ſine pactione ſub iugum miſiſſet. Sed vides annalium diuerſitatem, qua & ipſe Liuius diſtrahitur. Alia namque ex Claudio Quadrigario narrat, L. Poſtumium ſcilicet in Apulia fuſum, & ſaucium cum paucis Luceriam compulſum: ab Atilio res in Etruria geſtas, cumque triumphaſſe. Addit alia rurſus ex Fabio. Ambos quippe Coss. in Samnio & ad Luceriam res geſſiſſe, traductumque in Etruriam exercitum; ſed ab vtro Conſule, Fabium non adiecille. An aliquem verò ex his auctoribus ſequantur Capitolini faſti, haud facile eſt diſcernere; neque quinam ſint Volſones à M. Atilio triumphati, ſatis perſpicuum eſt. Illud conſtat, Liuio dictos faſtos aduerſari in eo quòd Atilium triumphaſſe tradant: & Claudio, quòd Poſtumium potiùs, quàm Atilium de Etruſcis: item Fabio, quòd ſolùm Atilium de Volſonibus & Samnitibus. Iam verò num Lucerinos Apulos ita vocent, an alij fuerint populi Volſones, mihi quidem incertum eſſe, non diffiteor.

ANNI. P. R. C. CDLX.

Conſules.

L. PAPIRIVS. L. F. SP. N. CVRSOR. SP. Caruilius. C. f. C. n. MAXIMVS.

TABVLAE Græcæ Curſorem & Maximum ſuggerunt Coss. Cuſpiniani Curſorem & Caruilium Marianus Scotus, L. Papirium, Sp. Caruilium. At L. Papirium Curſorem, Liuius iam paterna gloria quàm ſua inſignem prædicat, L. Curſoris v. Conſulis filium eſſe innuens, veluti ex fragmento etiam Capitolino colligimus. Sp. Caruilij nomen ex eius

eius triumpho ſuppleui in columnis extante, quem ædilem curulem antè habuimus. In Caſſiodori exemplaribus perperam Sp. Cornelius legitur.

Samnites delectu ſacro exercitum conflarunt ad Aquiloniam. Quod quibus modis, quóve ritu factum, copioſè Liuius in fine lib. x. narrat, meminit item Sex. Pompeius. Dum autem ſacratæ lectioni intenti ſunt hoſtes, Sp. Caruilius Cos. Amiternum, L. Papirius Doroniam expugnarunt: præda vtrobique opulenta eſt parta. Inde peruagati Samnium Caruilius, Cominium obſedit; Papirius ad Aquiloniam profectus eſt, vbi robur Samnitium erat cum exercitu ſacrato, illicque graui & aſpero prœlio legiones hoſtium contudit; caſtra, quò multitudo omnis; & Bouianum, quo nobilitas perfugerat, vno eodemque cepit impetu. Cæſa in eo prœlio hoſtium triginta milia, trecenti quadraginta; capta tria milia octingenti ſeptuaginta. Præter Liuium mentionem faciunt etiam Valerius Max. libro ſeptimo, cap. II. Frontinus in ſtratagematibus. & Oroſius libro tertio, cap XXII. referentes quo pacto Papirius Cos. pullarium auſpicia mentitum in prima acie collocarit, eiuſque cæde exercitum expiarit. Eodem tempore Cominium expugnatur à Sp. Caruilio Cos. diripitur, & igne iniecto concrematur. Is poſtea Volanam, & Palumbinum, & Herculanium ex Samnitibus cepit. Quibus perpetratis, in Etruriam contra Faliſcos traduxit ex S.C exercitum, vbi Troilio prius vi expugnato, hoſtes ad pacem petendam compulit. Sed L. Papirio interea ad Sepinum in Samnio maior vis hoſtium reſtitit: quos tandem pugnando in obſidionem coëgit, obſidendoque vi, & operibus expugnauit. Liuius lib x. fine.

Delectu ſacro Samnitũ extrema neceſsitatis. *Vrbes à Conſulibus captæ.* *Inſigne L. Papirij prœlium ad Aquiloniam.* *Falſæ religionis expiatio.* *Sp. Caruilij Cos. victoria.* *L. Papirius Cos Sepino capto Romam cum e. cis. in redit.*

Prætor.

M. Atilius. M. f. M. n. Regulus. Legationes ſociorum duxit in ſenatum, qui querebantur vri & vaſtari agros à finitimis Etruſcis, quòd deſciſcere à populo Rom. nollent. Reſponſum, curæ ſenatui fore, ne ſocios fidei ſuæ pœniteret: Etruſcorum propediem eandem fortunam quam Samnitum fore. Mox vt allatum eſt, Faliſcos ſocios diu fidos arma Etruſcis coniunxiſſe, bellum per fœciales his indictum: iuſſique S.C. Coss. ſortiri, vter ex Samnio in Etruriam cum exercitu tranſiret. Sors Sp Caruilij fuit. Liuius lib. x. fine.

Faliſcorum defectio.

Lex Atilia antiqua huius temporis & huius fortaſſe Prætoris, videri poterit, de tertio, ſcilicet, tutorum genere, qui ab hac lege vocantur Atiliani à Iuriſconſ. Vti mulieribus, & pupillis, quibus nec teſtamentarius, nec legitimus tutor eſſet; à Prætore, ac tribunorum plebis maiore parte tutor daretur. Nam priùs XII. tabulis latum erat, vti paterfamilias, quem vellet, tutorem teſtamento dare poſſet: qui ideo teſtamentarius vocabatur. At eodem inteſtato mortuo, iubebant eædem tabulæ proximum agnatum tutorem eſſe, qui legitimus appellabatur, tanquam lege, non teſtamento datus. Iam qui agnatos proximos non habebant, ex lege Atilia tutorem à Prætore vrbano accipere debebant, vt Caius vult: vel vt Vlpianus tradit à Prætore & maiore parte tribunorum plebis. Ex hac lege Atilia Hiſpalam libertinam tutorem accepiſſe puto, cùm teſtari vellet, de qua Liuius multa pulchrè libro XXXIX. atque inter alia dicit, eam amatoris conſuetudine captam eò proceſſiſſe; vt poſt patroni mortem, quia in nullius manu erat, tutore à tribunis & Prætore petito, cùm teſtamentum faceret, vnum Æbutium inſtitueret hæredem. Quod idem ius tutelæ per legem Atiliam dandæ poſtea etiam tranſlatum eſt ad prouinciarum præſides, lege Villia Titia, quàm primum Siciliam Sardiniamque ſubactas, Prætoribus annuis regendas dare, & nouas prouincias extra Italiam inſtituere Romani cœperunt. Sed vide Iuriſconſ. de tutelis lib. I. Inſtitutionum: nos hic tempora ſolummodo annotamus, non leges interpretamur.

Lex Atilia de tutelis *Tutores Atiliani.* *Teſtamentarius tutor.* *Legitimus tutor.* *Villia Titia lex.*

Aediles curules

Ludis Romanis primi victoribus, tranſlato è Græcia more, palmas dedêre: populusque Romanus tunc primùm ob res bello benè geſtas coronatus ludos eoſdem ſpectare cœpit. Eodem anno damnatis aliquot pecuarijs viam à Martis ad Bouillas ſilice ſternendam coëraucrunt. Liuius libro decimo.

Ludis primùm victoribus palma data, coronatiq; ludos ſpectarunt Romani. *Pecuarij multati.*

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C. Iunius. C. f. C. n. Bubulcus. Brutus. Q. Cædicius. Q. f. //. n. Noctua.
[P. Numitorius. P. f. C. n. Pullus.] Sp. Antius. Sp. f. C. n. Reſtio.]

Tribu-

Tribuni plebis.

L. Poſtumius Megellus ad populum reus factus.

M. Scantius. //. f. //. nepos. L. Poſtumium Megellum ſuperioris anni Conſulem reum fecit ad populum. Verùm is, legatione à Sp. Caruilio Cos. accepta, protraxit diem, & eiuſdem fauore iudicium reuerſus effugit. Neque enim peragi accuſatio poterat; exactoque, cùm reuerteretur, iam anno, noui tribuni plebis magiſtratum inierant; iiſque ipſis, quia vitio creati erāt, quinque poſt dies alij ſuffecti ſunt, vt Liuius lib. x. fine ſcribit. Qui cauſſas non exprimit propter quas accuſatus eſt Poſtumius. Eas tamen eſſe opinamur, quas ſenatus obiecit, cum negaretur illi triumphus. vt ex huius auctoritate Scantius actiones fortè inſtituerit.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	

Q. Hortenſius. * Q. f. Q. * nepos. II.	L. Cæcilius. C. f. //. n. Metellus.
[C. Canuleius. C. f. C. nepos.]	[L. Romuleius. L. f. Q. nepos.]
C. Aquillius. C. f. //. n. Florus.	Cn. Ogulnius. * A. f. * //. n. Gallus. II.
Q. Ogulnius. * A. f. //. n. Gallus.	[C. Aurelius. C. f. //. n. Cotta.
[Ti. Claudius. Ti. f. C. n. Cicero.]	

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. L. Papirij cos. in Samnio.

//. //. //. f. //. n. //. Sp. Caruilij cos. in Samnio & Etruria.

A Faliſcis centum milia æris grauis, & ſtipendium annuum militibus pactum ob datas annuas inducias iuſſu Cos. exegit. Liuius lib. x. fine.

Ti Coruncanius Iuriſconſ.

Commentaria Pontificum.

Ti. Coruncanius. Ti. f. Ti. nepos. Qui poſtea primus è plebe Pontifex maximus eſt factus, teſte Liuio libro XIIX. Conſularis, cenſorius, ac triumphalis fuit. Pontificem peritiſſimum vocat Cicero in oratione pro domo ſua; nec ferè vſquam, niſi cum honoris præfatione, mentionem eius facit. Adeò Pomponius de origine iuris cum inter priſcos iuriſconſultos recenſet. Primùm enim ius Romæ profiteri cœpiſſe, nullum tamen eius ſcriptum, ſed reſponſa multa extare ſcribit. Verum Tullius in Bruto adfirmat, ex Pontificum commentarijs colligi, Coruncanium ingenio plurimùm valuiſſe. Quare videntur vel ſcripta, vel reſponſa eius quædam in Pontificum libris extitiſſe.

[L. Furius. L. f. L. n. Camillus.] [Q. Mælius. Q. f. Q. nepos.]

C. Furius. C. f. //. n. Pacilus. Pater C. Pacili Conſulis anno DII. vt indicant Capitolini faſti.

SP. CARVILIVS. C. F. C. N. MAXIMVS. A. CDLX. COS. DE. SAMNITIBVS. IDIBVS. IAN.

Fortis Fortunæ ædes.

Iouis Coloſſus in Capitolio ex Samnitiū ſpolijs factus.

Adeptus victoriam ad Cominium Sp. Caruilius Conſul ſuos pro cōcione laudauit, donauitque pro cuiuſque merito. Rebus deinde in Etruria etiam bene geſtis, Romam ad triumphum deceſſit, vt minùs clarum de Samnitibus, ita cumulo Etruſci belli æquatum æris grauis tulit in ærarium trecenta nonaginta milia. De reliquo ære ædem Fortis Fortunæ de manubijs faciendam locauit, prope ædem eidem deæ ab Rege Ser. Tullio dedicatam. Militibus ex præda centenos binos aſſes, & alterum tantum centurionibus atque equitibus diuiſit. Hæc ferè Liuius, parum tamen (vt vides) conueniem ia faſtis Capitolinis, qui menſe integro ante L. Papirium triūphaſſe indicant Sp. Caruilium; neque de Etruſcis, ſed de Samnitibus ſolummodo. Cuius victoriæ meminit etiam Plinius de eodem Caruilio item ſcribens libro XXXIIII. cap. VII. Fecit & Sp. Caruilius Iouis coloſſum, qui eſt in „ Capitolio, victis Samnitibus ſacrata lege pugnantibus è pectoralibus eorum, ocreiſque, „ & galeis. Amplitudo tanta eſt, vt conſpiciatur a Latiario Ioue. Reliquijs limæ ſuam ſta- „

tuam

tuam fecit, quæ eſt ante pedes ſimulachri eius. Sic Plinius, indicans Caruilium contra Samnites ad Aquiloniam quoque pugnaſſe: quam victoriam ſoli Papirio Liuius adſcribit.

L. PapiriuS. L. F. SP. N. CVRSOR. AN. CDLX.
COS. DE. SAMnITIBVS. IDIBVS. FEBR.

Præmia virtutis bellicæ.

L. Papirius Conſul deuictis ad Aquiloniam Samnitibus in conſpectu exercitus benemeritos milites donauit, laudauitque. Sp. Nautium, & Sp. Papirium fratris filium, & quatuor centuriones, manipulumque haſtatorum armillis aureiſque coronis ornauit. Nautium, propter expeditionem, qua magni agminis modo terruerat hoſtem; Papirium iuuenem, ob nauatam cum equitatu inſigniter operam; centuriones aliosque milites, quia primi Aquiloniam inuaſerant; Equites omnes, ob inſignem multis in locis operam, corniculis, armillisque argenteis donauit. Venienti Romam triumphus omnium conſenſu eſt delatus: triumphauit in magiſtratu inſigni (vt illorum temporum habitus erat) triumpho. Equites, peditesque donis ſuis conſpicui tranſiere, & tranſuectæ multæ ciuicæ coronæ, vallaresque, & murales. Spolia item Samnitium decore & pulchritudine paternis ſpolijs comparabantur, quæ nota frequenti publicorum locorum ornatu erant. Sed horum tanta fuit multitudo, vt & ſocijs, colonisque finitimis ad exornanda templa, locaque publica poſtmodum diuiderentur. Æris grauis tranſuecta vicies centum milia, & quingenta triginta milia. Id omne ex captiuis redactum. Argenti ex vrbibus captum pondo ∞. CCCXXX. Quæ omnia in ærarium condita ſunt. Ædem Quirini à patre Dictatore votam poſt triumphum dedicaſſe Cos. Papirium, ſcribit ibidem Liuius, atque ſpolijs hoſtium exornaſſe: additque Fabius Veſtalis, referente Plinio libro VII. cap. vltimo, ſtatuiſſe quoque ad ædem Quirini horologium ſolarium, quod in vrbe primum fuit. Meminit huius triumphi etiam Zonaras annalium libro ſecundo.

Equitum præmia.
Spolia Samnitium multa.
Aeris & Argenti capti ſumma.
Aedem Quirini à patre Dictatore votam Cos. Papirius dedicauit.
Horologium in vrbe primum.

ANNI. P. R. C. CDLXI.

Conſules.

Q. Fabius. Q. f. M. n. Max. Gurges. D. Iunius. D. f. //. n. Brutus. Scæua.

MARIANVS Q. Fabium, D. Iunium Coss. ſubiungit, Græcæ tabulæ Maximum II. & Brutum: ſed perperam, cùm hic alius ſit à Maximo ſuperioris anni Conſule Cuſpiniani tabulæ Maximi filium, & Scæuam habent rectè. In Caſſiodoro Bruti prænomen deſideratur, quem filium autumo eius D. Bruti eſſe, qui anno CDXXVIII. Cos. fuit. Liuius autem in fine lib x. benè Coss. nominat Q. Fabium Maximi filium Gurgitem, & D. Iunium Brutum Scæuam. De hoc Q. Fabij conſulatu pulchra ſunt, quæ Val. Max. libro IIII.
„ capite primo recenſet. Q. Fabius Gurges, cùm in comitijs ſummo conſenſu Cos. crearetur, pater eius Q. Fabius Maximus, cum à ſe iam quinquies, & à patre, auo, proauo, maioribusque ſuis ſæpenumero conſulatum geſtum animaduerteret; conſtanter cum populo egit, vt aliquando vacationem huius honoris Fabiæ genti daret. Non quòd filij virtutibus diffideret, erat enim illuſtris, ſed ne maximum imperium in vna familia continuaretur.

Q. Fabij Max. Rullani ſumma modeſtia.

Peſtilentia in Vrbe hoc anno laboratum grauiter. Ex libris autem Sibullinis relatum eſt, ex Epidauro Æſculapium aduehendum eſſe. Liuius in fine lib. x. & in epitome XI. Oroſius, Val. Max. & alij. Venuſiam colonia deducta eſt, vt ex Velleio colligimus, biennio, vt ait, ante ciuitatem Sabinis datam; & quadriennio poſt Sinueſſam & Minturnas. Vbi tamen in Velleio ſupputationem annorum in vulgatis exemplaribus corruptam eſſe, ex Conſulum ſucceſſu colligimus, vt lectori loca conferenti patebit. Non enim inter Q. Fabij V. & P. Decij IV. quo anno Sinueſſam & Minturnas deductæ coloniæ; & P. Rufini, M'. Curij conſulatus, quo anno Sabinis ciuitas data eſt, anni ſex, vt in Velleio legitur, ſunt interiecti; ſed ſolummodo quatuor. Hinc veriſimile eſt in numerorum notis errorem latere, & pro (poſt quadriennium) (poſt triennium) legendum eſſe. Velleij igitur locus vti Romanis faſtis conueniat, in hunc ferè modum reſtituendus videtur: At Fabio V.
„ & Decio Mure quartùm Coss. quo annò Pyrrhus regnare cœpit, Sinueſſam Minturnasque miſſi coloni: poſt triennium Venuſiam, adiectoque biennio M'. Curio, & Rufino Cornelio Coss. Sabinis ſine ſuffragio data ciuitas. Liuius tamen ne verbum de Venuſia colonia in decimo quidem facit: niſi forſan libro XI. meminerit, qui cum multis alijs perijt. Libro autem XXVII. inter fidos colonos populi Romani Venuſinos enumerat. Samnitibus bellum à Q. Fabio Cos. illatum eſt, & à D. Iunio Faliſcis, qui rebellauerant ob morbum ciuitatis, & Conſules nō ex virtute (vt pacatis temporibus fieri ſolebat) creatos contemnebant.

Aeſculapius Romam transferri cupit.
Venuſia colonia.
Velleij locus.
Faliſci rebellarunt.

temnebant. D. Iunio igitur, cui prouincia Faliſci euenerat, legatus datus Sp. Caruilius. Itaque victi ſunt Faliſci, eorum ager latè depopulatus. Io. Zonaras annalium ſecundo.

Ap. Claudius. C. f. A. n. Cæcus. Dict.
//. //. //. f. //. n. //. Mag.eq. //. //. //.
C. Marcius. C. f. C. n Rutilus. Qui.poſtea.Cenſorinus appell.eſt.
Comitiorum.habendor.cauſſa.vitio.facti.abdicarunt.

Ap Claudius Cæcus Dicta tor.

Cùm ex antiqua magiſtratuum Ap. Cæci inſcriptione, quam apud eruditiſſimum Petrum Victorium Florentiæ ſeruari intelligo, manifeſtum ſit eundem dictaturam quoque geſſiſſe; eam nec omittere volui, nec commodiore etiam loco, quàm hîc interſerere potui; poſt eiuſdem quippe maiores alios magiſtratus, à Liuio maiore ex parte libro IX. & X. recenſitos. fortaſſe in eius lib. XI. ſi extaret, huius item dictaturæ mētionem inueniremus. Quam quidem comitiorum potiùs, quàm belli gerendi cauſſa ipſum obtinuiſſe, cum foro atque comitijs, quàm bellicis rebus aptior haberetur, & militaribus ſui ſæculi viris eſſet inuiſus, autumo. Verùm huic quidem anno eandem accommodare viſum fuit, quia conſtat, comitia in inſequentem annum à neutro Conſulum, ſed ab interrege fuiſſe habita. Quare in ſuſpicionem venio, Dictarem comitiorum cauſſa Romæ per abſentiam Cos. hunc ipſum Ap. Cæcum, & vitio dictum abdicaſſe, eaque de cauſſa ad interregnum eſſe ventum; interregemque L. Poſtumium comitia habuiſſe, & vt auctor eſt Liuius libro XXVII. ſemet Cos feciſſe. Sed haſce noſtras coniecturas ſuo loco lector habeat. Titulus autem honores Ap Cæci recenſens, talis extare in marmore dicitur, qui, ſi antiquus eſt, à poſteris ſuæ familiæ illius ſtatuæ multis annis poſtea videtur adſcriptus fuiſſe. Nam huic æuo antiquiſſimo ſtylus iſte non reſpondet.

APPIVS. CLAVDIVS.
C. F. CAECVS.
CENSOR. COS. BIS. DICT. INTERREX. III.
PR. II. AED. CVR. II. Q. TR. MIL. III. COMPLVRA.
OPPIDA. DE. SAMNITIBVS. CEPIT.
SABINORVM. ET. TVSCORVM. EXERCITVM.
FVDIT. PACEM. FIERI. CVM. PYRRHO.
REGE. PROHIBVIT. IN. CENSVRA. VIAM.
APPIAM. STRAVIT. ET. AQVAM. IN.
VRBEM. ADDVXIT. AEDEM. BELLONAE.
FECIT.

Prætor.

L. Papirius. L. f. Sp. n. Curſor. Liuius in fine lib. x. ſcribit L. Papirium Cos. anni ſuperioris exitu comitia habuiſſe conſularia; creaſſe ſucceſſores Q. Fabium, D. Iunium, ipſumque Papirium Prætorem in hunc annum eſſe factum.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
C. Aelius. *P. f. P. n. *Pætus. C. Claudius. //. f. C. n. Canina.
[Cn. Apronius. Cn. f. C. nepos.] [P. Silius. P. f. P. nepos.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. // .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

[C. Rabu-

[C. Rabuleius. C. f. L. nepos.] [L. Hortenſius. L. f. Q. nepos.]
M.Claudius. //. f. //. n.Marcellus.II. [L. Icilius. L. f. Sp. n. Ruga.]
[M. Pupius. L. f. L. nepos.] [Sex.Tullius. Sex. f. Sex. nepos.]
M.Fuluius.M.f.//.n.Pætin.Nobilior. [C. Flauius. M. f. //. nepos.]
L. Flaminius.//.f.//.n. * Chilo.* M.Atilius.M.f.//.n.Regulus.Serranus.II.
Vitio facti abdicarunt, & , vt Liuius auctor eſt, quinque poſt dies in eorum loca ſunt alij ſuffecti.

[L. Tullius. Sex.f.Sex.nepos.] [C. Iunius. C. f. //. n. Pullus.]
[M.Antiſtius.M.f. M. nepos.] [P. Plautius.P. f. C. n. Hypſæus.]
[L. Albinius.L. f. L. nepos.] [L. Allienius.A.f. A. nepos.]
[C.Conſidius.C.f. C. nepos.] [M.Plætorius.C.f. C. nepos.]
[M.Racilius. M. f. L. nepos. II.] [L. Fulcinius. L. f. L. n. Trio.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. // n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Fabij cos. in Samnio.
//. //. //. f. //. n. //. D. Iunij cos. in Faliſco.
Q. Aemilius. • M. f. //. • n.Papus. Bis Cos. & Cenſor poſtea. Fortè M.Papi filius, qui Dictator anno CDXXXII. fuit.
L. Aurelius. C. f. //. n. Cotta. Pater C.Cottæ bis Cos. Cenſoris, ac magiſtri equitum, qui de Pœnis triumphauit.
[C. Cornelius. P. f. P. n. Scapula.] P.Scapulæ Pontificis maximi filius, qui Cos. fuit anno CDXXV. •
P. Decius. P. f. P. n. Mus. Patrem atque auum conſulares habuit, qui ambo ſe pro ſalute exercitus deuouerant, & in prœlio occubuerant. Et hic etiam Cos. poſtea in prœlio contra Pyrrhum occiſus eſt, vt ſuo loco dicetur.

ANNI. P. R. C. CDLXII.

Conſules.

L. Poſtumius. L. f. Sp. n. Megellus. III. C. Iunius. C. f. C. n. Brutus. Bubulcus.

POSTHAC aliquandiu Liuianæ hiſtoriæ adminiculo deſtituimur, cui vaſtam hic fecit lacunam iniuria temporum. Qua de cauſſa Liuianorum librorum argumentis, quæ ex opere adhuc integro olim collecta fuerunt, deinceps pro ipſis libris, vſque ad XXI. adducere, atque ex iiſdem & Polybio, Io Zonara, Oroſio, Eutropio, Caſſiodoro, alijsque auctoribus, qui ſparſim iſtorum temporum hiſtoriam attingunt, ſupplere quantum licet cogimur. Ex quibus acta omnia ſuis annis, quæ ad rem facere videbuntur adferemus.

Tabulæ Græcæ, & quas citat Cuſpinianus Megellum III. & Bubulcum Coss. ſuperioribus ſubijciunt. Caſſiodorus, & Marianus Scotus, L. Poſtumium & C. Iunium: ſed numerus apud Poſtumium deeſt, quem ex eiuſdem magiſtratibus actis adiungere oportebat. Liuius lib. XXVII. horum etiam Conſulum mentionem alia occaſione facit; ſcribens L. Poſtumium Megellum interregem Conſulem creatum cum C Bubulco iis comitijs, quæ ipſe habuiſſet. Vbi tamen legendum Megellus, pro Metellus; Bubulcus pro Bibulus. Nam ita corruptè leguntur hæc nomina in vulgatis.

Aeſculapius Romam ex Epidauro aductus eſt. De quo multa Ouidius in Faſtis, Plutarchus in Problematibus, Val. Max. libro I. cap. de miraculis, D. Auguſtinus de ciuitate Dei, Oroſius & alij plures. Q. Fabius Gurges Cos. anno ſuperiore cùm malè rem geſſiſſet aduerſus Samnites, & tria etiam milia ex exercitu perdidiſſet, ad vrbē viEus fugit. De quo ab exercitu ſummouendo cùm ageretur in ſenatu, pater Q. Fabius Rullianus deprecatus ſibi, ac familiæ iſtam ignominiam, legatum ſe iterum filio promiſit, idque permiſſu ſenatus continuò præſtitit. Cuius conſilio & opera filius adiutus, res deinde proſperè geſſit, hoſtes prœlio fudit: vt idcirco prorogatum illi in Samnio imperium fuerit. Conſulibus autem quæ prouinciæ eo fuerint anno decretæ, non ſatis conſtat. Nos Samnium item alteri

Aeſculapius Romam aductus.
Q. Fabij Gurgitis prœlium infelix.
Eius victoria Rulliani patris ductu atque opera.

Prouinciæ conſulares. teri datum, & belli Etruſci reliquias alteri conficiendas fuiſſe ſuſpicamur. Legimus L. Poſtumium Cos. deficiente belli materia militum opera in agro ſuo fuiſſe vſum: vt videatur is Etruriam vicinam vrbi prouinciam habuiſſe. Eaque de cauſſa cùm magiſtratu anno ſequenti abijſſet, accuſatum populi damnationem non effugit. Auctor eſt Liuius in XI. epitome. De eodem ita fere Suidas ſcribit. Poſtumius duobus conſularibus, & generis claritudine elatus, collegam plebeium cùm eſſet nactus, in eum ſuperbius ſe geſſit, & prouinciam quietam ſatis habens, duo milia militum ex exercitu ſeruili opere in agris ſuis fatigauit, & abſque ferro ſaltus exſcindere iuſſit. Quid autem ſimultatis cum collega Bruto habuerit, obſcurum nobis eſt. *L. Poſtumius Cos. contra leges militares imperio eſt vſus.*

Bellum cum Vulſinienſibus. Cum Vulſinienſibus Etruſcis hoc etiam tempore bellatum fuiſſe colligimus ex epitoma Liuiani lib. XI. vbi ſic in fine. Res præterea contra Vulſinienſes geſtas continet. De quo quidem bello Plinium libro XXXIV. cap. VII. loqui ſuſpicor, vbi ſcribit, Metrodorum Sceprium, cui cognomen à Romani nominis odio inditum eſt, propter duo milia ſtatuarum Vulſinios expugnatos obieciſſe. *Metrodorus Sceptius.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
M. Valerius. M. f. M. n. Maximus Coruinus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
C. Nautius. Sp. f. Sp. n. Rutilus. M. Valerius. //. f. //. n. Max. Potitus.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
M. Liuius.* M. f. C. n. Denter.* C. Trebonius.* A. f. C. n. Aſper.*
Qui poſtea Druſus appellatus eſt.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
Q. Cædicius. Q. f. //. n. Noctua. III. Q. Hortenſius.* Q. f. Q. n. III.
Cn. Domitius.* C. f.* //. n. Caluinus. C. Fabricius. C. f. C. n. Luſcinus.
[M. Trebonius. M. f. M. n. Flauus.] [L. Numitorius. P. f. C. n. Pullus.]
[T. Roſcius. T. f. T. nepos.] [Cn. Lucerius. Cn. f. Cn. nepos.]
[Sex. Tempanius. Sex. f. Sex. n.] [C. Scaptius. P. f. M. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. L. Gemelli cos. in * Etruria. *
//. //. //. f. //. n. //. C. Bruti cos. in * Samnio. *

P. Cornelius. //. f. //. n. Dolobella. Maximus. Eius conſulatus ſequetur. Maximi agnomē ex inſigni de Gallis victoria retuliſſe videtur. Quæ Onufrij opinio eſt.

L. Aemilius. Q. f. Q. n. Barbula. Q. Barbulæ bis Conſulis ac triumphalis filius, vt indicant Capitolina marmora, in quibus eius extat conſulatus, & annorum intercapedo ſuffragatur.

[C. Antius. Sp. f. C. n. Reſtio.] [Sp. Mæcilius. Sp. f. Sp. nepos.

Prouin-

Prouincia.

Q. Fabius. Q. f. M. n. Maximus. Gurges. Procos. Samnium obtinuit. Patris legati virtute ac conſilio adiutus, acceptam priùs ignominiam depulit: exercitum Samnitium graui & perículoſo prælio fudit, capto eorum duce C. Pontio cum quatuor millibus hoſtium, ac viginti milibus cæſis, plurimis oppidis in poteſtatem redactis. Rebusque bellicis ſumma gloria peractis, Romam reuerſus triumphauit, & C. Pontium hoſtium Imperatorem in triumpho ductum ſecuri percuſſit. Auctores ſunt Liuius in epitome libro XI. Zonaras libro II. Oroſius, Eutropius, & alij.

Prælium cum Samnitibus. C. Pontius Samnitum Imp. captus, & ſecuri percuſſus.

Proquæſtore.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Fabij Procos. in Samnio.
L. Aurelius. C. f. //. n. Cotta.

Q. Fabius. Q. f. M. n. MAXIMVS. ANN. CDLXII.
Gurges. Pro. cos. de Samnitibus. K. SEXT.

Eius triumphi reliquiæ tales adhuc viſuntur in colũnis Capitolinis, ex quibus Fabium Maximum Procos. anno CDLXII. triumphaſſe cognoſcimus. Aſſipulantur item Liuius, & alij iam nominati. Plutarchus etiam in Fabio Verrucoſſo narrat patrem Q. Fabium Rullianum filij triũmphantis currum equo ſequutum eſſe inter alios legatos ac comites; & filio ſe minorem geſſiſſe, vt legibus parere, Cõſuleque demiſſior videretur, quamvis ciuium maximus eſſet, ſuamque ob virtutem, non ob propriam, triumphum ageret filius. Quod „ ipſum refert Val. Max. libro V. capite VII. Idem (inquiens) triumphantis currum equo inſi„ dens ſequi, quem ipſe paruulum in triumphis ſuis geſtauerat, in maxima voluptate poſuit. „ Nec acceſſor gloriæ illius pompæ, ſed auctor ſpectatus eſt. Macrobius Saturnalium libro III triumphalem appellat Fabium Gurgitem, vbi rationem cognominis declarat. Meminit item victoriæ, & triumphi Suidæ lexicon in Fabio Maximo.

Q. Fabij Procos triumphus. Q. Fabij Rulliani ſenis modeſtia.

ANNI. P. R. C. CDLXIII.

Conſules.

P. Cornelius. P. f. //. n. Rufinus. M'. Curius. M'. f. M'. n. Dentatus.

HABENT hos Coss. Marianus, Caſſiodorus, Eutropius, Cicero in Catone, Plinius libro VII. cap. II. Velleius & alij. P. Cornelius, P. Rufini filius videtur anno CDXIX. Dictatoris. M'. Curium ex columnis triumphalibus deſcripſi, cuius prænomen apud omnes ferè auctores eius mentionem facientes librariorum inſcitia corruptum eſt. Nam paſſim mendoſè Marcus Curius, & aliquoties M. Curio legitur. Athenæus autem rectè Manium Curium vocat lib X. & item Plinius lib. XVIII. cap. III.

Ambo Coss. in Samnium miſſi bellum per annos XLIX. (vt Eutropius, & Oroſius ſupputant) geſtum confecerunt. Itaque cum Samnitibus pacem petentibus fœdus renouatum eſt. Tunc Cos. Curius ad focum ſedens oblatum à Samnitium legatis aurum, rapis à ſe coctis contentus recuſauit, & malle ſe aurum habentibus imperare, quàm aurum habere dixit, vt auctores ſunt Cicero, Plutarchus & Plinius. Idem M'. Curius Cos. Sabinorum agros milite vacuos, cùm relictis finibus ingenti exercitu in agrum Romanum tranſijſſent, longè lateque vaſtauit; vicos, & oppida incendit, hoſtilem exercitum ad ſua defendenda reuocatum, & diſtractum diuerſis prædijs contudit, & ſubiugauit. Auctores ſunt Liuius lib XI. epitome, Oroſius lib. III. cap. XII. L. Florus lib. primo, capite XV. & Frontinus ſtratagematum lib. I. Valerius Max. libro quarto, cap. tertio. Itaque ad rem faciunt, quæ Velleius ſcribit, vbi de colonijs. Poſt Venuſiam deductam interiecto biennio M'. Curio, & Rufino Cornelio Coss. Sabinis ſine ſuffragio datam ciuitatem; videlicet, cùm in poteſtatem iam eſſent redacti.

Coss. ambo Samniticum bellum confecere. M'. Curij Cos. abſtinentia. Sabini victi & ſubiugati. Sabinis ciuitas data.

Prætor

//. //. //. f. //. n. //.
M. Claudius. //. f. //. n. Marcellus.

Aediles curules

//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.

Sp.Nautius. Sp. f. Sp. n.Rutilus.   Cn.Aemilius. //. f. //. n. Papus.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.

L. Cæcilius. C. f. //. n. Metellus.   C. Aurelius. C. f. //. n. Cotta.

Tribuni plebis.

Aelia lex de Lucanis bello perſequendis.

C. Aelius. * Q. f. P. n. * Pætus. Legem de Lucanis bello perſequendis tulit, quòd Thurinos populi Romani ſocios hoſtiliter infeſtaſſent. Meminit Plinius eius rei lib.xxxIIII.cap.vII.vbi de ſtatuis publicè Romæ poſitis diſſerit. Publicè autem ,, ab exteris poſita eſt (inquit) Romæ C. Aelio tribuno plebis lege perlata in Stennium ,, Statilium Lucanum, qui Thurinos bis infeſtauerat. Ob id Aelium Thurini ſtatua, & corona aurea donauerunt. Iidem poſtea Fabricium donauêre ſtatua liberati obſidione.

Liuij locus.

** Thurinis legendum.*

Hic autem Plinij locus vitium nobis oſtendit librariorum culpa natum in Liuiana epi- ,, tome lib.xI.vbi huius belli argumenta ſic attinguntur. Res præterea contra Vulſinien- ,, ſes geſtas continet, item aduerſus Lucanos, contra quos auxilium * Tyrrhenis ferre placuerat. Nemo non facilè nunc intelligit, pro (Tyrrhenis) (cùm hoc vocabulum pro Etruſcis, ſiue Tuſcis populis in vſu potius fuerit olim apud Græcos magis, quàm apud Latinos vel Romanos ſcriptores hiſtoricos) eo loco (Thurinis) reponendum eſſe. Cum Lucanis autem bellum hoc anno incepiſſe M'.Curium Cos. docebit eius ouatio, quæ paullò pòſt ſequetur anno proximo. Vnde etiam colligere eſt, C. Ælium anno iſto tribunum plebis fuiſſe.

//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //   .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

Q. Marcius. Q. f. Q. n. Philippus.   C. Volumnius. C. f. C. n. Flamma.
C. Mamilius. C. f. C. n. Vitulus.   [Cn. Apronius. Cn. f. C. nepos. II.]
L. Apronius. L. f. C. nepos.   [C. Sextius. C. f. C. n. Caluinus. II.]
L. Cominius. L. f. //. nepos.   M. Cædicius. M. f. L. nepos.
A. Atilius. A. f. //. n. Bulbus.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.   .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. P. Cornelij }
//. //. //. f. //. n. //. M'. Curij } coss. in Samnio.

Valeriæ gentis Læuinorum familia.

P. Valerius. //. f. //. n. Læuinus. Qui poſtea Cos. primus cum Pyrrho Rege pugnauit. A. Poplicola oriundos ſe iactabant Læuini, cuius & Horatius meminit ita:

Contra Læuinum Valerij genus, vnde Superbus
Tarquinius regno pulſus.   Satyra vI. lib. I.

Et ſanè cognomen iſtud circa annum Vrbis CCLXVI. non diu poſt Reges exactos Romæ extitiſſe, ex Sex. Pompeij fragmentis colligimus, in voce Noualis. Extitit tamen Meſſallæ oratoris indignatio, qua prohibuit inſeri genti ſuæ Læuinorum alienam imaginem, vt teſtatur Plinius libro xxxv. cap. II.

[L. Volumnius. L. f. C. n. Flamma. Violens.]   L. Volumnij bis Cos. filius.

C. Genucius. //. f. //. n. Clepſina. Hic bis Cos. ſequetur, & is fortaſſis fuit, quem Liuius augurem è plebe primum factum ſcribit libro x. quamuis cognomen eius ibidem non extet; vt exſcriptores indocti multa paſſim & vbique in exemplaribus auctorum rara & ipſis ignota cognomina prætermisêre.

[Q. Funda-

[Q. Fundanius. Q. f. //. n. Fundulus.] Patruus C. Funduli conſularis.
M'. Curius. M'. f. M'. n. Dentatus. ann. CDLXIII.
cos. de. Samnitibus. /. /. //.
M'. Curius. M'. f. M'. n. Dentatus. //. an. CDLXIII.
cos. de. Sabineis. /. //. //.

De his M'. Curij Cos. triumphis in Liuiana epitome lib. XI. nobis ita ſcriptum relinquitur. Curius Dentatus Cos. Samnitibus cæſis, & Sabinis, qui rebellauerant, victis, & in ditionem acceptis, bis in eodem magiſtratu triumphauit. Suffragãtur Cicero, Plutarchus, & alij auctores, quos poſtea in reliquis eiuſdem Curij triumphis adducemus. Nunc ſatis ſit probaſſe, bis eum hoc anno triumphaſſe. *Bis in eodem conſulatu triũphat M'. Curius.*

ANNI. P. R. C. CDLXIV.

Conſules.

M. Valerius. M. f. M. n. Max. Coruinus. Q. Cædicius. Q. f. //. n. Noctua.

M. Valerium & Q. Cædicium Coss. ſuperioribus ſubnectunt Caſſiodorus, & Marianus Scotus; Maximum & Murenã tabulæ Græcæ. Maximi cognomen Valerio congruit, alterum falſum eſſe opinor neque eo loco conuenire. Tabulæ Cuſpiniani Coruinum & Noctuam habent, vnde adducor ad ſuſpicandum, quòd hic M. Valerius M. Corui ſexies Cos. filius fuerit. Noctuæ cognomen Q. Cædicio adſcribi poteſt. Is pater videtur Q. Cædicij, qui Cos. anno CDCXVII. in magiſtratu mortuus eſt, cui nullum cognomen tabulæ Capitolinæ illic attribuunt.

Coloniæ deductæ ſunt Caſtrum, Senam, atque Hadriam. Treviri Capitales primùm creati ſunt, qui carceri animaduerſionibusque præeſſent, & ſacramenta litigantium iudicarent, exigerentque. ſic indicant Liuius, Feſtus & Pomponius de origine iuris. Bellum cum Lucanis geſtum eſt, vt epitome lib. XI. hiſtoriæ Liuianæ. Nihil tamen omnino certi de tempore atque annis ſingularum rerum conſtitui poſſe fateor. Nam Velleius Firmum & Caſtrum initio belli Punici primi colonias deductas tradit, & Pomponius treviros capitales multo item tardius, nempe poſt peregrinum Prætorem, centumviros, ac treviros monetales, creatos eſſe memorat. *III. viri capitales.* *Lucanicum bellum.*

Cens. //. //. //. f. //. n. //. //. //. f. //. n. //. Luſtrum fec. XXXI.
M. Aemilius. L. f. L. n. Paullus. L. Volumnius. C. f. C. n. Flamma. Violens.

Quinquennium à ſuperiore luſtro tranſactum requirere videtur, vt hoc loco cenſores ponamus qui luſtrum condidère XXXI. de quo in libro XI. Liuiani epitoma legimus hæc: „ Cenſus actus eſt, & luſtrum conditum; cenſa ſunt ciuium capita CCLXXIII. milia. Ceterùm cenſores qui fuerint, vix diuinare poterimus; attamen ſupplendorum magiſtratuum cauſſa, clariores eius temporis conſulares ſubiunximus duos, Senatus adhuc principem fuiſſe Q. Fabium Rullianum ex Plinio eſt veriſimile.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
C. Nautius. Sp. f. Sp. n. Rutilus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
M. Aemilius. //. f. //. n. Lepidus. C. Seruilius. //. f. //. n. Tucca.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
Cn. Domitius. *C. f.* //. n. Caluinus. C. Fabricius. C. f. C. n. Luſcinus.

Tribuni plebis.

L. Papirius. //. f. //. n. *Turdus.* Legem de treviris capitalibus quotannis „ à Prætore creandis tulit hanc. *Quicunque. Prætor. poſthac. factus. erit. queí. inter ciueis.* *Papiria lex de III viris capitalibus.*

Sex. Pompeij locus ſuppletus & illuſtratus.

„ *ciueis.ius.dicet.tres.viros.Capitales.populum.rogato. iiſque.tres.viri. (Capitales.)*
„ *quicunque(à.populo)facti.erunt.ſacramenta.ex(igunto.)iudicantoque. eodemque.*
„ *iure ſunto.vtei.ex.legibus.plebeique ſcitis.exigere.iudicare.eſſeque. oportet. (oportebitque.)* Legis hæc verba citat Feſtus Pompeius de verborum ſignificatione libro XVII.in voce Sacramentum, nominatque tribunum plebis legiſlatorem L. Papirium: cui nos Turdi cognomen plebeijs Papirijs gentile,vt vetuſtius adiunximus.Sed extant legis verba adeò mutila,in vulgatis,vti vix intelligantur; quemadmodum ſtudioſo locum reuiſere volenti patebit.Eam hoc quaſi anno latam colligimus ex Liuianæ hiſtoriæ ſucceſſu, & epitoma lib.XI.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	
C. Aelius. * P. f. P. n. * Pætus. II.	C. Claudius. //. f. C. n. Canina. II.
Ti. Coruncanius. Ti. f. Ti. nepos.	[P. Curatius. C. f. C. nepos.]
[P. Virginius. P. f. L. nepos.]	[C. Furius. C. f. C. n. Aculeo.]
[Sp. Mælius. P. f. P. n. Capitolinus.]	[T. Numicius. T. f. //. nepos.]
[L. Canuleius. L. f. L. nepos.]	

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M. Valerij } coſs. in Etruſco.
//. //. //. f. //. n. //. Q. Cædicij }

P. Sulpicius. P. f. Ser. n. Sauerrio. Conſularem,& cenſorium patrem, ni fallor, habuit P. Sauerrionem,qui Cos.de Samnitibus triumphauerat.Cos.& ipſe ſequetur.

Sp. Papirius. Sp. f. L. n. Curſor. L. Papirius. * Sp. f. L. n. * Curſor.

Sp. Papirij præmia militaria.

Fratres ex maiore filio L. Curſoris quinquies Cos. quorum maior natu Spurius ante quadriennium à patruo L.Papirio Cos. Samnitibus victis corona & armillis virtutis cauſſa donatus fuerat,vt Liuius lib.x.fine ſcribit. Alter Lucius poſt minores magiſtratus cenſuram geſſiſſe videtur,vt ſuo loco dicemus.

[C. Mænius. C. f. C. nepos.] Familia conſulari ac triumphali, cuius auus C.Mænius Antiates Volſcos ſubiugauerat,& captarum nauium roſtris forum Romanum adornarat.

Prouincia.

M'. Curius. M'. f. M'. n. Dentatus. Procos.Lucanos prouinciam prorogato imperio obtinuit. Samnitibus Sabinisque victis anno ſuperiore cum bis triumphaſſet Cos.Dentatus,Thurinis opem ferre contra Lucanos ex Ælia lege iuſſus videtur. Nam primus ouationem de Lucanis retulit. Cùm igitur exitu anni ſuperioris bellum hoc inceperit,prorogatum illi hoc anno imperium opinor,ob cauſſas mox adferendas.

Proquæſtore.

//. //. //. f. //. n. //.
C.Genucius. //. f. //. n. Clepſina.

M'. Curius. M'. f. M'. n. Dentatus anno CDLXIV.
III. Procos. ouans. de. Lucaneis. //. //. //.

Cur M'.Curius Procos.hoc anno primùm cum Lucanis pugnaſſe putet.

Auctor eſt Liuius bis tantùm in conſulatu Curium triumphaſſe. Quam igitur tertiam mox addit eius ouationem de Lucanis, is qui res geſtas illuſtrium virorum breuiter hiſtoria complexus eſt; mihi videtur veriſimilius eam anno hoc ſequenti prorogato imperio Procos.deuictis hoſtibus illum reportaſſe. Bellum enim hoc, duobus iam actis triumphis, primùm occepiſſe videtur anni ſuperioris exitu,ſequenti iſto demum confeciſſe. Auctoris,quem adduxi,verba ſunt hæc in Dentati vita cap.XXXIII.vbi duos eius triumphos cum vna ouatione priuſquam Pyrrhum viciſſet,enarrat. M'.Curius. Dentatus primò de Samnitibus triumphauit,quos vſque ad mare ſuperum perpacauit. Regreſſus in cōcione dixit: Tantum agri cepi, vt ſolitudo futura fuerit, niſi tantum hominum cepiſſem. Tantum porrò

„ porrò hominum cepi, vt fame perituri fuerint, niſi tantum agri cepiſſem. Iterum de Sabi-„ nis triumphauit. Tertiò de Lucanis ouans Vrbem introiuit. Hæc ille Auctor de viris illuſtribus. Itaque ouatione iſta ſimul numerata, triumphus Curij de Pyrrho Rege quartus fiet: quemadmodum etiam extat in fragmento Capitolino. Sed ouationem iſtam Cicero, Plutarchus, Appuleius prætermiſére, ter Curium triumphaſſe ſcribentes, de Samnitibus, de Sabinis, & de Rege Pyrrho.

Lucani inter Tyrrhenum & Siculum littus poſiti hinc à Silari ad Laum flumen, illinc *Lucanorum ſitus, & origo.* à Metaponto vſque ad Thurios regionem habitant, quam Lucio quodam duce Samnitibus oriundi occuparunt: antea à Pelaſgis, Oenotrijs, & Siculis diuerſo tempore cultam, vt latiſſimè Strabo lib. VI. principio. Eorum metropolis eſt Petelia. Vide Plinium lib. III. cap V. Pomponium Melam lib. II. cap. IV. Ptolomæum, & alios, Zonaras Λευκανίδα vocat *Io. Zonaræ locus.* regionem annalium libro II. vbi de Pyrrhi Regis Epirotarum reditu ex Sicilia agit. Sed hic non te fallat interpretis error, qui malè Leucadem tranſtulit, pro Lucania.

ANNI. P. R. C. CDLXV.

Conſules.

Q. Marcius. Q. f. Q. n. Tremulus. II. P. Cornelius. A. f. P. n. Aruina. II.

TREMVLVM, & Aruinam, ſurrogant hoc anno tabulæ Græcæ; Q. Marcium, & P. Cornelium, Caſſiodorus. Videntur ijdem eſſe, qui antea collegæ in eodem magiſtratu fuerunt anno CDXLVII; vt & Marianus Scotus indicat: nam Coss. iterum prodit Q. Marcium, & P. Cornelium: ita & Cuſpiniani tabulæ Tremulum II. & Aruinam II.

Hiſtoriæ certæ nihil huic anno adijcere poſſumus, veterum auctorum auxilio deſtituti.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
M. Valerius. //. f. //. n. Maximus. Potitus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
[L. Furius. L. f. L. n. Camillus.] C. Furius. C. f. //. n. Pacilus.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
Q. Marcius. Q. f. Q. n. Philippus. [M. Trebonius. M. f. M. n. Flauus.]

Tribuni plebis

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
L. Cæcilius. C. f. //. n. Metellus. II. P. Decius. P. f. P. n. Mus.
[Q. Romuleius. T. f. T. nepos.] [M. Oppius. C. f. C. n. Cornicen.]
[C. Aurelius. C. f. //. n. Cotta. II.] [Q. Cæcilius. Q. f. Q. n. Metellus.]
C. Aelius.* Q. f. P. n.* Pætus. II. [C. Claudius. C. f. C. n. Hortator.]
[P. Mucius. P. f. P. n. Scæuula.] [C. Icilius. C. f. C. n. Ruga.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Tremuli } coss. in * Etruria. *
//. //. //. f. //. n. //. P. Aruinæ }

[M. Licinius. C. f. C. n. Caluus.] [L. Domitius. L. f. Cn. n. Ahenobarbus.]
[M. Fabius. M. f. M. n. Dorſo.] [T. Antonius. Q. f. Q. n. Merenda.]

ANNI. P. R. C. CDLXVI.

Conſules.

M. Claudius. //. f. //. n. Marcellus. C. Nautius. Sp. f. Sp. n. Rutilus.

M. MARCELLVM, & C. Nautium Coſs habent, Caſſiodorus, & Marianus; Marcellum & Rutilum tabulæ tam Græcæ, quàm Cuſpiniani.

Q. Hortenſius. * Q. f. Q. * nepos. Dict. in. mag. m. eſt
Sed. ſedand. c.

//. //. //. f. //. n. //. Mag. eq.

M. Liuius. * M. f. C. n. Denter. Qui. poſtea. Druſus. ap. e. abdic.

Q. FABIVS. M. F. N. N. MAXIM. RVLLIAN. III. DICT.

L. VOLVMNIVS. C. F. C. N. FLAMMA. VIOLENS. MAG. EQ.
REI. GERVNDAE. CAVSSA. QVI. SINE. COS. FVERVNT.

Seceſſio plebis à patribus tertia.

Sub idem tempus graui ſeditione laboratum in Vrbe fuiſſe, ex epitoma lib. XI. T. Liuij poteſt colligi: ſed quibus nam contigerit hoc Conſulibus, obſcurum eſt. Nam poſtquam de cenſu & luſtro verba ſunt facta, ſubijciuntur hæc: „Plebs propter æs alienum poſt graues & longas ſeditiones ad vltimum ſeceſſit in Ianiculum. Vnde à Q. Hortenſio Dictatore deducta eſt; iſque in ipſo magiſtratu deceſſit. Eadem ferè ſcribit D. Auguſtinus de ciuitate Dei libro III. „Poſt graues (inquit) & longas Romanorum ſeditiones ad vltimum plebs in Ianiculum hoſtili diremptione ſeceſſit. Cuius mali tam dira calamitas fuit, vt eius rei cauſſa Dictator creatus ſit Hortenſius; qui plebe reuocata in eodem magiſtratu exſpirauit, quod nulli Dictatori antea contigerat. Io. Zonaras eiuſdem ſeditionis meminit, neque tamen is annum certum definijt: verùm hoc ampliùs addit, hoſtili metu Vrbem inuadente diſcordiam illam compoſitam fuiſſe. Cuius verba ſunt hæc: Μετὰ δὲ ταῦτα δημάρχων τινῶν χρεῶν ἀποκοπὴν εἰσηγησαμένων, ἐπεὶ μὴ καὶ παρὰ τῶν δανειστῶν αὕτη ἐδίδοτο, ἐστασίασε τὸ πλῆθος: καὶ οὐ πρότερον τὰ τῆς στάσεως κατηυνάσθη, ἕως πολέμιοι τῇ πόλει ἐπήλθοσαν. Poſt hæc (inquit) cùm tribuni plebis quidam de fœnore atque ære alieno decidendo leges rogarent, inuitis atque obſtantibus creditoribus, orta eſt ſeditio plebis, quæ nō priùs ſedata eſt, quàm hoſtes Vrbi imminerent. Hæc Zonaras. Ex cuius ſanè verbis colligi poſſe videtur, non tantùm ſeditionis ſedandæ; ſed etiam poſt exceſſum Q. Hortenſij mox alium Dictatorem & rei gerundæ cauſſa dictum fuiſſe: cùm ſtante domi diſcordia, & vicinorum hoſtium iſtam propter oportunitatem exercitus muris ingruerent, ſtante adhuc Etruſco Vulſinienſium bello, Gallis, & Vmbris needum omnino domitis. Auget, & excitat opinionem iſtam meam, quòd in epigrammatum Vrbis antiquæ libro ex inſcriptionum reliquijs varijs conflato & anno Chriſti ∞. D. XXI. Romæ impreſſo inueniam extitiſſe tunc regione Triuij ad aquam virginis in horto Epiſcopi Vallenſis inter alias eius antiquitates marmoris fruſtum ex Capitolinorum faſtorum fragmentis, vt ipſe ſtylus indicat: in quo legebatur Q. Fabij Max. Rulliani tertia dictatura, cuius duas priores antè ſuis annis iam recenſuimus, vti ad tertiam horum tumultuum occaſione poſt Q. Hortēſij mortem ex S.C. promotum fuiſſe fiat veriſimile. Dictumque Dictatorem ab altero Conſulum anni extremo, rei gerendæ cauſſa, cùm in illis terroribus haberi nondum comitia poſſent, hoſtili periculo impendente: & iſtam dictaturam eius, Conſulibus magiſtratu functis, per anni ſequentis partem ſine Cōſulibus protractam fuiſſe. Ipſum denique comitia nouorum Conſulum habuiſſe, cùm bello confecto, rebuſque pacatis, dictaturā deponere deberet. Et hæc quidem ex dicti fruſti verbis ferè colligi poterunt, quæ licet in libro deprauatè, vt alia multa, ſic legantur, DICT. REI GERVNDE CAVSA MAG: SINE QVOS FVERVNT

Hortenſij Dictatoris mors.

Q. Fabij Rulliani tertia dictatura.

Q. FABIVS. M. F. N. N. MAXIM. RVLLIAN. III.

L. VOLVMNIVS. C. F. C. N. FLAMMA. VIOLENS: non dubito tamen, quin in ipſo marmoris fragmento correctiſſimè, Capitolinorum q. faſtorum ordine, atque ſtylo inſculpta fuerint, in hunc ferè modum.

Q. FABIVS.

Q. FABIVS. M. F. N. N. MAXIM. RVLLIAN. III. DICT.
L. VOLVMNIVS. C. F. C. N. FLAMMA. VIOLENS. MAG. EQ.
REI. GERVNDAE. CAVSSA. Qui. SINE. COS. FVERVNT.

Itaque Q. Fabius Rullianus tertia vice Dictator eſt factus, quemadmodum hoc marmoris fragmentũ teſtatur: &, niſi me fallit coniectura, in iſto tumultuum periculo, atque metu; cum ſenatus eſſet princeps, atque præcipuum ciuitatis columen quoddam, plebi, ſcilicet, non minùs, quam optimatibus ob ingentia ſua merita gratiſſimus. Qui & ſua prudenti moderatione magiſtrum equitum ſibi legit L. Volumnium plebeium ob bene geſtos binos conſulatus plebi non minus acceptum, & auctoritate conſpicuum. Sed hæc mea coniectura, lector, pro tuo iudicio tibi ſuſque deq; ſit: mei tamen in hoc opere inſtituti nunc eſt, veriſimile quiduis in medium proferre. Sed vtinam coniecturis tam crebris non eſſet opus! Vtinam vel Liuius integer nobis extaret, vel adducti auctores D. Auguſtinus, & Zonaras diffuſiùs, atque apertius de hoc tanto populi motu ſcripſiſſent! Nam eius hiſtoriæ adeò magna eſt obſcuritas, vti nec magiſter equitum quis ſub Q Hortenſio Dictatore fuerit, reperire queamus; quum nemo, quod ſciam, auctorum eius mentionem faciat. Onufrius tamen noſter, vt duo magiſteria equitum Liuiæ gentis, quorum Tranquillus in Tiberij vita meminit, inueniat, M. Liuium Dentrẽ ſuſpicatur fuiſſe; quem & nos ſupplendorum magiſtratuum cauſa admittemus, donec certius quid inueniatur. Nam vt antè diximus, ex temporum ratione colligere eſt, hunc primum ex Liuijs Druſi cognomen reportaſſe bello Gallico ſequenti. Iſtam verò ſeceſſionem plebis a patribus maiore ex parte temperiem ciuitatis æqualem, ac iſonomicam reip. formam abſoluiſſe reor, legibus æquandi inter ordines iuris, & concordiæ ſarciendæ cauſſa latis. Quas ferè vniuerſas temporum iniuria aboleuit. Vnam dumtaxat ipſius Hortenſij Dictatoris reperio, quam obiter attingunt Plinius libro XVI. cap. X. & Gellius Atticarum noctium libro XV. cap. XXVII. qua ſancitum in Eſculeto fuit, vti quodcunque plebs iuſſiſſet, omnes Quirites teneret. Nam antea plebiſcitis patricij non tenebantur, veluti Gellius ex Lælio Felice refert. In eadem ſunt opinione Iuſtinianus Inſtitutionum libro I. & Pomponius de origine iuris. Sed Liuius multò antè à Q. Publilio Dictatore legem haud abſimilem anno Vrbis CDXIV. latam fuiſſe ſcribit libro VIII. Verum, poſſibile eſt, deinde non ſemper obſeruatam eſſe; atque idcirco in iſta diſſenſione ab Hortenſio Dictatore renouatam, & capitibus ſanctionibusque grauioribus adauctam, atque firmatam fuiſſe: adeò, vti poſt iſtam nulla fuerit in Vrbe ſeceſſio, nulla periculoſa ſeditio ante Gracchana tempora inualuerit. Meminit alterius item Hortenſiæ legis Macrobius Saturnaliũ lib. I. cap. XVI. de nundinis, quæ ab eodem hoc Dictatore, plebis in gratiam videtur lata. Vti nundinarum dies inter faſtos haberentur, qui priùs feriæ fuerant, quo ruſtici, qui nundinandi cauſſa in Vrbem veniebant, lites componere, & ius obtinere poſſent.

Druſi cognomẽ in Liuia gente quando primũ.

Romam æquicolam iſta ſeceſſione factam uideri.

Hortenſia lex de plebiſcitis.

Publilia lex.

Hortenſia lex de nundinis.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

C. Claudius. //. f. C. n. Canina.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
Q. Aemilius. M. f. //. n. Papus.	[C. Cornelius. P. f. P. n. Scapula.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
Ti. Coruncanius. Ti. f. Ti. nepos.	P. Decius. P. f. P. n. Mus.

Tribuni plebis

Legem de fœnorum, ac æris alieni nouis tabulis promulgarunt, atque creditoribus obſtantibus, plebem peſtifera periculoſaque ſeceſſione ab optimatibus diuulſerunt, vt antè dictum eſt.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
	//. f. //.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Mænia lex de patrum auctoritate in comitijs approbādis.

* P. * Mænius. * P. f. C. nepos. * Legem de patrum in populi iuſſis auctoritate tulit ferè talem. *Vti.rogatore.comitiorum. iuſſo. poſtulante. patres. ante. inita. ſuffragijs.fierent.auctores.eius.rei.quam. populus.tunc.iuſſurus. erat.* Antiquiſſimam eſſe legem,& huius omnino temporis, facilè nobis perſuadent auctores claſſici veteres,qui eiuſdem, vel iuris ex ea promanantis mentionem faciunt. Pauci tamen illam nominant,inter quos M. Varro,cuius locum paullò pòſt adferam: & M.Cicero in Bruto de claris oratoribus, vt eius antè verba retulimus in tribunatu plebis M'. Curij Dentati. Quæ quidem videntur inſinuare, latam hoc anno ſeditioſo ſeceſſionis iſtius ciuilis oportunitate non diu poſt M'.Curij dicti tribunatum plebis fuiſſe. Quæ ſanè lex

Senatus ac patrum vileſcit auctoritas.

per plebem extorta plurimùm potentiæ ſenatui,atque optimatibus detraxit. Nam vileſcere ſenſim auctoritas, eneruarique cœpit: vti præter ſpeciem quandam, vel colorem antiqui iuris ſui nil denique patres conſcripti retinuerint. Antiquitus autem, vel à

Auctoritas patrum a Romulo conſtituta.

Romuli temporibus, id iuris habebat ſenatus Romanus; vt tum demum rata eſſent, quæ comitijs populus iuſſerat,ſi patres auctores fierent,& eius iuſſa probarent. Quod quidem ius hac lege Mænia in iſto ſeceſſionis terrore patribus ereptum opinamur. Hinc „ in Planciana Cicero conqueritur apud maiores ſuos non potuiſſe tenere patres, vt re„ prehenſores eſſent comitiorum: tum enim,inquit,magiſtratū non gerebat is,qui cepe„ rat,ſi patres auctores nō erant facti. Gloriatur hinc etiam de hac plebis damnoſa quieti publicæ victoria ſatis impudenter apud Salluſtium C. Licinius Macer tribunus plebis incitans concionem ad tribuniciam poteſtatem recuperandam. Libera, inquit, ab au„ ctoribus patricijs ſuffragia maiores parauere. Eodem reſpicit haud dubiè T. Liuius, quamuis legem Mæniam hanc non nominet, referens hiſtoriarum libro 1. centum patres poſt Romuli mortem, atque annuum, quod inter ipſos manſerat interregnum, „ ſummam poteſtatem legendi nouum Regem populo tunc permiſiſſe; atque S. C. de„ creuiſſe, vti cum populus Regem iuſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi patres auctores fierent. „ Adijcitque mox hæc,ad legem Mæniam, vt opinor, reſpiciens. Hodieq́ue in legibus,

T. Liuij locus illuſtratus & correctus.

„ magiſtratibusq́ue rogandis vſurpatur, * inde ius vi adeptum: * priuſquam populus „ ſuffragium ineat, in incertum comitiorum euentum patres auctores fiunt. Quibus vt opinor,verbis Liuius ſignificat, ſuo quoque tempore in comitijs ius quoddam vi adeptum hac lege Mænia,ſcilicet,vſurpari ex primo illo patrum iure proueniens: vt priuſquam populus ineat ſuffragia,patres auctores fiant. Hæc igitur genuina Liuij ſententia, atque lectio recta, ſic vt ſcripſi,manebit: ſi locum curioſiùs examinare velis,candide lector. Nec mirum videatur,quòd exemplarium vulgatorum fidem loco notato non ſequar: nam macula ibidem inſignis contextum verborum omnem, tenebris profundis inuoluens,literis paucis mutatis,eluenda fuit. In antiquis enim libris ita legitur (id enim ius vi adempta) in alijs nuper editis, quos noſtri temporis viri doctiſſimi quidam correxêre,(idem ius vi ademptum)habetur. In quibus verbis, quæ nihil ſucci, nil veræ lucis adferunt Liuianæ ſententiæ,nil aliud mutaui,quàm illud(id enim vel idem) deciſis & tranſpoſitis literis pauculis,in(inde)& (ademptum)ablatā vna litera in(adeptum) Et hæc quidem puſilla mutatio quantum lucis adferat, demonſtrat ipſa hiſtoria legis Mæniæ,de qua nunc agimus: eaque facit, vt aliarum correctionum adductas rationes probare nequeam. Tuum erit lector amice, diligentius locum inſpicere, atque examinare: meum verò nunc eſt,penſi reliquū proferre, quod de lege Mænia adhuc reſiduum eſt. Obliquè quidem impietatis iſtam arguere videtur M. Varro in Geminis, quantum ex paucis eius verbis intelligere poſſumus apud Nonium Marcellum extantibus hiſce:

M. Varro Geminus legem Mæniam culpat obliquè. Varronis locus apud Nonium Marcellū examinatur.

„ Sugillare,inquit Nonius,obcludere eſt. Varro Geminis,contra, lex Mænia eſt in pieta„ te,ne filij patribus luci claro ſugillent oculos. Et hæc eruditiſſimi Hadriani Iunij eſt editio,ſed necdum clara ſatis Age verò, patumper hæc ipſa Varronis verba conſideremus,qui videtur in hac Satura ſua legum Romanarum paria quædam recenſuiſſe, tanquam geminos inter ſe comparaſſe; virtutes atque vitia ſingularum ſatyricè non minùs,quàm curioſè ponderaſſe. Videamus igitur,cur Mæniam legem eſſe in pietate dicat. Allegoricos ne vetat filium familias in clara veri luce fucum facere? mendacio parentes fallere? An cautum in illa fuit,ne quis mortuo parenti clara die claudat oculos? Gerræ. Non puto tale quid Mænia lege promulgatum,perlatúmve fuiſſe. Latet tamen myſterium,ac mendum in verbis: (luci claro)& hoc quidem eluere,illudq́ue declarare, quoad eius fieri poterit,operæpretium videtur. Quid igitur ſi pro (luci claro) reponamus (luciclario)? vt ſit vocabulum compoſitum, nunc quidem inter mortuum, cum

Luciclarium pro face, vel tæda.

alijsque infinitis abolitum, quod tamen olim in vſu fuerit. Qualibus item, tanquam floſculis

floſculis quibuſdam conſpargere ſatyricum argumentum antiquitas ſolebat, riſus concitandi cauſſa: vt, ſcilicet luciclarium ſignificet facem aut tædam, quæ tenebras diſcutit, clarum oſtendit, & viam in obſcuro monſtrat. Clarare namque veteres dixere, ſicut ex Cicerone diſcimus, qui ex antiquo poëta ſic:

Iupiter excelſa clarabat ſceptra columna.

Videtur enim iam dictis verbis M. Varro legem Mæniam ironicôs, & falsè perſtringere, quòd per eam plebes patribus conſcriptis hoc pietatis indulgeat, hoc cõmodi præſtet: ne cogantur comitiorum, (quæ ſæpius propter diſſidia in noctem vſque protrahebantur) finem expectare; ſed hiſce, ante initia ſuffragia, ſuam auctoritatem interponere. Prouiſum igitur iſta lege fuit, ne filij patres domum per tenebras deducerent, atque eorum oculos luciclario ſugillarent, id eſt, ſplendore facis offenderent. Non equidem aſſentior Nonio Grammatico, cui familiare eſt, nugari ſæpe largiter, ſugillare Varronem ibi pro, obcludere, vt ait, poſuiſſe; nec in vſu ita fuiſſe, probat exemplis alijs. Vt tamen inſcitiæ culpa Nonium hic leuemus, poterit forſan error etiã imputari librario cuipiam exſcriptori inepto, qui verbum ſignificatione vicinum (oblædere) negligenter, ac perperam mutauit in (obcludere.) Suggillari namque nil ſine læſione poteſt, obcludi verò multa poſſunt. verùm nunc ad alia tranſeamus.

Vt legem Mæniam perſtringat M. Varro

Nonij locus notatus.

[P. Pupius. P. f. P. nepos.] Cn. Domitius. *C. f.* //. n. Caluinus. II.
C Fabricius. C. f. C. n. Luſcinus. II. [L. Antiſtius. M. f. M. nepos.]
[L. Liuius. L. f. //. n. Denter.] L. Aurelius. C. f. //. n. Cotta.
[Q. Marcius. Q. f. Q. n. Tremulus.] [L. Publilius. Q. f. Q. n. Philo.]
C. Lutatius. C. f. //. n. Catulus. Pater C. Catuli Cos. poſtea, ac Pontificis maximi, qui Pœnos nauali prœlio vicit, & bello primo finem impoſuit.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M. Claudij }
//. //. //. f. //. n. //. C. Nautij } coss. in * Etruria. *

[M. Fuluius. M. f. L. n. Curuus.] M. Curui conſularis ac triumphalis viri filius, vt annorum interuallum admittit.
[L. Atilius. L. f. L. n. Regulus.] [Cn. Quinctilius. Cn. f. Cn. n. Varus.]
[P. Quinctilius. Cn. f. Cn. n. Varus.]

ANNI. P. R. C. CDLXVII.

Conſules.

M. Valerius. //. f. //. n. Max. Potitus. C. Aelius. * P. f. P. n. * Pætus.

M. Valerivm, C. Ælium Coss. produnt Caſſiodorus & Marianus: Maximum & Pætum, Cuſpiniani tabulæ: Potitum & Pætum tabulæ Siculæ Græcæ. Ambo autem Valeriorum cognomina ſunt Maximus, & Potitus; quæ huic vni Marco propter adoptionem fortaſſe congruunt, & ad aliorum differentiam ſunt impoſita. Quatuor enim M. Valerij Maximi conſulares tum erant *σύγχρονοι*.

Samnites ſocietate cum Lucanis, & Bruttijs facta defecerunt. Oroſius, Liuius, & alij.

Samnites denuò deficiunt à Romanis.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
C. Seruilius. //. f. //. n. Tucca.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
P. Cornelius. //. f. //. n. Dolabella. Max. L. Aemilius. Q. f. Q. n. Barbula.

Aediles

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

L. Papirius. //. f. //. n. Turdus. [C. Furius. C. f. C. n. Aculeo.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

L. Cæcilius. C. f. //. n. Metellus. III. Q. Marcius. Q. f. Q. n. Philippus. II.
C. Genucius. //. f. //. n. Clepſina. [M. Albinius. L. f. L. nepos.]
[M. Plætorius. M. f. M. nepos.] [C. Antius. Sp. f. C. nepos. Reſtio.]
[A. Trebius. A. f. A. nepos.] [M. Trebonius. M. f. M. n. Flauus.]
[Sp. Mæcilius. Sp. f. Sp. nepos.] [M. Mæcilius. M. f. M. n. Tullus.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M. Valerij } coſs. in Samnio. Lucanio.
//. //. //. f. //. n. //. C. Pæti } & Bruttio.

[M. Sempronius. M. f. //. n. Tuditanus.] [M. Metilius Sp. f. Sp. nepos.]
[M. Foſlius. M. f. C. n. Flaccinator.] Conſularis viri filius, ex ratione temporis: atque illius qui bis etiam magiſter equitum fuit.
[C. Fabius. C. f. M. n. Ambuſtus.]

ANNI. P. R. C. CDLXVIII.

Conſules.

C. Claudius. //. f. C. n. Canina. M. Aemilius. //. f. //. n. Lepidus.

COſs. adferuntur à Caſſiodoro, & Mariano. C. Claudius & M. Aemilius; in tabulis Græcis & Cuſpiani, Canina & Lepidus. C. Claudium eundem opinor in ſecundo conſulatu de Lucanis, Samnitibus, & Bruttijs triumphaſſe anno CDXXC. vt monſtrat fragmentum Capitolinum, ex quo eius nomen in quantum potui, ſuppleui. Cognomen hoc Cannia, Caninia, Cinna, vel Cæcina profertur mẽdosè in diuerſis auctorum exẽplaribus.

C. Claudij coſ. cognomẽ vbiq; in auctoribus diuerſis deprauatum.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

Cn. Domitius. * C. f. * //. n. Caluinus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

P. Valerius. //. f. //. n. Læuinus. [T. Geganius. L. f. L. n. Macerinus]

Aediles plebis.

//. //. //. f //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

[M. Oppius. C. f. C. n. Cornicen.] [Q. Cæcilius. Q. f. Q. n. Metellus.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

//. f. //.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C.Fabricius. C. f. C. n. Luſcinus. III. T.Coruncanius. Ti. f. Ti. nepos. II.
P. Decius. P. f. P. n. Mus. II. [L.Volumnius. L. f. C. n. Flāma. Violens.]
[M.Titinius. M. f. M. nepos.] C.Fundanius. Q. f. //. n. Fundulus.
[L. Genucius. L. f. L. n. Auentinenſis.] [C. Claudius. C. f. C. n. Hortator. II.]
[C. Mænius. C. f. C. nepos.] [P. Curatius. C. f. C. nepos. II.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C.Claudij } coss. * in Samnio. Lucaneis.
//. //. //. f. //. n. //. M.Aemilij } &. Bruttieis. *

L. Cornelius. Ti. f. Ser. n. Lentulus. * Qui. poſtea. Caudinus. appellatus. eſt. * & Cos. de Samnitibus & Lucanis triumphauit.

[L. Papirius. L. f. //. n. Maſo.] Primi illius L. Maſonis ædilitij maior filius; de quo antè ex Cicerone diximus.

[L. Sextius. L. f. L. n. Lateranus.] [M. Antonius. M. f. M. nepos.]

ANNI. P. R. C. CDLXIX.

Conſules.

C. Seruilius. //. f. //. n. Tucca. L. Cæcilius. C. f. //. n. Metellus.

IN Caſſiodoro & Mariano ſic ferè habentur hi Coss. ſed ſine cognominibus, quorum alterum, Tucca, Seruilio ex tabulis Siculis, ſiue Græcis adiunximus. L Cæcilium verò patrem arbitramur fuiſſe L. Metelli Cos. anno DII. quem tabulæ Capitolinæ L. F. C. N. vocant. Hunc autem anno inſequenti (vt in vſu ferè tunc erat) prætorem factum, & à Gallis occiſum mox dicemus. Perperam in nonnullis Caſſiodori exemplaribus L. Cælius legitur; non diu enim ante Ciceronis tempora Cæliorum familia primum conſulatum adepta eſt per C. Cælium Caldum, vt Cicero teſtatur ipſe in oratione pro Murena. *Cælij quando primum conſulatum fieri cœperint.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
Q. Aemilius. * M. f. * //. n. Papus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
P. Sulpicius. P. f. Ser. n. Sauerrio. Sp. Papirius. Sp. f. L. n. Curſor.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
C. Genucius. //. f. //. n. Clepſina. L. Aurelius. C. f. //. n. Cotta.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Q. Marcius.

Q.Marcius.Q.f.Q.n.Philippus.III. [Ti.Minucius.Ti.f.//.n.Augurinus.]
[Q.Canuleius.Q.f.Q.nepos.] [P. Licinius. P. f. P.n.Stolo.]
[M.Licinius. C. f. C.n.Caluus.] C. Aelius.* Q.f. P. n.* Pætus. III.
[L.Domitius.L.f.Cn.n.Ahenobarbus.] M.Claudius. M.f. M. n. Marcellus.
[P.Mucius. P. f. P. n.Scæuula.II.] [C. Icilius. C. f. C. n. Ruga.II.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C.Seruilij } coss. in * Samnio. Lucania.
//. //. //. f. //. n. //. L.Metelli } &. Bruttio *

Ser. Cornelius. //. f. //. n. Merenda. Ex gente Corneliorum patricia Merendas eſſe, Liuius indicat libro XXII. & idem conſulares faſti demonſtrant; in quibus hic iungitur M'. Curio Dentato plebeio. Quem virtutis ergô corona aurea donatum, & Conſulem mox factum dicemus.

C. Fabius. * M. f. M. n. * Dorſo.Licinus. L. Genucius. //. f. //. Clepſina. Ambo poſtea ad conſulatum peruenerunt; hic plebeius, ille patricius.

[M. Decius. M. f. M. n. Mus.]

ANNI. P. R. C. CDLXX.

Conſules.

P.Cornelius.//.F.//.n.Dolabella.Max. Cn. Domitius.* C.f. * //.n.Caluinus.

CASSIODORVS & Marianus rectè nobis referunt hos Coss. ſed Cn. Domitij cognomen ille omittit: hic malè Caluum vocat. Cuſpiniani tabulæ Dolabellam & Caluinum produnt; Græcæ, Dolabellam & Maximum; neſcio quàm benè: nam ea duo cognomina vni P.Cornelio potiùs videntur conuenire. Cn. Domitium verò hunc alium eſſe ex magiſtratuum ordine colligimus ab illo, qui repulſam ædilitatis ante viginti annos erat paſſus. Temporis enim interuallum nimis magnum eſt. Hunc igitur ad differentiam alterius C. f. appellamus, qui cenſor poſtea primus è plebe luſtrum condidit. Nominat Coss. etiam Paullus Oroſius lib. III. cap. XXII. ſed annorum ab Vrbe condita numerus adiunctus menda non caret. Eius verba ſubſcribam, quia ad hiſtoriam huius anni pertinent.

Duo Cn. Domitij Caluini eiuſdem temporis.

Graue bellum exortum. *Romanorum clades.*

» Dolabella & Domitio Coss. Lucani, Bruttij, Samnites quoque cum Etruſcis & Senonibus Gallis facta ſocietate, cùm rediuiuum contra Romanos molirentur bellum, Romani ad exorandos Gallos misêre legatos. Quos cùm Galli interfeciſſent, Cæcilius Prætor ob vlciſcendam legatorum necem, & comprimendum multorum hoſtium impetum miſſus cum exercitu, ab Etruſcis Galliſque oppreſſus interijt. Septem præterea tribuni militum in ea pugna occiſi, multi nobiles trucidati, tredecim milia etiam Romanorum militum illo bello proſtrata ſunt. Idem D. Auguſtinus ſcribit de ciuitate Dei libro III. cap XVII. ſed Prætorem non nominat. Obiter etiam in argumento lib. XII. Liuiani, ob legatos interfectos Gallis, Senonibus bellum indictum, & L. Cæcilium Prætorem cum legionibus cæſum ab hoſtibus fuiſſe legimus. Polybius autem libro II. eam cladem nouo exercitu vindicatam eſſe ſcribit; & non diu poſtea Boios etiam Gallos iunctis ſibi Etruſcis bellum Romanis mouiſſe, ſed ad Vadimonis lacum ad internecionem quaſi cæſos fuiſſe. Quam poſtremam victoriam P. Dolabellæ Cos. adſcribunt D. Auguſtinus de ciuitate Dei lib. III. cap. XVII. & Eutropius lib. II. Item L. Florus lib. I. cap. XIII. Poſt aliquot (inquit) annos omnes » reliquias Gallorum in Etruria ad lacum Vadimonis Dolabella deleuit; ne quis extaret in » ea gente, qui incenſam à ſe Romam vrbem gloriaretur. Sed miror neminem ex his quos » adduxi ſcribere, P. Dolabellam ex tam præclara victoria triumphaſſe: Maximi tamen cognomentum ob hanc accepiſſe, Onufrius opinatur.

Boij Galli ad Vadimonis lacum victi & profligati.

Prætor.

L. Cæcilius. C. f. //. n. Metellus. Cum imperio extra ordinem miſſus contra Gallos & Etruſcos in prœlio occiſus eſt. In eius locum factus eſt
M'. Curius. M'. f. M'. n. Dentatus.

DeL.Me-

De L. Metelli Prætoris cæde ſuperiùs ex Oroſio, Liuio, & alijs quædam retuli. Polybius lib. II. vbi Italiam deſcribit eandem narrans hiſtoriam nonnihil ab alijs diſcrepat. Ait enim, Arretio à Senonibus Gallis obſeſſo, Romanos obſidionem amouere cupientes cum L. Cæcilio Prætore cæſos fuiſſe, & in eius locum ſuffectum eſſe M'. Curium Dentatum. Qui cum legatos de redimendis captiuis miſiſſet in Galliam, violato iure gentium eoſdem occiſos fuiſſe. Nouo itaque exercitu conſcripto eam iniuriam vindicatam eſſe a Romanis, Senones ingenti prœlio victos, regione pulſos, & ciuitatem, quam incoluerant, Romanorum coloniam factam, Senamque appellatam. Et Plinius ex M. Catone ſcribit Senonum nomen tunc in eo tractu funditus interiiſſe. Ager omnis publicatus eſt, ſed poſtea lege Flaminia plebi Romanæ viritim diuiſus, vt ſuo loco dicetur. Boios autem Gallos tradit idem Polybius iſta Senonum clade territos, & ſibi in vicino periculo metuentes eodem mox anno ad arma veniſſe, & conſcripto exercitu, adiunctisque Etruſcis bellum etiam Romanis mouiſſe, ſed ad Vadimonis lacum prœlio quoque ſuperatos fuiſſe. At Florus, cuius verba paulò ante citaui, non tam Boios, quàm Senones Gallos ad Vadimonis lacum deletos refert; ne quæ gens ſcilicet extaret, quæ Romam à ſe incenſam gloriaretur. Senæ quidem coloniæ meminit etiam epitome Liuiana libro vndecimo.

Arretiũ à Gallis Senonibus obſeſſum. *Senones victi, & deleti, eorũ ciuitas capta Romanorum colonia facta eſt.* *Boij Galli.* *Sena colonia.*

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

L. Papirius. * Sp. f. L. n. * Curſor.   [M. Fabius. M. f. M. n. Dorſo.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

[M. Albinius. L. f. L. nepos.]   M. Plætorius. M. f. M. nepos.

Tribuni plebis

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Ti. Coruncanius. Ti. f. Ti. nepos. III.   P. Decius. P. f. P. n. Mus. III.
C. Iunius. L. f. //. n. Pullus.   [M. Fuluius. M. f. L. n. Curuus.]
[Q. Fuluius. Q. f. M. n. Flaccus.]   [L. Atilius. L. f. L. n. Regulus.]
[L. Atinius. L. f. L. n. Longus.]   [C. Plautius. C. f. C. n. Decianus.]
[Q. Petillius. Q. f. L. nepos.]   [M. Trebonius. M. f. M. n. Flauus. III.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. P. Dolabellæ cos. in Gallia. & Etruria.
//. //. //. f. //. n. //. Cn. Caluini cos. in Samnio. Lucaneis. & Bruttieis.

Sp. Furius. //. f. //. n. Purpureo.   Auus L. Purpureonis Cos. a. DXLIII. vt Capitolina marmora & ratio temporum indicat. Sic ex iiſdem colligitur.

C. Sempronius. M. f. //. n. Tuditanus.   Pater M. Tuditani Cos. ac Cenſoris poſtea, & ab Ennio poeta tantoperè laudati.

[Q. Lutatius. C. f. //. n. Catulus.   Patruus C. Catuli illius, qui bellum Punicum primum confecit.

A. Poſtumius. L. f. //. n. Albinus.   Pater L. Albini, qui poſtea Cos. Cenſor & flamen Martialis fuit.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

[Cn.Quinctilius.Cn.f.Cn.n.Varus.] [P.Quinctilius.Cn.f.Cn.n.Varus.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C.Fundanius. Q. f. //. n.Fundulus. [L.Genucius.L.f.L.n.Auentinenſis.]

Tribuni plebis

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

C.Genucius. //.f.//.n. Clepſina.II. [M. Trebius. M. f. A. nepos.]
[L. Trebius. A. f. A. nepos.] [A. Acutius. A. f. A. nepos.]
[L. Villius. L.f.L. nepos.] [L.Volumnius L.f.C.n.Flamma Violens.II.]
[Q. Silius. Q.f.Q.n.Nerua.] [C. Pompilius. C. f. C. nepos.]
[Cn.Sicinius.Cn.f.Cn.n.Bellutus.] [M. Titinius. M. f. C. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Q.Papi cos.in.Etruria. &. Gallia.
//. //. //. f. //. n. //. C.Luſcini cos.in Samnio.Lucaneis. & Bruttieis.

Q. Ogulnius. L. f. A. n. Gallus. Eius conſulatus & dictatura ſequentur.

Q. Valerius. P. f. //. n. Falto. Hic pater Q. Faltonis, qui poſtea Cos. anno DXIV. reperitur in marmoribus Capitolinis.

Ti Claudius. Ap f. C. n. Nero. Vnus ex quatuor Ap. Cæci filijs fuit, teſte Suetonio, à neruoſitate ſic dictus, vnde Neronum cognomen manauit in Claudia gente. Quod Sabina lingua ſtrenuos ſignificat, vt auctor eſt Gellius noctium Atticarum libro XII. capite XXI. *Nerones vnde dicti.*

[P. Clœlius. Q. f. Q. n. Siculus.]

C. Fabricius. C. f. C. n. Luſcinus. Cos. ann. CDLXXI.
de Samnitibus. Lucaneis. BruttiEISQVE. III. NONAS. MART.

An de Etruſcis, Galliſque deuictis, & ad pacem petendam compulſis Q. Aemilius Cos. triumpharit, nihil memoriæ proditum inuenio. At C. Fabricium Cos. triumphaſſe hoc anno, partim ex altero eius ſub ſequenti triumpho, qui ſecundus notatur in columnis Capitolinis apertè cognoſcimus: partim ex litteris paucis etiamnum, vt vides, in fragmento earundem extantibus ſupra triumphum Q. Marcij Philippi anno ſequenti ductum. Triumphaſſe Fabriciũ de Samnitibus, Lucanis, & Bruttijs annotaui, cum ob Liuianæ epitomes verba lib XII. quibus indicatur eodem hoc tempore aduerſus Etruſcos, Samnites, Lucanos, & Bruttios aliquot prœlijs a compluribus ducibus proſpere pugnatum fuiſſe: tum quod Valerius Max. lib. I. cap. vltimo ſcribat, de hac, ni fallor, Romanorum victoria faciens verba, C. Luſcinum Cos. Lucanos & Bruttios Thurinam vrbem obſidentes Martis dei auxilio & hortatu aggreſſum, ingẽti prœlio viciſſe quo XX. hoſtium milia cæſa ſunt, & quinque milia capta cum Statio Statilio Imperatore, & viginti tribus militaribus ſignis. Caſtra item expugnata & direpta. Poſtero die cum Cos. inter honorandos iuuenem quæreret vallari corona donandum, cuius virtus in prœlio, caſtriſque hoſtium opprimendis inſigniter excelluerat, nec inueniretur: Martem patrem tunc populo ſuo adfuiſſe creditum eſt. Cui ſupplicationem magna cum animorum lætitia Fabricij Cos. edicto à laureatis militibus habitam eſſe refert. Aſtipulatur Valerio in his Ammianus Marcellinus libro

C. Fabricij primum triumphum. *De quibus populis triumpharit.* *Thurinos obſidione leuat C. Fabricius Cos* *Martis dei auxilio castra hoſtium expugnata.*

Mars in prælio viſus.

libro hiſtoriarum xxiv. Extimabatur (inquit) Mars ipſe, ſi miſceri hominibus numina maieſtatis iura ſinunt, adfuiſſe caſtra Lucanorum inuadenti Luſcino. Hocque ideo creditum eſt, quòd congreſſu flagranti ſcalas vehens viſus formidandæ vaſtitatis armatus. Poſtridie cum recenſeretur exercitus, præcipuo ſtudio quæſitus reperiri non potuit, cum ſe vltro offerret, ſi miles fuiſſet, memorabilis conſcius facti. Eius item victoriæ Plinius meminit libro xxxiv. cap. vi. Fabricium à Thurinis obſidione liberatis donatum ſtatua ſcribens. Verum is auctor Lucanorum imperatorem Stennium Statilium vocat, niſi ille error librarij ſit. Locum ſuperius in C. Ælij tribunatu plebis adduxi. Tam inſignis igitur victoriæ triumphum ijs paucis Capitolinorum marmorũ literis denotari exiſtimo.

Plinij locus.

Brettus Tyrrhenorũ vrbs.

Bruttios Græci βρεττίους, vel βρεττίας appellant. Stephanus de vrbibus Brettum Tyrrhenorum ciuitatem dicit, cuius incolæ βρεττιοὶ vocantur: regio, & etia lingua βρεττία; quemadmodum probat ex Ariſtophane: Μιλαφα δ' ἐστὶ γλῶσσα βρεττία παρλῶ. Antiochum auctorem adfert, Italiam totam olim Brettiam, deinde Oenotriam appellatam fuiſſe; ſed opinor, qua ſe magna tum extẽdebat Græcia, nempe frequẽtata antiquitus, & cognita tranſmarinis Græcis, & vetuſtiſſima philoſophia celebris. Nominis originem adfert Stephanus a Bretto Herculis & Valetiæ filio. Latini autem à Lucanis vicinis nomen ijs inditum hoc volunt, & Bruttios appellatos, quaſi obſcœnos, rebelles, & fugitiuos. Vocabuli eius ſignificatio nunc temporis adhuc apud Italos permanet, vt brutos appellent turpes, & obſcœnos. Lucanorum vero ſeruos prius fuiſſe, & paſtores, ſcribit Strabo lib. vi. & clancularia ſeceſſione abiuiſſe, locaque occupaſſe, vbi Coſentia eorum metropolis, & Pandoſia; quam regionem tenuerant Auſones. Duodecim poſtremò Bruttiorum populos fuiſſe, Liuius auctor eſt lib. xxv. Mirum, ex tam obſcura origine in tantam potentiam ac multitudinem eos excreuiſſe, vt Italiæ nomen dederint. Florentiſſimam enim gentem hanc ante Romana tempora fuiſſe in Italia, hinc etiam colligas, quòd pulcherrimi operis numiſmata varia ex quouis metalli genere adhuc temporis extent, & indies reperiantur in illa parte Italiæ, cum titulo ΒΡΕΤΤΙΩΝ. Atque ita per geminum T. T. ſcribebant hoc nomen antiquitus, non ſolum Græci, ſed etiam Latini; vt indicant cùm triumphi Capitolini, tum alia per Italiam marmora. Ceterùm per bella poſtmodum Punica funditus Bruttij interiêre cum nonnullis alijs vicinis populis. Romani enim victores, pulſo Annibale, Italia tota denuo potiti, Bruttios, quod primi defeciſſent, & nimium obſtinatè partibus Annibalis fauiſſent, ad imum proculcabant, & funditus deletos volebant. Itaque factum, vt diutiſſimè coacti fuerint ignominiæ cauſſa lictorum viatorúmve miniſteria ſubire, & in torquẽdis plectendiſque damnatis magiſtratuum iuſſu ſeruilem operam explere; vt inde Bruttiani dicti fuerint deinceps ſerui, vel miniſtri publici, quicunque apparebant, & ſeruilia præſtabant officia magiſtratibus in prouinciam euntibus, vt apud A. Gellium legimus, & Feſtum. Hinc C. Silius Italicus belli Punici lib. xi. populos recenſens, qui ſtatim poſt cladem Cannenſem ad Pœnos defecerunt, de his ita cecinit:

Italia primum Brettia nuncupata.

Brettus Herculis filius.

Bruttij turpes, & obſcœni & ſerui fugitiui, lingua Lucanica.

Bruttiorũ priſca potentia.

Numiſmata Bruttiorum.

Bruttiorum interitus.

Bruttiani.

> *Mox leuis, & ſero preſſurus facta pudore*
> *Bruttius.*

AVCTORVM LOCA EMENDATA, VEL EXPLICATA

ANNALIVM POPVLI ROM. LIBRO QVINTO.

Diodori Siculi, pag. 324. 329. 332. 335. 338. 340. 345. 358. 362. M. Ciceronis, 324. 375. In tabulis Græcis, 325. 334. 337. 340. 346. 349. 357. 359. 368. 382. 399. 405. 414. Io. Zonaræ 327. 348. 368. 407. Vellei Paterculi, 327. 330. 399. T. Liuij, 329. 332. 337. 338. 339. 343. 345. 349. 350. 352. 353. 357. 360. 362. 364. 367. 370. 373. 381. 383. 385. 387. 390. 395. 404 410. Caſſiodori, 329. 332. 338. 340. 345. 382. 388. 396 399. Oroſij, 333. 414. Mariani Scoti, 337. 339. 345 395. 414. Valerij Max. 337. 346 Iulij Solini, 340. M. Varronis, 340. 411. Io. Cuſpiniani, 345. Auctoris de viris illuſtribus, 348. Sex. Pompeij Feſti, 360. 404. Ouidij poetæ, 361. 365. 366. Pomponij iuriſcos. 362. Iulij Frontini, 362. Plutarchi, 365. Plinij, 376. 377. A. Gellij, 377. Euſebij, 395. Nonij Marcelli, 411. Suetonij Tranquilli, 416.

FINIS LIBRI QVINTI.

ITALI IVGA. ROMA.

LIBER VI. ANNAL. POP. ROM.

STEPHANI VINANDI PIGHII, CAMPENSIS.

PRAEFATIO IN LIBRVM VI.

AD

IVSTVM LIPSIVM BRVXELL.

INGENII DOTIBVS, DOCTRINAEQVE RARITATE CLARISSIMVM VIRVM.

DVM ingenuis literarum ſtudijs occupor, amiciſſime Lipſi, tute mihi præſenti ſæpenumerò præſens ades: quamvis terrarum aquarumque ſpacijs longiſſimis ſemper abſis. Haud facilè perſuades, inquis. Obſtat enim non tam ἐχεμυθία tua Pythagorica, quàm pertinax multorum annorum ſilentium: adeò, vt te meum Tacitum, non Pighium appellare poſſim. Dic ſodes. An ne decennalia Angeronæ, vel tuo Harpocrati vota ſoluiſti iam diu? Vt reor, non negabis, cùm iam inſtent vicennalia. Non equidem nego. Sed vides, mi Lipſi temporum pericula, locorumq́; impedimenta tibi non minùs, quàm mihi cognita: quæ me coccyga, ſeu cuculum imitari volunt, & hîc inter Veterum ruinas in arboris annoſæ cauo latitare cogunt, proprijs ex plumis nidamentum congerere, meq́; contra feras Martiæ brumæ tempeſtates iſtas muſco folijs congeſtis tegere atque armare: donec Iuſtitiæ ſol oriens ver placidum Irenes almæ nobis proferat. Interim veteris amicitiæ noſtræ, tuarumque virtutum memoria & recordatione, dum tua lego, tanquam ambroſia quadam immortali paſcor in hoc meo ſpecu aſſiduè. Quapropter cùm nobis vtriſque conſtet, animum alis ſuis Platonicis, quocunque lubet, permeare: non eſt, quòd me tui, vel te mei memoriam exuiſſe penitus, exiſtimemus ambo: Meus autem, ita me Deus amet, ſuis deſiderij ac indagationis pernicibus alis ad eximium illud tuum pulchrum quàm ſæpiſſimè fertur, tibique fit proximus; ægerrimè diuellitur, & quauis occaſione lubens lubens recurrit. Amori hoc tribue, qui item facit, vt dum hæc ſcribo, te videam, quemadmodum ad ſuum Chromatium D. Hieronymus verè ac eleganter. Fuge quid aliud ſuſpicari de meo, quem tibi iam antè perſpectum, ac à multis annis notum eſſe mihi perſuadeo. Iam verò quid tuus? quò non vagatur gentium terrarúmve? ad quas illuſtres non euolat pennis præpetibus animas? quæ nunc

Sublimi feriunt vertice ſidera.

vt elegantiſſimi poëtæ verbis hoc ferè dicam. Nec eſt, quòd de tuo ſagaci atque peruigili quid neges: aurearum enim alarum illius ſonoros ac nobiles

plauſus procul abſens audio, longeque perſentio ferè ſingulis ſemeſtribus Francorum nundinis: cùm trans maria ac montes ſeſe circumcirca rutilantibus alis rotans volat, vt formoſos ſuos videat, & cum ijs conuerſetur. Ceterùm hoc mihi inexpectatum, ac in primis mirum accidit: quòd iſte tuus ſublimipeta, & altiuolus Eros ad hæc ima noſtra delabi voluerit, ac veterum caſtrorum inter vepreta quærere formoſulum quempiam ſuum, ſæpiùs redire, & admodum agere familiariter. Non illi graue, ſed volupe viſum eſt, Valerium ipſius in ſublime raptum coruſcantibus alis gentium vbique per ſacra Muſarum penetralia, & tanquam Ganymeda quendam ſuperûm pocillatorem facere ἐν ἀθανάτοισι μετεῖν, vt ſummi poëtæ verbis hoc dicam. O Iuſte Iuſte, quid non molitur, non peragit puer agilis ille tuus? Quinimo non dubitat me canum ac vetulum, non ſecus ac ille Siculus Rex Aceſtes ſuum Entellum,

cui gelidus tardante ſenecta
Sanguis hebet, frigéntque effœta in corpore vires,

è noſtris iſtis ruderibus protrahere in arenam publicam: atque Saturnaliorum ferijs inſtructum armis non ſuis producere in amphitheatrum, atque cum fortiſſimis committere; non vt palmam auferat, ſed vt glorioſiùs occumbat. Trepidus igitur fugitat inuictum tuum πανδαμάτορα puſillus meus Anteros, & circumcurſans quæritat Socraticam Sileni vaſtè barbaram laruam, ſub qua tanquam Aiacis ſeptemplice clupeo tutus latitans me iuuet, tueaturque; tuum Erota ſuo mormoluccîo vel procul abſterreat, vel exerto per os patulum pugno cum aduerſario batuet; ſicut in antiquis monumentis Amores ad pugnam inſtructos atque paratos ſæpe ſpectauimus. Rides affatim mi Lipſi, video; nec non tecum muſſare te puto, quod prouerbio dicitur, Ergo larua ne leonem? Scio nihil agit meus, ſi cum tuo panoplomacho certare velit. Sed vt ſeriò nunc ſemel tecum agam, quàm immortales tibi debeam gratias effari difficile eſt, eruditiſſime Lipſi; quòd mei tot annorum curriculis à te ſemper diuulſi memoriam non exueris non ſolùm vnquam, verùm etiam publicis in ſcriptis me inter tuos claſſicos heroes habere, & recenſere velis, qui vix inter capite cenſos tuos ſum habendus. Certè nummum ſplendentem ſub aqua vides, & extollis: Pighiumque tuum non è plano veraci, ſed è cauo ſpeculo depictum producis in theatrum, & è pumilione gigantem facis. Amoris profectò candidi magnum hoc argumentum in occæcandis minuendiſque iudicijs perpetuò ſui ſimilis: qui tamen error, tanquam torrens limpidus ex puro fonte profluens, niueo pectori non poteſt incommodus aut ingratus eſſe. Ne tu ſis igitur vſque

Cultor arenarum vates, cui littus arandum,

vt elegantiſſimi Auſonij verbis vtar; & vt gratæ voluntatis in te meæ fructum aliquem ex hoc agello noſtro ſemel tandem auferas: accipe librum annalium meorum ſextum, Italiiugam, ſcilicet, Romam, quem ſub tui nominis tutela prodire in lucem, tibique dicatum cupio. Fateor equidem, leuidenſæ craſſo filo munuſculum eſſe tuis indignum prorſus

Syntheſibus, queîs gaudet eques, dominúſque ſenatus.

vt poëta cecinit. Verùm amor ille tuus erga me ſerenus ſemper & candidus, vt mihi hauddubiè perſuadeo, huic angulum, vbi condatur, in Muſarum tuarum veſtiario facilè inueniet. Sub tuo autem nomine & patrocinio potiùs, quàm cuiuſquam alterius, partum hunc meum prodire lucemque adſpicere

volui:

volui: quia inter alia ſuggeret argumentum de quæſtorijs Romanorum prouincijs agitatum olim inter nos non ſemel, ſed leuiter tantùm, vt meminiſſe potes. Nunc verò, quantum ſtudio, diligentiaque conſequi, & ex imperij variante ſtatu, magiſtratuum ordine, prouinciarumque ſucceſſu indagare colligereque potui, pleniùs à me pertractatum. In quo, quod vereor, ſi tuæ expectationi minùs ſatisfiat; imbecillitatis noſtræ, non voluntatis eſſe puta, quod Cimmeriorum in labyrintho, vt alij ante me plures, viam rectam non inuenerim. Iam verò, quod addam, eſt denique. Ad quem, quæſo, lubentiùs ibit hæc Italiiuga mea, quàm ad amiciſſimum hoſpitem ſuum? Cui meliùs, certiusque prouinciarum ſuarum quæſtoria committet, quàm IVSTO? ſub cuius æquiſſima bilance Latium priſcum, magnaque Græcia tota ingenuarum artium ſuarum aurum, argentum, æs omne penſitandum poſuere. Cui virtutum theſauros ſuos, elegantiarumque mundum vniuerſum multarum prouinciarum Muſæ gaudentes patefaciunt. Ad te igitur venire cupit, mi Lipſi; quam vt excipias, pro tua veteri in me beneuolentia, tuearisque aduerſus dentatæ linguæ liuidos morſus, ſi ita merebitur, maiorem in modum rogo. Quod ad operis attinet titulum ac charactera, non eſt quòd multis tecum agam: ne in ſiluam, quod aiunt, ligna ferre: vel in excultiſſimis hortis Iſcani tui fatuas fabrorum prandia betas plantare videar. Quare ſat mihi viſum, argumenti characteriſque rationes malè perito priſcæ philoſophiæ lectori nonnihil detegere. Vale, & me, vti ſoles, ama. Sanctis è Traiana pridie Kal. Ianuarias anni noui ∞. D. XCVIII. quem tibi feliciſſimum opto.

ITALI-

ITALIIVGAE. ROMAE. LIBRI. VI.

CHARACTER.



LEGIBVS. ATQ. ARMIS. CRESCENS. ITALIIVGA. ROMA.
TELLVRE. IN. STABILI. SVA. MOX. POMOERIA. SVLCAT.

Roma coloniarum deductrix.

ITALIIVGAE *libri annalium ſexti character ex antiqueis marmoribus & nummeis deſumptus Roma Martia coloniarum deductrix eſt, quemadmodum hæc in habitu militari depingi ſolet. Sextus enim annalium liber oſtendit, vt Romani, profligato extra Italiam Pyrrho Rege, Brunduſio Tarentoque captis; cùm vniuerſos Italiæ populos ab Arno & Rubicone inter Tyrrhenum, Hadriaticum, Epiroticum, & Siculum maria ſitos bello domuiſſent: hanc regionem omnem ſui iuris fecerint, & tanquam hæredium quoddam reipublicæ, Imperijque Romani in quatuor plagas diuiſerint, totidemque in his nouas prouincias ordinarint; in quas mitterentur quotannis quæſtores, qui vectigalia ac omnis generis tributa populis imperata colligerent.*

Italia hæredium quoddam vrbis Romæ.

Varijs cõditionibus Romanus ſubactos in fidem accepit.

Non vna quidem lege, conditionéve pari Romanus deuictos atque ſubactos bello populos in fidem, tutelamque ſuam recepit, nec pacem omnibus vel precio, vel gratis indifferenter largitus eſt: ſed merita cuiuſque ponderans, pœnas pro culpæ magnitudine ſingulis rependit. Neque enim, vt rectè Flaccus Siculus de conditionibus agrorum ſcribens ait, erat æquum ijs qui ſæpiùs, admiſſo periurio, rupiſſent pacem, ac bellum intuliſſent, idem præſtari, quod fidelibus ſocijs, aut qui leuiter offendiſſent. Igitur cenſus, delectus ad militiam, tributorum, atque vectigalium onera varia diuerſimodè victis ſunt impoſita. Quinetiam vrbes, oppidaque ſuſpectæ fidei, præſidijs firmis tanquam propugnaculis aduerſus rebellionem, atque exterorum hoſtium incurſiones, deductis ab Vrbe fidis colonis, munire Romani nunquam deſtitere; tam ad Vrbis Romæ reipublicæque ſecuritatem, quàm ad propagandum Imperium. Quem morem ab Vrbis origine ex Romuli inſtituto vel lege Romanus populus, durante Imperio ſuo, ſemper obſeruauit; qui deuictos hoſtes

Coloniarum origo.

Finis.

eam

eam maximè ob cauſſam locis oportunis multare ſolebat agrorum parte, quanta ſibi opus videbatur; vti eſſet, quod colonis ſuis ab vrbe in hoſtium oppida deducendis diuidere poſſet. Vides igitur hic ROMAM, *non ſecus ac olim Romulus vrbem ſuam condiderat, Etruſcæ religionis ritu, bobus tauro vaccaque iunctis, aratro coloniarum pomœria circumſcribere & deſignare, non ſecus ac diſertè nobis hoc declarat M. Varro de lingua Latina libro » quarto: Oppida condebant, inquit, in Latio Etruſco ritu multa; id eſt, iunctis bubus tau- » ro & vacca interiore aratro circumagebant ſulcum. Hoc faciebant religionis cauſſa die » auſpicato, vt foſſa & muro eſſent munita. Et rurſum paullò pòſt ita ſcribit. Quare & » oppida, quæ prius erant circumducta aratro, ab orbe, vel vrbo vrbes; & ideo coloniæ » noſtræ omnes in litereis antiqueis ſcribuntur vrbes, quòd item conditæ, vt Roma. Et ideo » coloniæ vt vrbes conduntur, quòd intra pomœrium ponuntur. Hæc quidem pulchrè Varro. Verùm enimuerò victorijs & virtutum auctoritate potentior factus Romanus, nunquam ceſſauit proferre ſui imperij fines, coloniasque deducere per terrarum prouincias in ſuo latifundio, atque in primis in* TELLVRE. STABILI. *id eſt, in* ITALIA. *Sic enim hanc vrbium multarum parentem, ſolidumque, hoc imperij ſummi tribunal appellare placuit Romano populo; quemadmodum ſuperba quædam teſtantur Imp. L. Aurelij Commodi numiſmata. Qui & alia ſuæ ſtoliditatis teſtimonia in nummis reliquit, in quibus ipſe cum claua & leonina pelle Herculis in habitu, bubus aratro iunctis ſtiuam tenens pomœrium vrbis Romæ videtur circum ſcribere, & adampliare: quam ſuam coloniam, Commodianam, vt & ipſe Romanus Hercules conditor appellari cupiebat. Cuius amentiæ mentionem faciunt hiſtorici in eius vita Lampridius & Herodianus. Sed enim haud otioſæ ſunt artis, vel vanæ ſignificationis quæ viſuntur in charactere boum humanæ facies, & caudarum extrema in ſpicas abeuntia. Quare, ne varijs antiquitatum imperitiores ſcrupis torqueant, apertiùs aliquanto hæc exponenda nobis videntur. Non ad Iouis propter Europam in taurum transformati, vel Ionis in vaccam mutatæ, Minotaurive fabulas hæc pertinent: ſed ad antiquiſſimum condendarum vrbium coloniarumque ritum, de quo iam loquuti ſumus; item ad ſubiugatos totius Italiæ populos, ſicut in præſenti libro narratur. Magno quidem in honore bouillum pecus propter vtilitatem & commoda humano generi ex eo prouenientia fuiſſe apud antiquos, multorum ſcriptis proditum eſt. Vulgare fuit etenim bos ſymbolum non agriculturæ ſolùm, vel eorum quæ ex eadem feliciter prouenirent, vt eſt frugum ac fœtuum copia: verùm etiam ipſius magnæ matris terræ rerum animatarum nutricis, cuius culturam beatam atque propitiã à boue βουφαγ Græci vocant, eandemque bouis opimi figura notare ſolent, cuius cauda non in crines, ſed in ſpicas exibat. Talem me vidiſſe memini Romæ in ſubterranea Capitolini montis ſpelunca taurum iuſtæ magnitudinis, atque artis eximiæ marmoreum, cui Sol Mithras inuictus Perſarum Deus inſidens proſtrati dorſo pectus pugione transfodit. Quo per anagogen indicare videntur, ſolem cum in tauri ſignum Aprili menſe ſcandit, terram tumentem aperire, & eius genitalia ſemina caloris ſui radijs producere in propatulum, ad rerum animatarum omnium procreationem, ac nutrimentum. Qui rurſus cum in ſcorpionem Octobri menſe declinans tranſijt, eadem ſemina viribus amiſsis in terræ penetralia denuo frigus recludit. Quod ſcorpius tauri teſtes circumplexus demonſtrat. Iam animalia duo ſerpens ſcilicet & canis (ſiue is vulpes eſt, haud enim facilè dignoſcitur) quæ ſanguinis guttas ex tauri vulnere defluentes lambunt; tam aquatilia quàm terreſtria animantia terrigenis alimentis vitam ſuam ſuſtentare deſignant. Verùm diffuſiùs hæc ex antiquis auctoribus declarare, non huius eſt loci: ſufficit ad rem præſentem, de qua nunc agimus oſtendere; bouem ſemper apud veteres fuiſſe typum terræ fertilis, & agriculturæ, quæ duo vitam promouent atque ſuſtentant. Nec magis proprium, vel aptius paradigma poſſet his accommodari. Bos enim extinctus corpore viuos non ſolùm nutrit, ſed & morte ſua vitarum multa milia generat; vt eleganter Ouidius Faſtorum primo, ex Protei oraculo canit:*

Ritus deducendarum coloniarum Etruſcus.

Pomœrij circumſcriptio.

Italia tellus ſtabilis olim appellata.

Imperij tribunal ſolidum.

Commodi Imp. ſtolida ſuperbia.

Cur boues humana facie formati in nummis, marmoribus antiquis.

Bos olim in honore ſummo.

Bouis ſymbolum & eius ſignificatio multiplex.

Bouis cauda in ſpicas deſinens.

Sol Mithras bouem fodiens, quid notet.

Scorpius tauri Mithriaci teſtes circumplexus, item ſerpens & canis, quid.

Bos mortuus vivarum extr. dium ac nutrimentum.

Obrue

Obrue mactati corpus tellure iuuenci,
Quod petis à nobis, obrutus ille dabit.
Iuſſa fecit paſtor, feruent examina putri
De boue, mille animas vna necata dedit.

Idem pulchrè Virgilius Georgicorum libri quarti fine,

Aſpiciunt liquefacta boum per viſcera toto
Stridere apes vtero, & ruptis efferuere coſtis.

Boum agricola per boues ſignificatur.

Lex antiqua côtra bouicidas.

Hinc eſt quòd à Græcis apes vocantur βύπαιδες, item βουγενεῖς; quemadmodum & animæ in generationem prodeuntes appellantur teſte Cælio Calcagnino. Pergit deinde bouis etiam ſignificatio, typuſque apud antiquos ab agricultura ad ipſum agricolam gnauum, atque laudatum, qui non morte, ſed labore ſuo humanæ vitæ neceſſaria procurat. Antiquiſſimam idcirco legem apud primæuos Italiæ populos, nec non apud Græcos fuiſſe tradunt ſcriptores, quæ capite damnabat bouicidam non minus, quàm homicidam: adeò vt æquè ſceleratum cenſeretur, bouem occidere, ac ſi ciuem quis occidiſſet. Verùm non de quadrupede boue legem iſtam intellexiſſe veteres illos lanigenas, aut gladiuoros Arcades,

Bos bipes operarius ſeruum agris.

Apoſtoli, & ſacerdotes myſticè boues dicti in ſacris literis.

Buzygéſve Cecropidas veriſimile eſt; ſed de bipede potius, vſitata tum loquendi formula, qua ſeruum operarium agricolam bouem appellabant. Quinetiam in veteri lege noſtra Deum bobus arantibus ſuos operarios Apoſtolos comparaſſe, diuus Paullus teſtatur dicens, Numquid de bobus cura eſt Deo? an propter nos vtique dixit? quia debet in ſpe, qui arat, arare; & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi. Os igitur bobus ſuis ita triturantibus obligandum non eſſe, mandabat in lege Deus. Eiuſmodi tauros & boues Iſaiam Prophetam cap. XXX. myſticôs intelligere, teſtatur diuus Hieronymus, Apoſtolos ſcilicet, & viros apoſtolicos; qui euangelico aratro Dei patris agricolæ per orbem terrarũ agros Chriſti iugo ſubmiſſi peragrantes ſulcant. Suffragatur & Heſychius Hieroſolymitanus, adfirmans diuinarum ſcripturarum locis multis bouem pro homine iuſtitiæ operibus addicto poni. Conſtat itaque ſymbolicas iſtas locutiones priſcis illis temporibus in vſu frequẽti fuiſſe, non ſolum apud Iudæos & Aegyptios: ſed vbique ferè gentium, non omnino barbararum, vti luce clariùs patet ex ſacris Biblijs Platone, Plotino, Iamblicho, Porphyrio, & alijs diuerſis; qui veterum religiones & inſtituta ſuis ſcriptis memoriæ mandarunt.

Boues à Roma ſubiugati cur humana facie formati.

Boues, Itali Græcis olim dicti.

Ἰταλὸς, ῥωμαῖος, καὶ ταῦρος.

Cauſſa iſtius nominis.

Italiæ dotes eximiæ.

Vt autem ad boues à Roma ſubiugatos veniamus, teſtantur M. Varro in rerum humanarum libris, & Timæus hiſtoricus de rebus populi Romani, vt A. Gellius noctium Atticarum lib. XI. cap. I. ſcribit, Italiam, quæ prius Heſperia vel Oenotria vocabatur, à bobus nomen habere; quod Græca veteri lingua boues ἰταλοὶ vocitati fuerint. Huic item opinioni aſtipulatur Heſychius Mileſius, qui in ſuo lexico docet Italos, & Romanos, & tauros ſignificare Græcis: & rectè, cum iam dudum Itali omnes ciuitate donati Romani nominarentur totaque Italia quaſi ſuburbanum quoddam eſſet vrbis Romæ. Cur autem apud Græcos olim, hoc nomine celebrari cœperint, fabulas quaſdam adfert Dionyſius Halicarnaſſæus antiquitatum libro primo: ſed veras cauſas ex Varronis & Columellæ de re ruſtica libris, item ex Plinio, alijs diuerſis facilè animaduertimus. Quarũ præcipua eſt ſumma regionis fertilitas, pecorum nobilium eximia pulchritudo, ac omnis generis frugum, quibus vita ſuſtentari poteſt, propter cæli clementiam, elementorum omnium benignam & amicam temperiem, copia admirabilis: vt numine deûm, teſte Plinio, videatur electa quæ ſparſa congregaret, regeretque imperia, rituſque molliret barbararũ gentium, humanitatem legibus, & inſtitutis ſuis homini daret, & denique cunctarum gentium vna in

Italia terrarũ alumna, deorumq; ſedes dicta.

Herculis in Italiam beneficia.

toto orbe patria fieret. Itaque terrarum alumna, quamdiu floruit, deorumque ſedes appellari meruit: quam Ianum, Saturnum, Faunum alioſque heroes inhabitaſſe, & Herculem aureis ſuis Heſperidum pomis ditaſſe, nec non bobus Geryonis purpureis excoluiſſe fabulantur poëtæ. Verùm, non tanquam bubulcus, aut ouium paſtor hanc intrauit Hercules, vt Dionyſius Halicarnaſſæus cenſet: ſed forti & expedito variarum gentium ac Hiſpanorum imprimis comitatus exercitu, cuius potentia Cacum, id eſt, prauum dominium

tyrannorum in Italia ſuſtulit, Euandrum, ac bonos ab iniurijs liberauit, leges æquas populis dedit, ſacrificia & deorum cultum collapſum reſtituit, & ampliauit, coloniasque illuſtres plures deducens, oppida deſertis in locis condidit, vt vult Dionyſius. Quicquid tamen egregium, ac immortali memoria dignum à quopiam principe viro geſtum priſcis illis ſæculis fuit, cuius nomen temporum obliuione perijt; idipſum Herculi conſecraſſe poëtas & eidem attribuiſſe, tanquam prudentiæ & fortitudinis typo, multorum eſt opinio. Boues igitur, quos purpureos, id eſt, maieſtate quadam decoros Herculem canunt cum pompa & gloria per Italiam duxiſſe, ſunt iuſtitiæ, pacis, & agriculturæ ſtudia: quæ ne prauorum iniurijs ſemper manerent obnoxia, legibus æquis inter populos conſtitutis, religioneque deûm iniecta, prouiſum fuiſſe, atque ita Cacum ab Hercule, id eſt, à bono principe occiſum, multáque alia vitiorum monſtra ſublata fuiſſe volunt. Et quia tales Herculei boues rerum omnium, quæ ad hominum vitam fœlicem faciunt, ciuitatibus magnam facultatem adferunt, non immeritò beata illa Italia nomen ab his accepit. Quæ quidem fœcundiſſima mater, quàm diu viſum fuit ſuperis, nunquam ceſſauit ſua prole terrarum orbis prouincias ciuilibus populis multiplicare; & tanquam ex opimi corpore bouis politicarum apum producere examina, quibuſcum aluearia coloniarum ſuarum vbique gentium adimpleret. Non igitur ocioſè, vel ineptè veteres illi diſciplinarum, atque artium omnium peritia præcellentes bouem ſenili humana facie decorum, cornibus pandis & curtis, vultu inſuper Iouium quid præ ſe ferente ſignarunt in ſuis numiſmatibus. Quo repræſentare volebant ſymbolo laudatum ciuitatis ac reipublicæ ſuæ ſtatum, cuius caput, conſilium ſcilicet & ſenatus rationis vel iuſtitiæ iugum detractare non ſolet; corpus reliquum, vel populus ad opera validus non ſibi magis, quàm reipublicæ laborat, pacis atque agriculturæ ſtudio addictus. Cùm igitur in numiſmate taurus aut bos ſignatus cornibus non ferox, non cernuus, aut rebellis apparet; pacem atque tranquillitatem reipublicæ totiusque ciuitatis oſtendit. Adiecere veteres plerumque parerga quædam ad argumentum idem pertinentia, vt in meo Calenorum ſupra bouem cythara eſt, æquitatem legum atque ordinum concordiam deſignans. Sub bouis ventre M. litera poſita principis reipublicæ nomen, cuius auſpicijs numiſma cuſum, vel tale quid aliud notare videtur. In cuius nummi altero latere, formoſiſſimum Apollinis intonſi caput extat, capillis ſub laurea in collum decorè defluentibus: qualem Orphæus ἀκερσοκόμην, Pindarus ἀκερσεκόμην, καὶ χαίτιον appellant; quaſi ſine tonſura iubatum. Quibus epithetis poëtarum antiſtites illi quàm elegantiſſimè ſolis iubar ac radios elementa temperantes, terræque fructus quoſcunque vitali fomite promouentes deſcripſere; nec non agitationem & motum igneum diuini luminis animos humanos illuminantem, & ad rationis opera propellentem intelligere voluerunt. Et quidem hi effectus à poëtis Apollini tribuuntur, qui inde Phœbus vocatur, παρὰ τὸ φῶς καὶ βίος, quòd lumen animis, vitam animatis omnibus præſtare videatur, vnde βιοδώτης in hymnis ſacris canebatur. Paſtor itaque non ineptè Maroni in Georgicis & Nomius Græcis appellatur, fingiturque boues paſcere, dum cytharam ſuam pulſando Muſarum choreas ducit, numeroſóve cælorum harmoniam motu temperat, elementaque ad generationem adaptat. Quapropter ſumma cum ratione Nomium hunc Apollinem in primis coluiſſe Caleni videntur, ſicut eorum teſtantur numiſmata cum Apollinis, & cythara ſupra bouem poſita: cùm Italiæ generoſiſſimam incolerent regionem inter Maſſicum montem & agrum Falernum cæli ſolisque temperie beatam, ideoque pecoris, vini, olei, & omnigenæ frugis nobilitate copiaque præclaram. Similis etiam argumenti plures Campaniæ, magnæque Græciæ ciuitatum celebrium nummos alios me vidiſſe memini antiquæ philoſophiæ doctrina non minùs excultos. De quibus hîc nihil adferam, quia vereor, me iam nimis diu characteris huius noſtri explicatione ſtudioſum lectorem detinuiſſe atque fatigaſſe. Ad operis igitur ſuſcepti penſum meum, vt reuocem pedem, neceſſe eſt; argumentumq; libri huius, vt iſti diſcertationi ſubnectam, ordo poſtulat.

Cacus ſublatus. Euander malo liberatus.

Hercules prudentiæ & fortitudinis typus.

Boum Herculis pompa per Italiam ducta.

Ab Herculis bobus purpureis Italia nomen, id eſt, à virtutibus heroicis.

Italia mater fœcunda, prole ſua fœcit ſ. aut orbis terrarum prouincias multas

Bos humana facie cur in nũmis ſignatus.

Calenorum nummus.

Apollo intonſus.

Quid ſignificet.

Cur Phœbus dictus.

Apollo paſtor, & Nomius dictus vnde.

Cur Apollo boum paſtor à Calenis cultus.

ARGV-

ARGVMENTVM. LIBRI. VI.
ANNALIVM. ROMANOR.

Italia duobus promontorijs tanquam taurinis cornibus procurrit in mare.
Romana magnanimitas Pyrrhi Epirotarum Regis amicitiam Romanos recusantis.
Quomodo bellum inceperint Tarentini.
De anno belli Tarentini primo dissentiunt scriptores.

Bellum Etruscum a Q. Philippo Cos. anno belli Tarentini primo confectum.

L. Barbulæ Cos. victoria de Tarentinis.
Pyrrhi Regis in Italiam aduentus.
P. Valerius Læuinus Cos. a Pyrrho Rege victus.
Romanorum inuictus animus.
Legio Campana rebellis.
Census & lustrum urbis XXXII.
Ti. Coruncanij Cos. triumphus.
Tarentinorum antiquitas & prisca potentia.
Pyrrho Regi pax negatur.
Alterum atrox cum Pyrrho prælium.
Fœdus cum Pœnis quartò renouatur.
Aequitas & iustitia Romana.

Pyrrhus Rex in Siciliam profecturus à Tarentinis reuocatur.
Ciuis Romanus militiam detrectans cum bonis suis sub hasta venditur.

LIBER *ſextus annorum dumtaxat ſedecim exequitur hiſtoriam, ab acceſſione noui belli Tarentini ſumens exordium; & exponens, quomodo Romanus domi legum atque virtutum vigore robuſtior factus Italiæ repugnantes populos omnes ſubplantarit. Et vt Herculis inſtar non vnum Acheloi cornu fregerit, ſed totum Italum bouem ceruice cornibusque geminis contuſis, proſtratum ſubiugarit, ſuæque poteſtatis ſuo Marte fecerit, tanta cum animi magnitudine & conſtantia, vti præſentata Pœnorum auxilia recuſarit, quamvis multorum hoſtium armis ſimul in diuerſis locis oppugnaretur; & aduerſarij Regis potentiſſimi amicitiam præſentatam non ſemel repudiarit. Proſequitur autem hic liber, vti bello cum Etruſcis nondum confecto Samnites rebellarint, quos Tarentini in ſuam ſocietatem pellexerant; & quomodo Tarentini claſſe Romanorum direpta, legatiſque eorum violatis, ſe hoſtes declararint. Explicatque in primis, & conciliat auctorum aliquot locos diſcrepantes diuerſimodè ſcribentium de anno belli Tarentini primo, quem Capitolini triumphales faſti nobis inſinuant Vrbis fuiſſe* CDLXXII. *quando Conſulibus L. Barbulæ Samnites, & noui hoſtes Tarentini cum Sallentinis; & Q. Philippo Etruſcum bellum prouinciæ decretæ fuerũt. A Q. Philippo* COS. *bellum Etruſcum eodem anno confectum, ſubactis hoſtibus fuiſſe teſtantur iam dicti faſti, & L. Aemilium Barbulam in maiore noui belli materia primùm anno ſequenti Pro. cos. de Tarentinis triumphum reportaſſe. Hinc eſt, quòd ab Vrbis anno* CDLXXII. *liber hic ſextus ordine conſueto memorat magiſtratuum res geſtas, quarum hæc ferè ſumma eſt. Nouum bellum cum Tarentinis eorumque ſocijs L. Aemilio Barbulæ Conſuli euenit, qui cum his proſperè ſæpiùs pugnauit, & Pro. cos. de iiſdem triumphauit. Aduerſus Pyrrhum Regem, qui cum exercitu & elephantis Tarentinis auxilio in Italiam venerat, circa Pandoſiam primus pugnauit P. Valerius Læuinius Conſul infeliciter turbatus elephantorum inuſitata ſpecie militum ordinibus. Poſt prælium Pyrrhus cùm occiſorum corpora perluſtraret, & Romanorum omnia in hoſtem verſa vidiſſet, gentis inuictam animorum fortitudinem ſtupefactus, cœpit metuere & venerari. Legio Campana Rhegium miſſa petentibus ciuibus in præſidium duce Iubellio præfecto rebellis facta, occiſis, & profligatis Rheginis ciuibus, vrbem occupauit. Cenſus actus Romæ, & luſtrum trigeſimum ſecundum condidit primus ex plebe Cn. Domitius Cenſor, quo cenſa ciuium capita* CCLXXIIX. ∞. CCXXII. *Princeps ſenatus lectus Q. Fabius Maximus Rullianus. Ti. Coruncanius Conſul, Etruſco bello confecto, de Vulſinienſibus & Vulcientibus triumphauit. Hinc Tarentinorum antiquitas & potentia priſca declaratur. Pyrrho Regi per legatum Cyneam petenti pax ex Ap. Claudij Cæci ſententia negata eſt. Ad Aſculum deinde Conſules ambo contra Pyrrhum dubio euentu ad noctem vſque pugnarunt: in quo prælio Pyrrhus vulneratus, & P. Decius Conſul occiſus eſt. Cum Pœnis quartò fœdus renouatum. Inſidias medici Regem Pyrrhum veneno ſe ſublaturum dato præmio offerentis detexit Conſul C. Fabricius cum indicio ad Regem miſit; monuitque per literas, vt ſibi caueret. Rex ne videretur ingratus, captiuos Romanos ſine precio remiſit, & denuò pacem ac amicitiam per legatos petijt. Quæ illi, donec Italiam cum exercitu reliquiſſet, negata fuit. Pyrrhus in Siciliam vocatus à Syracuſanis cum magna copiarum parte traiecit; interim Fabricius Conſul victis Lucanis, Bruttijs, Tarentinis, & Samnitibus triumphauit. Sequentes Conſules Tarentinos, Lucanos, Bruttios, ceteroſque coniuratos hoſtes, continuis cladibus ita perſequuti ſunt, vt Pyrrhum Regem per legatos reuocare coacti fuerint. M'. Curius Dentatus Conſul, cùm delectum haberet Romæ, & vnus ex tribu Polia citatus ad nomen non reſponderet, ipſum & bona eius ſub haſta vendi-*

vendidit. Luſtro condito cenſa ſunt ciuium capita CCLXXI. ∞.CCXXIV. *C. Fabricius ceuſor P. Rufinum qui bis Conſul, & Dictator fuerat, ſenatu mouit, quòd decem argenti facti pondo poſſideret. Pyrrhum ex Sicilia reuerſum, cum exercitu M. Curius Conſul in campis Aruſinis extremo prælio vicit, & caſtris exuit, & Italia expulit. Curius victor primus elephantos captos Romam in triumphum duxit. Cum Samnitibus, Lucanis bellum continuatum. Tarentini interim cum Milone Pyrrhi præfecto, quem in arce cum præſidio reliquerat, varia fortuna dimicauere. Ptolomæus Philadelphus Aegypti Rex miſſa Romam magnifica legatione fœdus ac amicitiam cum populo Romano fecit. Coloniæ deductæ Pæſtum vel Poſidoniam & Coſſam. Cenſus actus & luſtrum conditum* XXXIV. *Tarentini morte Pyrrhi cognita, Pœnorum implorauerunt auxilium, qui claſſem misêre Tarentum, titulo quidem contra Milonem Pyrrhi præfectum; tacite tamen, vt Romanorum impedirent victoriam; in quo fruſtra laborarunt. Nam Milo cum Romanis & L. Papirio Conſule paciſcens arcem Romanis aperuit, & Tarentini ad deditionem compulſi ſunt; quibus claſſis adempta, & vrbis muri diruti; pax tamen & libertas ciuibus eſt à ſenatu data. Legio Campana Rhegi à L. Genutio Conſule obſeſſa, & tandem capta, ſecuri Romæ percuſſa eſt. Cum Vmbris & Picentibus bellari cœptum eſt. Lollius Samnitium obſes Romæ fuga elapſus, ex ſuæ regionis caſtello munito, nouum moliri bellum latrocinando cœpit, quod Conſulum diligentia propediem oppreſſum fuit. Eodem tempore Romani auctis opibus argenteos nummos primùm ſignare cœperunt: ac deinde multa de monetæ cudendæ modo, nummorumque pondere, valore, forma, ſignis, ac notis, diligenter explicantur. Picentibus victis pax data eſt, & coloniæ deductæ Ariminum in Piceno, Beneuentum in Samnio; & ſuffragij ferendi ius Sabinis datum eſt. Cum Sallentinis & Vmbris bella continuantur à Conſulibus, qui tandem victi, & in deditionem accepti ſunt. Sallentini quòd Pyrrhum recepiſſent, & bello iuuiſſent, victi prælio, atque ſubacti ſunt. Bruunduſiumque ſimul captum. Itaque de his ambo Conſules M. Atilius & L. Iulius triumpharunt. Cum Apolloniatibus fœdus ac amicitia iuncta eſt, quorum legatos ad ſenatum miſſos, cùm ædiles quidam iuuenes pulſaſſent, capti, atque Apolloniatibus dediti ſunt, qui deditos ſine noxa liberos domum remiſêre. Cenſus actus & luſtrum Vrbis* XXXV. *conditum eſt, quo cenſa ſunt ciuium capita* CCXII. ∞.CCXXIV. *Quo tempore quæſtorum item numerus eſt duplicatus, vti crearentur quotannis octo. Subacta iam Italia, & accedentibus deditorum populorum nouis vectigalibus atque tributis. Quas ob res etiam nouæ quatuor per Italiam prouinciæ quæſtoriæ ſunt inſtitutæ, vti latiùs in huius libri fine declaratur.*

Cenſus & luſtrum urbis XXXIII.

Pyrrhus Rex extremo prælio victus & ex Italia pulſus.

Elephantes primum Romam ducti in triumphum.

Ptolemæus Aegypti Rex fœdus ac amicitiã cum populo Rom. fecit.

Cenſus & luſtrum urbis XXXIV.

Pœni tacite fœdus violant. Tarentini abacti.

Legio Campana rebellis capta & punita.

Vmbricum ac Picens bellum.

Argenteum nummum primùm Romæ ſignari cœpit.

Coloniæ deductæ.

Vmbri, & Sallentini deuicti, & de his Brũduſio capto triũphatũ eſt.

Cũ Apolloniatibus tranſmarinis fœdus ac amicitia.

Cenſus ac luſtrum urbis XXXV.

Quæſtorũ numerus duplicatus.

Quatuor nouæ per Italiã quæſtoriæ prouinciæ ſunt inſtitutæ.

PAullo Oroſio, Eutropio, Io. Zonara, A. Gellio, C. Plinio maiore, Corn. Nepote, Pauſania, Plutarcho, L. Floro, Iuſtino, Solino, Lucretio poëta, Neuio poëta, Caſſiodoro, Tabulis Græcis, Tab. Cuſpiniani, Mariano Scoto, Columnis triumphalibus, Valerio Maximo, Cicerone, Iornande, Marmoribus faſtorum Capitolinis, Corn. Tacito, Tabulis aneis antiquis, T. Liuio, Ennio poëta, Velleio, Ptolomæo, Stephano Byzantio, Nummis antiquis, Seruio grammatico, Horatio poëta, Porphyrione grammatico, Acrone grammatico, Strabone, Virgilio poëta, Sex. Pompeio Feſto, Dionyſio Halicarnaſſæo, Pomponio Mela, Polybio hiſtorico, Claudio Quadrigario, Quinctiliano, Iulio Frontino, Diuo Auguſtino, M. Varrone, Soſipatre, Q. Terentio Scauro, Nonio Marcello, Seneca philoſopho, Auctore de viris illuſtribus, Columella, Euſebio Pamphilo, Carulo Sigonio, Ariſtophane, Sophocle, Nicandro poëtis, Macrobio. Inſcriptionibus marmorum antiquis, Silio Italico poëta, Io. Cauchio, Verrio Flacco, Remæo, vel potius Timæo hiſtorico, Ouidio poëta, Lactantio Firmiano, Iuuenale poëta, Oro Apolline, Aeliano, Ariſtotele, Ammiano Marcellino, Manilio, Sigiſmondo Gelenio, Lapo, Biblijs ſacris, Ioſepho, Phlegonte, Michaële Apoſtolo, Suetonio, Vlpiano Iuriſcos. Theophilo Iuriſcos. Dione Cocceiano, M. Catone.

ITALIIV-

I T A L I I V G A. R O M A.

L I B E R. S E X T V S.

A N N A L I V M. R O M. S T E P H A N I. V I N A N D I. P I G H I I C A M P E N S I S.

B E L L V M. T A R E N T I N V M. E T R E G I S. P Y R R H I.

QVO ANNO primùm inceperit bellum Tarentinum inter famoſa bella ab omnibus hiſtoriæ Romanæ ſcriptoribus relatum, nõnihil ſcrupuli eſt: quòd nullibi Conſules annotentur, ab his qui nobis reliqui ſunt, & Capitolinis item faſtorum in marmoribus deſiderentur. Interim (neſcio qua ſorte) contigit, vt annorum numeri apud omnes qui annotarunt, hoc tempus, corrupti librariorum culpa ferè reperiantur. Vt in primis in Oroſij lib. IIII. cap. I. quum anno ab Vrbe condita CDLXIIII. Tarentinos claſſem Romanam diripuiſſe ſcribit, vnde prima belli origo. Eutropius eodem tempore, quo P. Dolobella cum Gallis debellauit, incepiſſe affirmat. Nec adeò malè, quando iam tum (vt Zonaras auctor eſt) cum Gallis, Etruſcis, aliiſque Romanorum hoſtibus ſecretò coniuraſſent. Gellius libro XVII. capite vltimo, bellum cum Pyrrho Rege ſumptum fuiſſe tradit anno Vrbis CDLXX. qua tempeſtate Epicurus Athenienſis, & Zeno Citienſis philoſophi celebres erant. Id quod Eutropio conueniet, ſi Tarentinum & Pyrrhi bellum indifferenter pro eodem accipiamus, vt feciſſe videntur auctores quidam; ſicut Plinius (vt exemplum adferam) vbi ex Cornelio Nepote refert ſcandulis contectam Romam fuiſſe vſque ad Pyrrhi bellum, annis CDLXX. Sed vno anno plerumque diſcrepat, à Capitolinis tabulis, vt ſæpe diximus. Item Zonaras, ſcribens Tarentinos, vt primum cum Romanis bellum decreuiſſent, ſuis viribus diffidentes, Pyrrhum per legatos, & munera accerſiuiſſe. Sed ex Atticis Pauſaniæ conſtat Pyrrhum Regem anno belli Tarentini ſecundo tranſportaſſe exercitum in Italiam, cum quo P. Læuinus Cos. primùm manus conſeruit, Oroſio, Plutarcho, L. Floro, Zonara, & Iuſtino auctoribus. Suffragatur item Plinius libro VIII. capite VI. cùm ait, Italiam primùm vidiſſe elephantes Regis Pyrrhi bello, & boues Lucas appellaſſe in Lucanis viſos anno Vrbis CDLXXII. qui in Capitolinis faſtis eſt CDLXXIII. Plinio congruit C. Iulius Solinus cap. XXVIII. Elephantes, inquit, Italia anno Vrbis conditæ CDLXXII. in Lucanis primùm bello Epirotico vidit, & boues Lucas inde dixit. Item Lucretius poëta non ſemel elephantes boues Lucas appellat. Et celebre eſt illud Næuij comici. Atque priùs pariet locuſta bouem Lucam. Sed vt ad Tarentinum bellum reuertamur, ex iam dictis fit veriſimile, anni CDLXX. fine claſſem Romanam direptam à Tarentinis, ſubſequenti anno legatos violatos, anno autem CDLXXII. bellum Tarentinum L. Aemilio Conſuli decretum fuiſſe.

De anno belli Tarẽtini primo cur diſcrepare videantur auctores.

Oroſij locus.

Tarentinorum cũ hoſtibus Romanorũ coniuratio.

Epicurus, & Zeno Citiens philoſophi quando.

Roma ſcandulis ad tẽpus hoc vſque cõtecta.

Quando Pyrrhus in Italiam cum exercitu venerit.

Elephãtes quãdo primùm in Italia viſi, & quare boues Lucæ vocandi mihi Romano.

ANNI. P. R. C. CDLXXII.

Conſules.

L. Aemilius. Q. f. Q. n. Barbula. Q. Marcius. Q. f. Q. n. Philippus.

L. AEMILIVM, Q. Marcium Coſs. prodit Caſſiodorus: Barbulam & Philippus tabulæ Græcæ, & Cuſpiniani: L. Aemilium Barbulam, Q. Marcium Philippum Marianus. Ego nomina eorum ex columnis triumphalibus deſcripſi.

Etruſco bello nondum confecto prouincia Etruſci Q. Marcio obuenit, L. Aemilio Tarentini ſimul cum Samnitibus, Sallentinis, aliiſque vicinis hoſtibus; quemadmodum ex columnis triumphalibus & Zonara colligere poſſumus. Carthaginenſes centum ac triginta nauium claſſem in auxilium contra Tarentinos, ac Pyrrhum Romanis Oſtiam vltro miſerunt.

Nouum bellum cum Tarẽtinis. Suſpecta Pœnorum nimis magna præſentatio.

Animoſa ſenatus Romani fiducia. miſerunt. Attamen ex S. C. non recepta eſt oblatio: ſed miſſi ad eorum ducem legati; qui, actis gratijs, dicerent populum Romanum bella ſuſcipere ſolere, quæ ſuo milite gerere poſſet. Auctor eſt Val. Max. libro III. cap. VII. Iuſtinus libro XVIII. aliquantò tardiùs hoc accidiſſe indicat.

Prætor

//. //. //. f. //. n. //.

P. Sulpicius. P. f. Ser. n. Sauerrio.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

[M. Foſlius. M. f. C. n. Flaccinator.] [C. Fabius. C. f. M. n, Ambuſtus.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

[Ti. Minucius. Ti. f. //. n. Augurinus.] [M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

[L. Titius. L. f. L. nepos.] [M. Genucius. M. f. M. n. Auentinenſis.]
P. Licinius. P. f. //. n. Varus. [M. Aulius. M. f. M. n. Cerretanus.]
[Sp. Icilius. Sp. f. C. n. Ruga.] [Cn. Pupius. Cn. f. Cn. nepos.]
[C. Sempronius. C. f. //. n. Gracchus.] C. Marcius. C. f. C. n. Rutilus.
[P. Publilius. Q. f. Q. n. Philo.] [T. Popillius. T. f. //. nepos.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Marcij cos. in Etruria.
//. //. //. f. //. n. //. L. Barbulæ cos. in Samnio. Tarentino. & Sallentino.

C. Quinctius. //. f. //. n. Claudus. P. Sempronius. P. f. P. n. Sophus
Quorum conſulatus ſuo ordine ſequentur.
Q. Seruilius. Cn. f. //. n. Cæpio. Duorum Geminorum pater, de quibus Cicero in Lucullo; veluti poſtea dicemus.
[C. Valerius. C. f. C. n. Potitus. Flaccus.

Q. MARCIVS. Q. F. Q. N. PHILIPPVS. AN. CDLXXII.
COS. DE. ETRVSCIS, K, APRIL.

Victoria de Etruſcis. Proſperè hoc anno cum Etruſcis pugnatum fuiſſe, & Q. Marcium Cos. triumphaſſe, ex Capitolinis ſolummodo fragmentis in tanta hiſtoriæ eius temporis penuria & incertitudine cognoſcimus. Quando nemo, ni fallor, auctorum extat nunc temporis, quorum ſcriptis hæc bella poſteritati exactiùs ſint enarrata. Nihil igitur eſt quod addam hic amplius; nihil quod ex qualibuſcunque libri XII. hiſtoriæ Liuianæ reliquijs certiùs conſtet, niſi cum Etruſcis æquè ac Lucanis & Bruttijs hoc ferè tempore plures Romanorum duces proſperè pugnaſſe. Aſtipulatur item Zonaras, vbi Tarentinos, Etruſcorum, Gallorum, Samnitiumque ſocietati ſe iunxiſſe ſcribit; exceptis Tarentinis, ceteros mox ab alijs atque alijs Romanis Coss. deuictos fuiſſe. E quibus hunc Q. Marcium fuiſſe autumo. Addit Iornandes, Etruſco bello nondum finito, Tarentinum quoque incepiſſe.

ANNI.

ANNI. P. R. C. CDLXXIII.

Conſules.

P. Valerius. //. f. //. n. Læuinus. Ti. Coruncanius. Ti. f. Ti. nepos.

P. Valerium & Ti. Coruncanium Coſs. ſuggerunt Caſſiodorus & Marianus: λεβῖνος καὶ κορυγκανίον tabulæ Græcæ. In cognomine Valerij conueniunt Liuius, Florus, Oroſius, & Eutropius, quod per diphthongum exprimunt Capitolina marmora. Et ratio eſt, nam à Læuo deriuatur, vt Rufinus à Rufo. In Plutarcho mendosè Albinus vocatur, & in Zonara Lauinius: alij omnes rectè Læuinum appellant, modò diphthongus reſtituatur librariorum negligentia paſſim omiſſa. Ti. Coruncanium ex triumphalibus columnis deſumpſi. Is cognomen non habuit, eſt ortus enim obſcurè; ſed Romæ virtutis ergo per omnes honorum gradus euectus, viam (vt dixi) plebeijs quoque ad pontificatū maximum aperuit: Quo ſæculo labor, induſtria, conſilium, & frugalitas in ciuitate florebant, & in precio habebantur. Coruncanios autem Camerio municipio oriundos eſſe teſtatur Tacitus in oratione Claudij Imperatoris pro ciuitate Gallorum, item Cicero municipem fuiſſe dicit in oratione pro Sulla. Ceterùm in Planciana Tuſculo natum Ti. Coruncanium videtur indicare. Quod mirum profectò. Verba quidem eius ſunt hæc: „ Num aliquando vides Tuſculanum aliquem de M. Catone illo in omni virtute principe, num de Ti. Coruncanio municipe ſuo, * num de tot Fabijs gloriari? Atqui locus hic vt mutilus, & incorrectus meritò notari poterit. Cur enim Camerinum Coruncanium Tacitus, & Claudius Cæſar, cuius adhuc extat oratio tabulis publicis inſculpta antiquitus apud Lugdunenſes; & Cicero in Planciana Tuſculanum diceret, atque Fabios item? Quando conſtat Fabios cum ipſo Romulo Remoque Vrbem quaſi condidiſſe, & ab initio reip. inter primos fuiſſe, ante municipij ius inuentum, & antequam Tuſculum Romanis paſtoribus aliquo neceſſitudinis, vel ſocietatis iure iunctū erat. Cui ciuitati in Latio antiquiſſimæ nihil ante Tarquinij Superbi tempora quicquam cum Romanis commercij fuit; immo tunc principes ſuos habebat Manilios à conditore ſuo Telegono Vlyſſis & Circes filio natos. Itaque latet haud dubiè vitium in eo Ciceronis loco difficile, ac niſi ſola veterum exemplarium fide corrigendum. Veri tamen ſenſus coniectura forſan poterit ita colligi ab hiſtoriæ peritis, quando Cicero familiarum è vicinis vrbi & antiquis municipijs ortarum mentionem faciat, quæ conſulatus, ac curules magiſtratus Romæ ſunt adeptæ, ſi ita legamus, & verba à librarijs prætermiſſa ſuppleamus. Num aliquando vides Tuſculanum aliquem de M. Catone illo in omni virtute principe, num de Ti. Coruncanio municipe ſuo Camerinum, num de tot Fuluijs Tiburtem gloriari? Nam de Fuluijs plebeijs & obſcuris primùm, non Fabijs illuſtribus & patricijs loqui Ciceronem autumo; qui municipio Tibure oriundi videntur. Nam in oratione pro domo ſua ſcribit, ab Hercule perfuncto laboribus ſacra didiciſſe Fuluios.

Læuini cognomen vnde. — *Aureum ſeculum.* — *Coruncanij vnde.* — *Locus Ciceronis mutilus ſed diligenter conſiderandus.* — *Fabiæ gentis antiquitas.* — *Tuſculanorum principes Manilij.* — *Fuluia gens Tibure oriunda.*

P. Læuino Tarentini, Coruncanio Etruſci prouinciæ obtigerunt: quo tempore Pyrrhus Rex Epirotarum à Tarētinis in auxilium vocatus venit cum exercitu atque elephantis in Italiam. Aduerſus quem P. Læuinus Cos. non ſatis proſperè inter Pandoſiam & Heracleam ad Sirim amnem pugnauit, elephantorum inuſitata facie & inſultu turbatis ordinibus. Pyrrho tamen haud incruenta fuit victoria, qui poſtea ſibi cōiunctis Samnitibus, Lucanis, & Bruttijs Campaniam populatus Præneſte peruenit Romæ inuadendæ conſilio. Sed cùm Romæ nouo delectu habito, omnia in armis eſſe intelligeret, Ti. Coruncanium Cos occurrere, P. Læuinum à tergo inſtare: dubitans ne poſſet ab hoſtibus circumueniri, in Campaniam retroceſſit, atque inde Tarentum. Vnde poſtea pacem per legatos tentauit, quæ vnius Ap. Claudij Cæci conſilio ei negata eſt. Vide hiſtoriam latiùs apud Iuſtinum libro XVIII. Plutarchum in Pyrrhi vita, Io. Zonaram, L. Florum libro I. capite XVIII. Liuij epitomen lib. XII. & XIII. Oroſium, Eutropium, & Pauſaniam in Atticis, qui in ea hiſtoria nonnihil diſcrepat ab alijs. Neque pœnitebit legiſſe, quæ Ennius apud Ciceronem in primo de Officijs.

Pyrrhus Rex Epirotarū Tarentinis auxilio venit in Italiam. — *Pyrrhi Regis prima victoria de Romanis.*

Eodem anno legio Campana Rhegium miſſa in præſidium D. Iubellio præfecto auctore, occiſis ciuibus, eam vrbem occupauit. Liuius libro XII.

Legionis Campanæ rebellio.

Cens. //. //. //. f. //. n. //. Cn. Domitius. * C. f. * //. n. Caluinus. Qui primus. de. plebe. luſtr. fec. XXXII.

Q. Fabius. Q. f. M. n. Max. Gurges.

Luſtrum urbis XXXII. à plebeio conditum. Luſtrum trigeſimum ſecundum hoc anno poſui, vt quinquennio diſtaret à cenſura C. Fabricij ſubſequente. Cn. Domitij cenſoris collega qui fuerit, obſcurum nobis eſt: ipſum verò legimus in epitome Liuiana lib. XIII poſt pacis à Pyrrho oblatæ, atque ab Ap. Claudio diſſuaſæ mentionem, primum è plebe condidiſſe luſtrum, quo cenſa ſunt ciuium CCLXXVIII. ∞. CCXXII. quod munus videtur priùs apud ſolos patricios cenſores auſpiciorum titulo manſiſſe: licet per annos plus minus ſeptuaginta plebeijs etiam communicata cenſura iam ante fuiſſet. Cn. Domitium conſularem opinor hunc cenſorem fuiſſe, atque ita prænomen eius corrigendum eſſe, quòd perperam variatur in exemplaribus Liuianis Eius, vt dixi, collega non reperitur. Subiungemus igitur ex Onufrij Panuini coniectura nobilem patricium eius temporis conſularem, qui etiam Plinio teſte lib. VII cap. XI. princeps ſenatus fuit poſtea. Atque is eſt Q. Fabius. Q. f. Maximus. Gurges. Ait enim *Fabiorum rari honores.* raros honores recenſens, in vna Fabiorum familia tres continuos principes ſenatus fuiſſe: nempe M. Fabium Ambuſtum, Fabium Rullianum filium, & Q. Fabium Gurgitem nepotem. Ex quibus Ambuſtum, & Rullianum cenſores antea habuimus. Quare veriſimile eſt, Gurgitem cenſorem hoc tempore etiam fuiſſe, cùm ferè non niſi ex cenſorijs hoc tempore principes ſenatus legi ſoleant. At iſto quidem luſtro, Q. Fabium Rullianum patrem ſenatus principem fuiſſe continuatum adhuc, ex iiſdem Plinij verbis manifeſtum fit.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //. Ex omni iuuentute atque vrbana multitudine delectum habuit, nouas legiones conſcripſit, atque vrbem præſidijs firmauit. Plutarchus, Zonaras, & alij iam dicti.

L. Papirius. * Sp. f. L. n. * Curſor.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
L. Cornelius. Ti. f. Ser. n. Lentulus. * Qui poſtea Caudinus. *	[L. Papirius. L. f. //. n. Maſo.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
[M. Fuluius. M. f. L. n. Curuus.]	[Q. Fuluius. Q. f. M. n. Flaccus.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
C. Genucius. //. f. //. n. Clepſina. III.	[Cn. Domitius. Cn. f. Cn. n. Caluinus.]
[Q. Atinius. C. f. K. n. Longus.]	[C. Plautius. C. f. C. n. Decianus. II.]
[Q. Petillius. Q. f. L. nepos. II.]	[C. Pœtelius. C. f. C. n. Libo Viſolus.]
[Q. Appuleius. Q. f. Cn. n. Panſa.]	[M. Albinius. L. f. L. nepos. II.]
[M. Plætorius. M. f. M. nepos. II.]	[Q. Anicius. Q. f. //. n. Præneſtinus.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Ti. Coruncanij cos. in Etruria.

//. //. //. f. //. n. //. P. Læuini Cos. in Samnio. Tarentino. & Sallentino.

Cn. Seruilius. Cn. f. //. n. Cæpio. Duorum Geminorum patruus, atque Cn. Cæpionis pater, qui Cos. anno D. fuit, ſicut ex Capitolinis tabulis fit veriſimile.

Sp. Caruilius. C. f. * C. n. * Max. Ruga. Pater Sp. Caruilij bis Cos. qui primus Romæ diuortium fecit, veluti ex ſucceſſione temporis colligere eſt.

M. Atilius. M. f. L. n. Regulus. Bis Cos. & triumphalis poſteà, qui demum à Pœnis captus vigilando crudeliter necatus eſt.

L. Po-

L. Poblicius. L. f. //. n. Malleolus. Pater duorum Pobliciorum Lucij & Marci,qui in ædilitate plebis Floralia ludos, & circum inſtituerunt. Quorum alter Marcus extat Cos.in Capitolinis tabulis.

Prouincia.

L. Aemilius. Q. f. Q. n. Barbula. Procos.Samnium.Tarentum. ac. Sallentinos.prouinciam prorogato.imp obtinuit. Prorogatum Aemilio imperium ex conſulatu fuiſſe,triumphus eius Capitolinus oſtendit; qui mox ſequitur,vbi de rebus ab ipſo in prouincia geſtis nonnulla explicabimus.

Proquæſtore.

//. //. //. f. //. n. //. L. Barbulæ Procos. in Samnio. Tarentino. & Sallentino.

Q. Seruilius. Cn. f. //. n. Cæpio.

TI. CORVNCANIVS. TI. F. TI. N. COS. AN. CDLXXIII.
DE VVLSINIENSIBVS. ET VVLCIENTIB. K. FEBR.

Bellum Etruſcum confectum.

Huius triumphi mentionem auctores, qui ad noſtra tempora peruenerunt, feciſſe non reperio. Attamen Ti.Coruncanium Cos.belli Etruſci reliquias ſuſtuliſſe, & res proſperè contra eos hoſtes geſſiſſe,ex Liuij XIII.colligimus. Res enim contra Etruſcos,Bruttios, & Samnites proſperè hoc tempore geſtas, ipſum eo libro complexum fuiſſe docet epitome. Quin aliquantò apertiùs hoc Zonaras tradit. Pyrrho Regi cum exercitu ad vrbem properanti Tiberium Cos.rebus in ſua prouincia benè geſtis, & fœdere Etruſcis reddito, obuiam iuiſſe ſcribens. Hac igitur victoria in ditionem rediſſe,atque quieuiſſe Tuſci videntur:neque enim vlla belli cum Etruſcis mentio poſtea fit vel in Liuio, vel in alijs hiſtoriæ ſcriptoribus ante vltimum Faliſcum.

Vulſinienſes & Vulcientes qui. Coſſa colonia Rom.

Vulſinienſes Vulcienteſque Etruriæ ſunt populi Faliſcis vicini. Ptolomæo Volſini vocantur, Plinio Volſinienſes, & Volcientes,vt libro III.cap.V. legimus: & meminit ibidem Coſſæ Volcienſium,quo Romanorum colonia non diu poſt deducta eſt,quemadmodum ex Velleio,& Liuij XIIII.percipimus.

L. AEMILIVS. Q. F. Q. N. BARBVLA. AN. CDLXXIII.
PRO. COS. DE. TARENTINEIS. SAMNITIBVS.
ET. SALLENTINEIS. VI. IDVS. QVINT.

L. Barbula Pro.cos. victoria contra Tarentinos.

L. Aemilio Cos.ſuperioris anni prorogatum fuiſſe imperium dixi,& ex hoc eius triumpho liquet,cuius neſcio an quiſquam auctorũ faciat mentionem. Ex Zonara res illius ſuperiore,& hoc anno geſtas contra Tarentinos breuiter intelligere poſſumus.Ipſum agros hoſtium,ſcilicet,late vaſtaſſe,hoſteſque in prœlium progreſſos fudiſſe,vt deinceps impunè fuerit Romano prædas agere,& oppida expugnare.Denique cùm per hyemem Tarentum aggredi non poſſet,in Apuliam duxiſſe exercitum.Interim Tarentini vt Pauſanias tradit, ſuis ac ſociorum viribus diffidentes, externi Regis Pyrrhi Epirotarum,quem antea claſſe contra Corcyræos iuuerant,implorare coacti ſunt. Qui hoc anno in Italiam,vt dixi,exercitum traiecit, & cum Aemilij ſucceſſore P.Læuino pro Tarentinis belligerare cœpit. De triumpho tamen Aemiliano nihil Zonaras, ad reliquum nempe eius belli feſtinans. Tarentini Stephano ταραντῖνοι,veluti & Græcis omnibus.Nam vrbis nomen Τάρας antiquitus fuit,quemadmodum adhuc in antiquis extat numiſmatibus. In finibus Italiæ ſita eſt,Sallentinis proxima.Nomen habuit(vt ſcribit Seruius in tertium Æneidos Virgilij)à Tara filio Neptuni conditore,Alij à flumine vicino eiuſdem nominis volunt appellatam,nõnulli aliam originem afferunt. Iuſtinus ex Trogo Pompeio lib.III.pulchrè narrat,vt eam vrbem poſtea Parthenij Spartanorum ſoboles duce Phalanto, expulſis incolis, occuparint, & ampliorem,potentioremq; reddiderint.Cuius meminerunt etiam Porphyrio & Acron Horatij interpretes Ode VI.carminum libro II.de Tarento.

Tarentum.
Taras Neptuni filius.
Phalantus Partheniorum dux Tarentum occupat.

Dulce pellitis ouibus Galeſi
Flumen, regnata repetam Laconi
Rura Phalanto.

Tarentum Pythagorica philoſophia celebre.
Sallentinorum origo.

Floruit aliquandiu ciuitas illa claris ingenio atque eruditione viris, & in primis Pythagorica philoſophia, quæ Platonem, alioſq; multos ſtudio literarum celebres viros eò traxit. Sed de eius vrbis origine,ſitu,diuitijs & luxu vide Strabonem lib.VI.L.Florum lib.I.cap. XVIII.Ptolomæum,Plinium,& alios. Sallentini per geminum ll. ſcribebãt antiquitus Romani,ſicut teſtantur columnæ triũphales. Stephanus item Sallentiam Meſſapiorũ vrbem & populum Sallentinũ dicit.Cretenſes autẽ origine fuiſſe,Strabo auctor eſt, verũ à Lycijs proueniſſe,ſcribit Solinus.In quã iuit quoque ſentẽtiam Virgilius III.Æneidos ita canens

Et Sal-

Et Sallentinos obſedit milite campos
Lycius Idomeneus.

Situs regionis. *Iapygium promontorium.*

A ſalo vel mari nomen habuiſſe tradit Sex.Pompeius, quia in ſalo amicitiam Idomeneus & Cretenſes contraxiſſent. Eorum regio campeſtris forma peninſulæ intra Tarentinum agrum & Adriatici maris littus extenditur, iſthmo ſe iuxta Brunduſium & Rudias contrahente non ampliùs quadringentis ſtadijs lato,ſicut Ptolomæi oſtendunt tabulæ. In eo eſt,Iapygium promontorium, quod & Sallentinum dicitur. Regionem Sallentinos campos ob planiciem appellant non ſolùm Virgilius, ſed etiam Dionyſius Halicarnaſſæus, & Pomponius Mela. Vide de his plura apud Strabonem libro quinto, Plinium libro tertio, capite v.& xi.& xiv.

ANNI. P. R. C. CDLXXIV.

Conſules.

P. Sulpicius. P. f. Ser. n. Sauerrio. P. Decius. P. f. P. n. Mus. In prœlio. occiſus. eſt.

P. Decij Coſ. agnomen Pyrrhicum unde.

CONSVLES P.Sulpicium, P. Decium nominat Caſſiodorus, Sauerrionem & Murem tabulæ Græcæ. Mariano P.Sulpicius Sauerrio, & P. Decius Pyrrhicus appellantur. Verùm neſcio correctum ne dici poſſit Decij cognomen hoc, ſi modo non agnomen eſt potiùs ab euentu mortis ſuæ,ad differentiam patris ac aui huic adiunctum, quòd in bello contra Pyrrhum ceciderit.Habet eoſdem Eutropius,ſed perperam pro P. Decio Mure,legitur Decius Mummius: quem Cicero Tuſculanarum quæſtionum libro primo, P.Decij nepotem dicit,qui bello Latino: & filium alterius, qui in prœlio contra Gallos & Etruſcos ſemet pro rep.deuouere Hunc auctorem ſequutus P.Decium Coſ.in prœlio occiſum ſcripſi, quia ſatis apertè rei eius mentionem facit in Tuſculanis, loco iam memorato, his verbis de tribus Decijs ſcribens: Si mors timeretur, non cum Latinis decertans pater Decius,cum Etruſcis filius,etiam cum Pyrrho nepos ſe hoſtium telis obieciſſent. Atque iterum libro II.de finibus, magis apertè primi Decij bello Latino ſe deuouentis mentionem faciens.Quod quidem(inquit)eius factum non eſſet imitatus quarto conſulatu ſuo filius, neque porrò ex eo natus cum Pyrrho bellum gerens Coſ. cecidiſſet in prœlio; ſéque ex continenti genere tertiam victimam reip. præbuiſſet. Ex his Tullij verbis colligere eſt, P. Decium hunc Coſ.in prœlio ad Aſculum paterno auitoque exemplo pro rep.ſe deuouiſſe, mortemque oppetijſſe: quamuis Plutarchus,Florus,Eutropius, alijve hoc omnino prætereant. Zonaras quidem annalium libro II tradit P.Decium Coſ. ad deuouendum ſe paratum fuiſſe,eamque famam non parum terroris incuſſiſſe hoſtium exercitui. Non tamen ſcribit ipſum in prœlio occubuiſſe, vt videatur eò neceſſitatis minimè peruentum fuiſſe,cùm dubio euentu pugna ſit dirempta,ſicut narrant plures. Sed ad ipſum auctorem te remitto, quem eo loco legiſſe non pœnitebit.

Decius in patriam,& contemptus mortis in Decijs.

Pax & amicitia Pyrrho negata,quam diu in Italia cum exercitu eſſet. *Ingens prælium cum Pyrrho ad Aſculum.* *Fœdus quartū cum Carthaginenſibus.*

Eius anni initio ex Ap. Claudij Cæci ſententia in ſenatu Pyrrho pax negata eſt, cuius conditiones lectica ſenex in curiam delatus magnifica oratione confutauit, & diſcuſſit; quam decimo ſeptimo poſt alterum conſulatum anno ipſum dixiſſe ſcribit M. Tullius in Catone.Conſulibus ambobus bellum cum Tarentinis, & Pyrrho Rege decretum eſt. Ad Aſculum dubio euentu ad noctem vſque armis concurſum eſt.Quo è prœlio Regem ſaucium à ſatellitibus elatum, quidam memorant: aliqui poſtridie pugnam iteraſſe, & elephantorum præſidio viciſſe volunt. Vide Zonaram, Eutropium, Oroſium libro IIII.cap.I. & Iuſtinum libro XVIII. In Liuij epitomis nil aliud habemus lib. XIII. quàm dubio euentu iterum cum Pyrrho pugnatum fuiſſe,fœdus cum Pœnis quartò renouatum eſſe, cuius & Polybius meminit.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

Ti. Coruncanius. Ti. f. Ti. nepos.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Ser.Cornelius. //. f. //. n. Merenda. C. Fabius.* M.f.M.n.* Dorſo.Licinus.

Aediles

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

[M. Trebius. M. f. A. nepos.] [Q. Silius. Q. f. Q. n. Nerua.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

L. Genucius. //. f. //. n. Clepſina. [L. Trebius. A. f. A. nepos.]
[P. Sallonius. P. f. P. n. Sarra.] [A. Acutius. A. f. A. nepos. II.]
[L. Villius. L. f. L. nepos. II.] [L. Volumnius. L. f. C. n. Flamma. Violens. III.]
[Q. Silius. Q. f. Q. n. Nerua. II.] [C. Pompilius. C. f. C. nepos. II.]
[Q. Manilius. Q. f. Q. nepos.] [Cn. Sicinius. Cn. f. Cn. n. Bellutus. II.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. P. Sulpicij } coſs. in Tarentino. Samnio.
//. //. //. f. //. n. //. P. Decij } & Sallentino.

C. Fabius. C. f. M. n. Pictor. Cuius pater, vt autumo, templum Salutis depinxerat, vt antea in triumpho, C. Iunij Bubulci diximus ex Plinio, & Valerio Max. Itaque Pictor ille primus duos filios conſulares reliquit, vt ex faſtis colligimus; hunc, ſcilicet, Caium, & Numerium Fabium.

D. Iunius. D. f. D. n. Pera. Conſulem, & Cenſorem poſtea habebimus.

Q. Mamilius. Q. f. //. n. Turinus. C. Turini Cos. a. DXIV. pater, vt marmora Capitolina, & ratio temporum ſubindicant.

Cn. Cornelius. L. f. Cn. n. Blaſio. Bis Cos. & Cenſor deinde ſequetur, etiam in tabulis Capitolinis expreſſus.

ANNI. P. R. C. CDLXXV.

Conſules.

C. Fabricius. C. f. C. n. Luſcinus. II. Q. Aemilius. *M. f.* //. n. Papus. II.

ANTEA ſimul Coſs. fuerant, vt apertè teſtatur etiam Cicero de amicitia. Itaque apud hos in Caſſiodoro ſunt numeri adiungendi. Tabulæ noſtræ Siculæ Græcæ Luſcinum II. & Papum II. rectè proferunt. Marianus, C. Fabricium, Q. Aemilium II. Frequens horum eſt mentio apud auctores Val. Max. Plutarchum, A. Gellium, & Ciceronem, qui etiam in oratione pro Balbo ſcribit, cum Heracleenſibus Fabricium Cos. Pyrrhi temporibus ſingulare fœdus iciſſe. Ex cuius verbis notum fit, Heracleam, hoc anno fœderatam in Italia ciuitatem eſſe factam.

Amicorum par ſingulare Conſulum iſtud collegium.

Conſulibus ambobus Tarentinum & Pyrrhi bellum prouincia fuit. Cùm caſtra vicina hoſtibus haberent, transfuga quidam literas à medico Regis attulit, in quibus offerebat venenum ſe Regi daturum, ſi præmium daretur. Fabricius miſſo ad Pyrrhum indicio, per literas admonuit, vt ſibi caueret ab inſidijs; Romanos virtute non dolo partam victoriam velle. Earum literarum exẽplum ex Claudio Quadrigario recitat Gellius lib. III. cap. VIII. Narrat & Plutarchus in Pyrrhi vita. At L. Florus, contra aliorum ſententiam omnium à M'. Curio Cos. medici inſidias Regi detectas fuiſſe ſcribit. Ceterùm Pyrrhus hoc generoſo Coſs. facto attonitus, iuſtitiamque ac virtutem Romanorum admiratus captiuos gratis remiſit, & per legatos denuò amicitiam petijt. Quæ illi, donec Italiam reliquiſſet, eſt negata. Ipſe non diu poſt vocatus à Syracuſanis cum magna exercitus parte in Siciliam abijt. Vide de his Zonaram, Iuſtinum, Pauſaniam, Eutropium, Oroſium, Florum, Val. Maximum libro ſexto, capite quinto, & alios.

Hoſti Pyrrho Regi Coſs. proditionis oblatæ periculum ipſi impendens detexere.

Pyrrhi Regis gratitudo.

In Siciliam proficiſcitur Pyrrhus.

Prætor.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

C. Genucius. //. f. //. n. Clepſina.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

[L. Titius. L. f. L. nepos.] [T. Popillius. T. f. //. nepos.]
P. Licinius. P. f. //. n. Varus. [C. Sempronius. C. f. //. n. Gracchus.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

[M. Titinius. M. f. C. nepos. II.] [M. Titius. L. f. L. n. Rufus.]
[N. Sextius. N. f. N. n. Sextinus.] [C. Curatius. P. f. P. nepos.]
[L. Furius. L. f. L. nepos.] [T. Veturius. T. f. T. n. Caluinus.]
[T. Minutius. T. f. //. n. Augurin. II.] [Cn. Domitius. Cn. f. Cn. n. Caluin. II.]
[M. Aulius. M. f. M. n. Cerretan. II.] [C. Icilius. Sp. f. C. n. Ruga.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Fabricij } coss. in Samnio. Lucaneis.
//. //. //. f. //. n. //. Q. Papi } Bruttieis. &. Tarentino.

Ap. Claudius. Ap. f. C. n. Craſſus. Hic ex quatuor Ap. Cæci filijs fuit, conſularis, & triumphalis poſtea.

Ti. Sempronius. C. f. //. n. Gracchus. Pater Ti. Gracchi Cos. an. DXV. vt ratio temporum, & marmora Capitolina indicant. Antiqua hæc Semproniæ gentis plebeia familia iam ab hoc tempore nobilitari cœpit in ciuitate, trahens originem nominis à Sempronio quodam, qui ab euentu natiuitatis difficilis ac tardæ Gracchus eſt cognomine dictus. Sic enim florentiore ſæculo cognomen hoc ſcripſere Romani, vt teſtantur plures nummi & antiqua marmora. Priſca tamen huius temporis ætas aſpirationem omiſiſſe, conſonantemque c. non duplicaſſe teſtantur item nummorum ac marmorum tituli vetuſtiſſimi. Vſum tamē aliter obtinuiſſe poſtea palam eſt, & aſtipulantur Grammatici veteres. Cauſſam huius cognominis hanc produnt ex M. Varrone Soſipater, & Q. Terentius Scaurus. Gracus, inquiunt, negat Varro aſpirandum eſſe, quoniam à gerendo primus Gracus eſt vocatus, quòd mater duodecim menſes eum in vtero geſſerit.

L. Mamilius. Q. f. M. n. Vitulus. [T. Clœlius. Q. f. Q. n. Siculus.]

C. FABRICIVS. C. F. C. N. LVSCINVS. II. ANN. CDLXXV.
COS. II. DE. LVCANEIS. BRVTTIEIS. TARENTIN.
SAMNITIBVS. IDIBVS. DECEMBR.

Prælia cū Pyrrho priuſquam abiret in Siciliam. Plutarchus alios ſequutus annales poſt detectas Regi Pyrrho à Coss. inſidias, amicitiamque negatam rurſus ad Aſculum ſcribit dubio euentu pugnatum fuiſſe, ad occaſum ſolis vſque, Regem in brachio vulneratum, eundemque paulò pòſt deſperata victoria, & relicta Italia, cum parte copiarum traieciſſe in Siciliam. L. Florus item a Curio, Fabricioq; *L. Flori locus ſuſpectus.* Coss. ad Aſculum dimicatum fuiſſe ſcribit. De Fabricio conuenit cum Plutarcho, de

Curio

Curio nihil apud alios legi; atque in eo capite vitiatum Florum ſuſpicor librariorum culpa hiſtorias ſuomet iudicio corrigere & conciliare volentium. Verùm hæc Plutarchi, & Flori ferè omnia iam dicta Liuianis epitomis, Zonaræ, Eutropio, & alijs antè citatis non congruere, colliget facilè, qui auctores conferre volet. Neque hic Fabricij Capitolinus triumphus indicat, cum Pyrrho, ipſum conflixiſſe hoc anno; nam nulla eius rei mentio eſt, quemadmodum nec in M'. Curij triumpho, qui poſtea ſequetur. Eutropius autem poſt Regis in Siciliam abitum Fabricium Cos. victis Lucanis, & Samnitibus triumphaſſe ſcribit. Eò etiam reſpiciunt verba, quæ in XIII Liuianæ hiſtoriæ epitomis poſt Pyrrhi in Siciliam profectionem narratam legimus. „Res præterea contra Etruſcos, Lucanos, & Samnites proſperè geſtas continet.

Fabricij victoria & triumphus de Pyrrhi ſocijs.

ANNI. P. R. C. CDLXXVI.

Conſules.

P. Cornelius. P. f. //. n. Rufinus. II. C. Iunius. C. f. C. n. Brutus. Bubulcus. II.

P. CORNELIVM, C. Iunium Coss. habet Caſſiodorus. Rufinum & Bubulcum tabulæ Græcæ, Zonaras Iunium & Rufinum produnt. Ambo ſemel antea Coss. fuerant, quare certum eſt, in Caſſiodoro, & alijs iam dictis numeros deſiderari. Rectè igitur Marianus, qui P. Cornelium Rufinum II. & C. Iunium Brutum II. Coss. adfert. Suffragantur etiam Gellius, & Valerius Max. vt poſtea docebo. Ceterùm qua ratione Rufinus, vt arte bellica clarus, ita auaritia infamis & odioſus C. Fabricij, qui Cos comitijs præerat, ſtudio ad conſulatum hunc peruenerit, pulchrè narrat Cicero libro II. de Oratore, cuius verba refert etiam Gellius libro IV. capite VIII. item Quinctilianus libro XII. capite I. Nam cùm Fabricius adnixè proueheret, contra alios competitores non adeò belli peritos, hunc Rufinum ſibi licet exoſum ob vitia, omnibus id mirum videbatur. Is tamen facetè admodum ſe excuſauit, dicens: „Non mirum videri debere, difficilibus ſe temporibus compilari, „quàm vendi malle.

Cur C. Fabricius P. Rufinum prouexerit ad hunc conſulatum.

Conſules ambo Tarentinos cum ſocijs prouinciam obtinuerunt. Samnium collatis viribus depopulati ſunt ab incolis deſertum; qui res ſuas in abruptos montes, auioſque ſcopulos contulerant. Vide Zonaram libro II.

Abſente Pyrrho proſequuntur bellum Romani Coss.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
L. Cornelius. Ti. f. Ser. n. Lentulus. * Qui poſtea Caudinus. *

Aediles curules.

[P. Clœlius. Q. f. Q. n. Siculus.] Q. Valerius. P. f. //. n. Falto.

Aediles plebis.

[Q. Appuleius. Q. f. Cn. n. Panſa.] [C. Plautius. C. f. C. n. Decianus.]

Tribuni plebis

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
Q. Ogulnius. L. f. A. n. Gallus,	[Q. Fuluius. Q. f. M. n. Flaccus. II.]
[Sp. Icilius. Sp. f. C. n. Ruga. II.]	[Cn. Pupius. Cn. f. Cn. nepos. II.
[Q. Pomponius. Q. f. Q. nepos.]	[M. Liuius. M. f. //. n. Denter.]
[M. Fuluius. M. f. L. n. Curuus. II.]	[Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Pætinus.]
C. Sempronius. M. f. //. n. Tuditanus.	[C. Atinius. C. f. Cn. n. Labeo.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. //. //. //. f. //. n. //.

Quæſto-

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. P. Rufini } coſs. in Tarentino. Samnio.
//. //. //. f. //. n. //. C. Bruti } Lucaneis. &. Bruttieis.

C. Papirius. L. f. //. n. Maſo. Pater C. Maſonis, qui Cos. primus in monte Albano triumphauit, vt marmora teſtantur Capitolina. Eum hoc anno magiſtratus occep iſſe, ex annorum interuallo coll gere eſt.

A. Poſtumius. A. f. L. n. Albinus. Pater L. Albini bis Cos. qui deſignatus tertiùm à Gallis Boijs cum exercitu occiſus eſt, initio belli Punici ſecundi.

Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Max. Centumalus. Patrem habuit conſularem & triumphalem, vti ſuo loco dictum eſt. Atque filius huius item poſtea Cos. eſt factus anno DXXIV. deque Illurijs triumphauit, vt ſequetur.

[M. Duilius. M. f. M. nepos.] Maior frater C. Duilij, qui primus naualem de Pœnis egit.

C. IVNIVS. C. F. C. N. BRVTVS. BVBVLC. AN. CDLXXVI.
COS. II. DE. LVCANEIS. ET. BRVTTIEIS. NON. IAN.

De hoc triumpho nihil apud alios auctores repperi. Immo Zonaras vtrumque Cos. Samnium vaſtaſſe ſcribit, damniq; non parum, multis Romanorum occiſis vel captis, accepiſſe: cum hoſtes montium abruptorum præſidio ſemet tutantes, temerè aggrederētur. Inde diſcordiæ nonnihil inter Coſs. ortum, cùm alter alteri hoc culpæ daret; ſegregatiſq; exercitibus, Iunium partem Samnij vaſtaſſe, Rufinum vero Lucanos & Bruttios adflixiſſe, & Crotonem, quæ defecerat; præſidio Epirotarum recepto, dexteritate & pulchro quodam ſtratagemate recepiſſe. Quod etiam narrat Frontinus libro III. Ceterùm auctores qui triumphos Capitolinos concinnarunt, alios videntur ſequi annales; quando C. Iunium de Lucanis, & Brutijs triumphaſſe ſcribunt, non P. Rufinum.

Crotonem cepit P. Rufinus.

ANNI. P. R. C. CDLXXVII.

Conſules.

Q. Fabius. Q. f. M. n. Max. Gurges. II. C. Genucius. //. f. //. n. Clepſina.

GVRGITEM & Clepſinam proferunt tabulæ Græcæ, Q. Fabium, & C. Genucium Caſſiodorus. Q. Fabij Gurgitis hic ſecundus eſt conſulatus; igitur rectè Marianus Q. Fabium II & C. Genucium prodit; ſic etiam Oroſius libro IV. cap II. Fabio Gurgite II. (inquit) & C. Genucio Clepſina Conſulibus, peſtilentia grauis vrbem, & fines eius inuaſit; quæ cum omnes, tum præcipuè mulieres pecudeſque corripiens, necatis in vtero fœtibus futura prole vacuabat, & immaturis partibus cum periculo matrum extorti abortus proijciebantur. Diuus item Auguſtinus libro III. de ciuitate Dei capite XVII. eius peſtilentiæ meminit. Atque in ſtrage (inquit) tanta bellorum etiam peſtilentia grauis exorta mulierum. Nam priuſquam maturos partus ederent, grauidæ moriebantur. Vbi ſe, credo, Æſculapius excuſabat, quod archiatrum ſe, non obſtetricem profitebatur. Habet & epitome Liuiana de ſigno Iouis Capitolini fulmine deiecto prodigium, vbi mutilus locus apparet.

Peſtis in vrbe grauis.

Aeſculapius.

Iupiter Capitolinus fulmine deiectus.

Samnium cum Lucanis, & Bruttijs ſortiti videntur huius anni Coſs. qui mox hoſteis ita bello grauarunt, vt Pyrrhum ex Sicilia per legatos reuocare coacti fuerint. Vide Iuſtinum libro XXIV.

//. //. //. f. //. n. //.
P. Cornelius. P. f. //. n. Rufinus. Dict. } //. claui figendi cauſſa.
//. //. //. f. //. n. //. Mag. eq.
C. Aelius. P. f. P. n. Pætus.

P. Cornelium Rufinum, quem C. Fabricius cenſor anno inſequenti ſenatu mouit, bis Cos & Dictatorem fuiſſe, teſtantur omnes, qui eius notæ mentionem faciunt, vt paulò poſt clarius parebit. Verum quo anno, vel cuius nam rei cauſſa Dictator creatus, quiſve magiſter equitum fuerit, obſcurum nobis eſt. Coniectant nonnulli non abſurda forſaſſe coniectura, claui figendi cauſſa factum fuiſſe ob prodigioſam eius anni peſtem, veluti ſæpius

Dictator claui figendi cauſſa dictus propter peſtem & prodigia.

ſæpiùs antea conſtat accidiſſe. Quando tamen nihil certi ex auctoribus probatis adferre de ea re poſſum: in incerto etiam hæc, & alia ſuis notis diſtincta relinquere viſum fuit. Cenſuræ Fabricij præponenda eſt omnino hæc dictatura; an huic tamen anno includi debeat, aſſerere difficile eſt.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

Ser.Cornelius. //. f. //. n. Merenda.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

C. Quinctius. //. f. //. n. Claudus. [C.Valerius.C.f.C.n.Potitus. Flaccus.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

L. Genucius. //. f. //. n. Clepſina. [P. Sallonius. P. f. P. n. Sarra.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. // .//. //. //. f. //. n. //.

P.Sempronius.P.f. P. n.Sophus [M. Fuluius. M. f. Cn. n.Pætinus.]
C. Atinius. C. f. K. n.Longus. II. [M'. Marcius. M'. f. M'. nepos.]
T. Popillius. T. f. //. nepos. II. [Q. Petillius. Q. f. L. nepos.]
[C.Pœtelius.C.f.C.ne.Libo.Viſolus.II.] [Q. Lutatius. C. f. //. n.Catulus.]
[Cn.Appuleius.Q.f.Cn.n.Panſa.] [L. Allienius. L. f. L. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Fabij } coss. in Samnio. Lucaneis.
//. //. //. f. //. n. //. C. Clepſinæ } & Bruttieis.

M. Fuluius. Q. f. M. n. Flaccus. Cuius triumphus reperitur in Capitolinis actus anno CDXXCIX. de Vulſinienſibus.

N. Fabius. C. f. M. n. Pictor. L. Iulius. L. f. L. n. Libo.
Ambo poſtea Coss. quorum nomina ſic extant etiam exarata in Capitolinis marmoribus.

Cn. Apronius. * C. f. C. n. Limo. * Aedilitius demum ob iniurias legatis illatas deditus Apolloniatibus.

Q. FABIVS. Q. F. M. N. MAXIMVS. AN. CDLXXVII.
GVRGES. II. COS. II. DE. SAMNITIBVS.
LVCANEIS. BRVTTIEIS. QVIRINALIBVS.

De Q. Fabij Gurgitis ſecundo hoc triumpho nihil memoriæ eſt proditum ab alijs, quod ſciam, auctoribus, quorum ſcripta ad noſtra peruenerunt tempora. Ex Plutarcho tantum, Zonara, & Liuij epitomis colligere eſt, non ceſſaſſe Romanos abſente Pyrrho confœderatos eius Samnites, Lucanos, & Bruttios bello cōtinuo perſequi & ſubiugare, vrbibus expellere, & paſſim profligare; adeò vt neceſſe ijs fuerit Pyrrhi reditum ex Sicilia literis ſollicitare. Zonaras autem poſteaquam narraſſet, quibus artibus anno ſuperiore P. Rufinus Cos. Crotonem recepiſſet, adijcit. Sequente anno Romanos expeditionem contra Samnium, & Lucaniam ſuccepiſſe, & Bruttios bello adortos fuiſſe; ſed nō nominat Coss. Porrò res ibidem geſſiſſe feliciter Q. Fabium Cos. ex ſolis Capitolinis triūphis cognoſcimus.

Bellū cōtinuatur cum Pyrrhi Regis confœderatis ſocijs.

ANNI. P. R. C. CDLXXVIII.

Conſules.

M'.Curius.M'.f.M'.n.Dentatus.II.L.Cornelius.Ti.f.Ser.n.Lentulus.*Qui in hoc.hon.Caudinus appel.eſt*

CONSVLVM nomina ex triumphorum fragmento deſcripſi, Caſſiodorus M'.Curium, & L Lentulum refert; Dentatum & Lentulum tabulæ Græcæ, Cuſpiniani verò tabulæ Dentatum II.& Lentulum, rectè. Nam hic ſecundus M'. Curij Dentati conſulatus eſt, ſicut & Marianus annotauit; qui M'. Curium Dentatum II. & L. Cornelium Lentulum recenſet. Nominat Coſs etiam Plutarchus in Pyrrho, & Eutropius lib. II.

Pyrrhus ex Sicilia rediens & Rhegium oppugnans vulneratur.

Prouinciæ Coſs. fuerunt bellum cum Pyrrho Samnitibus alijſque fœderatis. Pyrrhus cum exercitu ex Sicilia reuerſus Locros recepit, Rhegium fruſtra oppugnauit; nam & ipſe vulneratus multos etiam ex ſuis amiſit, vt auctor eſt Zonaras. Plutarchus Regem in Italiam redeuntem à Pœnis Mamertiniſque primo tranſgreſſu valde impeditũ, & infeſtatum fuiſſe narrat; vulneratum quoque, & duos elephantes cum multis ex exercitu perdidiſſe.

Diſciplinæ militaris exemplum inſigne.

Interea M'.Curius Dentatus Cos Romæ, cùm delectum haberet, & quidam ciuis ex tribu Polia ad nomen non reſpondiſſet, bona eius haſtæ primum ſubiecit. Inde appellantem tribunos plebis fruſtra, & ipſum quoque vendidit. quemadmodum ſcribunt M. Varro in Sene didaſcalo, citante Nonio Marcello, & Val.Max.lib.VI.cap.III Liuius lib.XIIII. Qua ſeueritate obſequentiorem nactus militem, cũm L.Cornelio collega ad bellum profectus

Pyrrhus inſigni prælio victus, caſtris exutus, & Italia pulſus.

reuerſum ex Sicilia Pyrrhum excepit ad Beneuentum, vt Plutarchus, vt alij verò, in Arũſinis Lucaniæ campis, vbi extremo, & ingenti prœlio cum vicit, caſtris exuit, & Italia expulit. Hæc tertia, vel quarta, vt quidam volunt, cum Pyrrho pugna fuit: qua fine controuerſia penes Romanos victoria ſtetit, & Italiæ imperium ſimul redditum eſt. Eam deſcribunt latius Zonaras & Plutarchus; item Eutropius, Florus, & Oroſius.

Cens. C.Fabricius.C.f.C n.Luſcinus. Q.Aemilius.*M.f.*//.n. Papus. Luſtrum fecerunt XXXIII.

Eodem anno, quo Pyrrhus Italia pulſus (vt apud Zonatam legimus) C. Fabricius, & Q.Aemilius Papus cenſores facti cum alios equitum, ſenatorumque Romanorum, tum

P. Rufinus ſenatu motus, & notatus ob auaritiam.

P.Rufinum, quamvis Dictator, & bis Cos. fuiſſet, ſenatu mouerunt; quòd decem pondo argentea vaſa poſſideret. Itaque paupertatem Romani non in paruum habendo, ſed in multum concupiſcendo poſitam putauerunt. Qua de cauſa magiſtratibus, alijſque in prouin-

Magiſtratibus in prouinciam euntes viaticũ, & annulus è publico dat.

ciam abeuntibus viaticum, & annulus è publico dabatur. Hæc ferè Zonaras. Cui ſuffragatur etiam Liuiana epitome libro XIV. M'. Curij de Pyrrho victoriæ continuo hanc C. Fabricij cenſuram ſubiungens his verbis. Fabricius cenſor P. Cornelium Rufinum conſularem ſenatu mouit, quòd decem argenti pondo facti haberet. Idem ſcribunt Plutarchus in Sulla, Gellius libro IV capite VIII. & libro XVII. capite vltimo; item Valerius Max. libro II. capite IX qui bis Cos. & Dictatorem fuiſſe aſſerunt, cauſſamque notæ ſcriptam à cenſoribus ita fuiſſe adijciunt. Quòd cum comperiſſent argenti facti menſæ gratia decem pondo

Inſignis abſtinentia frugalitaſque laudatiſſima ciuitatis Romanæ.

habere; ideoque malo exemplo luxurioſum & auarum ordine ſenatorio indignum exiſtimarunt; cùm cenſores ambo in ædibus ſuis argenti nihil præter patellam & ſalinum ſacrificij cauſſa haberent, vt pulchrè Valerius iam dictus libro IIII capite IV. de paupertate laudata. In C.verò Fabricij (inquit) & Q. Aemilij Papi principum ſæculi ſui domibus, „ argentum fuiſſe confitear oportet. Vterque enim patellam deorum cauſſa, & ſalinum „ habuit. Sed eò lautior Fabricius quòd patellam ſuam corneo pediculo ſuſtineri voluit. „ Papus quoque ſatis animoſè, qui cum hæreditario nomine ea accepiſſet, religionis cauſ- „ ſa abalienanda non putauit. Hæc Valerius admodum graphicè frugales ac ſanctos eius „ ſæculi mores deſcribens. Meminerunt etiam L. Florus libro primo, capite XVIII. & Seneca ad Lucilium libro XVI. ep. XCIX. Fabricius (inquit) diuitias Imperator reiecit, cen- „ ſor notauit. Collegas verò Fabricium Aemiliumque in cenſura quoque fuiſſe, non ſo- „ lum Val. & Gellius, libro XVII. exprimunt, ſed etiam Cicero in Lælio de amicitia. Vidimus (inquit) Papum Aemilium C.Luſcino familiarem fuiſſe, ſic à patribus accepimus, bis vna Coſs. & collegas in cenſura. tum etiam cum ijs, & inter ſe coniunctiſſimos fuiſſe „ M'. Curium, & Ti. Coruncanium, memoriæ proditum eſt. Demum luſtro a cenſoribus „ condito, cenſa fuiſſe capita ciuium CCLXXI ∞ .CCXXIV. Liuiana epitome teſtatur. Principem verò ſenatus adhuc remanſiſſe Q. Fabium Rullianum opinari poſſumus.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
C. Fabius. * M. f. M. n. * Dorſo. Licinus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
Cn. Seruilius. Cn. f. //. n. Cæpio. Q. Seruilius. Cn. f. //. n. Cæpio.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
[M. Titius. L. f. L. n. Rufus.] [N. Sextius. N. f. N. n. Lateranus.]

Tribuni plebis

Appellati à iuuene quodam Poliæ tribus militiam ac delectum detrectante, Cos. ac Imperatoris actionibus ſe moram non facturos reſponderunt. Itaque Cos. M'. Curius ipſum quoque iuuenem cum bonis ſubhaſtatis vendidit; præfatus, non opus eſſe eo ciue reipublicæ, qui parere neſciret. Valerius Max. libro VI. capite III. Non. Marcellus in Tenebrione.

Militiã fugiens, & ad nomen in delectu citatus non reſpondens, tenebrio lege Ser. Tullij Regis cum bonis ſub haſta venditur.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
M. Atilius. M. f. L. n. Regulus. L. Poblicius. L. f. //. n. Malleolus.
[Q. Conſidius.. M. f. M. nepos.] [L. Auicius. Q. f. //. n. Præneſtinus.]
[L. Trebius. A. f. A. nepos. III.] M. Trebius. M. f. A. nepos. II.]
[L. Lucerius. L. f. C. nepos.] [M. Acutius. M. f. M. nepos.]
[L. Volſcius. L. f. L. n. Fictor.] Ti. Villius. * P. f. L. n. * Tappulus.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

M'. Curij Cos. iuſſu tenebrionis militiam detrectantis corpus, & bona ſubhaſtarunt, pecuniamque in ærarium redegerunt. Liuius, & alij ſupra nominati.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M'. Curij cos. in. Samnio. &. Tarentino.
//. //. //. f. //. n. //. L. Lentuli cos. in. Samnio. &. Lucaneis.
[C. Otacilius. C. f. M'. n. Craſſus.] M'. Otacilius. C. f. M'. n. Craſſus.
Fratres, quorum alter Manius Cos. fuit, & eius nomen extat in tabulis Capitolinis.
[L. Quinctius. L. f. L. n. Capitolinus.] [L. Papirius. M. f. M. n. Craſſus.]

M'. CVRIVS. M'. F. M'. N. DENTAT. IV. A. CDLXXIIX.
COS. II. DE SAMNITIBVS. ET. REGE. PYRRHO.
//. //. FEBR.

Hic quartus eſt M'. Curij triumphus, vt volunt faſti Capitolini, & Auctor de viris illuſtribus. Attamen illius ouationē de Lucanis alij non videntur numerare; vt in primis Plutarchus in Catone maiore, M'. Curium poſt tres honeſtiſſimos triũphos in villa habitaſſe, & agrum fodiſſe ſcribens. Item Cicero in dialogo de ſenectute, vbi de ruſticæ vitæ laudibus diſſerit. Ergo (inquit) in hac vita M'. Curius cùm de Samnitibus, & Sabinis triumphaſſet, & de Pyrrho, conſumpſit extremum tempus ætatis. Vt ad hiſtoriam porrò Curijque triumphum præſentem veniamus, Pyrrho (vt refert Florus) bis caſtris exuto, bis ſaucio, &
» in Græciam ſuam fugato; tanta de opulentiſſimis tot gentibus ſpolia ſunt relata, vt victo-
» riam ſuam Roma non caperet. Neque enim vllus pulchrior ante eum diem, aut ſpecioſior
» triumphus in vrbem intrauit; quæ nihil niſi pecora Volſcorum, greges Sabinorum, car-
» penta Gallorum, fracta Samnitium arma viderat antea. Tum ſi captiuos aſpiceres, Moloſ-
» ſi, Theſſali, Macedones, Bruttij, Appuli, atque Lucani occurrebant: Si pompas, aurum,
» purpura, ſigna, tabulæ, Tarentinæque delitiæ portabantur. Sed nihil lubentiùs populus

De triumphis M'. Curij Dentati.

M'. Curius triumphalis agricola.

Pompa triumphalis praclara.

Elephantes primum Romam in triumphum ducti.

** VI forte reßius ex Capitolinorũ faſtorũ calculo, qui annum ex Pliniano ſuis ſequens. Atqui Coſ ſalinum collegia ſextũ tum annum prodeunt Pyrrhum cum Romanis geſſiſſe bellum.*

M'. Curij modeſtia, & abſtinentia ſingularis.

Romanus aſpexit, quàm illas, quas timuerat, cum turribus ſuis beluas; quæ non ſine ſenſu "
captiuitatis ſummiſſis ceruicibus victores equos ſequebantur. Hęc ferè ad verbũ ex L. Flo- "
ro, qui eleganter & breuiter hunc triumphum depingere mihi viſus eſt. Romam verò in triumphum deductos primum elephantos conſentit Plinius, * VII. poſtquã Italia primùm eos vidit anno, & boues Lucas (vt antè dictum) appellauit. Seneca inſuper ad Paulinum de breuitate vitæ memorat idem Primus (inquit) nauali prœlio Duilius vicit, primus Curius "
Dentatus in triumpho duxit elephantos. Eutropius autem cæſam eo prœlio hoſtium XX- "
III. milia dicit, Curium in conſulatu triumphaſſe, ac primùm elephãtes quatuor Romam duxiſſe. Zonaras tamen octo fuiſſe captos, ſuis annalibus inſeruit. Meminit huius etiam triumphi Cicero in oratione pro Murena. M'. Curio autem ob ingentia in remp. merita, poſt tot triumphos, & totius Italiæ imperiũ pop. Rom. fundatum, cum ſenatus agri iugera quinquaginta decerneret, vel, vt Auctor de viris illuſtribus, quingenta, cũ domo ad Tifatam; aſpernatus prærogatiuam, popularis aſſignationis modum, qui ſeptenum erat iugerum, excedere noluit. Addidit orationem modeſtia, & continentia ſua dignam: pernicioſum reip. intelligi ciuem, cui ſeptena iugera non eſſent ſatis, quiq; eo, quod reliquis tribueretur, non eſſet contentus. Idemque ex præda regia, qua exercitum, vrbemq; ditauerat, nihil attigit, præter guttum faginum ſacrificij cauſſa ſeruiturum. Hæc apud Columellam libro I. Val Max libro IV. cap. III. Plinium lib. XVI. cap. XXXVIII. & lib XVIII. cap. III. & Auctorem de viris illuſtribus cap XXXVIII qui nonnihil ab alijs diſcrepat.

L. Cornelius. TI. F. SER. N. LENTVL. AN. CDLXXIIX.
Caudinus. COS. DE. SAMNITIBVS. ET.
Lucaneis. K. MART.

Præter Capitolini marmoris paucas has reliquias nihil de hoc triumpho habemus; apud alios enim auctores vix vlla eſt mentio victoriæ, tanto minùs triumphi. M'. Curij enim inſignis de Pyrrho victoria, & ampliſſimus triũphus L. Lentuli collegæ res geſtas forſan obſcuriores reddidit. Ex Plutarcho dumtaxat colligere eſt L. Lentulum Coſ in Samnio, & Lucania bellum geſſiſſe, cùm Pyrrhus à M'. Curio collega prœlio vinceretur. Refert enim, Pyrrhum miſiſſe partem exercitus in Lucaniam, vt alterum impediret Coſ. ne Curio iungeretur. Plinius item lib. XXXIII. cap. II. haud paruam L. Lentuli Coſ. in Samnio fuiſſe victoriam, ſubindicat his verbis. L. Lentulus Coſ. auream coronam ex præda dedit Ser. Cor- "
nelio Merendæ * Samnitium oppido capto Equidem vix dubito, quin nomen oppidi ibi- "
dem in Plinio librariorum culpa perierit: quòd Caudium fuiſſe ſuſpicor, ob Lentulorum agnomen familiare Caudinus: quod huius etiam filijs duobus L. & P. Lentulis adſcribi videmus in tabulis Romanis tam magiſtratuum quàm triumphorum anno XVI. XVII. & XIX. poſt B. Adeo vt mihi fermè videatur pater hoc bello adeptum ſibi, poſterisq; illud agnomen vſurpaſſe, ob veteris ignominiæ memoriam abolitam, vtrámve Caudio expugnato, vel diruto. Adiuuat coniecturam noſtram, quod ex fragmento triumphi huius præter Lentuli, cognomen alterum deſiderari, facilè videamus; quod non aliud fuiſſe opinor, quàm Caudinus; quando illud idem obtinuerunt & fi[illegible]

L. Lentulum Coſ. Samnites & Lucanos ingenti prælio ad Caudium viciſſe.

Plinij loc° mutilus deeſt fortè Caudio.

Caudinus agnomen inter Lentulos vnde primum.

Deeſt agnomen Lẽtuli in marmoris Capitolini fragmento.

ANNI. P. R. C. CDLXXIX.

Conſules.

M'. Curius. M'. f. M'. n. Dentatus. III. Ser. Cornelius. //. f. //. n. Merenda.

SER. Cornelium & M' Curium Coſs. adfert Caſſiodorus, Dentatum II. & Merendam tabulæ Græcæ Verùm hic III. eſt Dentati conſulatus, quemadmodum ex ſuperioribus conſtat, atque etiam ex Mariano Scoto, qui Ser. Corneliũ, & M' Curium III. prodit Coſs. Continuatum Curio honorẽ veriſimile eſt ob remp rectè ſuperiore anno domi foriſq; adminiſtratã. Ser Merendam ob fortitudinis meritũ conſulatu honoratũ, nam eundem eſſe exiſtimo, quẽ L. Lẽtulus Coſ paulò antè corona aurea donarat, ſicut ex Plinio docuimus.

M'. Curio cur continuatus honor fuerit.

Cum Pyrrhi ſocijs bellatum.

Tarentinorum diſſidium cum Milone Pyrrhi præfecto quẽ in arce reliquerat.

Nihil ferè certi eſt de Coſs. prouincijs, Samnitium, Bruttiorum, Lucanorúmve bello, quod cùm ijs populis continuatũ abſente etiam Pyrrho fuiſſe, docet epitome Liuiana. Tarentini quidem à Pyrrho deſtituti tunc à Romano bello quieuiſſe videntur: immo (vt Zonaras obiter memorat) cum præſidio Pyrrhi, quod, tanquam rediturus, Milone præfecto reliquerat in arce, veniſſe in diſſidium, & aliquandiu varia fortuna dimicaſſe.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
L. Genucius. //. f. //. n. Clepſina.

Aediles

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

C. Fabius. C. f. M. n. Pictor. Cn. Cornelius. L. f. Cn. n. Blaſio.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Q. Ogulnius. L. f. A. n. Gallus. P. Sempronius. P. f. P. n. Sophus.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

D. Iunius. D. f. D. n. Pera. Q. Mamilius. Q. f. //. n. Turinus.
[M. Minucius. M. f. //. n. Feſſus.] [M. Titinius. M. f. C. nepos. III.]
[C. Curatius. P. f. P. nepos. II.] [P. Furius. P. f. P. nepos.]
[Q. Papirius. Q. f. //. n. Turdus.] T. Veturius. T. f. T. n. Caluinus.
[C. Minucius. C. f. C. n. Augurinus.] [C. Minucius. //. f. //. n. Rufus.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M'. Curij } coſs. in Samnio, Brutticis,
//. //. //. f. //. n. //. Ser. Merendæ } & Lucaneis.

Ap. Claudius. C. f. Ap. n. Caudex. Fratrem Ap. Cæci fuiſſe teſtantur Gellius, & Auctor de viris illuſtrib. cap. XXXVII. & Faſti Capitolini id ipſum demonſtrant. Rationem noui cognominis reddit pulcherrimi Seneca de breuitate vitæ. Caudicem idcirco vocatum fuiſſe, quòd primus per mare Romanum exercitum ex Italia transfretauit in Siciliam paruis nauiculis, quas caudices appellabant antiqui. *Cur Ap. Claudius Caudex ſit appellatus.*

Q. Mamilius. Q. f. M. n. Vitulus. Conſulem poſtea ſic reperimus in Capitolinis tabulis deſcriptum.

[L. Sempronius. L. f. A. n. Atratinus.]

L. Flaminius. //. f. //. n. Chilo. Cuius extant antiquiſſimi denarij bigati, cuſi cùm eſſet IIII. vir primus flandi argenti. de quibus paulò pòſt ſuo loco latiùs agemus.

ANNI. P. R. C. CDXXC.

Conſules.

C. Fabius.* M. f. M. n.* Dorſo. Licinus. C. Claudius. //. f. C. n. Canina. II.

ALTER Coſs. in ambiguo eſt, nam mirè variatur apud auctores. Caſſiodorus C. Fabium, & C. Claudium nominat: Velleius Fabium Dorſonem, & Claudium Caninam. Sed Eutropius C. Fabricium Luſcinum, & C. Claudium Caninam Coſs. memorat; cui accedit Græcæ & Cuſpiniani tabulæ, Luſcinum & Caninam ſuggerẽtes, item Marianus Scotus, qui C. Fabricium, C. Claudium Coſs. adducit. Error in annalibus poſſet videri inductus ex ſimilitudine nominum Fabricij & Fabij; item cognominum Luſcini & Licini. Nam hoc in Fabia gente etiam fuiſſe conſtat, & paulò poſt faſti conſulares demõſtrabunt. C. Caninam antea Cos. habuimus anno CDLXIIX. Erit igitur hic eius ſecundus cõſulatus. *Error ex ſimilitudine nominum natus in auctorum exemplaribus.*

His Coſs. vt auctor eſt Eutropius, legati Alexandrini à Ptolomæo Ægypti Rege miſſi, petitam amicitiam obtinuerunt. Scribit idem Euſebius in Chronico, nec non Zonaras libro annalium II. addens Romanos ea Regis comitate delectatos viciſſim legatos miſiſſe; qui magnifice ab eo donati, munera Romam redeuntes in ærarium tulere. Sed ſenatus regiæ liberalitati locum dans munera ipſos habere iuſſit. Pulchrè hæc etiam Valerius Max. libro IV. cap. III. narrat, vbi legatorum Romanorum nomina quoque recenſet: quorum *Ptolemæus Philadelphus Ægypti Rex per ſuos legatos Romam miſſos Alexandria fœdus ac amicitiã cum ſenatu ac populo pepigit.*

princeps Q. Fabius Gurges bis Coſ. fuerat, biſque triumpharat. Alij duo ædilitij, ac vnus quæſtorius, ſicut ex ſequentibus eorum conſulatibus colligere eſt. Fratres enim fuiſſe duos hos Fabios Pictores Caium & Numerium ex tabulis Capitolinis paulò pòſt luce clariùs conſtabit: quorum Caius cum Q. Ogulnio Coſ fuit anno CDXXCIV. Numerius triennio poſtea. Sed quia principum virorum eius ſæculi ſanctiſſimos mores, probitatem, & abſtinentiam, reipublicæque amorem accuratè repræſentet Valerius, eius verba adducere hic non pigebit. Q. Fabius Gurges C. N. Fabij Pictores, Q. Ogulnius legati ad Ptolomæum „ Regem miſſi, munera quæ ab eo priuatim acceperant, in ærarium, & quidem priùs, quàm „ ad ſenatum legationem referrent, detulerunt: de publico, ſcilicet, miniſterio nihil cui- „ quam, præter laudem benè adminiſtrati officij, accedere debere iudicantes. Iam illud hu- „ manitatis ſenatus, & attentæ maiorum diſciplinæ indicium eſt: data ſunt enim legatis, „ quæ in ærarium repoſuerant non ſolùm patrum conſcriptorum decreto, ſed etiam populi „ permiſſu, eaque legatis quæſtores promptè vnicuique diſtribuerunt. Ita in ijſdem Ptolo- „ mæi liberalitas, legatorum abſtinentia, ſenatus ac pop. Rom. æquitas debitam probabilis „ facti portionem obtinuit. Non præteriiſſe hanc legationem Liuium cognoſcimus ex pau- „ cis lib. XIV. verbis hiſce quibus in epitome huius anni hiſtoria attingitur, eaque ſunt hæc. Cum Ptolomæo Ægypti Regi ſocietas iuncta eſt. Sextilia virgo Veſtalis damnata inceſti, „ viua defoſſa eſt. Coloniæ deductæ Poſſidonia & Coſſa. Oroſius item, Sextiliæ Veſtalis „ damnationem refert libro quarto, cap. 11. De colonijs autem iam dictis ita Velleius: At „ Coſſa & Pæſtum deductæ abhinc annos ferme trecentos Fabio Dorſone, & Claudio Canina Coſſ. Coſſam Volcienſium fuiſſe, ſuperiùs ex Plinio dixi; Pæſtum autem eſſe Poſſidoniam, declarat idem auctor libro tertio cap. v. vbi Lucanorum vrbes enumerat. Oppidum Pæſtum, inquit, Græcis Poſſidonia appellatum.

Abſtinentia legatorum populi Romani.

Aequitas ſenatus ac populi Romani.

Sextilia virgo Veſtalis viua defoſſa.

Poſidonia & Coſſa coloniæ.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

C. Quinctius. //. f. //. n. Claudus.

Aediles curules

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //

[T. Clœlius. Q. f. Q. n. Siculus.]   Ap. Claudius. Ap. f. C. n. Craſſus.

Aediles plebis

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

[M. Fuluius. M. f. Cn. n. Pætinus.]   Q. Lutatius. C. f. //. n. Catulus.]

Tribuni plebis

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

L. Mamilius. * Q. f. M. n.* Vitulus. [M. Aquillius. M. f. C. n. Florus.]
[M'. Iuuentius. M'. f. M'. n. Thalna.] Sp. Caruilius. C. f. * L. n. * Max. Ruga.
[Q. Aulius. Q. f. M. n. Cerretanus.] [L. Aelius. L. f. L. n. Pætus.]
[L. Pomponius. Q. f. Q. nepos.] [M'. Pomponius. M'. f. M'. n. Matho.]
[Cn. Flauius. Cn. f. Cn. nepos.] [Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Pætinus. II.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.   //. //. //. f. //. n. //.

Legatis Romanis munera à Ptolomæo Aegypti Rege donata, & in ærarium delata ex S.C. & populi iuſſu ipſis reddiderunt. Val. Max. lib. IV. cap. 11.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Fabij } coſſ. in Samnio. Lucaneis.
//. //. //. f. //. n. //. C. Claudij } Brutticis. & Sallentino.

M. Cor-

M. Cornelius. //. f. //. n. Cethegus. Auus C. Cethegi. Cos. anno DLVI. velut temporum ratio, & Capitolina marmora ſignificant.

T. Manlius. T. f. T. n. Torquatus. T. Capitolini Torquati filius, qui Cos. anno CDLIV. fuit; & pater T. Torquati bis Cos. & Cenſoris poſtea, qui de Sardeis triumphauit, & Ianum II. clauſit, ſicut ex temporum ratione colligimus.

T. Otacilius. C. f. M'. n. Craſſus. Conſulem ita deſcribunt Capitolina marmora.

[Q. Ogulnius. Q. f. A. n. Gallus.] Filius Q. Ogulnij illius quem antea tribunum plebis, atque ædilem habuimus.

C. Claudius. /. F. C. N. CANINA. ANN. CDXXC.
COS. II. de LVCANEIS. SAMNITIBVS.
Brutticisque. QVIRINALIBVS.

Triumphatum quoque hoc anno fuiſſe, & res proſperè in Samnio geſtas eſſe à C. Canina Cos. ex his ſolis reliquijs Capitolinorum marmorum manifeſtum fit. Quibus reſpondere dumtaxat videntur Liuianæ epitomes lib. XIV. verba hæc. Res præterea contra Lucanos, Samnites, & Bruttios feliciter geſtas continet. Aliud quod adferam in tanta hiſtoriarum eius temporis inopia non habeo.

ANNI. P. R. C. CDXXCI.

Conſules.

L. Papirius. L. f. Sp. n. Curſor. II. Sp. Caruilius. C. f. C. n. Maximus. II.

CASSIODORVS Coss. ſuggerit L. Papirium Curſorem, & Sp. Caruilium: tabulæ Græcæ Curſorem, & Maximum. Ambo quidem Coss. fuerunt iterum hoc anno, quapropter tabulis & Caſſiodoro numeri vtrinque adiungendi ſunt. Ego nomina ex ante actis eorum magiſtratibus deſcripſi. Meminit Coss. etiam Frontinus de aquæductibus, licet malè ibidem Sp. Caluiſius legatur pro Caruilius. Item Liuius libro XXIV. ſcribit, Papirium & Caruilium Coss aduerſus Samnites, Bruttiosque, & Lucanum cum Tarentino populum declaratos eſſe.

Conſulibus itaque Tarentini cum Samnitibus Lucanis & Bruttijs prouinciæ decretæ, qui bellum Samniticum quod per annos LXXI. durauerat, confecerunt, & Tarentinos inſuper ad deditionem coegerunt. Quibus pax & libertas data eſt, vt Liuius auctor. Et hac quidem victoria, debellatis etiam paulò ante Etruſcis, & Gallis, Italiæ magna pars in poteſtatem Romanorum redacta eſt. Sed vide Zonaram, Oroſium, & alios.

Samniticum bellum LXXI. annorũ hoc anno confectum. Tarentini ad deditionem compulſi.

Cens. M'. Curius. M'. f. M'. n. Dentatus. L. Papirius. Sp. f. L. n. Curſor.
Luſtrum fecerunt. XXXIV.

Ex Frontini auctoritate cenſores iſtos poſuimus. Is enim in libello de aquæductibus Anienem veterem anno XL. poſt Appiam aquam deductam ſcribens, Anno, inquit, CDXXCI. M'. Curius Dentatus qui cenſuram cum L. Papirio Curſore geſſit, Anienis qui nunc dicitur vetus, aquam perducendam in vrbem ex manubijs de Pyrrho Rege captis curauit. Sp. Caruilio, L. Papirio Coss. Aſtipulatur Frontino Auctor de viris illuſtr. cap. XXXIII. dum tradit M'. Curium poſt prædam omnem hoſtilem in publicum redactam, Anionem deinde aquam ex manubijs hoſtium in vrbem reduxiſſe. Et congruit quidem Frontini ſupputatio cum faſtis Capitolinis: nam hic annus ab Ap. Cæci cenſura XL eſt, qui Appiam aquam inducere tum cœpit. Annus tamen Vrbis conditæ fallit, error enim eſt in numero, vbi punctus extremus in X. denarij notam excreuit: qua ratione perperam ſignatur annus Vrbis CDLXXXIX pro CDLXXXI. Quamuis autem Frontinus Dentati collegam L. Papirium minimè diſcernat à Cos. huius anni, non idem tamen exiſtimandus eſt. inuſitatum namque tunc fuit, vt qui Cos. idem cenſor ſimul eſſet. Quare cenſorem hunc L. Papirium Curſorem ex ratione temporis ſuſpicamur potiùs fuiſſe L. Curſoris quinquies Cos. nepotem ex maiore filio Sp. Papirio Curſore, & huius anni Conſulem, eius fuiſſe patruum. Niſi malis cum Sigonio opinari, patrem Cos cenſorem hunc fuiſſe, nempe ſenem illum honoratum, quem veriſimile eſt poſt tot decora triumphorum, ampliſſimorumque magiſtratuum geſſiſſe & cenſuram. Licet intercedat interuallum XL. fere annorum inter hanc, & priores

priores eius magiſtratus, quando in alijs non diſſimile adeò repetiamus eo ſæculo contigiſſe. Quare ſuum cuique ſit in re obſcura iudicium. Luſtrum autem hoc fuiſſe xxxiv. demonſtrat xxxv quod ſequitur in Capitolinis tabulis. Principem verò ſenatus fuiſſe lectum Q. Fabius Gurgitem, patre Rulliano iam mortuo, ex Plinio conſtat, cuius locum antea in Gurgitis cenſura adduxi ex lib. VII. cap. XI.

Luſtrū xxxiv Princeps ſenatus Q. Fabius Max. Gurges.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

Cn. Cornelius. L. f. Cn. n. Blaſio.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

L. Poblicius. L. f. . n. Malleolus. [Q. Conſidius. M. f. M. nepos.]

M. Atilius. M. f. L. n. Regulus. D. Iunius. D. f. D. n. Pera.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Q. Ogulnius. L. f. A. n. Gallus. II. [M. Duilius. M. f. M. nepos.]
T. Sempronius. C. f. //. n. Gracchus. Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Max. Centumal.
[C. Atilius. M. f. L. n. Regulus. [M'. Marcius. M'. f. M'. nepos. II.]
[C. Plautius. C. f. C. n. Proculus. [Q. Pœtelius. Q. f. C. n. Libo Viſolus.]
[M. Allienius. M. f. L. nepos.] [L. Conſidius. L. f. L. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. L. Papirij Cos. in Samnio, Lucaneis, Bruttieis, & Tarentino.
//. //. //. f. //. n. //. Sp. Caruilij Cos. in Samnio, Lucaneis, & Bruttieis.

Q. Fabius. M. f. M. n. Ambuſtus. M. Ambuſti nepos fortè, qui magiſter equitum fuit anno CDXXXI. Hunc Q. Fabium Zonaras ſenatorem, Val. Max. ædilitium fuiſſe ſcribunt, cùm anno ab hinc ſexto dederetur Apolloniatibus, vt tum dicemus latiùs.

M'. Valerius. M. f. M. n. Maximus. Qui poſtea Meſſalla appellatus eſt, vt in eius conſulatu dicemus latiùs.

Cn. Minucius. M. f. //. n. Feſſus. Is Prætor poſtea ſequetur.

C. Duilius. M. f. M. nepos. Hic deinde Cos. primus Pœnos nauali prœlio vicit, & ampliſſimum triumphum ex ea victoria rettulit, quemadmodum ſuo loco declarabimus.

Sp. Caruilius. C. f. C. n. MAXIMVS. II. AN. CDXXCI.
COS. II. DE Lucaneis. Bruttieis. Samnitibus. &
TARENTINcis. //. //. //.

L. PAPIRIVS. L. f. Sp. n. Curſor. II. AN. CDXXCI.
COS. II. DE. TArentineis. Samnitibus. Lucaneis.
BRVTTIEISQVE. //. //. //.

Coss.

Coss. ambo de Tarentineis, Lucanis, Bruttijs, & Samnitibus bello confecto triumpharunt, quemadmodum ex reliquijs Capitolinis cognoſcere licet. Alius enim nemo, quod ſciam, auctorum eius rei mentionem facit, quamvis plures ſint, qui victoriam hanc deſcribant. Zonaras auctor eſt, Sp. Caruilium Cos. Samnites ſubegiſſe; Papirium Lucanos, & Bruttios, eundemque Tarentinos domuiſſe. Qui cum Milonem Pyrrhi præfectum expellere conantur, Pyrrhi morte cognita, Carthaginienſium opem implorarunt. Milonem in diſcrimen redactum (Romanis terra tam vrbem quàm arcem, Carthaginienſibus arcem mari prementibus) cum Papirio pepigiſſe, vt ſibi cum militibus & pecunijs incolumi diſcedere liceret, arcem Romanis traderet. Quo facto, Carthaginienſes deinde, vt Romanis fœderatos, item abiuiſſe. Vrbem a Papirio in deditionem acceptam, armis & nauibus ablatis, muris dirutis, tributoque impoſito, in poteſtatem redactam fuiſſe. Et hæc ferè Zonaras. Verùm Liuius, victis Tarentinis, vt dixi, pacem ac libertatem datam refert. Iulius Frontinus Strategematum libro III. capite III. ſcribit, Milonem Cos. Papirio non arcem ſolùm tradidiſſe, ſed etiam ciuitatem prodidiſſe; dum ipſe Conſuli clam reconciliatus legati interceſſoris munus nomine ciuitatis ſuſciperet, ſpecioſiſque pactorum promiſſis ciues in ſecuritatem reſoluendo vrbem incuſtoditam Papirio offeret. At Liuius lib. XIV. & Oroſius libro IV. cap. III. Carthaginienſes non tam contra Milonem quàm contra Romanos Tarentinis auxilio veniſſe, atque ita fœdus violaſſe memorant. Cæterùm quod ad L. Papirij hunc triumphum attinet, cum ob ſubactos Tarentinos, ac maxima ciuitate illa in poteſtatem redacta, cuius conditor Neptuni filius Taras equeſtris item velitationis inuentor fama ferebatur fuiſſe, Romæ Conſo, id eſt, equeſtri Neptuno ædem ſtatuiſſe; & in eadem triumphi ſui pictutam reliquiſſe, ex Sex. Pompeij quodam loco colligimus: cuius verba nos deinde in annali CDXXCIX adducemus. Extat item huius victoriæ atque triumphi memoria in argenteis nummis cuſis poſtea, vel ab ipſo Papirio, vel ab eius filio in honorem patris atque familiæ. Habent enim in fronte caput Romæ tectum galea alata; cuius in vertice conus eſt roſtrum nauis adruncum & dentatum. Quo ſymbolo notatur Romam Tarentinis ſubactis, claſſe & imperio maritimo potentiorem factam. In tergo numiſmatis Victoria quadrigam agitans ſignat terreſtribus & equeſtribus, item prœlijs victricem Romam. Circumſcriptus eſt titulus. L. PAPIRI. L. F. SP. N. CVRSOR. ROMA. Sub vngulis autem equorum expreſſus Scorpius, qui vel vrbis inter aquas marinas arcuatim cum portu ſuo protenſæ formam atque ſitum repræſentare videtur: vel proditorem vrbis Milonem ſimul deuictum oſtendit. Scorpius enim dolosi, & fallacis hominis γλυφικὸν antiquis fuiſſe, diſcimus ex Ariſtophanis, Sophoclis & Nicandri verſibus, qui adagium nobis tale ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος εὕδει. Sub omni ſcilicet lapide cubare ſcorpium. Quo monemur, ab inſidijs ac dolis fallacium magnopere cauendum eſſe. Quin & Punicam fraudem detectam & conculcatam notare poterant; quòd Pœni ſe non contra Romanos, ſed tantùm contra Milonem Tarentinis auxilio veniſſe ſimulabant.

Qu. duplici bello confecto Coss ambo triumpharunt. *Tarentini Milonem Pyrrhi præfectum expellere conantur Pœnos in auxilium vocant.* *Milo Romanis arcem prodit.* *Vrbs dedita Papirio Cos.* *Carthaginien. et fœdus Romanũ violant.* *Conſi ædes Romæ.* *Denarij ex præda Tarentina cuſi.* *Roma claſſe & imperio maritimo potentior.* *Scorpius quid ſignet in gypſum.*

ANNI. P. R. C. CDXXCII.

Conſules.

C. Quinctius. //. f. //. n. Claudus. L. Genucius. //. f. //. n. Clepſina.

CASSIODORVS & Marianus C. Quinctium, & L. Genucium Coss. nominant: tabulæ Siculæ, & Cuſpinianus Claudum & Clepſinam, quæ cognomina eorum opinamur fuiſſe. Apud alios auctores hos non reperio.

Octaua legio Campana, quæ defecerat aduentante in Italiam Pyrrho, & Rhegium expulſis vel occiſis ciuibus occupauerat, à L. Genucio Cos. obſeſſa eſt. Et vrbe tandem in deditionem accepta, ciuibusque reſtituta, perfugæ omnes ſtatim ſupplicio affecti ſunt: legionis verò ipſius milites omnes reſiduos Cos. Romam miſit: qui populi iuſſu in foro virgis cæſi, & ſecuri percuſſi ſunt. Polybius libro I. quatuor millia fuiſſe ſcribit, duce Iubellio Campano, ſed trecentos tantùm in deditione captos, reliquos in oppugnatione cæſos fuiſſe. Val. Max. libro II. capite VII. quinquagenos ſingulis diebus virgis cæſos, & ſecuri percuſſos ait, vt res minore cum inuidia perageretur. Attamen corpora mandare ſepulturæ, mortuosque lugere prohibitum fuit. Meminit item Liuiana epitome libro XV. Rursus in oratione P. Scipionis ad milites rebelles, ac ſeditioſos libro XXVIII. Liuius idem meminit, vbi legionem totam milium quatuor virgis & ſecuri cæſam dicit, cui aſtipulatur Oroſius libro IV. cap. III. Quem vide, atque Zonaram libro II.

Legio rebellis punita ſeuerè. *Iuſtitiæ exempli præclarum.*

Prætor.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
C. Fabius. C. f. M. n. Pictor.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
L. Iulius. L. f. L. n. Libo. — N. Fabius. C. f. M. n. Pictor.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
Q. Mamilius. Q. f. //. n. Turinus. — [M. Minucius. M. f. //. n. Feſſus.]

Tribuni plebis.

Senatus ac populi Romani in puniendis perfidis & adminiſtranda iuſtitia virtus.

M. Fuluius. Q. f. M. n. Flaccus. Senatusconſulto de puniendis octauæ legionis militibus interceſſit, denunciauitque ne in ciues aduerſus morem maiorum animaduerteretur. Tribuni tamen conatibus apud populum præualuit ſenatus auctoritas. cuius iuſſu de perduellibus ſupplicium eſt ſumptum: quo populus Romanus perfidiæ ſcelus vindicaſſe diceretur, & ſuam erga ſocios ac fœderatos fidem quantum fieri poſſet, confirmaret. Val. Max. lib. II. cap. VII.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

P. Sempronius. P. f. P. n. Sophus. II. — Cn. Apronius.* C. f. Cn. n. Limo.*
[C. Otacilius. C. f. M'. n. Craſſus.] — [C. Plætorius. L. f. M. nepos.]
[C. Racilius. L. f. L. nepos.] — C. Apuſtius. C. f. //. n. Fullo.]
[Sex. Statius. Sex. f. T. nepos.] — [C. Numitorius. C. f. C. nepos.]
L. Flaminius. //. f. //. n. Chilo.

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. // n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Quinctij } coss. in Samnio. Lucaneis.
//. //. //. f. //. n. //. L. Genucij } &. Bruttieis.

L. Poſtumius. L. f. L. n. Megellus. — L. Valerius. M. f. L. n. Flaccus.
Ambo poſtea Coss. ita leguntur in Capitolinis marmoribus: quorum hic conſularem filium quoque reliquit P. Flaccum: illius pater poſt tertium, vt antè diximus, conſulatus damnatus fuit.

D. Iunius. D. f. D. n. Bruttus. Scæua. Qui poſtea cum Marco fratre primùm munus gladiatorium Romæ dedit in honorem defuncti patris, vt ſuo loco dicemus.

C. Aquillius. M. f. C. n. Florus. Qui item extat in tabulis Capitolinis, vbi Cos. plebeij locum obtinet.

ANNI. P. R. C. CDXXCIII.

Conſules.

C. Genucius. //. f. //. n. Clepſina. II. — Cn. Cornelius. L. f. Cn. n. Blaſio.

C. GENVCIVS, & Cn. Cornelius Coss. ſequuntur in Caſſiodoro, in tabulis Siculis ſiue Græcis noſtris nō habentur. Cuſpinianus cognomina ex ſuis tabulis adiecit Clepſinam

nam & Blæſum. Sed Cn. Cornelium Blaſionem appellarj debere potiùs exiſtimo, quem cenſorem ſequenti luſtro habebimus in faſtis Capitolinis. Blæſi namque cognomen in Cornelia gente peregrinum eſt. A Mariano L. Genucius Clepſina II. & Cn. Cornelius Aſina adferuntur: non tamen L. Genucio continuatum ſuperioris anni conſulatum arbitror, ſed potiùs C. Genucio diu ante Cos. hoc anno iteratum fuiſſe. Atque huius collegam nunc Cn. Cornelium Blaſionem fuiſſe veriſimile eſt, non Aſinam; cuius conſulatus primus decennio poſt ſequetur in Capitolinis marmoribus.

Hiems aſperrima, ſic vt arbores exaruerint, Tiberis in ſummã altitudinem glacie aſtrictus fuerit. Hinc ſumma deinde penuria ſequuta eſt, vt iumenta quoque ex pabuli inopia perierint. Auctor eſt Zonaras. De eadem re ſcribere videtur etiam D. Auguſtinus de ciuitate Dei libro tertio, capite XVII. cum dicit: „ Quid hiems illa memorabilis tam incredibili „ immanitate ſæuiens, vt niuibus horrenda altitudine etiam in foro per dies XL. manentibus, „ Tiberis quoque glacie duraretur? *Hiems ſumma intemperies & aſperitas.*

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
Ap. Claudius. Ap. f. C. n. Craſſus.

Aediles curules

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
[L. Quinctius. L. f. L. n. Capitolinus.] [L. Papirius. M. f. M. n. Craſſus.]

Aediles plebis

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
L. Mamilius. Q. f. M. n. Vitulus. [M. Aquillius. M. f. C. n. Florus.]

Tribuni plebis

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

D. Iunius. D. f. D. n. Pera. II. — M'. Otacilius. C. f. M'. n. Craſſus.
[A. Acutius. C. f. C. nepos.] — [Ti. Pontificius. Ti. f. Ti. nepos.]
[C. Volſcius. M. f. L. n. Fictor.] — [C. Metilius. C. f. T. nepos.]
[A. Sellius. A. f. M. nepos.] — [C. Sallonius. P. f. P. n. Sarra.]
[Q. Racilius. L. f. L. nepos.] — [C. Plætorius. C. f. C. nepos.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. — //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Genucij } coss. in Vmbria.
//. //. //. f. //. n. //. Cn. Cornelij }

M. Iunius. D. f. D. n. Brutus. Filius alter D. Bruti Scæuæ, ni fallor, qui cum fratre Decimo primos ludos gladiatorios Romæ exhibuit in funere patris.

Cn. Cornelius. L. f. Cn. n. Scipio. Aſina. Bis Cos. ac triumphalis poſtea, vt apparebit. Noui huius agnominis, rationem reddit pulchrè Macrobius libro I. Saturnalium. Quod nimirum, empto fundo; ſeu, vt alij volunt, filia elocata, cùm ſponſores ab eo ſolemniter poſcerentur, aſinam pecunia onuſtam produxerit in forum ad tribunal, quaſi pro ſponſoribus præſens pignus. Eamque ob cauſſam illi agnomen ab aſina ſua à vulgo fuit inditum. *Aſina agnomẽ in Scipionum domo vnde.*

A. Atilius. A. f. C. n. Calatinus. Bis Cos. Cenſor & Dictator. deinde, atque inter principes ciuitatis cum Coruncanio, Curio, Fabricio, & Papo numeratus aureo *A. Calatini laudes.*

illo

illo ſæculo; qui tum abſtinentia, conſilio, auctoritate, & cunctis virtutibus domi militiæque florebant, & clari habebantur. Sanè huius in monumento tale elogium fuiſſe inſculptum legimus in Ciceronis Catone, & de finibus lib. II.

Eius elogium in monumento.

VNO. ORE. PLVRIMAE. CONSENTIVNT. GENTES.
PRIMARIVM. POPVLI. FVISSE. VIRVM.

Iure igitur grauis Calatinus, cuius de laudibus omnium eſſet fama conſentiens, quemque vix vnquam Tullius ſine honoris præfatione nominat.

Q. Sulpicius. Q. f. Q. n. Paterculus. Frater C. Paterculi conſularis, qui de Pœnis & Sardis triumphauit, vt ſuo loco.

Cn. Cornelius. L. f. Cn. n. Blaſio. an. CCXXCIII.
cos. de SASSINatibus. //. //. //.

Videmus pauciſſimas in columnis Capitolinis literas, Cn. Cornelium Cos. de Saſſinatibus triumphaſſe nobis indicare: ſed auctorum neminem habemus, ex quo illud diffuſiùs declarare poſſumus. Cum Vmbris tum bellari cœpiſſe apparet, cuius & Liuius in XV. meminit. Hos enim populos Vmbris adiungit Polybius lib. II. vbi Romanorum copias enumerat, & Sarſinates appellat, quemadmodum & Plinius lib. III. cap. XV. Ciuitas Sarſina dicta, Plauti comici poetæ patria, vt vulgò receptum eſt. Et Feſtus affirmat; Atium ſcribunt poetam, quia Vmber Sarcinas erat, à pedum planicie initio Plotum, poſtea Plautum eſſe dictum, quòd Vmbri Plotos appellant, qui planis ſunt pedibus. Sarſina diues lactis, inquit, Silius Italicus. Apud antiquos tamen per duplex SS Saſſinam ſcribi ſolere, non ſolùm oſtendunt triumphales columnæ: ſed etiam aliæ, quas ex eo municipio habuimus, inſcriptiones antiquæ marmorum.

Bellum cum Vmbris. Saßinates Vmbriæ populi. Atij Plauti poetæ patria. Cur Plautus dictus.

ANNI. P. R. C. CDXXCIV.

Conſules.

Q. Ogulnius. L. f. A. n. Gallus. C. Fabius. C. f. M. n. Pictor.

CASSIODORVS, & Marianus hos Coss. vel omiſiſſe videntur; vel aliquo caſu ex eorum tabulis perierunt. Hunc enim annum deſiderari ex Velleio cognoſcimus cùm ſcribat libro I. Claudium & Sempronium ſequentes Coss. quinquennio poſt C. Claudium Caninam, & Fabium Dorſonem fuiſſe. Idem ex Plinij libro XXXIII. apertum eſt. annis quinque ante bellum Punicum primum. C. Fabio Cos. argentum Romæ ſignatum fuiſſe referentis: Vbi ſanè ſuſpicor collegæ nomen (Ogulnio) librariorum exſcriptorum imperitia è libris euanuiſſe, prænomen Q. ſequentis Fabij verum prænomen C. loco detruſiſſe. Cur enim tanti negocij memoriam ac tempus vnius dumtaxat Conſulis nomine præter morem, quæſo, ſignaſſet Plinius? Sed librariorum hæc, me hercle, lata culpa eſt, non Plinij; qui Conſulis alterius nomen, quod vix legere potuerunt, tanquam inauditum ac barbarum prætermiſere. Quod etiam apud alios auctores monſtroſè deprauatum vbique locorum extat: ſicut in Eutropio, vbi hos Coss. ſic expreſſos legimus. „Quintio Gulone, „C. Fabio Pictore Coss. Picentes bellum commouere. In exemplari manuſcripto monaſterij S. Amandi in Belgica, quod vir eruditiſſimus Io. Cauchius Vltraiectenſis contulit, habetur, Quinto Culneo, C. Fabio Coss. Quod magis placet, quàm Quintus vel Quintius Gulo. Ex hac enim lectione in coniecturam venio, Q. Ogulnium Gallum eſſe hunc Cos. quem poſtea Dictatorem reperimus in tabulis Capitolinis XII. ab hoc anno. Item inter legatos ante triennium ad Regem Ptolomæum miſſos à Valerio Max. nominari vtrumque Cos. paulò antè dixi ſuo loco; etiamſi mendoſa ibidem ſint exemplaria. Denique ſuffragantur his etiam Zonaras, Q. Gallum, & C. Fabium Coss. memorans, & tabulæ Græcæ, cum ijs item quas citat Cuſpinianus; Gallum & Pictorem Coss. in hunc annum ſuggerentes. Narrat autem Oroſius libro IV. cap. IIII. plura atque obſcœna prodigia, quæ eodem anno hoc, ante Sempronium & Claudium Coss. ſubſequentes contigere, ſed Coss. iſtius anni non nominat.

Plinij locus ſuſpectus. Eutropij locus corrigendus.

Picentibus bellum indictum eſt, vt auctor Eutropius. Lollius Samnis obſes Romæ fuga elapſus ex munito ſuæ regionis caſtello cum perfugis latrocinari, & prædas agere cœpit. Sed a Coss. citò comprehenſi ſunt. Caſtellum tamen Caticinum, in quod prædas conuexerant, non ſine difficultate expugnatur. Hæc refert Zonaras, additque eodem tempore

Bellum cum Picentibus. Lollius Samnis obſes fugitiuus cū ſuis perfugis opprimitur.

pore Romanos auctis opibus argenteos nummos ſignare cœpiſſe. Confirmat idem hoc Plinius, vt dixi, libro XXXIII. cap. III. Q. Fabio (inquit) Cos. argentum ſignatum eſt, annis quinque ante primum Punicum bellum. Addit annum Vrbis conditæ, ſed ſuſpectus nobis eſt locus, vt iam dixi, corruptus etiam Fabij Cos. prænomen: ſi Valerio Max. Eutropio, & Zonaræ potiùs, quàm exemplaribus Plinij credendum, qui C. Fabium appellant.

Argenteum nummum Romæ primum ſignatum.

De argento primùm in vrbe ſignato fit etiam mentio in XV. Liuiani epitome, & Euſebij chronico. Lubet item hic adijcere ſtudioſorum antiquitatis in gratiam, ea quæ de huius inſtituti primordijs colligi poſſe videntur cum ex auctoribus, tum etiam ex primis denariorum formis, atque notis. Populo Rom. placuit ab initio denarius pro decem libris æris, quinarius pro quinque, qui idcirco quinqueſſis item eſt dictus, quia quinque valebat aſſes librales. Seſtertius verò, qui quarta pars denarij eſt, pro dupondio & ſemiſſe ſoluebatur. Hinc à libralium aſſium numero nomina his indita ſunt; quòd & numeri in nummis ipſis notati oſtendunt: in denarijs ſcilicet. X. vel ✱ in quinarijs. V. vel Q. id eſt, quinque, quia medius eſt denari⁹. In ſeſtertio quæ quarta eius pars eſt, HS. id eſt, duo & ſemis tertius; vt M. Varro declarat de lingua Latina libro IV.

De moneta cudenda modo ac inſtituto quædam.

Denarij argentei valor primus. Quinqueſſis Seſtertius.

Nota.

Aſſes librales bello Punico primo cum impenſis reſpublica non ſufficeret, imminui cœpere, & ſextantario pondere cudi: & poſtea Annibale vrgente Q. Fabio Max. Dictatore, vnciales aſſes facti ſunt; placuitque denarium XVI. aſſibus, quinarium octonis, ſeſtertium quaternis permutare. Atque ita reſpub. quaſi dimidum lucrata eſt. In militari tamen ſtipendio ſemper denarius pro decem aſſibus eſt datus, vt affirmat libro XXXIII. cap. III. Plinius: cui aſtipulatur etiam numeri nota X. denarijs antiquiſſimis ſingulis impreſſa. Eadem ferè videtur ſcribere Sex. Pompeius ex Verrio Flacco, ſed in hoc diſcrepat à Plinio, quòd ſextãtarios aſſes in vſu eſſe cœpiſſe dicat Annibalico bello, atque tũ primùm ex libralibus factos eſſe ſextantarios, id eſt, ex ſingulis ſenos, qui tantundẽ valerent, vti declarat idem, vbi de graui ære. Vitium ſuſpicor in vtriuſque auctoris exemplaribus: veriſimilior tamen mihi ſententia Plinij, vti opinor primo Punico bello propter claſſium naufragia, & bellicas clades, non ſufficiente impenſis republica, ſextantarios primùm aſſes fuiſſe factos: & bello ſecundo poſtea, vrgente Annibale, vnciales; vti ſedecim explerent libræ pondo, denariumque valerent vnum.

Pondera æs [illegible] libræ imminuta.

Aes quidem rude primùm Romæ in vſu fuiſſe vſque Ser. Tullij Regis tempora, Plinius ex Remæo quodam auctore memorat: alij tamen æs Ianum ſignaſſe, alij Numam Regem volunt. Nota prima fuit pecudum, vnde pecunia dicta eſt: item Ianus bifrons, atque Saturni nauis, cauſas pulchrè Ouidius faſtorum primo, atque Macrobius in Saturnalibus exponunt. Argenti verò primùm ſignati notæ fuerunt, deorum, atque in primis Romæ deæ, necnon heroum, & vrbium celebrium imagines in vno latere: in altero, vel bigæ, vel quadrigæ, vel gemini Caſtor & Pollux in equis decurrentes, item victoriæ varijs formis expreſſæ. Vnde & numiſmatum diuerſa prouenêre nomina; vt bigati, quadrigati, & victoriati ſint dicti.

Aes rude.

Aeris nota prima.

Argenti nummi notæ primæ.

Bigati. Victoriati. Quadrigati.

Temporum deinde ſucceſſu multis modis variarunt nummorum typos Romani, vel ex arbitrio magiſtratuum, quorum auſpicijs excudebantur: vel præfectorum rei monetariæ, qui aliquando poſtulante reipub. ſtatu vel V. viri, vel IIII. viri, vel III. viri huic negocio à ſenatu præficiebantur. His viſum fuit, & nomina & titulos, curaſque ſuas ſingularibus notis tanto cum ingenio in nummis exprimere; vt hieroglyphicis Aegyptiorum cum literis certare non ſolùm, verùm etiam in multis illas elegantia & doctrina exuperare videantur. Nam cauſſas, cur cuſi fuerint, tacitis ſignis ſæpiùs exprimunt, prouinciarum, gentium, & familiarum origines, ſtirpes, nobilitatemque priſcãm oſtendunt; atque plurimùm ad hiſtoriæ Romanæ intellectum, & antiquæ doctrinæ ſcientiam conferunt.

V. viri IIII. viri III. viri monetarij.

Docta & ingenioſa nummorum glyphica nota.

Ex argenteorum igitur denariorum ſingularibus notis colligere videmur, è ſenatu quatuor viros fuiſſe lectos, qui flando argento primi præfuere. Extant enim adhuc temporis antiqui bigati cum Victoria palmifera bigam regente, & Iunonis Monetæ facie, quàm Iunonem Reginam eſſe, ex frontali diademate noſcimus. Atqui Liuius, Tullius, Val. Max. Lactantius Firmianus, & alij ſatis indicant, Iunonem captis Veijs aducctam à Romanis duplici cognomine diuerſis templis cultam fuiſſe: Reginam in Auentino, & Monetam in Capitolio. Quæ ſic vocata fuit à monendo, vt Cicero de diuinatione libro I. quod populum aliquando, quæ procuranda forent, voce monuerit. Ad idem hoc argumentum reſpicit hiſtoriola, quam in Suidæ lexico legimus, vbi ex antiquo quodam annalium ſcriptore ſic ferè ſcribit. Cum bello Tarentino Pyrrhique Regis Romani indigerent pecunia, Iunoni voto facto ſacrificarunt. Quæ illis monendo reſpondit. Si armis cum iuſtitia vterentur, pecuniam eis non defuturam. Quod cùm Romanis ſuccederet feliciter, voti compotes facti coluerunt Iunonem Monetam, hoc eſt, conſultricem ac benè monentem; atque in eius rei argumentum, vti moneta ad Iunonis ædem in arce cuderetur, cuſtodireturque decreuerunt. Hæc

Quatuor [viri] primi [flando] argento præfecti.

Iuno duplici cognomine Regina & Moneta.

Moneta cur dicta.

Iunonis oraculum.

Cur ærarium ad Iunonem in Capitolio.

Libri lintei magiſtratuum Romanorum.

quidem Suidas. In eadem ſeruabantur item libri lintei magiſtratuum Romanorum auctoritatis antiquiſſimæ, quos aliquoties citarunt hiſtoriæ Romanæ ſcriptores Q. Tubero, Licinius Macer, T. Liuius & alij. Aedem hanc in area Manliana Capitolina ad arcem Tarpeiam extitiſſe ſuo tempore ex voto L. Furij Camilli Dictatoris conſtructam teſtatur idem Liuius lib. VI. & VII. Simili de cauſſa pecuniam Romani à monendo monetam vocarunt, quod auctoris & precij ſui nos, notis impreſſis moneat: quam inter deas ex M. Varronis rerum diuinarum libris recenſet, item D. Auguſtinus de ciuitate Dei libro IV. cap. XXI. & Ouidius poëta Iunonis cognomine Reginam Pecuniam vocans, genus & formam donare canit: quamvis Iuuenalis Satyra prima, funeſtam Pecuniam templo nondum habitare ſcribat, ad vulgatas vrbis ſacras ædes & aras reſpiciens: non recluſa Pontificum Romanorum myſtica volumina, ſicut M. Varro feceiat, excutiens. Cæterum, vt ad monetarium argumentum, à quo deflexeram, reuertar, non temere videntur Romani confecto Tarentino bello, & Pyrrho repulſo, Iunonis Monetæ ſuæ cultum ac honorem prouexiſſe, deæque imaginem impreſſiſſe, vt cæterorum numinum, in argenteis denarijs. Quemadmodum in bigatis factum videmus, in quibus & nomen extat quatuorviri, cuius cura ſignati fuere; quod tale eſt. L. FLAMIN. CHILO. IIIIVIR PRI. FL. hoc eſt, quatuorvir primus flando, ſcilicet, argento præfectus. Qui titulus indicare videtur, hunc L. Flaminium primum vel ſorte, vel ſuffragio creatum inter quatuorviros, qui argẽti ſignandi prouinciam obtinuere primi. Eiuſdem, niſi fallor, & extant alij cum ſolo nomine ſic inſcripto L. FLAMIN. CILO. Habent in vna parte Victoriam, quæ bigam regit; in altera propriam Romani numiſmatis notam Romæ deæ caput, & nomen adſcriptum ROMA. & denarij notam X. Deæ comam ornatiſſima premit galea, bellatricem namque deam ac Martiam volebant videri; vt & eius ſtatuas omnes Amazonum maſcularum habitu militari formabant. Galeam eius ſemper à temporibus vtrimque ſupra aures alarum præpetes pinnæ decorant, inſinuantes, ſublimia, & expedita conſilia cum executione celeri ſemper imperio & rebus bellicis præſentia, & parata eſſe debere. Similes hiſce memini me vidiſſe inter antiqua numiſmata patroni mei Illuſtriſſimi Cardinalis Granuellani: qui poſtea videntur cuſi fuiſſe ab huius, ni fallor, maiore filio in quæſtura: in quibus ita nomen ſignatum eſt. L. FLAMIN. L. F. CHILO. Colligere eſt inſuper ex antiquiſſimis eius ſæculi denarijs huius anni & ſequentium aliquot Conſulibus primam curam argenti ſignandi fuiſſe datam, atque additos his duos collegas è ſenatu, qui ſubleuarent ſimulque negotio præeſſent, quatuor viroſque ſic factos. Reperimus enim quoſdam Conſulum auctoritate & auſpicijs cuſos cum eorum, vt apparet, nominibus. Sunt enim quidam ita notati. C. FABI. C. F. EX. A. PV. hoc eſt, ex argento publico. Qui habent inſuper & alia ſigna, quæ videntur indicare, publico quónam ex argento cuſi fuere: nimirum, ex illo, quod Ptolomæus Aegypti Rex Romanis dono miſerat per legatos ſuos, cùm vt ſuo loco diximus, fœdus ac amicitiam cum eis paciſceretur ante triennium; ac munera quidem tunc planè regia Romano populo miſiſſe, Zonaras auctor eſt. Signati autem ſunt cum effigie matronæ velo, & corona turrita decoræ; quæ Alexandria eſt Aegypti præcipua regia. In altero latere viſuntur item Aegyptia ſacra ſymbola quædam ſub biga Victoriæ, Ibis, ſcilicet, auis, & annulus in dyade, inter duo puncta, ſcilicet, dependens ab vno, & vergens in alium. Ibis autem in Aegyptijs hieroglyphicis inter alia notat & Regem, & Aegyptum ipſam, quia huic regioni propria & familiaris eſt. In ea namque ſola naſcitur, nec eius fines excedit, & exportata moritur inedia. Pro hac quidem patria ſua pugnat contra ſerpentes & venena. Vt Orus, Ariſtoteles, Aelianus de animalibus, & Ammianus Marcellinus accuratius ſcripſêre. Quare Regem quoque deſignat, cuius officium eſt amare, & non deſerere patriam: eandemque defendere à noxijs, & expurgare à criminum venenis. Cor quoque maius quàm pro corporis magnitudine habet, ideoque Mercurio Aegyptiorum ter maximo numini ſacrata auis habebatur, cordis atque orationis rectori, in cuius haſta vel ſceptro regio, vt & in Apollinis, caput Ibidis formatum videmus in ænea tabula hieroglyphica XII. deorum Bembiana. Verum hæc exponere diffuſiùs, non eſt huius loci. Annulum autem binario clauſum fœderis, fidei, atque ſocietatis inter plures vinculum notare, manifeſtum eſt; quia binarius eſt numeri initium atque multitudinis, ac primùm vinculum iuſtitiæ & ſocietatis. In matrimonijs contractis annulus ſane pronubus, amoris, fidei, atque ſocietatis æquæ vinculum legitimum ſemper ſignificaſſe, palam eſt. Alterius autem Cos. Q. Ogulnij auſpicijs argentum item ſignatum fuiſſe teſtantur denarij cum eius nomine ſic inſcripto. Q. OGVLNI. L. F. GAL. oſtendunt in vno latere Romæ caput galea ſua tectum, & nomen ROMA. X. In altero Caſtor & Pollux gemini fratres in equis decurrunt, quorum capita pileolis ex vnius oui teſta diſciſſa factis tecta, geminæ

Pecunia cur moneta vocetur.
Pecunia dea Regina dicta.
Iunonis Monetæ imago in primis argenteis denarijs.
L. Flaminius Chilo, vel Cilo quatuorvir primus flandi.
Roma dea bellatrix.
Galea Romæ alata.
Inter quatuorviros monetarios primos eius anni Cōſules fuiſſe videntur.
C. Fabij Conſulis denarij ex argento publico Regis Ptolomæi.
Alexādria vrbs turrita facies.
Ibis Aegyptia.
Regis officium.
Ibis cur Mercurio ſacra apud Aegyptios.
Annulus binario clauſus quid ſignet.
Q. Ogulnij Conſulis denarij.
Caſtor & Pollux.

minæ ſtellæ Zodiaci illuſtrant. Cauſæ cur in hunc modum formentur patent ex fabulis. Sunt alij etiam denarij argentei eiuſdem, ſed alterius formæ, cum inſcriptione nominis Q. OGVL. GAL. & notis VER. CAR. Item ærei cum Iano bifronte laurea coronato & OGVL. CAR. VER. Sed hæc Oedipum me hercle, flagitant interpretem. Diuinare tamen ex inſtituto meo cogor ſæpiſſimè in hoc opere, non quòd mihi perſuadeam, ſic eſſe ſingula, quæ profero; ſed eſſe ſic poſſe, fieri quodam modo veriſimile. Coniecturaſque meas crebras in maxima hiſtoriæ veteris inopia in eum ſolummodo finem euulgare non piget, vt excitem ingenia doctiora ad vlteriorem veritatis inquiſitionem ignorantiæ ſub tenebris abſtruſæ. Ex huius igitur temporis hiſtoria colligere forſan poterimus notas ac imagines in nummis iſtis expreſſas tacite reſpicere ad VER. CAR. id eſt, verſutæ Carthaginis Pœnorumque ſuſpectam Romanis fidem; quemadmodum, vt paullò ante declaraui, in alijs C. Fabij denarijs ſigna impreſſa Ptolomæi Regis & Alexandrinorum certam amicitiam atque fidem oſtendunt. Nam reos tunc agebant Pœnos Romani, Liuio teſte, fœderis rupti, violatæque fidei; quòd Tarentinis hoſtibus claſſe veniſſent auxilio, cum vrbem L. Papirius Cos. & arcem, quam Pyrrhi defuncti præfectus Milo ciuibus inuitis, tenebat, oppugnaret. Paciſcitur clanculum cum Conſule Milo à ciuibus Tarentinis & Pœnis ex vrbe & mari æquè preſſus; vt ſaluus cum ſuis & præda Romanorum auxilio diſcederet, arcem ipſis traderet. Ex qua cum Romanus vrbem oppugnat, Pœnus Tarentinos, à quibus in auxilium vocatus erat, defendere volens, & ipſe victus eſt, vt auctor eſt Oroſius libro IV. capite III. Cuius hæc ſunt verba. „Tarentini Pyrrhi morte comperta, iterum noua aduerſum Romanos arma ſollicitant, Carthaginenſium auxilia per legatos poſcunt, atque accipiunt. Conſerto prœlio vicere Romani; vbi iam tunc Carthaginienſes, quamvis nondum hoſtes adiudicati, vinci tamen à Romanis ſe poſſe, ſenſerunt. Zonaras quidem hoc præterit, obiterque tantùm refert, Pœnos, cùm arcem Milo Romanis tradidiſſet, tanquam fœderatos diſceſſiſſe, ciues vrbem deinde dedidiſſe. Verùm vt ex Liuianis epitomis, & Oroſio colligimus, non ſponte, ſed prœlio profligati diſceſſere Carthaginienſes. Hinc odiorum exordia inter potentiſſimos duos populos, quorum vnicuique ſuſpecta tum erat alterius potentia; quam partes ambæ ſibi periculoſam arbitrabantur, nec ſuam quæque, niſi altera fracta, ſaluam diu eſſe poſſe putabat. Romanus igitur, vt apparet, cùm ex manubijs Tarentinæ victoriæ ſignaret argentum, leuitate Pœnorum offenſus, denarios cum nota VER. CAR. quaſi verſuti Carthaginienſis ex manubijs cuſos euulgarè voluit. Quòd ex ſymbolis impreſſis diſcimus. Oſtendunt enim in vno latere Dium Fidium publici cuſtodem fœderis atque fidei Iouis filium, quem indigenæ Sabini antiquitus Sangum, Romani à ſanciendo Sanctum, atque Semipatrem appellabant, vt Ouidius Faſtorum libro VI. eleganter cecinit. Dionyſius Halicarnaſſæus antiquitatum Romanorum IV. Dium Fidium Græcè Iouem Piſtium vocat; quod eius interpretes Latinè Iouem fidei præſidem Sigiſmundus Gelenius, ſponſorem Lapus tranſtulere. Caput eſt adoleſcentis imberbe laurea coronatum, ſub cuius collo fulmen triſulcum iacet: quod telum Iouis eſt vltrix fraudis atque periurij. Nouenſilium deorum hic vnus apparet multis, quos Varrone de lingua teſte, tranſlatos è Sabinis T. Tatius Rex Romam migrans in Capitolio conſecrauit. Nouem numero Manilius eſſe vult, quibus ſolis Iupiter iaciendi ſui fulminis poteſtatem permiſerit. In altero denariorum latere vides ſupra literas Iouem in quadriga, qui fulmen dextra vibrat. Currentes autem quadrigæ bigæve ſolent ſignificare numinis illarum rectricis vim agentem & promouentem in effectum aliquem boni vel mali. Quod igitur hic fulmẽ vibrat, Iupiter eſt Dij Fidij pater: qui pœnas intẽtat verſutis, atque fœdifragis. Cuius in Capitolino templo fœderum æneæ tabulæ cum populis, Regibus, & ciuitatibus initorum cuſtodiebantur. Teſtatur hoc Polybius hiſtoriarum III. ſcribens, ſuo etiam tempore Carthaginienſium fœderum tabulas æneas Romæ in templo Iouis Capitolini diligentiſſimè ab ædilibus conſeruatas fuiſſe. Hoc idem nobis conſtat ex Machabæorum, & Ioſephi Iudaicarum antiquitatum libris, fœdera & pacta publica cum exteris populis in Capitolio ſanciri ſub dio, & tabulas fœderum in templo ibidem cuſtodiri ſolere. Cæterùm de hiſce iam ſatis multa, de quatuorviris, quod reliquum eſt, huic argumento neceſſarium nunc adferamus. Ex quatuorviris igitur argenti ſignandi primis quartus deeſſe nobis videtur, qui fortaſſe fuit N. Fabius frater, C. Fabij huius anni Conſulis, tunc ædilitius; legatorum vnus qui ante triennium ad Regem Ptolomæum miſſi fuerant, vt ſuo loco declaraui ex Valerio Max. Cum eius etenim nomine reperimus argenteos ita inſcriptos N. FABI. C. F. M. N. PICTOR. ROMA. Habent in antica Dianam armatam arcu & pharetra, cui pro frontali cornuta lunula, & coma in vertice binis cincinnis reuincta eſt: quemadmodum à Romanis etiam poëtis Dianæ Venatricis habitus

Nota obſcura. — *Verſuta Carthago.* — *Pœni à Romanis profligati apud Tarentũ.* — *Odiorum exordia inter Romanos & Pœnos.* — *Romanus verſutæ notã Pœnis publicè videtur inuſſiſſe.* — *Dius Fidius, idem Sangus, vel Sanctus.* — *Iupiter Piſtius.* — *Fulmen vltrix.* — *Nouenſiles dij.* — *Iupiter fulminator.* — *Quadrigarum, bigarumque cenſus.* — *Fœderum tabulæ æneæ in templo Capitolino ſeruabantur.* — *Fœdera & pacta publica ſub dio ſanciebantur.* — *N. Fabius Pictor.* — *Eius denarij.*

 graphicè

graphicè depingitur. Et hi videntur quidem cuſi biennio poſtea, in memoriam duplicis triumphi Numeriani, qui tum ſequetur. Verum de his iam nimis multa, ad magiſtratus reuertamur oportet.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
M. Atilius. M. f. L. n. Regulus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
Ap. Claudius. C. f. Ap. n. Caudex. [L. Sempronius. L. f. A. n. Atratinus.]

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //
[M. Duilius. M. f. M. nepos.] Ti. Sempronius. C. f. //. n. Gracchus.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
Q. Mamilius. Q. f. M. n. Vitulus. [C. Plætorius. L. f. M. nepos. II.]
[Q. Conſidius. M. f. M. nepos. II.] L. Conſidius. L. f. L. nepos. II.]
[M. Alienius. M. f. L. nepos. II.] L. Poblicius. L. f. //. n. Malleolus. II.]
[C. Plautius. C. f. C. n. Proculus. II.] [M'. Marcius. M'. f. M'. nepos. III.]
[C. Atilius. M. f. L. n. Regulus. II.] [C. Sempronius. Ti. f. Ti. n. Longus.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. C. Fabij } coss. in. Piceno. &. Samnio.
//. //. //. f. //. n. //. Q. Ogulnij }

L. Apuſtius. C. f. //. n. Fullo. Pater L. Fullonis Cos. anno DXXVII. ſicut marmora indicant Capitolina.

C. Atilius. M. f. M. n. Regulus. Serranus. Qui poſtea ex agro, dum ſemina ſpargit, vocatus eſt ad conſulatum, quemadmodum Cicero in oratione pro Sex. Roſcio. Val. Max. libro IV. cap. IV. & Plinius libro XVIII. cap. III. teſtantur. Vnde Serrani cognomen ab hoc propagatum eſt. Zonaras dicit M. Reguli à Pœnis occiſi fratrem, ſed non germanum fratrem fuiſſe marmora Capitolina demonſtrant.

Serrani vnde dicti primum in Atilia gente quidam.

[L. Manlius. L. f. //. n. Torquatus.] Filius L. Torquati legati ab Vmbris occiſi anno CDLVIII.

[L. Pinarius. L. f. L. n. Natta.]

ANNI. P. R. C. CDXXCV.

Conſules.

P. Sempronius. P. f. P. n. Sophus. Ap. Claudius. Ap. f. C. n. Craſſus.

POst anni ſuperioris Conſules, vt Eutropius auctor eſt, ſequuti ſunt P. Sempronius, & Ap. Claudius. Eoſdem ita reddunt etiam Caſſiodorus & Marianus. In tabulis Siculis toties à me citatis cognomina habemus, Sophum, & Rufum. Sophus proculdubio

Sempronij eſt, vt ex cenſura illius Capitolina liquet, & antiquis nummis. Nam ambo Coſs. in argenteis bigatis extant, ipſorum auſpicijs, qui cuſi tum fuere. Sempronius cum Sophiæ facie & titulo. P. SEMPRON. SOPVS. Claudius cum Romæ capite & titulo. AP. CLAVD. CRAS. Verùm hic Cos. in tabulis Græcis pro Rufo (cum illud cognomen in gente Claudia, maximè patricia nondum repererim) Craſſus vocari debet. Nam Ap. Cæci, qui ante cæcitatem familiari cognomine Craſſus vocabatur, filium fuiſſe, Velleius docet, vbi hos Coſs. ita citat. At Coſſam, & Præſtum ab hinc annos ferme trecentos Fabio Dorſone, Claudio Canina Coſs. interiecto quinquennio, Sempronio Sopho, & Ap. pio Cæci filio Conſulibus Ariminum & Beneuentum coloni miſſi, & ſuffragij ferendi ius Sabinis datum. Ex huius verbis facilè colliges, ſuperiores, vt dixi, Coſs. in Caſſiodoro deſiderari. De Beneuento & Arimino colonijs item Eutropius, & Polybius libro II. mentionem faciunt, & Liuiana epitome libro XV. rem paucis ſic attingit. Picentibus victis pax data, coloniæ deductæ Ariminum in Piceno, Beneuentum in Samnio. Cum Vmbris item hoc anno bellatum fuiſſe Liuiana epitome ſubindicat, & idem ex Valerio Max. lib. VI. capite V colligere poſſumus. Hunc enim Claudium (quamvis Publius in multis exemplaribus vocetur) fuiſſe ſuſpicor, qui Camarinum in Vmbria cepit, & ciues ſub haſta iniuſtè vendidit; quos populus Romanus maxima cura conquiſitos redemit, & prædia eis reſtituit. Sed vide Valerium, quàm piè, iuſteque ſe tum pop. Rom. in reſtauranda Camerinorum clade geſſerit.

Denarij Coſſulum auſpicijs hoc anno, vt apparet, cuſi. Sophiæ facies.

SOPVS antique, ſiue priſcorum nota, qua Romani [illegible] vti cœpere.

Coloniæ deductæ Ariminum ac Beneuentū.

Cum Vmbris bellatum.

Populi Rom. iuſtitia.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

N. Fabius. C. f. M. n. Pictor.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
M. Fuluius. Q. f. M. n. Flaccus.	C. Apuſtius. C. f. //. n. Fullo.
[C. Otacilius. C. f. M'. n. Craſſus.]	[C. Volſcius. M. f. L. n. Fictor.]

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
T. Otacilius. C. f. M'. n. Craſſus.	[M. Flauius. M. f. M. nepos.]
[M'. Pomponius. M'. f. M'. n. Matho.]	L. Acilius. //. f. //. n. Glabrio.
[M'. Curius. M'. f. M'. n. Dentatus.]	[M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus.]
[C. Aelius. C. f. P. n. Pætus.]	C. Lælius. //. f. //. nepos.
[M. Aulius. Q. f. Q. n. Cerretanus.]	[L. Caruilius. Sp. f. C. n. Maximus.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. P. Sempronij	coſs. in. Piceno.
//. //. //. f. //. n. //. Ap. Claudij	&. Vmbria.

L. Cornelius. L. f. Cn. n. Scipio. Frater Cn. Scipionis Aſinæ, & pater duorum Scipionum, qui in Hiſpania bello Punico ſecundo perierunt. Hic autem in primo bello Cos. aduerſum Sardos, Corſos, & Annonem Pœnorum ducem feliciter pugnauit, vt dicetur.

C. Sulpicius. Q. f. Q. n. Paterculus. Qui Cos. item de Pœnis & Sardis poſtea triumphauit. Huius extant denarij cuſi in eius, vt apparet, quæſtura propter Coss. triumphos de Picentibus. Repræſentant in vna parte Romæ caput, in altera Iouem cum fulmine & ſceptro triumphantem in quadriga. Subſcriptum nomen
C. SVLP. PATERCVL. Q.

M. Lætorius. M. f. M. n. Plancianus. Magiſter equitum adducitur in Capitolinis, & extat item in argenteis bigatis. M. LAETORI. PLANCIAN. Videntur itaque iam etiam quæſtores argenti ſignandi munus ſubire cœpiſſe.

Picentiū CCCLX milia in fidē pop. Rom. ſimul venere. Picus Saturni filius in denarijs Q. Cædicij. Heroum memoria immortalis non ſeneſcens.

Q. Cædicius. Q. f. Q. nepos. In conſulatu poſtea mortuus anno CDXCVII. Et extat ita in Capitolinis ſine cognomine. Sic item in denarijs antiquis argenteis cuſis in memoriam iſtius præclaræ victoriæ, qua pop. Rom imperium ſuum Picētibus victis, atque in deditionem acceptis, auxit inſigniter. Potentem quidem ac populoſam gentem fuiſſe iam tum, conſtat ex Plinio, qui CCCLX. hominum milia in fidem populi Rom. veniſſe ſcripſit, vt paulò pòſt indicabo. Expreſſit igitur in iſtis denarijs Cædicius in vno latere Picum Saturni filium gentis conditorem atque ductorem capillis cincinnatis facie iuuenili decora, quemadmodum heroes, quos immortales nō ſeneſcere credebant, pingere ſolebant. In altero latere ſtat Cos. aut Prætor Rom. togatus magiſtratus inſigne ſecurim virgis alligatum iuxta ſe habens, qui Picenti tunicato dextera iuncta fidem dare videtur. Circumſcriptus titulus. Q. CAEDICI. Q. F. EX. S. C. ROMA. Igitur ex S. C. deditionis huius memoria in nummis ſic etiam publicata fuit.

P. SEMPRONIVS. P. F. P. n. Sophus. COS. an. CDXXCV.
DE. PEICENTIBVS. //. /. /.
AP. CLAVDIVS. AP. F. C. n. Craſſus. an. CDXXCV.
COS. DE PEICENTibus. //. //. //.

Victoria cruēta de Picentibus.

Eutropij tantum auctoritate horum triumphorum fragmenta comprobare poſſumus. Etenim Picentes ſcribit à Coss. P Sempronio, & Ap. Claudio victos, & de his eſſe triumphatum. Bellum & victoriam cruentam, plures attingunt, vti Frontinus ſtratagematum primi, cap. XII. Sed perperam Ti. Sempronius Gracchus, ibidem à librarijs ſuppoſitus, pro P. Sempronio Sopho: ſciolo fortaſſe cuidam nomen Gracchorum celebrius magis placuit. Idem, quod Frontinus, ſcribunt L. Florus lib. I. cap. XIX. & Oroſius lib. IV. cap IV. domitos eſſe duce Sempronio Picentes, & caput gentis Aſculum expugnatum, & directa vtrinque ad prœlium acie terram tremuiſſe; Sempronium verò Cos. æde vota Tellurem deam placaſſe, & adhortatum attonitos ſtupore miraculi milites, eosque vix tandem ad pugnam impuliſſe. Viciſſe Romanos, ſed atroci & cruento prœlio, maiore exercitus parte amiſſa.

Telluri deæ vota ædes.

Picentes Sabinis oriundi.

Picus Saturni filius gentis conditor.

Sabinis oriundi ſunt Picentes. Ex voto enim veris ſacri ob abundantem domi multitudinem, cùm foras proficiſcerentur, Aſculum regionemque vicinam occupaturi, picus Martius eorum vexillo inſedit. A quo auſpicio nomen habuerunt, vel, vt alij volunt, à Pico Saturni filio. Regionem vocant Picenum; Stephanus ex Phlegonte πικεντῖνοι, populos πικεντίνους. Terminos eius regionis ponunt ab Aterno fluuio vſque ad Aeſim: inde ab Apennino vſque ad mare ſuperum, idque ſpacio in longitudinem quàm latitudinem ampliore. Verùm hoc quaſi tempore, de quo agimus, Gallis Senonibus deletis, coloniaque Ariminum deducta, productus eſt; vt Piceni & Vmbriæ, necnon Italiæ terminus ad Rubiconem eſſet. Cæterùm Piceni deſcriptionem habent ſatis dilucidam, Strabo lib. V. Plinius libro III. cap. XIII. qui inſuper adijcit Picentium CCCLX. milia ſimul in fidem populi Rom. veniſſe, & numeroſæ multitudinis regionem tunc Picenum fuiſſe.

ANNI. P. R. C. CDXXCVI.

Conſules.

M. Atilius. M. f. L. n. Regulus. L. Iulius. L. f. L. n. Libo.

CONSVLVM nomina ex columnis triumphalibus deſumpſi. Marianus quidem M. Atilium, L. Iulium habet: item Caſſiodorus, ſed perperam L. Iunius legitur pro Iulius. Quemadmodum in Eutropio quoque, vbi M. Atilius Regulus, L. Iunius Libo nominantur. Tabulæ noſtræ Siculæ Regulum & Libonem produnt.

Cum

Cum Sallentinis & Vmbris bellatum, vt ex Liuio, Eutropio, & Zonara manifeſtum fit. Et neque ab his Coſs. bella iſta confecta fuiſſe, anni ſequentis triumphi in Capitolinis columnis extantes demonſtrant. Bellum cum Sallentinis.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.
L. Mamilius. Q. f. M. n. Vitulus.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //. | //. //. //. f. //. n. //.
M'. Valerius. M. f. M. n. Maximus. Qui poſtea Meſſalla appell. eſt. | L. Poſtumius. L. f. L. n. Megellus.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. | //. //. //. f. //. n. //.
M'. Otacilius. C. f. M'. n. Craſſus. | [C. Sallonius. P. f. P. n. Sarra.]
//. //. //. f. //. n. //. | //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. | //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. | //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. | //. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. | //. //. //. f. //. n. //.
Cn. Minucius. M. f. //. n. Feſſus. | C. Duilius. M. f. M. nepos.
[C. Cæcilius. C. f. C. n. Metellus.] | [Cn. Ogulnius. Cn. f. A. n. Gallus.
[Sp. Oppius. Sp. f. Sp. n. Cornicen.] | [T. Iuuentius. T. f. M'. n. Thalna.]
[Q. Terentius. Q. f. C. n. Arſa.] | [M. Minucius. M. f. //. n. Feſſus. II]
[C. Aebutius. //. f. //. n. Carus.] | [P. Mælius. C. f. C. n. Capitolinus.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. | //. //. //. f. //. n. //.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. M. Reguli } coſs. in Sallentino
//. //. //. f. //. n. //. L. Libonis } & Vmbria.

Ti. Sempronius. Ti. f. Ti. n. Blæſus. Frater C. Blæſi bis Cos. & triumphalis.

Ser. Fuluius. M. f. M. n. Pætinus. Nobilior. Cos. & Procos. poſtea naualem egit triumphum de Pœnis & Coſſurenſibus, vt marmora produnt Capitolina, & ſuo loco nos declarabimus.

[Q. Hortenſius. Q. f. Q. nepos. Dictatoris Hortenſij, qui legem in Eſculeto de plebiſcitis tulerat, filius.

[A. Sempronius. L. f. A. n. Atratinus.]

M. ATILIVS. M. F. L. N. Regulus. ann. CDXXCVI.
COS. DE. SALLENTINEIS. VIII. K. Februar.
L. IVLIVS. L. F. L. N. LIBO. COS. ANN. CDXXCVI.
DE SALLENTINEIS. VIII. K. FEBR.

M. Atilio Regulo (inquit Eutropius) & L. Iulio Libone Coss Sallentinis bellum indi-" ctum eſt, capti que ſunt cum ciuitate ſimul Brunduſini, & de his triumphatum eſt. In ex-" emplari autem vetuſto, quod Io. Cauchius vir antiquitatis ſtudioſiſſimus, mihique amiciſſimus habuit, legitur. Et de his iterum triumphatum eſt. Non malè. Nam L. Aemilius Barbula Procos. anno CDLXXIII. de Sallentinis antea triumphauerat, vt teſtantur columnæ Capitolinæ. Auctor de viris illuſtrib. cap. XL. M. Atilium Regulum Cos. aſſerit fuſis Sallentinis triumphaſſe. Aſtipulatur Cicero de Finibus libro II. de M. Regulo ſcribens his verbis: Bella magna geſſerat, bis Cos. fuerat, triumpharat. Item Silius Italicus Brunduſium captum.

libro

Manubiæ de Sallentinis.

libro VI. huius Atiliani triumphi meminit, ſpolia hoſtium parietibus domus ipſius affixa fuiſſe dicens; cum captiuus Romam mitteretur à Pœnis legatus, atque vbi vxorem, liberos, & familiam, ad hoſtes redire rebus infectis volens, viſitaret, atque ijs valediceret. Tum enim

Affixi clypei, currus, & ſpicula nota,
Aedibus in paruis magni monimenta triumphi
Pulſabant oculos.

Quinetiam triumphorum ſigna repræſentãt nobis denarij argentei ex manubijs iſtius victoriæ forſitan cuſi: quos expreſſit in faſtis ſuis Hubertus Golzius, in quibus eos videre ſtudioſum licebit. Atilianus enim habet Romæ galeatæ caput, & ipſum Regulum in quadriga triumphali, qui coronatur à Victoria. Et Regulum eſſe, monſtrat ſubſcriptus iſte titulus. M. ATIL. M. F. L. N. REGVLVS. Alter Libonis Dianæ pharetratæ caput refert, & victoriam cum lauri ramo in biga, ſub qua item titulus L. IVLI. LIBO. Hæc ſunt, quæ de Sallentinis triumphis iſtis reppèri. Victoriæ meminerunt & alij, vtpote, prœlio fuſos fuiſſe Sallentinos M. Atilio duce, narrat L. Florus libro I cap. XX. caputque regionis Brundiſium captum. Et in hoc prœlio, inquit, victoriæ præmium templum ſibi paſtoria Pales vltrò popoſcit. Verùm addamus etiam quæ pulchrè Zonaras de eius belli cauſſa memoriæ ita prodidit. Deinde regioni, quam Calabriam nunc appellant, arma intulerunt Romani: prætextu quidem, quòd Pyrrhum iuuiſſent, & recepiſſent, & ſocios infeſtaſſent; re vera tamen, vt Brunduſium occuparent, quippe portuoſam vrbem, ex qua facilis eſt in Illyrium & Græciam traiectus. Eodem enim vento inde enauigare, & rurſum appellere ſæpe licet. Hæc fere Zonaras lib II. addens etiam, vt vrbe potiti Romani colonos eò miſerint. Liuij tamen eſt alia opinio, vt paulo poſtea dicemus.

Pales dea.

Belli cũ Sallentinis cauſſa.

Brunduſiũ Romanis opportunum.

ANNI. P. R. C. CDXXCVII.

Conſules.

N. Fabius. C. f. M. n. Pictor. D. Iunius. D. f. D. n. Pera.

CASSIODORVS & Marianus Coſs. nobis proferunt D. Iunium, & M. Fabium: tabulæ Græcæ Fabium Pictorem & Peram. Cæterùm correctiùs habentur horum nomina in columnis triumphalibus, ex quibus ea deſcripſimus. In auctoribus enim prænomen Fabij penè intercidit librariorum inſcitia, qui Numerius, prænomen ſibi ignotum ac rarum, in Marcus, vel, Cneus, mutarunt. Frater C. Pictoris fuit hic N. Fabius, & ambo ſimul inter legatos ad Ptolomæum Regem fuerant, ſicut ex Valerio Max. retulimus. Itaque correctiùs etiam reperiuntur horum Coſs. nomina ſic in antiquis argenteis expreſſa.
N. FABI. C. F. PICTOR. & D. IVNI. PERA.

Vmbri & Sallentini deuicti.

Bellatum & hoc anno eſt cum Vmbris, & Sallentinis eorumque ſocijs: qui tunc penitus victi, in deditionem venerunt, quemadmodum ex Liuiana epitome libro XV. & triumphis eius anni Capitolinis colligimus. Cum Apolloniatibus fœdus & amicitia iuncta eſt.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //.

Ap. Claudius. C. f. Ap. n. Caudex.

Aediles curules.

//. //. //. f. //. n. //.

L. Valerius. M. f. L. n. Flaccus. Q. Fabius. M. f. M. n. Ambuſtus.
Coactus abdicauit ex S. C.

Aediles plebis.

//. //. //. f. //. n. //.

Q. Mamilius. Q. f. M. n. Vitulus. Cn. Apronius. C. f. Cn. n. Limo.
Coactus abdicauit ex S. C.

Ex

Ex Zonaræ autem hiſtoria diſcimus, poſt Sallentinos deuictos, & Brunduſium in poteſtatem redactam, hoc anno ante Q. Gurgitem, & L. Manulium Coſs. Apolloniatibus deditos ex S. C. fuiſſe, qui legatos eorum Romæ violauerant. Is enim ſcribit ita; Quæ cum perfeciſſent, non elatiores facti ſunt: ſed Q. Fabium ſenatorem, ob contumeliam legatis factam, Apolloniatibus in ſinu Ionio habitantibus dediderunt. Quem illi acceptum domum remiſerunt. Ergo dumtaxat vnum fuiſſe deditum ait Zonaras. Attamen Liuius, & Valerius Max. plures fuiſſe conſentiunt; adeò vt ille mihi Zonaræ locus videatur animaduerſione & inquiſitione dignus, an ne alterius, Apronij ſcilicet, nomen ibi librariorum negligentia perierit. Nam Valerius Max. hoc idem in fidei publicæ exemplum adducens, Q. Fabio adiungit Cn. Apronium; atque eos ambos ædiles tum fuiſſe dicit. Cuius verba ſunt hæc libro VI. capite VI. Repræſentemus etiam illud ſenatus nullo modo prætermittendum opus. Legatos ab vrbe Apollonia Romam miſſos. Q. Fabius, Cn. Apronius ædiles orta contentione pulſauerunt. Quod vbi compererit, continuò eos per feciales legatis dedidit; quæſtoremque cum his Brunduſium ire iuſſit, ne quam in itinere à cognatis deditorum iniuriam acciperent. Ex quibus Val. verbis intelligimus item, Brunduſium iam tum in Romanorum poteſtatem perueniſſe, cùm hæc acciderunt: quæ quidem anno ſuperiore, vt antè probatum, capta erat, vbi Coſs. hoc item anno exercitus habebant. Epitome autem Liuiana eiuſdem rei mentionem facit; ſed deditos non nominat, nec eorum honores exprimit. Cum legatos, inquit, Apolloniatum ad ſenatum miſſos quidam iuuenes pulſaſſent, dediti ſunt Apolloniatibus. Cæterùm quando conſtat ex alijs iam dictis auctoribus ſenatores & ædiles fuiſſe, eorum quoque magiſtratus ad ſuos annos retulimus.

Apolloniatibus dediti Romani aliqui qui eorum legatos violauerant.

Zonaræ locus.

Tribuni plebis

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.
M. Fuluius. Q. f. M. n. Flaccus. II.	C. Aquillius. M. f. C. n. Florus.
D. Iunius. D. f. D. n. Brutus. Scæua.	[L. Memmius. C. f. C. nepos.]
[C. Cædicius. C. f. Q. n. Noctua.]	[M. Antonius. L. f. M. nepos.]
[C. Manilius. C. f. Sex. nepos.]	[L. Manilius. C. f. Sex. nepos.]
[C. Antonius. L. f. M. nepos.]	[M. Aquillius. M. f. C. n. Florus. II.]

Quæſtores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //.	//. //. //. f. //. n. //.

Eorum alter ex S. C. Brunduſium cum Apolloniatum legatis, & deditis ædilibus miſſus eſt, vt ex Val. Max. iam diximus.

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. D. Iunij } coſs. in Vmbria, & Sallentino.
//. //. //. f. //. n. //. N. Fabij }

L. Manlius. A. f. P. n. Vulſo. Longus. Bis Coſ. poſtea, & in primo conſulatu naualem triumphum de Pœnis egit, vt ſuis in annalibus declarabitur. Extant huius denarij cum Romæ facie, & geminis Caſtoribus decurrentibus; ſub quibus nomen L. MANL. A. F. VVLSO. Item aſſes cum Iano bifronte & naui roſtratæ ſic inſcripti L. MANLI. A. F. VVLSO. LONG.

C. Sempronius. Ti. f. Ti. n. Blæſus. Hic item bis Coſ. & triumphalis ſequetur.

[A. Manlius. A. f. P. n. Vulſo. Longus.] Frater L. Manli Vulſonis iam dicti.

[Q. Marcius. Q. f. Q. n. Philippus.] Patre Q. Philippo, qui initio belli Tarentini Conſul Etruſcos ſubegerat, & de ijs triumphauerat. Videri poterunt ab hoc

cuſi

cuſi denarij, in quibus legitur Q. PILIPPVS ſub equite armato decurrente. Agnoſcimus priſcam eius ſæculi Latinitatem & orthographiam, qua poſt conſonantes ſpiritus notam, H non admittebant, TRIVMPVS. TROPAEVM. GRACCVS. BROCCVS. PILIPPVS ſcribentes: quod non ſolùm nummi & marmora, verum etiam Cicero & Quinctilianus oratores, item veteres Grammatici plures teſtantur. Eques decurrens ſubſcriptum cognomen declarat. Nam ab equorum amore Philipporum nomen apud Græcos ortum eſt, quod ipſum hoc ferè tempore videtur non diu ante bellum Tarentinum ad Romanos profluxiſſe, & pro cognomine vſurpari cœpiſſe à Marciæ gentis quibuſdam equeſtris diſciplinæ cultu nobilibus, atque ita clariſſimæ huic familiæ dediſſe exordium. Quàm verò plures Marciæ gentis cognomine Philippi, atque etiam Cenſorini tali ſtudio gloriam ſibi captarint, teſtantur nummi varij ipſorum auſpicijs publicati: in quorum multis extant equitum decurſiones & equi exultantes. Quin etiam L. Philippus in ſuis nummis inclyti illius Macedonum Regis Alexandri Magni patris Philippi equorum ſtudioſiſſimi faciem imprimere voluit, &, vt noſceretur, nota Græca Φ nomen eius Philippus, ſignauit. Eſt autem tectum caput, id eſt, galea Macedonica bucculata, & obuinctum diademate largo, ex quo exurgunt criſtæ incuruæ binæ ex equinis iubarum cirris, vt apparet, formatæ. Verùm de his per occaſionem latiùs alibi forſan diſſerere dabitur. Reſtat in Q. Philippi huius adducto nummo, cur cicadam erectas alas ſiccantem, cur poſt equitē formarint, inquirere. An populorum aut vrbium hæc eſt nota, quorum ex vectigalibus aut tributo id genus monetæ primùm cuſum fuit. Rheginorum in nummis cicadam expanſis alis ſedentem in Copiæ cornu proſtratum iuxta citharam me vidiſſe quondam Romæ apud Franciſcum Diazium meum reperio in meis aduerſarijs. Vicinoſque Locrenſes eadem vſos nota fuiſſe, Strabo facit, vt veriſimile fiat, apud quem libro geographiæ ſexto legimus, Eunomum citharœdum à ciuibus ſuis Locrenſibus ſtatua celebratum cum cicada citharæ impoſita; quòd eius animalculi cantu citharam iuuantis auxilio Pythiorum in muſico certamine Rheginenſem Ariſtonem citharœdum ſuperaſſet, ſicut ex Timæo fabulam latiùs refert; & cur Locrenſium in agro cicadæ ſtridulæ atque ſonoræ reperiantur, & in vicino Rheginenſi vltra flumen prorſus mutæ ſileant omnes. Magis tamen in precio habuere ſuas mutas Rhegini, quam Locrenſium muſicas atque canoras: qui cicadam ſuam non in cithara, ſed in Copiæ deæ cornu poſitam celebrare voluerunt, vt eorum teſtatur numiſma; profeſſi, ſe non adeò ſtudioſos eſſe muſices, vt eius amore neceſſaria vitæ negligendo mutari inedia velint in cicadas, quarum in Phædro mentionem facit Plato. Talem verò voluptatem vicinis ſuis Locrenſibus ſe non inuidere declarant Rhegini, quorum cicadæ mutæ in cornu Copiæ poſitæ ſint fertilitatis agrorum indices, qui pingues, vmbroſi, & roſcidi ſemper cicadarum alas atque membranulas humidas molleſque ſemper teneant, vt ſtrepitum edere nequeant: cum è contrà Locrenſium ſolis æſtu ſiccus & apricus cicadarùm alas & pelliculas areſactas induret, vt faciliùs ſonent, garrulæque fiant. Igitur ex Rheginorum atque Locrenſium tributo cuſus hic Q. Philippi nummus cum cicadæ nota videri poterit, vel etiam ob rei memoriam quod iſtius ductu Romani equites altero poſtea anno ex hatum ciuitatum portubus & continenti primùm extra Italiam armati traiecerint in Siciliam, ac Hieronem Pœnoſque vicerint. Quod T. Liuium non prætenijſſe demonſtrat eius epitoma lib. XVI. vbi ſic habetur: Tranſgreſſis tum primùm mare equitibus Romanis, aduerſus Hieronem ſæpiùs benè pugnatum.

Antiquū ſcribendi formam poſt conſonātes H. literam non admittere. Philippi unde dicti. — *Philippus Macedonum Rex.* — *Cicada ſignū quod in nummo Rheginorum nummus.* — *Locrenſium cicada garrula.* — *Rheginorum cicada muta.*

D. IVNIVS. D. F. D. N. PERA. COS. AN. CDXXCVII.
DE. SASSINATIBVS. V. K. OCT.
N. FABIVS. C. F. M. N. PICTOR. COS. AN. CDXXCVII.
DE. SASSINATIBVS. III. NONAS. OCT.
N. FABIVS. C. F. M. N. PICTOR. II. COS. AN. CDXXCVII.
DE. SALLENTINEIS. MESSAPIEISQVE. K. FEBR.
D. IVNIVS. D. F. D. N. PERA. II. COS. AN. CDXXCVII.
DE. SALLENTINEIS. MESSAPIEISQVE. NON. FEBR.

Coss. triumphi.

Bis eodem anno ab vtriſque Coss. triumphatum fuit; vt in Capitolinis columnis traditum eſt. Menſe videlicet Octobri, & paulo antè, de Saſſinatibus, id eſt, Vmbris: deinde Februario ſequenti de Sallentinis & Meſſapijs. Tum denique finis bellis Italicis impoſitus eſt. Nam quod cum Vulſinēſibus anno ſequenti eſt geſtum, non tam fuit bellū, quàm auxilium

auxilium ſocijs præſtitum. De his porrò triumphis nihil addere poſſum ex alijs auctoribus. Repeiuntur tamen denarij argentei antiqui vtriuſque Cos. titulo quadrigati & bigati cum Romæ capite & victorijs, vel cuſi ex manubijs huius victoriæ, vel ab eorum poſteris in memoriam iſtorum triumphorum. Eos etiam adducit Goltzius noſter in faſtis ſuis, vt particulariùs hic deſcribere operæprecium minimè videatur. Meminit Liuius tantummodo bellorum in fine epitomes lib. xv. Vmbros ac Sallentinos deuictos in deditionem veniſſe ſcribens.

Saſſinates autem Vmbriæ populos fuiſſe, iam antea docui. Meſſapios verò eſſe, quos antea Iapyges dicebant, Strabo tradit libro v. Quos nomen habuiſſe à Meſſapo Bœótio, qui cum Græcis eam partem Italiæ ad Lacinium promontorium maritumam Sallentinis vicinam occupauit. Auctores ſunt Solinus, & Seruius in viii. Æneidos. Poſtmodum Calabria omnis ea regio appellata eſt. Sed vide iam nominatos, & Plinium lib. iii. cap. xi.

Saſſinates Vmbri. Meſſapij. Iapyges. Meſſapus Bœótius. Calabria.

ANNI. P. R. C. CDXXCVIII.

Conſules.

Q. Fabius. Q. f. M. n. Max. Gurges. iii. L. Mamilius. Q. f. M. n. Vitulus.

HVNC tertium Q. Fabij Gurgitis conſulatum exiſtimo, in quo ipſum Volſinienſibus libertatem reſtituiſſe refert L. Florus libro i. cap. xxi. In altero Cos. diſcrepant auctores. Immo in pluribus Caſſiodori exemplaribus ambo penitus omittuntur, ſed errore proculdubio: nam hunc annum auferri non poſſe, Capitolini triumphi tam ſuperioris anni, quàm alterius poſt hunc ſequentis oſtendunt, ſi conſulatus animaduertas. Cuſpinianus ex quodam ſuo exemplari nobis rectè huius anni reddidit Coss. Q. Fabium, & L. Mamilium; adiecitque ex tabulis ſuis antiquis cognomina, Maximum & Vitulum. Eadem & nos reperimus in tabulis Græcis. At Zonaras nominat in hunc annum Coss. Q. Fabium & Aemylium; ſed librariorum hoc eſſe vitium arbitror, cùm duos patricios Coss. ea tempora necdum admitterent. Mamilium enim eſſe debere, cognomen Vitulus arguit, quod in tabulis iam citatis habetur. L. Mamilium Vitulum igitur alterum hunc Cos. appellandum puto, & fratrem eſſe Q. Mamilij Vituli triennio poſtea Cos. qui extat in tabulis Capitolinis.

In Caſſiodori multis exemplaribus deſunt hi Coss.

Error in Zonara.

Volſinienſibus libertorum & ſeruorum coniuratione oppreſſis, cùm Romanorum opem per legatos imploraſſent, Q. Fabius Gurges Cos. auxilio miſſus eſt, vt auctores ſunt L. Florus, & Zonaras. Auctor tamen de viris illuſt. cap. xxxvi. neſcio ex quibus nam annalibus P. Decium Murem Volſinienſibus ſuccurriſſe ſcribit. Zonaras autem Floro, vt dixi, conueniens Q. Fabij eam prouinciam fuiſſe refert; eundemque poſt prœlio fuſos ſeruos in vrbis obſidione mortuum eſſe ex vulnere. Ab alio Cos. cuius nomen præterit, vrbem fame expugnatam, veteribus ciuibus reſtitutam eſſe, ſumpto de ſeruis, rebellibusque libertis ſupplicio. Quæ hiſtoria faſtis Romanis benè congruit, qui belli confecti gloriam cum triumpho Conſuli inſequentis anni M. Fuluio adſcripſerunt; vt Fabius vel in huius anni fine deceſſiſſe videatur, deſignatis iam nouis Coss. vel fortaſſe ſequenti anno, cùm iam inierant, & prouincias inter ſe ſortiti erant. Hiſtoriam latiùs vide apud eundem Zonaram, Oroſium libro iv. capite v. vbi etiam de biennali peſte, qua continuè fuit adflicta Roma. Item Valerium Max. libro ix capite. i. L. Florum libro i. cap. xxi. & Auctorem de viris illuſtribus capite xxxvi.

Volſinienſes à ſuis libertis & ſeruis oppreſſi Romanorum auxilium implorant.

CENS. CN. CORNELIVS. L. F. CN. N. BLASIO. C. MARCIVS. C. F. L. N. RVTILVS. II. QVI. IN. HOC. HONORE. CENSORIN. APPEL. EST. LVSTR. FEC. XXXV.

Capitolina marmora repræſentant nobis hoc anno luſtrum vrbis xxxv. ſimul cum cenſoribus, adduntque C. Marcium Rutilum cenſorem iterum factum, & in hoc honore Cenſorini cognomen obtinuiſſe. Cauſſam exiſtimo, quòd egregiè hoc magiſtratu bis perfunctus ſit; vel quia eidem non petenti cenſura nouo exemplo ſit iterata. Hinc Cenſorinorum cognomen inter Marcios poſtea. De hoc quidem Cenſore Valerius Max. pulchrè libro iv. cap. i. moderati animi exempla recenſens. Marcius Rutilus Cenſorinus (inquit) iterum Cenſor creatus ad concionem populum vocatum quàm potuit grauiſſima oratione cor-

Vnde Cenſorinorum cognomen in Marcia gente.

Summa modeſtia C. Marcij.

ne corripuit; quòd eam poteſtatem bis ſibi detuliſſet; cuius, maiores, quia nimis magna » videretur, tempus coarctandum iudicaſſent. Vterque rectè, & Cenſorinus, & populus! » alter enim vt moderatè honores crederent, præcepit; alter ſe moderato credidit. Plutar- » chus in Coriolano è Marciorum gente Cenſorinum nominat, à populo cenſorem iterum non petentem creatum: quo ſuadente legem deinde latam fuiſſe dicit, ne cui bis eum ambire magiſtratum liceret. Luſtrum conditum anno inſequenti Liuiana epitome lib. XVI. indicat, & cenſa ciuium fuiſſe capita CCXCII. ∞. CCXXIV. Suffragatur Liuio Eutropius. Anno (inquit) CDXXCVIII. cùm iam clarum vrbis Romæ nomen eſſet, arma tamen extra Italiam mota non fuerant. Vt igitur cognoſceretur, quæ copiæ Romanorum eſſent, cenſus eſt habitus: tum inuenta ſunt ciuium CCXCII ∞. CCXXIV. quanquam à condita vrbe nunquam bella ceſſaſſent. Aliter Oroſius libro IV capite V. Peſtilentiam Romæ vltra biennium perduraſſe dicit, ideoque cenſum indictum fuiſſe; vt non quantum hominum deperiſſet, ſed quantũ ſuperfuiſſet, inquireretur. Principem ſenatus hoc luſtro quidem potuiſſe Q. Fabium Gurgitem declarari, auctoritate Plinij ductus Onufrio noſtro ſuffragor. Sed aliquot ſequentibus deinde luſtris continuatum fuiſſe, contra Zonatam, qui eum in obſidione Volſinienſi mortuum ſcribit, non auſim aſſerere.

Marcia lex de cenſura magiſtratu iterum non petendo. Luſtrum vrbis XXXV.

Princeps ſenatus Q. Fabius Max. Gurges Coſ.

Prætor.

//. //. //.- f. //. n. //.

M'. Otacilius. C. f. M'. n. Craſſus.

Aediles curules

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Cn. Cornelius. L. f. Cn. n. Scipio. Aſina. [Q. Sulpicius. Q. f. Q. n. Paterculus.]

Aediles plebis

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

T. Otacilius. C. f. M'. n. Craſſus. [C. Atilius. A. f. C. n. Calatinus.]

Tribuni plebis.

Titia lex de quæſtorijs prouincijs.

C. Titius. C. f. Sex. nepos. Legem. de. quæſtorum. numero. duplicando. &. prouincijs. quæſtorijs. augendis, ſortiendiſque. ex. S. C. tulit. Vti octo quotannis crearentur quæſtores, & his quatuor nouæ in Italia prouinciæ conſtituerentur, vt octo prouinciarum ſortes quæſtoribus quotannis mitti poſſent. Quarum duæ ex lege Valeria ſemper eſſent ærarij Saturni, duæ conſulares lege Sempronia, & quatuor nouarum Italicarum prouinciarum. Meminit legis Cicero in oratione pro Murena, ſed admodum leuiter, vt vulgò notam, attingens; cuius verba paulò pòſt adducemus. Nos verò legem ita concinnauimus ex hiſtoria.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.
//. //. //. f. //. n. //.

M. Iunius. D. f. D. n. Brutus. A. Atilius. A. f. C. n. Calatinus.
[Cn. Ogulnius. Cn. f. A. n. Gallus. II.] [C. Oppius. Sp. f. Sp. n. Cornicen.]
[L. Caruilius. Sp. f. C. n. Maximus. II.] C. Lælius. //. f. //. nepos. II.
[C. Aelius. C. f. P. n. Pætus. II.] [Cn. Domitius. Cn. f. C. n. Caluinus.]
[M. Claudius. M. f. //. n. Marcellus. II.]

Quæſtores vrbani

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Quæſto-

Quæſtores militares.

//. //. //. f. //. n. //. Q. Fabij cos. in Etruria.
//. //. //. f. //. n. //. L. Mamilij cos. in Italia.

C. Aurelius. L. f. C. n. Cotta. Extat in Capitolinis marmoribus. Primus enim ex ea gente ad ſummos honores peruenit, de Pœnis triumphum duxit, bis Cos. & Cenſor fuit, ſeueriſſimus militaris diſciplinæ cuſtos, & ſummus Imperator.

Q. Aemilius. Cn. f. //. n. Papus. Pater L. Papi conſularis & cenſorij, vt marmora volunt Capitolina, & temporum ratio ſubindicat.

[C. Claudius. C. f. //. n. Canina.] Patrem bis Cos. habuit & triumphalem, ſicut ex ſuperioribus annalibus patet.

[M. Horatius. C. f. L. n. Puluillus.]

QVAESTORES. PRIMVM. OCTO. IN. ANNVM. SEQVENTEM. CREATI.

Quatuor hactenus quæſtores creari quotannis ſolebant, ſicut antea ex Tacito, & Liuio ſuis in annalibus demonſtrauimus. Iam verò Liuiana epitome in fine xv. lib. tradit poſt Vmbros Sallentinosque victos, & in deditionem acceptos quæſtorum numerum ampliatum fuiſſe. Quod quidem hoc anno, mox ante bellum Punicum primum, apparet contigiſſe, cuius initia & cauſſas, cum Carthaginis origine ſtatim a capite libri ſequentis xvi. latiùs enarrat Liuius. *Quo anno quæſtores octo primum creari cœperint.* Nam anno ſuperiore Saſſinates, Sallentinos, atque Meſſapios eſſe ſubiugatos, Capitolini triumphi teſtantur: & Vmbros omnes cum Saſſinatibus ſimul veniſſe in deditionem, illud eſt argumento, quod nuſquam poſtea apud auctores hiſtoricos belli cum Vmbris geſti fiat mentio. Cornelius Tacitus annalium etiam lib. xi. vbi de quæſtorum origine diſſerit, aſtipulari videtur; hoc quaſi tempore duplicatum quatuor quæſtorum numerum fuiſſe, ſtipendiaria iam, vt ait, Italia, & accedentibus prouinciarum vectigalibus. *Cur quæſtorũ numerus auctus.* Nec de alijs, quam Italicis prouincijs loqui Tacitum veriſimile eſt; quia tunc temporis extra Italiam Romanis aliæ nullæ parebant. Rurſum congruit hoc argumenti, quod Eutropius ſcribat, vt dixi, ſubacta iam ſuperiore anno Italia tota, atque armis necdum extra eam motis, cenſum (quem hoc anno habemus in Capitolinis faſtis) idcirco fuiſſe factum: vti cognoſceretur, quæ copiæ, quæ vires bellicæ populi Romani eſſent. Quis neſcit, tum quoque ſimul annua vectigalia, decimas, tributaque ciuitatum ſub haſta publicanis elocari, atque in quæſtorias tabulas redigi ſolere? Quod cùm, tot nouis prouincijs nuper adiunctis, tot populis ac ciuitatibus per Italiam, pro cuiuſque merito vectigalibus, ac tributo grauatis, videretur impoſterum propter quæſtorum paucitatem fore difficile: eadem occaſione quæſtorum numerum ampliatum fuiſſe veriſimile eſt, vti ſufficerent, qui à publicanis & ſtipendiarijs in Italia ciuitatibus vectigalia, decimas, & tributa annuatim colligi curarent, acciperent, & in rationum tabulas referrent. *Quatuor prouinciarũ quæſtoriarum primæ ſortes.* Ad id etenim vſque temporis, vt quatuor quotannis quæſtores creabantur; ita quatuor ſolummodo ſortes quæſtoriarum erant prouinciarum. Duæ, ſcilicet, ærarij Saturni, quæ ſortes vrbanorum quæſtorum erant ex lege Valeria Poplicolæ primi. *Valeria lex.* Duæ militares ex lege Sempronia A. Atratini tribuni mil. Cos. pot. anno CCCXXXII. qui Conſulibus ad belli miniſteria *Sempronia lex.* præſtò eſſe cogebantur: quas conſulares etiam vocabant; ſicut harum meminit Cicero ad

„ Verrem dicens actione tertia. Quæſtor ex S.C. prouinciam ſortitus es, obtigit tibi con-
„ ſularis, vt cùm Cos. Cn. Carbone eſſes, eamque prouinciam obtineres.

Itaque hæ quatuor tunc prouinciæ, & ſortes fuerant quæſtoriæ, quo tempore ſubiugatam penitus Italiam (in qua præter agros publicos ac vectigales omnis generis ampliſſimos, & portoria in circuitu Italiæ infinita; etiam erant triginta coloniæ ſtipendiariæ, quas Liuius libro XXVII. nominatim recenſet) in quatuor quæſtorias prouincias diuiſiſſe videntur; *Italia ſubiugata in quatuor prouincias quæſtorias diuiſa fuiſſe videtur ab hoc tẽpore.* vti nouis quatuor quæſtoribus ordinariæ quædam eſſent prouinciæ, quæ annuatim in ſortem ijs mitti poſſent. Qui in eum finem initiò creati eſſe videntur, non vt Romæ ius haſtæ, aut Saturni ærarium curarent, non vt Coss. ad miniſteria belli præſtò eſſent, exercitúsve ſequerentur: *Quatuor Italicorum quæſtorum officia.* ſed vt vectigalia, portoria, tributa, decimas olei, vini, fructuum, frugumque; ac denique omnes populi Rom. reditus per Italiam ex agris, ſyluis, & paſcuis publicis colligerent in ſua quique prouincia, pecunias facerent, & in vſum reipublicæ expenderent, & rationes pecuniasque non expenſas ad ærarium deinde deferrent. *Reditus Italiæ antiqui, ornamenta pacis, & ſubſidia belli.* Quos quidem reditus Italiæ antiquos ornamenta pacis, ac ſubſidia belli M. Tullius appellat in agraria prima, & ſecunda contra

P.Rullum;& docet eos,alijs amiſſis,vel intermiſſis, remanere ſemper,& non conquieſcere.In pace nitere,in bello non obſoleſcere : militem ſuſtentare, hoſtem non pertimeſcere. Cùm cætera vectigalia ac reditus extra Italiam bellorũ difficultatibus ſæpiſſimè affligintur.

Italiæ prouinciæ quæſtoriæ honoratiſſimæ ab initio.

Itaque hoc initio efflore ſcentis imperij erant honoratiſſimæ veteres iſtæ Italicæ prouinciæ quæſtoriæ;quas idem Tullius tacitas & quietas in oratione pro Murena appellat, quippe quòd militaribus moleſtijs ac bellicis motibus eſſent tunc maximè tẽporis vacuæ. Sed tamen cùm mox accederent imperio ditiſſimæ atque ampliſſimæ prouinciæ externæ, illarumq; etiã aliquot quotannis mitterẽtur quæſtoribus in ſortem quæ prætoribus etiam in prouincias cum imperio mittendis erant decretæ,quò ſuus imperatorem quemque co-

Cur contemni poſtea cœperint.

mitaretur quæſtor : profectò Italicæ ab ambitioſis & auaris hominibus minùs appeti,& contemni cœperunt, quoniam difficilior ex his ad honorem ac diuitias videbatur eſſe adſcenſus, & maiorem moleſtiam haberent, quàm gloriæ, & emolumentorum materiam, vel Ciceronis ipſius iudicio. Nam erant ferè ſemper pacatæ,earumque reditus certi,& ex

Italicæ prouinciæ cur aquariæ poſtea dictæ vulgò fuerint.

cenſorijs tabulis paſſim omnibus ita noti, vt in his fraudi vix vllus eſſet locus. Itaque cùm viliores tandem haberentur . aquariæ vulgò vocitari cœperunt per ludibrium & contemptum : adeò vt cùm prouincias ſortirentur quæſtores, & earundem ſors aliqua prodiret, a circumſtante multitudine per laſciuiam magno ſtrepitu & cachinno acclamaretur, Ad

Ad aquas, vulgare prouerbium eleuantis, aut contemnentis apud Romanos antiquum, item in ocioſos, ignauos & ſtertos.

aquas. Reuera quidem, quòd portoria curare debebant iſtarum prouinciarum quæſtores,& ſæpe in portubus adeſſe : attamen obſcura quadam alluſione in lautos, ignauos, & ocioſos; qui plerunque ad aquas, & amœna Italiæ loca ſolent exſpaciari. Sicut lepidè Cicero in Planciana de ſe refert. Quomodo ex Siculienſi quæſtura decedens,& Puteolos fortè veniens ex itinere,inter lautiſſimos vrbis Romæ ciues inciderit , qui in ijs locis eſſe frequentes ſolent. Et cum omnibus præter ſpem ſuam ibi ignotus eſſet , quanquam ex celebri magiſtratu ac prouincia recens deceſſiſſet magiſtratu diligentiſſimè functus, & Romam verſus tenderet; ſe non quæſtorem Sicilienſem amplius , ſed vnum ex ijs ocioſis reputare coactus fuit,qui ad aquas veniſſent, & nihil rerum curarent . Rurſum erat alluſio

Aquaria miniſteria quæcunque inhonorata, & vilia fuiſſe.

in viles artes,& quæſtus ſordidos obſcurorum hominum. Nam qui miniſteria quæcunque aquaria lucri cauſſa obibant, habebantur veluti infames ; vt qui naulo viuebant in portubus & ſtatiuis;qui in balneis,thermis,arenis,aut circis aquas ſuppeditando inopiam ſuam ſuſtentabant. Nec ſolùm Romæ tales habebantur nullius, ſed per omnem quoque Græciam. Immo & Athenis prorſus repudiabantur vt viles, & bonæ famæ non minùs indigos,quàm rei,qui ad clepſydras litigantibus aquas ſubminiſtrare conſueuerunt. Vnde

Ad aquam malus.

antiquum quoque prouerbium remanſit tale,ἐφ' ὕδωρ κακός. Ad aquam malus. Atque ita interpretatur adagium hoc Michael Apoſtolus parœmiarum ſcriptor. Iam apud Roma-

Aquarioli.

nos item aquarioli vocabantur antiquitùs , Sex. Pompeio teſte,impudicarum mulierum adſeclæ;quo genere hominum nihil viliùs excogitari poſſet. Verum de his iam ſatis mul-

Libera in libera ciuitate lingua.

ta . Mihi quidem veri haud diſſimile fit, iactari eiuſdem generis plura quoque iocularia pro temporum ſtatu ſolere; cùm Conſules etiam,atque Prætores ſortirentur ſuas prouincias: maximè cùm cuipiam auaro , glorioſoque manubiarum atque triumphi cupido bolus è dentibus ereptus erat; nimirum , quando tali homini præter ſpem prouinciæ pacatæ quietæque ſors obuenerat , ex qua parum aut nihil prædæ, nullam ex rebus bellicis gloriam poſſet expectare.Non dubium mihi , quin in triſteis & attonitos ſua tali ſorte plebes Romana,vt erat liberrimæ linguæ,tunc ſcommata protulerit,non minus quàm in quæſto-

Siluæ calleſq;.

res aquarios; atque ſiluas calleſq; ſortem ipſorum eſſe, ridendo clamitarit. Quod quidem mihi facilè perſuadet vel vnus Suetonij Tranquilli locus , qui in Iulio Cæſare, capite xix.

C. Cæſaris Dict. ambitio.

ſcribit,quomodo per fas per nefas Cæſar largitionibus profuſis plebem ſibi conciliando conſulatum ambierit, atque obtinuerit : patribuſque metum incuſſerit , nihil non auſurum in ſummo magiſtratu hominem audaciſſimum, imperijque cupidiſſimum . Eandem (inquit)ob cauſſam opera optimatibus data eſt, vt prouinciæ futuris Coſs. minimi nego-

Quid Suetonius per ſiluas & calleſq; intelligat.

cij,id eſt,ſiluæ calleſque decernerentur. Et his quidem verbis video Suetonium prouin- »
cias minimi negocij,hoc eſt, pacatas atque tranquillas vocare ſiluas & calles : idque, niſi »
fallor,ex vulgari prouerbio, vel dicterio,quo dicaculi , atque vrbani homines ridere ſolebant auaros atque ambitioſos magiſtratus, qui prouinciæ alicuius pacatæ ſortem nacti manubiarum præda,victoriarum gloria,quas ſpe ſua iamdudum deuorarant, fruſtrabantur; quia nil eſſet ipſis militiæ reliquum,quàm ſiluas & ſaltuum calles prædonum & fugi-

Duplex militaris cura præſidum prouinciarum.

tiuorum latrocinijs expurgare. Duplex namque ſemper prouinciarum præſidibus cura fuit impoſita militaris. Vti, ſcilicet, pro maieſtate populi Romani(ſi bellum eſſet in prouincia)rem gererent,hoſteſque ſubigerent: ſi minùs, vti ſocios & amicos prouinciales ab iniurijs,& damnis latrociniorum defenderent. A quibus raro liberæ prorſus eſſe ſolent

pacatæ

pacatæ prouinciæ propter ſeruorum immenſam multitudinem, atque ergaſtulorũ nimiam frequentiã; quibus victor Romanus imperio pollens, potenſque repleuerat Italiã, & prouincias ſuas vbique gẽtium. Nam horum fugitiui in ſiluis atque mõtium ſaltibus inacceſſis magno numero confluentes non ſolùm excurſionibus, & latrocinijs infeſta reddebant itinera; verùm etiam villis, pagis, oppidis, immo prouincijs, ac regionibus integris extrema ſæpenumerò minitabantur pericula. Extant exempla multa inſignia in veterum monumentis, quæ hic referre longum foret. Docuerunt Romanos bella ſeruilia Sicula, Viriatus in Hiſpania, Spartacus gladiator in Italia; quid damni atque periculi pacatis prouincijs inexpectatò poſſunt inferre ſeruitiorum coniurationes, & fugitiuorum confluxus, cùm anteſignanum audacem, aut ducem fortem nanciſcuntur. Itaque non dubito, quin ſenatus more maiorum magiſtratibus cum imperio in prouincias pacatas abituris hoc in primis officij commendarit: vti ius ſanctè religioſeque dicerent, & vti prouinciam quiſque ſuam ab iniurijs, latrocinijs, atque tumultibus pro populi Rom. maieſtate defenderent; loca ſuſpecta, id eſt, ſiluas & calles perpetuis excubijs obſeruarent. In eum finem imperium ipſis eſſe mandatum, vti pacem acceptam tuerentur, ſimulque iniurias à ſubditorum ceruicibus depellerent. Pacatas igitur, & quietas tales prouincias Cæſari ac Bibulo futuris Coss. optimates voluiſſe decernere, puto Suetonium ſcribere: quæ minimi, vt ait, forent negocij, hoc eſt, in quibus nil bellicæ materiæ reliquum aliud, quàm vt prouinciam quiſque ſuam præſidijs ordinarijs contra latrocinia, ſubitoſque tumultus tutaretur. Quales Cæſar deſpexit, legiones multas, maximaq; bella, non pacem quærens. Voti denique compos, inuitis etiam optimatibus eſt factus; & auxilio tribuni plebis à populo Gallias, quas optabat, ex omni prouinciarum copia rogatione Vatinia obtinuit. Si loco iam antè citato Suetonius de quæſtorijs prouincijs decernendis loqueretur, commoda atque ingenioſa ſatis videretur quorundam doctiſſimorum hominum commentatio: qui per ſiluas & calles Suetonium ſignificare volunt ſolam ſiluarum atque ſaltuum adminiſtrationem publicam in Lucanis, Bruttijs, & Apulia: hoc eſt, curandi prouinciam, ne quid reſpublica damni in re ſua lignaria, pecuariaque patiatur. Equidem decernendarum quotannis prouinciarum deſignandis Coss. & Prætoribus poteſtatem Sempronia, Corneliaque legibus eo tempore penes ſenatum fuiſſe, donec Cæſar ipſe poſtea poteſtatem omnem reipub. totius diſponendæ vi armata inuaderet, non dubito: contra leges tamen dictas (quæ populi Rom. prouincias cum imperio adminiſtrandas, & Conſulibus Prætoribuſque in ſortem dandas quotannis ante comitia ſenatum ordinare iubebant) Cæſari & Bibulo ſiluas & ſaltus, velut quæſtoriam quandam procurationem prouinciarum loco decernere, ſummique magiſtratus dignitatem ab equis, quod aiunt, ad aſinos ſenatum traducere voluiſſe, pro mei ingenioli captu dubitare cogor. Verùm de his iudicent doctiores, & nos ad quæſtorias prouincias redeamus. Cæterùm quæ nam fuerint iſtæ quatuor veteres quæſtoriæ prouinciæ Italicæ, parum in tanta antiquitate nobis hactenus explicatum eſt. Hæc enim, vt palàm omnibus nota tunc erant; ita negligenter admodum qui nobis reſidui ſunt auctores eius temporis, ac niſi per occaſionem aliquam, in ſuis ſcriptis attigiſſe videntur. Idque etiam admodum leuiter & parcè, vt vix quædam veſtigia nobis remanſerint inter tot rudera & ruinas veteris imperij quæ nobis viam indicent huius nouæ inſtitutionis, ex qua tamen ſucceſſus & ordo prouinciarum deinceps magna ex parte dependet. Adiungam hic tamen quid mihi ex diligenti hiſtoriæ Romanæ obſeruatione in mentem veniat, & quid potuerim ex veterum monumentis de iſtarum prouinciarum ratione colligere, vel ſuſpicari; ne quem locum huius hiſtoriæ in tam pulchro reipub. contextu linquam obſcurum, hiulcum, vel ſine lumine aliquo veritatis, aut ſaltem probabilis coniecturæ fulcris deſtitutum. Sperans non ingratum hoc fore lectori candido, qui ampliſſimæ iſtius reipublicæ politicas rationes exactius cognoſcere cupiet. In primis M. Cicero vnam nominat ex præcipuis Oſtienſem prouinciam, & nobis viam aliquam aperit ad alias item inueniendas. De hac enim dubitare profectò quempiam non oportet, quin & præcipua, & ſuburbana fuerit, atque ex primis Italicis quatuor. Cùm enim conſtet ex Taciti loco iam antea citato lib. xi. ab hoc anno, quo primùm octo, ſtipẽdiaria iam facta Italia, creati ſunt, nullam in eo magiſtratu mutationem ad L. Sullam Dictatorem vſque factam eſſe: & Cicero demonſtret, L. Appuleium Saturninum, qui propter ſeditionem in tribunatu plebis occiſus eſt, annis ferè triginta ante Sullam Dictatorem fuiſſe quæſtorem Oſtienſem; ſanè prouinciam ex primis iſtis quatuor Italicis vnam fuiſſe exiſtimare omnino poterimus. Sed Ciceronem audiamus, qui in oratione pro P. Sextio Q. Metelli Numidici per iniuriam ex vrbe pulſi, & ſuum non diſſimilẽ caſum examinat, & ſui exilij auctores L. Piſonem, A. Gabinium, P. Clodium, cum C. Mario, & L. Saturnino, qui Numidicum expulerant, confert;

Italia, prouinciæq; oneratæ ſeruitiorum ergaſtulis.

Fugitiuorum latrocinia.

Bella ſeruilia dira, grauiaq;.

Quomodo ſenatum prouincias cõmendare præſidibus ſoleat.

Optimates Cæſari & Bibulo non ſiluas calleſq;, ſed pacatas prouincias decernere voluiſſe.

Quid per ſiluas & calles quidam intelligant.

Leges Sempronia & Cornelia de prouincijs.

Quæſtoriarum prouinciarum tenebræ magnæ.

Excuſat conieſturarum ſuarum neceſſitates.

Oſtienſis prouincia quæſtoria Italica.

L. Piſonem. A. Gabinium Coſs notat.

P. Clodiū trib. pleb. notat.

probare volens ſibi cum multò tetrioribus monſtris negocium fuiſſe, quàm Numidico. Habebam, inquit, inimicum non C. Marium terrorem hoſtium, ſpem, ſubſidiumq́ue patriæ: ſed duo importuna prodigia, quos egeſtas, quos leuitas, quos improbitas tribuno plebis conſtrictos addixerat. Nec mihi res erat cum Saturnino, qui, quòd à ſe quæſtore Oſtienſi per ignominiam ad principem & ſenatus & ciuitatis M. Scaurum rem frumentariam tanſlatam ſciebat, dolorem ſuum magna contentione animi perſequebatur: ſed cum ſcurrarum locupletium ſcorto, cum ſororis adultero, cum ſtuprorum ſacerdote, cum venefico, cum teſtamentario, cum ſicario, cum latrone. Atque his tam ſplendidis coloribus Clodium ſuum, duosq́ue Coſs. aduerſarios Piſonem & Gabinium depingit hic Cicero. Cæterùm quam memorat cauſſam, propter quam L. Saturninus à ſenatu atque optimatibus ad plebem defecit, eandem rurſus adfert in oratione de aruſpicum reſponſo. Saturninum, inquit, quòd in annonæ caritate quæſtorem à ſua frumentaria procuratione ſenatus amouit, eiq́ue rei M. Scaurum præfecit, ſcimus dolore factum eſſe popularem. Ex his itaque Tullij verbis conſtat, Oſtienſi ſuam adiunctam fuiſſe frumentariam procurationem; non ſecus ac cæteris extra vrbem quæſtorijs prouincijs omnibus id oneris incumbebat, vt reor, in Italia, ſicut ante dictum eſt. Nominat eandem iſtam Oſtienſem in defenſione L. Murenæ contra Ser. Sulpicium Rufum Iuriſconſultum ambitus accuſatorem; vbi vtriuſque magiſtratus, & res pro repub. geſtas examinat & comparat, & aperte oſtendit, ambos eodem anno quæſtores fuiſſe, duasq́ue eiuſdem conditionis prouincias eſſe ſortitos, &, ni fallor, ex hiſce quatuor Italicis, ſi quid ex eius verbis colligere eſt. Cæterùm Oſtienſis nomen, quæ Ser. Sulpicij fuit, cùm exprimat: alterius L. Murenæ cur prætereat, mirum videtur; adeò vt locum illum plures docti mutilum iudicēt, & aſteriſco notādum putent. Sed eam, inquiens, præterit vt iudicibus notam. Cur non igitur & Sulpicianam quoque, magis quippe notam ac ſuburbanam? At Murenianæ nomen, vt obſcuriùs ac ignotius, velut ocioſum quid fortaſſe librariorum inſcitia in exēplaribus eſt omiſſum. Verba autem Ciceronis ſunt hæc ad argumentum facientia.

Ciceronis locus ſuſpectus.

Ad aquar.

Sed quæſtura vtriuſque propemodum pari momento ſortis fuit. Habuit hic lege Titia * prouinciam tacitam & quietam: tu illam, cui, cùm quæſtores ſortiuntur, etiam acclamari ſolet, Oſtienſem: non tam gratioſam & illuſtrem, quàm negocioſam & moleſtā. Conſedit vtriuſque nomen in quæſtura; nullum enim vobis ſors campum dedit, in quo excurrere virtus, cognoſciq́ue poſſet. Ex his Tullij verbis fit manifeſtum, L. Murenæ prouinciam, cuius nomen vel interijt librariorum culpa, vel ipſe neglig̅eter præterit, eiuſdem ferè ſortis ac conditionis fuiſſe cum Oſtienſi, atque ex nouis quatuor Italicis vnam: quando probari poteſt, ex reliquis quatuor primis non fuiſſe.

Quæſtura vrbana prouincia ærarium lege Valeria data-tur.

Ad ærarium quæſtorÿ omnes referre rationes ſuas cogebantur.

Militares prouinciæ quæſtoriæ dabantur lege Sēpronia; Italicæ lege Titia hoc anno latæ.

Vrbanam enim quæſturam obtinuiſſe, non poſſumus dicere; nam vrbanorum quæſtorum prouincia ærarium Saturni non lege Titia, ſed Valeria primi Poplicolæ erat inſtituta, quemadmodum ex Plutarcho priùs demonſtrauimus. Et quia hæc duorum vrbanorum quæſtorum prouincia erat antiquiſſima, & ad quam alij quæſtores omnes referre rationes ſuas debebant, haud dubiè honorata tenebatur & illuſtris. Militares item duæ veteres ordinatæ primùm fuerunt non lege Titia, ſed Sempronia, vt antè diximus ex Liuio. Cæterùm hæ militares, atque aliæ omnes imperatoriæ extra Italiam quæſtoriæ prouinciæ erant item gratioſæ, & campum habebant, in quo virtus tam bellica quàm ciuilis excurrere, & cognoſci poſſet, vt ipſius Ciceronis dicam verbis. Qui ſimul eodem loco, ne Sulpicium auctoritatis ſummæ virum nimis offenderet, obliquè duntaxat ſubindicat, Oſtienſem illam ſuam inter aquarias & contemptas vulgò fuiſſe, tunc habitam: quod arte quadam rhetorica diſſimulat in altera ſui Murenæ, quem defendit, ipſam tacitam & quietam fuiſſe obiter dicens. Verùm Oſtienſi prouinciæ etiam acclamari ſolere, cùm quæſtores ſortiuntur contendit: quaſi diceret hanc magis vilem & obſcurā fuiſſe, quàm illa ſui Murenæ.

Lege Cornelia L. Sullæ Dictatoris quæſtorias prouincias mitti in modum auctas fuiſſe.

Nec mirum, cùm eo tempore ex lege Cornelia L. Sullæ Dictatoris præter has octo iam dictas, ampliſſimæ & ditiſſimæ terrarum orbis prouinciæ numero plusq́ue quindecim quæſtoribus mitti in ſortem quotannis ſolerent. Quòd in cauſſa, vt Italicæ quatuor vulgò poſthaberentur, & parum æſtimarentur, ſicut ante dictum eſt. Sed rogabit fortaſſe quiſpiam, quo pacto quæſtores octo ſufficere, tot ſortibus externarum prouinciarum ſenſim accedentibus, potuerint ad Sullam vſque Dictatorem? Huic reſpondebitur, non pluſquam octo prouincias quotannis in ſortem mitti quæſtoribus ſolere;

Succeſſionis ordo in prouincÿs quæſtorÿs.

quarum ſemper, vt opinor, duæ conſulares & duæ vrbanæ erant; & quatuor ex ijs, quas ſenatus mutare è repub. ducebat. Reliqui quæſtores in prouincijs ſuis manebant proquæſtorio titulo, donec ſucceſſores ipſis mitterentur, adeò vt plures vltra annum petitionis noui magiſtratus legitimum, qui ab inita quæſtura plerumque ſolebat eſſe quartus, retenti in prouincijs fuerint, ſicut ex annalium noſtrorum ductu deinceps manifeſtum fiet. Iam

verò

verò reuertamur ad Oſtienſem, cuius fines prouinciæ difficile eſt determinare; cùm nemo, quod ſciam, particulatius hæc literis mandauit. Illud tamen ex Tacito ſolo fit veriſimile, Italiam ſtipendiariam totam in æquales ferè prouincias diſtributam nouis quatuor *Oſtienſis prouincia quæſtoriæ fines.* quæſtoribus hoc anno creatis dari in ſortem lege Titia cœpiſſe. Quod ſi ita, profectò quæſtori Oſtienſi (quem ita vocatum opinor, quod eius quæſtorium Oſtiæ in antiquiſſima *Quæſtorium Italicum primum Oſtiæ Latij.* quippe Latij veteris colonia, & ob vicinitatem vrbis commodiſſima, nec non in præcipuo vrbis Romæ portu fuerit ab initio conſtitutum) cedens Etruria, vtrumque Latium, cum adiunctis Ciſapenninis ac Mediterraneis populis, nempe Sabinis atque Vmbris Etruriæ vicinis à fontibus Tiberis ad Narem fluuium cum Veſtinis, Hernicis, Marſis, Pelignis Latio iunctis; atque etiam omnis ora maritima Thyrreni maris cum portubus, nauiumque ſtatiuis inter Arnum & Lirim amnes. Cuius vniuerſæ plagæ ſtipendia, vectigalia, portoria, decimæ, & ſcripturæ ad Oſtienſe quæſtorium & eius tabulas referebantur. Nam ab Arno ad Tiberim vſque extenditur ſecundum mare Etruria, & à Tiberi ad amnem Vfenſem & ad Circeium promontorium eſt Latium vetus, cui includuntur item Volſci & Acqui. Deinde à Circeijs atque Vfente ad Lirim amnem & Veſtinos vſque Latium nouum prolatum erat; in quo item Auſones, & Oſci. Verùm quo tempore, quáve occaſione terminis hiſce deſcriptum eſt Latium, Strabo, Plinius, alijſque veteres, quos habemus auctores, vt rem minimè obſcuram, ſilentio prætereunt. Ex ipſo tamen hiſtoriæ ductu non malè colligere videtur vir vt doctiſſimus, ita antiquitatis omnis peritiſſimus Carolus Sigonius in libro de antiquo iure Italiæ, hoc videlicet inter Tarentinum & Punicum primum bella factum eſſe. cùm haud dubium ſit, neque bello Punico primo, neque Gallico ciſalpino, neque ipſo Punico ſecundo, quod difficillimum tamen fuit, mentionem vllam fieri auxiliorum, quæ vel à Volſcis, Auſonibus, vel Oſcis miſſa ſunt; nihilominus populorum quibus Latium cingitur memoria ſæpius celebretur apud Polybium, ac Liuium; Etruſcorum nempe, Sabinorum, Vmbrorum, Marſorum, Pelignorum, Picentum, & Campanorum. Ex qua re colligit Sigonius alios illos iam tum Latinorum populis immixtos, & eodem nomine nuncupatos fuiſſe. Cuius opinioni haud illubenter accedo, quandoquidem & mihi videatur veriſimile, in iſta nouarum quæſtoriarum prouinciarum conſtitutione Latij terminos fuiſſe prolatos, vt in æquales ferè partes quatuor Italia tota quæſtoribus diuideretur; & duas non admodum impares longitudine prouincias inter Apenninum & Thyrrenum mare porrectas Liris diſcerneret. Quarum prima, vt iam diximus, erat Oſtienſis vrbi Romæ vndequaque circumfuſa. Eam ſequitur ab altera Liris fluuij ripa ſecundi quæſtoris prouincia, quem Calenum nuncuparunt à Calibus vrbe antiquiſſima Campaniæ principe ante Capuam, quod ipſum monſtrant plurimi antiquiſſimi nummi atque artificij elegantis cum Martis capite, gallo, & titulo Calenorum. Quam conditam ibi ferunt poſt Argonautarum reditum à Calai Boreæ filio; quemadmodum teſtatur *Calena vel Campana prouincia quæſtoria Italiæ ſecunda.* & Silius Italicus:

Quem genuere Cales: non paruæ conditor
Vt fama eſt, Calais Boreæ.

Quia in hac vrbe quæſtorium eius ab initiò videtur conſtitutum fuiſſe, nempe in pulcherrima Campaniæ plaga, vrbique Romæ vicina, & propter oſtium Vulturni, portumque Miſenum vehementer oportuna. In hac igitur ſecundi quæſtoris prouincia quadrans alter Italiæ fuit; ſi, vt ex Tacito cognoſcimus, Italia pro quæſtorum numero eſt diuiſa. *Quæſtorium Italicum ſecundum Calibus Campaniæ.* Complectebatur autem Campaniam, Samnium, Lucanos, Brutrios, Oenotrios, atque omnem illum tractum magnæ Græciæ, vſque Metapontum, & ad ſinum Tarentinum. *Calenæ prouinciæ quæſtoriæ fines.* Per oram verò maritumam Thyrreni, Siculi, atque Ionij maris vrbes, portuſque nobiles, ac nauium ſtationes frequentiſſimas à Minturna colonia & oſtio Liris amnis Tarentinum vſque ſinum. Atque iſta quidem prouincia inter Italicas quatuor meritò florentiſſima ſemper eſt habita, propter cæli temperiem, & ſummam vbertatem in primis Campanæ regionis, ex qua certiſſimi vrbis Romæ reditus in vectigalibus, ſcripturis, decimis, ac portorijs, nec non propter vicinitatem commodiſſimi prouenieb ant, quemadmodum ex Ciceronis contra Rulli agrariam orationibus palàm intelligere eſt. Appellat enim non vno loco Campanum agrum, & Stellatem campum patrimonij publici capita, pulcherrimamque populi Romani poſſeſſionem, ſubſidium annonæ, horreum belli, ſub ſigno, clau- *Campanus ager Capua Stellas.* ſtriſque reipublicæ poſitum vectigal; atque ita ſecurum, vt domi ſit, & omnibus præſidijs oppidorum tegatur. In quibus orationibus oſtendit ſummus orator, quantopere interfuerit reipublicæ vectigalia atque agros Italiæ publicos à maioribus relictos ſeruare, redituſ- *Qui in Italia reditus perpetui fuerint vrbis Romæ.*

que eorum annuos quæſtorum cura & diligentia in ærarium colligere. Eas enim hæreditates virtute & ſanguine partas à maioribus reipublicæ in perpetuum eſſe relictas, quarum ſubſidio neceſſitatibus publicis ſemper ſubueniri poſſet. Iam enim ab initio vrbis, idque ex Romuli inſtituto, quos agros ab hoſte captos non partiebatur colonis, vel ciuibus ſuis populus Romanus: eos vel limitibus actis ærario ſuo publicabat, atque per cenſores, aut quæſtores (ſi illi in republica non erant) ſub haſta priuatis locabant. Vel ſi eos publicare non viſum eſſet, certo ac perpetuo vectigali impoſito, quod ſtipendiarium, teſte Cicerone, dicebatur, ciuitatibus deuictis reddebat. Vel etiã cum onere vectigalis impoſito per quæſtores ſub haſta quibuſcunque priuatis vendebat. Quapropter agri ſic vectigales & ſtipendiarij proprietate populi Romani ſemper manebant; vſu tamẽ fructu priuatorum ac prouincialium erant, & idcirco à poſſeſſoribus mancipio dari non poterant, quemadmodum à veteribus Iuriſconſultis Vlpiano, Theophilo, alijſque memoriæ proditum eſt. Sed redeamus ad quæſtores eorumque prouincias. Caleni quidem quæſtoris expreſſam mentionem reperio apud Tacitum lib. IIII. vbi indicat, antiquam quæſtorum Cales fuiſſe prouinciam. Nec eorum coniecturæ poſſum ſubſcribere, qui locum corrigere, & pro voce (Cales) ex Suetonio (calles) ſubſtituere volunt. Ait enim ita: Et erat iiſdem regionibus Curtius Lu- ,, pus quæſtor, cui prouincia vetere ex more Cales euenerat. Sed aduerte Lector hiſtoriam, & ,, Taciti ſequentia verba, quibus eundem quæſtorem belli ſeruilis noua ſemina per Campaniam exorta militum claſſiariorum portus Miſeni, quorũ ſtationes, & caſtra ibidem erant, manu ſubitò contracta ſcribit diſieciſſe. Quod anno vrbis DCCLXXVI. contigit, veluti ſuo in annali declarabo. Facile igitur ducor ad opinandum, rectè Tacitum iſtam quæſtoriam prouinciam Campanam, Cales appellare; cuius quæſtor Curtius cum vicinis Miſenenſibus ſuæ prouinciæ claſſiarijs militibus exurgentem ſeruorum coniurationem diſpulit. Et hanc ſanè puto P. Vatinij quæſtoriam fuiſſe prouinciam, quam Cicero in ſua inuectiua (vbi omnes Vatinij magiſtratus, & omnia acta illius exagitat, & improbat) per contemptum, vt vulgo tum ſolebant, aquariam appellat. Alioquin & à Dione Cales etiam maritima vocatur prouincia, propter celebritatem, ni fallor, portuum, è quibus Puteolanus ad Miſenum promontorium celeberrimus erat. Sed ipſum videamus Ciceronis locũ, quo etiam docemur, Vatinium Cicerone Conſule quæſtorem fuiſſe. Eius verba ſunt hæc. Quæro ex te, teneas ne memoria, cum P. Sextius quæſtor ſit cunctis ſuffragijs factus; tunc ,, te vix inuitis omnibus, non populi beneficio ſed Conſulis, extremum adhæſiſſe? In eo ma- ,, giſtratu, cùm tibi magno clamore, aquaria prouincia ſorte obtigiſſet, miſſus ne ſis à me ,, Conſule Puteolos, vt inde aurum exportari argentumque prohiberes? In eo negotio cùm ,, non cuſtodem ad cõtinendas, ſed portitorem ad partiẽdas merces miſſum putares; cumq; ,, omnium domos, apothecas, naueis furaciſſimè ſcrutarere, hominesque negotij gerenteis ,, iudicijs iniquiſſimis irretires, mercatores è naui egredienteis terreres, conſcendenteis moratere; teneas ne memoria, tibi in conuentu Puteolis manus eſſe allatas? ad me Conſulem ,, Puteolanorum querelas eſſe delatas? Ex quibus item verbis animaduertere poſſumus, ,, P. Vatinij prouinciam, quam aquariam appellat, fuiſſe Campanam ſiue Calenam, & non aliam: quandoquidem non credendum eſt, quæſtorem Vatinium extra prouinciam ſuam in alienam fuiſſe miſſum, cùm Puteolos à Conſule Cicerone mitteretur; nec veriſimile ſit, Vatinio infami tantum honoris, & alteri cuiquam tantum iniuriæ ab ipſo factum eſſe. Cæterùm hæc dumtaxat de duabus ad Apennini, & maris mediterranei latus quæſtorijs Italiæ prouincijs ex veterum ſcriptis indagare hactenus potuimus; reſtant aliæ duæ ab altero Apennini & maris Adriatici latere, æquali item ferè ſpacio extenſæ. Quarum vnam appellatam fuiſſe Gallicam inuenio apud Dionem, Tacitum, & Suetonium; qui ſcribunt Claudium Cæſarem quæſtoribus curam ærarij Saturni, quæ ante plures annos ab Auguſto ad prætorios prætoréſve tranſlata fuerat, reddidiſſe pro Oſtienſi & Gallica prouincijs. De qua re nos diffuſiùs ſuo loco diſſeremus, auctorumque verba ipſa excutiemus accuratius. Sufficit hîc dixiſſe, ex ijs colligi poſſe, Gallicam illam prouinciam inter antiquas Italicas fuiſſe numeratam, non ſecus ac Oſtienſem. Nuncupatam verò putamus ab agro Gallico inter Aeſim & Rubiconem, quem Romani, vt antè diximus, Senonibus Gallis funditus deletis, occuparant, publicarantque: & duabus ciuium Romanorum colonijs præcipuis, Sena, & Arimino firmarant; atque Vmbriæ, cui à Gallis ademptus ante fuerat, reſtituerant, ſublato Senogalliæ nomine, & prolatis in ea parte finibus Italiæ ab Aeſi ad Rubiconem vſque, quemadmodum à Polybio, Strabone, Plinio memoriæ proditum eſt. Itaque in hoc tractu multus ager publicus & vectigalis populo Romano remanſit, vt meritò prouinciæ quæſtoriæ tertiæ nomen dederit. Eius autem magnam cis Ariminum partem cum Piceno plebi Romanæ, ſenatu inuito, diuiſiſſe C. Flaminium tribunum plebis, ſuo in annali

Agri bello capti quomodo publicari ſoleant.

Stipendiarium quid.

De Caleno quæſtore Taciti locus.

Caleni quæſtoris prouincia maritima.

Vatinius quando quæſtor.

Tertia prouincia Italica quæſtoria in Vmbria.

Cur Gallica dicta, curam fortaſſe Quæſtorum Arimini.

Italiæ fines prolati ad Rubiconem vſque.

Ager Gallicus plebi Romanæ diuiſus lege Flaminia Roman. dici cœpta.

annali declarabo latiùs. Et Gallicum appellat agrum illum M. Varro de re ruſtica libro I. Ager Gallicus, inquit, Romanus vocatur, qui viritim cis Ariminum datus eſt. Vbi ex Catonis originibus Varro demonſtrat, agri Gallici partem plebi diuiſam tunc quoque Romanam vocari cœpiſſe. Verum vt quadrantem Italiæ tertium abſoluat, Gallica hæc prouincia præter Vmbriæ maiorem partem, quæ ab Apennino ad mare Adriaticum vſque extenditur inter Aeſim & Rubiconem, & Gallis erat adempta, ad eandem puto pertinuiſſe Picenum, & Frentanorum agrum cum Prætutianis, Marrucinis, vſque ad Fiternum amnem, & Apuliæ terminos. In qua item portus, & ſtationes, vrbesque maritimæ plures à Rubicone, vt diximus ad Garganum vſque comprehendebantur. Iam reſtat quarta prouincia, reſiduum videlicet Italiæ orientem verſus Adriatico & Ionio mari contermina: cui includuntur Apuli, Hirpini, Pediculi, Sallentini, Meſſapij, Iapyges, Peucetij, cum Tarentinis, Compſauis, alijsque. Quorum populorum antiquorum regionem Zonaras ſuo tempore Calabriam vocari ſolere dicit. Huius autem prouinciæ ora maritima à Tiferno ducitur vſque ad Galeſum amnem & ſinum Tarentinum: in qua vrbes ſunt celebriores Sipontum, Brunduſium, Hydruntum, Tarentum, & portus inclyti, ſinus ac ſtationes nauium commodiſſimæ. Verùm huius prouinciæ nomen proprium quod fuerit, non liquet nobis; vix tamen dubiũ, quin exemplo aliarum ab vrbe coloniáve aliqua oportuna, in qua quæſtorium ab initiò conſtitutum erat, ea etiam nuncupata fuerit. Quod veriſimile eſt in limitibus Apuliæ Dauniorum fuiſſe, vbi ſumma agrorum fertilitas, decimæque idcirco frugum & fructuum vberiores proueniebant. Nec inter Apuliæ colonias Luceria commodiorem, vel propinquiorem inuenio. Quippe edito loco poſita veluti ſpeculum per circumiectos Apuliæ campos latiſſimum proſpectum porrigit; & eius ager vino, tritico, hordeo, cæterisque frugibus abundat. Denique duabus in Campaniam vijs iter præbebat, adeò vt nunc etiam frequens emporium ſit mercatibus annuis duobus, ob commoditatem conuehendorum mercimoniorum ex Illyrico, Græcia Sicilia, atque omni Italia. Erat quidem iam antea Romanorum colonia potens & valida Samnitibus, qui eam vrbem diu tenuerant, erepta C. Sulpicio, M. Pœtelio Conſulibus, & duobus milibus & quingentis colonis anno CDXXXIX. firmata. In agro tamen Dauniorum eam vrbem fuiſſe Polybius libro III. teſtatur, quemadmodum & Plinius libro item tertio cap. II. Ab hac igitur colonia, cuius & ſæpe Liuius meminit, quartæ prouinciæ quæſtoriæ ex aliarum imitatione nomen dabimus; non quòd penitus ita conſtet, ſed vt hiſtoriæ noſtræ contextum; magiſtratuum, atque prouinciarum ordinem obſeruemus, Lectorem candidum rogando ſimul, vt coniecturas has noſtras, donec quid certius in lucem prodeat, boni conſulere velit.

Quarta prouincia Italica quæſtoria in Calabria.

Calabria.

Prouinciæ quartæ propriũ nomen non liquet.

Quæſtorium quartum Luceriæ in Samnio fortaſſis.

Luceriæ mercatus annui duo.

Luceria Romanorum colonia facta quando.

AVCTORVM LOCA EMENDATA, VEL EXPLICATA

ANNALIVM POPVLI ROM. LIBRO SEXTO.

Oroſij, pag. 429. Plutarchi, 431. Zonaræ, 431. 459. 461. Ciceronis, 431. 468. T. Liuij, 432. 438. Eutropij, 434. 443. 456. 457. L. Flori, 436. Plinij, 442. 450. Tabulis Græcis, 443. 447. Mariani, 443. 439. 450. Frontini, 44[illegible]. 456. Tabulis Cuſpiniani, 448. Caſsiodori, 450. 456. 461.

FINIS LIBRI SEXTI.

APPROBATIO.

Hi Annales magiſtratuum & prouinciarum S. P. Q. R. ab vrbe condita ex Auctorum Antiquitatumque varijs monumentis ſuppleti per R. D. & doctiſſimum virum Stephanum Vinandum Pighium Campenſem, nihil continẽtes fidei Catholicæ contrarium, aut bonorum morum offenſiuum, quinimo multam eruditionem habentes, omnibus humani Iuris & Antiquitatum ſtudioſis vtiliſſimi futuri, cum fructu imprimi poterunt. Datum Antuerpiæ III. *Calend. Maias. anno* M. D. XCVIII.

Silueſter Pardo S. Theologiæ Licentiatus, Cathedralis Eccleſiæ Antuerp. Canonicus, librorumque Cenſor.

PRIVILEGII CÆSAREI SVMMA.

MAXIMILIANI II. Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, publico Edicto cautum & ſancitum eſt, ne quis, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, aut conditionis fuerit, quacunque ſacri Romani Imperij & ditionis eius fines parent, quæcunque probatorum auctorum opera, quotquot vel hactenus nondum impreſſa, vel ab alijs quidem impreſſa, nouis autem deinceps ſcholijs, annotationibus, aut commentarijs aucta & illuſtrata, Chriſtophorus Plantinus, ciuis & typographus Antuerpienſis, primus typis procuderit, intra proximum ſexennium à prima cuiuſque operis aut voluminis editione, vllo pacto eiuſdem vel diuerſi characteris forma excudat, aut excuſa ab alijs, intra eiuſdem Maximiliani & Imperij fines vendenda importet, ſeu quouis modo diſtrahat manifeſtè vel occultè, ſub pœna decem Marcharum auri puri, quarum dimidia fiſco Imperiali fraudis vindici, reſidua verò pars prænominato Plantino cedat, præter librorum ad imitationem impreſſorum amiſſionem, quos idem Plantinus vbicunque locorum nactus fuerit, per ſe vel ſuos, adiumento Magiſtratus loci, vel citra, propria auctoritate ſibi vindicare, inque ſuam poteſtatem redigere poterit In cuius rei fidem ipſi Edicto manu ſubſcripſit, & ſigillum apponi iuſſit Cæſarea Maieſtas. Datum in ciuitate Viennæ Auſtriæ, die vigeſima prima menſis Februarij, anno Domini M. D. LXV.

Subſign.

Maximilianus.

Ad mandatum ſacræ
Caſ. M. proprium.

Haller.

SVMMA PRIVILEGII REGIS HISPANIARVM.

PHILIPPI II. *Hiſpaniarum Regis, Brabantiæ Ducis, &c. Priuilegio cautum eſt, ne quis citra Ioannis Moreti, Typographi Antuerpienſis, conſenſum,* Libros Annalium magiſtratuum & prouinciarum S. P. Q. R. auctore R. D. Stephano Vinando Pighio Campenſi, *vllo modo imprimat, aut alibi impreſſos in ſuas ditiones venales importet: vt latiùs patet in litteris Bruxellæ datis.*

Signat.

I. de Buſchere.

Series Chartarum.

* ** A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr.

Omnes ſunt Terniones, præter E, & M, Duerniones.

ANTVERPIAE,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
APVD IOANNEM MORETVM.
ANNO M. D. XCVIII.


LABORE ET CONSTANTIA

Biblioteca Nazionale Centrale - Roma
Segnatura - 37.27.E.14
Laboratorio - Cover di Guido Milio 2011
Bibliotecario conservatore - Marina Battaglini
Restauratore progettista - Claudia Di Lillo

- **Controllo cartolazione;**
- **Documentazione fotografica** in digitale che riprende lo stato di conservazione del volume;
- **Pulizia a secco**: rimozione dei depositi superficiali con pennello a setole morbide; sulle carte particolarmente sporche che conservavano una certa resistenza allo sfregamento, si è effettuata la sgommatura con polvere di gomma evitando le zone molto degradate;
- **Lavaggio**: in acqua deionizzata max 40°, previa interfoliazione tra teli reemay ;
- **Deacidificazione e riduzione**: in soluzione acquosa di bicarbonato di Calcio 3g/litro(30-60 min)
- **Ricollatura**: a pennello con Tylose MH300p in soluzione acquosa al 2%;
- **Rammendo alla piega**: con velo giapponese;
- **Cucitura**: su nervi singoli in spago, a tutto punto, su tracce originali;
- **Indorsatura**: con carta giapponese e mussola di cotone;
- **Capitelli**: su anima di spago con filo neutro;
- **Legatura**: nuovo dorso in pergamena e recupero dei piatti originali;
- **Titolo sul dorso**: recupero dei tasselli originali.